



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>


Q. HORATIUS
FLACCUS,
EX ANTIQVISSIMIS
V N D E C I M L I B . M . S . E T S C H E D I S
aliquot emendatus, & plurimis locis cum Com-
mentariis antiquis expurgatus & editus, opera
I A C O B I C R V Q V I I Messenij apud Bruganos
politioris litteraturæ professoris publici.

*Eiusdem in eundem enarrationes, obseruationes, &c variae lectiones,
cum aliis quibusdam & indice locupletissimo.*



ANTVERPIAE,
Ex officina Christophori Plantini,
Architypographi Regij.

M. D. L X X I X.
Sunt ex bibliotheca Ioh. Georgij à Werdenstein



PROMISSA A MVSIS

HORATIO NOVA COLLYRIA, AD VIRVM CLARISSIMVM IOANNEM DE Vooeght, D. de Sonnebeke, Geluvelt, &c. & Prætorem sum- mum Casleyriæ Iprensis, L. Cruquius.

MECVM nescio quid
locutus ante
Noctis quam ruerent
tenebrae inertes,
In somnis rapior leuis per auræ
Anxius, querulus, vagus, tremesq.
Ad quos siue strepitus manis umbras:
Quid me somnus parer, quid, heu, fa-
tipas?
Inuides miseris quietem ocellis,
Et fratri dare me locum sopori?
Vis me precipitem dare in ruinam
Altis de scopulis ferisq. prædam?
Hoc nolent superi, vetent Camœnae
Quarum sacra colo, nouem sorores.
Hec ego titubans pauore plenus
Dum vigor, misero nec illa spes est
Tantæ sollicitudinis leuanda:
En, velut nebulis repente abactis,
Per somnum species mali minaces
Vanescunt subito, quieta mens fit:
Tanti ignarus ego boni quis anchor,
Aut quo numine mës sibi acquiescat,
En sedere vovem tenaci in herba

Ad fontis scatbras amœnioris.
O que forma decens nitore puro,
Digna Apolline, digna patre sum-
mo:
Vos ne me aspicitis benigni ocelli,
Vos ô Pierides mei lepores,
Vos ne me miserū et meos dolores
Lenitis, gemitumque subleuatris?
Felices animæ quibus suæ
Et cantare melos datis iucundum:
Hos nulli strepitus fori, nec vrbis
Splendores recreant tumultuosi:
Sed vobis comites adesse Musis
Gaudet, et Veneris beare amores,
Et molles citbara modos sonare,
Tibiaque animos ad astra ferre,
Heroumque ducumq. alacriores.
Has inter video senem seueram,
Cui vultus iumidis rubens ocellis
Ceu collyria iam recens inunctis
Turgebant modicum genæ dolentes:
Hic ego attonitus stupere primùm,
Cui tatum superi dedisse Musarum
Interesse choro, quis hic beatus

*En dulci Aonidum sinu cubaret:
Risit intuitus meum stuporem,
Accepitque chelyn, fidesq. notis.
Aptauit numeris quibus Latinas
Cantauit Lalagen, Phrynen, Ly-
denque.*

*Hic ego. O Venusine Apollo salve,
Qui primus Pariis modis vetustis
Ornasti Latium parens. λυράδος:
Te amplecti volupe est, et esse tecū,
Nec non Ausonio leuare plectro
Quicquid afficit aut graue aut mo-
lesum:*

*Non me diuitiae laboriosæ,
Non opes misera brevesq. honores,
Aut que turba leuis sequi laborat,
Sed que pauperies innuat pudica,
Tranquillatque animum sui capace:
Te sequi liceat, tuoque ductu.*

*Musarum irriguos adire fontes,
Spirituque nouæ imbui canænae,
Ut tecum celebrem canamq. tecum
Nympharum atque nouem decus-
sororum.*

*His cùm deliciis fruor, subinde
Ludibundus abit, fugitque somnus,
Et me deseruit rogantem inunctis
Quid collyria profuisse lippis
Credat Monstrolij polita verba:
Attulisse quidem malī leuamen,
Sed lessisse manus acerbiores,
Qui nuper melioribus rejectis
Nonnulla inferuit minus probata.
Per parum medicam remissionem,
Hac rubore genas acerbitate,
Sed sperare nouam brevi medelam,
Que tollat maculas nihilq. ledas,
Certò pollicitas hoc esse Musas..*

V. V. CLA.

V. V. CLARISSIMIS
BVRGIMAGISTRIS,
AMPLISSIONOQUE SENATV
Brugano, Iacobus Cruquius Messinius
S. P.

Cio me, Senatores amplissimi, nihil agendo nihil efficere posse: verum an quid agendo, quod velim consequar, in dubio est animus. Brugæ, velut natale solum, me iam olim capiunt: quæ politia ne celebriores, an antiquitate nobiliores sint, incertum est. Politiam quidem nemo laudatissimam nescit, sed de urbis ipsius antiquitate, nihil est adhuc in euulgatis litterarum monumentis quod certò quis afferat, quando econdita sit; omitto nomen ipsum Brugarum, cuius originem definire tam est incerti laboris quam dicere qui primi eam terram quasi bohem fauibus Occani maris eruptam colere, & eam anté ne cœperint an multò post natalitia Redemptoris nostri tempore: nam cuius inseparavestigia, χρωματος adhuc nemo vulgatus est. Meyerus noster lib. 2. Annalium Flandriæ scribit, anno post natum Christum octingent. sexagesimo sexto Balduinum Comitem Diui Donatiani Remorum Pontificis reliquias Brugas comportasse, eiique Diuæ prius Virginis sacellum consecrasse, & Burgum, id est, castrum muniuisse aduersus Danos. Rufus eodem lib. Anno, inquit, octingentes. octogesimoprimo Bruggam Castellum Caluus Comes ab Aldenburgo everso lapidibus emuniuit aduersus Danos. Sed vnde Castrum eò loci, & à quo prius ædificari cœptum, nulla mentio, ne in Chronicis quidem Flandricis, ex quibus & ipsum Meyerum, & eo ætate priorem Massæcum sua de rebus Flandricis descripsisse non dubito. Quæ si fide digna iudicabimus, in eisdem certè iam inde ab anno sexcentes. vigesimo sexto non incelebre Brugarum nomen inueniemus, quas Liderico Clotarius Galliæ rex cum filia Idonea tradidit protegendas vnâ cum nonnullis aliis urbis septentrionalis Belgicæ. Verum in densa rerum caligine, ut necesse est, ne impingas, palpitando progreedi, ita narrando quoque quæ minus comperta sunt:

sunt propter ignorationem rerum gestarum, quid aliud quam coniectu-
tis utare vero quam maximè consentaneis, ne fabulari videare, maximè si
in eo nomen profiteare tuum? Atqui quando nobis id non agitur, satis
erit ea de re pauca significare, & quibusdam quasi notis indicibus præ-
re aliis ad pressius inquirendum si quid, quod eò facit, alicubi sit vel in
Romanis vel Gallicis scriptis, ex quibus certius exordia Brugarum, anti-
quitatisque cognosci describi que possint: ex Romanis quidem verius, si
qua rerum post Cæsarem in Gallia gestarum scripta extarent, crui posse
considerem, ut qui in castris suis erant apud Belgas donec à finitimis eie-
cti loco cederent. C. enim Trebonium Cæsar in Italiam abiens, in Bel-
gio cum quatuor legionibus collocat, inquit Aul. Hircius, quas non prius
stationes suas deseruisse dixerim, quam per luxum, segnitemq. Roma-
norum in præceps iret imperium; vicinæque gentes, castrorum præsidii
expugnatis, proxima quæque inuaderent. In Chronologis est videte
Clodium Franciæ regem primum in Samarobrinos & Neruos impetu
facto Romana præsidia obtruiisse, anno, vt scribunt, à Christi natalitiis
plus paullò quam quadringentimo. Quæ res, si nihil aliud, nobis sal-
tem ponit oculos, ad ea usque tempora in Belgis Romanos suacastra
habuisse, quas arcus posteri & Burgos nominauerunt. Quod etiam-
nam confirmant antiquissima quædam Chronica Flandrica scripta ma-
nu, quæ ante annos plus minus sedecim, mecum communicauit Arnoldus
Woulardus Blanckeberganus, vir doctissimus, à patre sibi ad tempus usui
data, in quibus ea in primis quasi per manus tradita legi descripta quæ
ab omni vetustate in oris Oceani nostri gesta erant, aliis nec audita
Chronographis nec lecta: ex quibus sedulò notavi hanc oram nostram
maritimam limitaneis arcibus, quos Burgos nominant, olim valde
fuisse nobilem, & Brugas nostras in earum medio Leauburgum fuisse
nuncupatum, nec non habuisse à Borea Ostburgum; ab Euro, Ro-
burgum; à Meridie Altburgum, & à Zephyris Altburgum. In his au-
tem Ostburgum, Roburgum seu Raburgum, vel, vt scribit Meyerus ex
antiquis marmoribus, Rodenburgum, & Altburgum, vel, vt nunc no-
minatur, Aldenburgum, sic nota sunt omnibus, vt in iis hic depingen-
dis tempus inutiliter terere non arbitter opus esse: sed Altburgum &
Leauburgum non perinde cogita noui. Quam ob rem si idiomatico
nostrate veluti manu ductus eò veniam, vt non omnino à vero dissona
commemorem, nolim mihi esse vitio, si quid alij nostram commenta-
tionem subsecuti vero proprius hariolentur. Est vicus quidam non pro-

cul Brugis ad Meridiem , feudum D. à Maldeghem , obscurus quidem nunc & infrequens , vulgo nominatus Astbrouck / sed ob antiquitatem nobilior opinione , vel pontis eius argumento qui nosocomio Brugis Diui Ioannis proximus ab hoc feudo dependet . Hunc vicum olim fuisse Astburgum non temerè , ut opinor , conieccero , si paucis immunitatis vocis eius etymo locus detur : & profectò locus is hinc aperta planicie longe latèque patente conspicuus , illinc paludibus munitus castis metandis est aptissimus ; quarum paludum gratia credo Astburg antiquum à posteris mutatum in Astbrouck . Leauburgum autem ~~τυχοπότας~~ , nunc Brugas esse & Chronica illa nominatim referunt Leauburg , pro Leuacoburg , ut autumno : & Cæsar quinto Commentariorum belli Gallici , cù loci constituit Letiacos , quos inter Neruios numerat Grudiis , Pleumosis , Gordunis , seu Gondunis (ut habent antiqua scripta Cæsaris) finitos . Inter quos mari certè viciniores ipsius Leuaci fuere Grudij , à grutando seu rutando dicti , id est , ab aquarum canalibus publicis , qui in mare excent , purgandis fodiendisque , quod rupten est . Flandris mari proximis ; unde gruptelt / & Domus à Gruythuyse Brugis nobilitate antiquissima . Mihi quoq. persuadeo nomen adhuc nobis superesse eorum quos Gru- tenos , ter Giouwe Flandricè vocamus , supra Ostburgum . fossis , & aquæductibus agricolis plenisq. nimis nobileis . Pleumosij verò partim ad Austrum Lisan vñq. flumiū ; partim ad Occiduum ferè Moraos vñq. incolebant , dicti Becano nostro à cœni tarditate , vernaculè Ieu mose . Evidem legi in manuscripto Cælare Clemensius nominatos , quod magis arridet , à tenacitate terræ , quic Flâdrice Clept / quasi Clepf mose dicitur . Gordunos , vel potius Gondunos (ut est in antiquis scriptis) Leuaci ad Austrum habebant & Notum cum Centronibus & Mempiscis , quos cum Meyer- Becanus Gandenseis , Curtracenseis & Tiletanos nunc appellari coniecat . Sed ad Cæsarem reuertor , qui Neruios & Bauacos commemorat & Leuacos ab excubiis agendis . Bauacos quidē superiores nunc in Hannonia pro comperto habemus & animis potenteis & armis , quasi Bouacos dictos , Flandricè , de bouen oft upper wake / contra inuasionem Remorum & finitimarum , ut videre est apud Cæsarem . Leuacos autem inferiores , vbi nunc Brugæ sitæ sunt , olim Leuacoburgum , & post per meta thefa syncoptés Leauburgum , non à Leone , ne quis erret , propter Sigillum Brugense , quod Leonem quasi ponteis perreptantem præfert , led à vernaculo Leagwake oft neer wake / quæ Latinè sunt inferiores excubiæ , quæ in ea Neruiorum ditione strenue agebatur aduersus Hibernos , Scotos ,

tos , Britannos , Danos , aliósque marítimos hosteis . quod nec difficitur vulgati Chronographi , nec certe à vero dissidet , argumento tot arcium à se non procul exstructarum , inter quas Leuacoburgum quasi ἄρσην medium locum tenuit , à præfecto fortasse Neruiorū , qui cohortes subisdarias ad vim transmarinam propulsandam tamquam λύματα in aliis arcibus dispositas habuerit . Sunt qui scribunt ex Altburgi à Normannis diruti saxis Bruggam munitam contra Danos : sed hæc mihi nuga videntur & mera figmenta ; nō enim id temporis Castrorum munitiones & oppidorum ex saxis , sed ex arboribus , palis , trabibus , petrinatim serratimve aut cancellatim reuinctis siebat aggèsta terra . Quare contrà iudicarim ex accessione , incremento , frequentiaque Leuacoburgi finitima quæque loca auspiciatoria fuisse , interisseque simul . Hic enim pons erat in æstu maris Oceani ligneus , vulgo dictus de Leauburgstock / quasi Leuacorum pons , qui non procul à cœnobio Dominicanorū , nunc de Nuesle bugghe / prima fortasse fuit occasio nominis Brugarum : hac erâsire necesse erat Pleumosis septentrionalibus , Morinis vicinisq . populis Aduaticos , Batauos , Cattos , Germanosque adeuntibus : cetera namq . loca ob siluarum densitatem , ferarum multitudinem & paludes erant inaccessa . Inter hunc pontem certè & Burgum , ut in iis scriptis inueni , erant hospitibus , aduenis & iter facientibus tuta ab omni incursu diuersoria , quæ vndique castris defensa , sensim , ut fit , in vicos excreuere . Hæc exordia prima fuere ciuitatis Bruganæ , Europæ totius olim Emporiij nobilissimi , ea gentium nationumq . ex omnibus orbis partibus multitudine ita celebris , omniumque rerum copia , ut non immerito à maioribus sit dictus μυρόκοσμος . Verùm enim uero hac in expositione si plus aequo prolixior fortassis extiterim , veniam merebitur , confido , antiquitatis illustrandæ studium , quò natura propendet , inéque præter institutum verbosiorē facit . Ceterum ex ciuibus quantumvis etiam barbaris peregrè redeuntibus nemini non amicum credo suæ patræ vel fumum surgentem è longinquo cernere . Quanto ergo gratius viris politioribus patræq . amantioribus esse necesse est nunc flammain nonnullam soli natalis proprius velut emicantem ex fumo cognoscere ? Quid autem ita sit , & quid nulla flamma primi ortus huius urbis , nedum fumus adhuc apparuerit , testatus est omnibus , quām hac de re πολυλόγονοι lubeat agere . Quod nec mirum cuiquam videri debet ; inferioris namq . regionis Belgicæ post Cæsarem nullam inueniri notam persuasum habeo , nisi quam cum fide Christi & Pontificum martyrum sanguine insignitam posteri litteris

Litteris mandatunt. Quæ sanè laus Christianæ religioni præter cetera debetur , vt quæ morum barbarie feritateque gentis Belgicæ fugata simul & humaniorem cultum & litterarum monumenta introduxit , adeò vt ei accepta quoque referre sit æquum , quantulacumq; tandem sint ea quæ cum fide Catholica , religione , sanctisque patrum traditionibus in Commentarios Belgicos relata sunt . Verum quid hoc monstri sit , demirari sat is nequeo , quod Halteræ vici ignobilis & Maldeghem multò meminarent antè Chronologi vulgati quàm Brugarum , & in iis non nisi cuiusdam facelli Deiparæ virginis à Liderico Comite incepit , & à Balduino perfecti , vt scribunt , consecratique ; in quo sex ordine Anachoritæ sacra facere erant soliti ; vt habent scripta Chronica : Burgum autem multò antè conditum , & eius auctorem quæ obliuio sepeliuerit , non satis asse- quor , nisi velimus crebras maris inundationes vnà cum incolis vniuersa monumenta absorbusse , eaqué de causa nunc culta ealoca fuisse , nunc à cultoribus relicta . nulla namque in iis oris maris Oceaní æstuaria ampliora , commodiora , nauibusq; receptandis tutiora fuisse quàm vbi nunc Brugæ sitæ sunt , satis pòst docuit eti loci mercatorum concursus vndique memoratissimus celeberrimusque ; vt omittam quod Bilibaldus Pirkeymerus tradit , littoris Belgici præsidia , Odoacro ducē , quorum maiores in eius æstuaria missi fuerant à Iulio Cæsare , in Italiam demigrasse , Romaq; capta per annos non paucos imperium inuasisse . Sed & Merouæ Franco- rum regis tempore dicitur Arturus Britaniæ Ruteniam incurrisse , eamq; deprædatus esse , quæ haud dubiè tunc in æstuariis maris nostri tractus erat à Pleumosiis Leuacisq; Aduaticos usque : iidem namq; Cæsari fuere Ruteni , Gruteni & Grudij ex eodem etymo præscis dicti Retani , à retando , id est , fossis canalibusque fodiendis purgandisque ; de quo Agellius lib. ii. cap. 17. vbi & Retam pro arbore videre est : sed contrà docet Becanus in Aduaticis esse fossam quam vulgo nominamus een stepe / quod quidem ita esse nobis argumento est . vicus olim frequentissimus Monachoretæ , de monte stepe Flandricè nominatus , non protul' ab urbe Brugana . Quæ cùm ita sint , Patres clarissimi , post scintillantem nunc huius urbis originem , reliquum est vt ad Politiam vestram reuertar ; quæ cùm in urbis commensione , dispositione ornatuque , tum erga bonos omnes humanitate , munificentia , hospitalitate , æquique & iusti administratione tantu sic innotuit omnibus ; vt qui eam dicendo se credat illustriorem facere , is , me hercules , eadem opera in meridie Soli splendoris lucernam præserat : quid enim est in exstructionibus ædium turritis , vicorum & tū-

* *

egsurā

egressorū commensū conuenienti, plateārum amplitudine munditieque,
retarum multitudine, pontium infinitate, quod spectatorem non cogat
obstupescere? ea profectō fuit maiorum prudentia, ea cura, ut nihil omit-
tendum iudicarint quod non ad decorum modō & utile, sed ad confer-
uationem quoque & salutem suorum posterorum pertinere crederent,
idque ad œconomiae rationem, à qua non ignorabant politiam. omnem
suam considerationem, dispositionem, gubernationem, omnem denique
ordinem accepisse, quam illa quidem id vīsu rerum humanisque neceſ-
sitatis exigentibus multò post tempore subsecuta est, in qua si naturae
conuenienter oportet viuere, patrem familias in primis opus est locum
quærere conseruandæ naturæ quām maximè idoneum, deinde prohibe-
re quæcumque nocere possunt incommoda. Quod quām sit à maiorib-
us vestris factum sedulò, locus ipse loquitur: nam vbi minus contagia
serpere, & ea non protinus extingui videas, si vel minimū nascenti cura
morbo fuerit adhibita? an non hoc declareret aëris puritatem bonita-
temque, & soli ipsius naturam minimè viginosam, nec exhalationibus
nec evaporationibus pestiferis obnoxiam? quare quid potest in solo na-
tali desiderari optatius? Rursus olim domus eò laudabilior erat quò vicini-
nos haberet meliores: quod quidem opus erat sapientis patris familias, ut
qui cùm vita & moribus, rectaque familiæ institutione vicinos ad bene
agendum. nocendūraq. nemini suo exemplo invitabat: tum si quos de-
prehendebat durioris esse cervicis, quām qui sic flecti possent; hos ad
virtutem concordiamque inter se benignè hortando, illos donis promis-
susque demerendo, alios minis ab iniuria cuiquam facienda deterrendo,
omneis & sibi & inter se beneulos, amicos & commodos, suamque vil-
lam à bona vicinia commendatiorem efficiebat. Quid? ad eum ne mo-
dum respublica vestra à maioribus constituta à vobis nunc administra-
tur? Profectō nisi inuidus, diffitebitur nemo vos ita in foro, quantum
tempora patientur, in ciuium tranquillitate, securitate, atque unitate
promouenda, imò non adeò nuper Flandriæ rebus tantum non deplora-
tis cum sociis vestris subueniendo (scio me non vanè nec arroganter di-
cere) sie, inquam, communitatē vestram à maioribus, avis, abavis, at-
avis religionē & probis moribus condecoratam, legibus munitam, for-
titer armis defensam, vestra sapientia, consilio, moderatione geritis orna-
tisque, ut non vos modo, sed auitæ quoque in vobis virtutes τῷ πα-
τέρειον δίκαιον principatum gerant, adeò ut verè dici possit, ποιῶντες οὐ-
πολεῖ ταύτη ἔχει τὴν φέρων ὀλυμπὸ δικαιούσι τάγη τὴν ψυχὴν: ita
singu-

Singuli in officio ciues , quoad eius fieri potest , vt in corpore bene compoſito habilique membra singula retinentur; ita boni suis præmiis , mali mala cruce afficiuntur. Quod profectò fieri necesse est in omni beata felicique Republica, vt ea beneficabilita legibus regatur. Cuius rei maiores vestri patreſq. ſibi probè conſcij cefuerunt in laudabili politia eam curam eſſe primam, vt ab infantia liberi ingenuè educati liberaliter instruantur: οὐ μηδὲν γέ, inquit Aristotel. Σιαφέρο τὸ ἔτως, ή γέτως εἰς θύες εἰς τίνων οἴτης θάυμα, αλλὰ τὸ παρπόλιν, μᾶλλον δὲ τὸ τάχυν. Nec fecellit eos ſua ratio: nam & docti homines in primis curandum eſſe ſcribunt in florenti Republica , ne ſeditiōnibus & ciuium contentiōribus agitetur , οὐτε ταῦτα δὲ ταῦτα, αὐτοὶ οὐταὶ τὰ παθήτα τὰς ψυχᾶς παιδεύνται τῶν νεῶν καὶ εἰς τὸ μετεριον αὐγῆσθαι: affectuum namque moderatio cum doctrina , legibus, & institutis virtuti in animo ſedem parat, qua fulcitur populi maieſtas, deuinciuntur animi ciuium, conſeruatur ſalus omnium, res, fortunæ, liberi, uxores, parentes, amici, ſacra & profana omnia in tuto magis exiſtunt, quam si vello dupliſi fossaque communiantur. Quid: an aliter ſuos Spar-tanos Lycurgus ſtatuit inuitos? Aliane via Acheniēſes hoſtibus quidem in bello formidabiles, domi verò disciplinarum omni genere exculti flo-reuer? Sed quis neget Romanos niſi virtute rerum dominos extiſſe? Non aham certe vos viri ſapientiſſimi bene gerendæ reipublicæ formam à maioribus acceptam , hactenus de propinquō imitatos expreſſiſſe, ſunt in diſcio litteræ liberales & disciplinarum genera ; quibus nihil excoli hu-manius in hac urbe veſtra, nihil expoliri accuratius, nihil effici perfectius, teſtes ſunt diuinarū rerum, teſtes politioris litteraturæ tam Græcæ quam Latinæ profeſſiones publicæ, teſtes ludi litterarij plurimi & frequentiſſimi, in quibus ſic paratur pueritia, ſic exercetur adolescentia & probis morib⁹ ad virtutem componitur, vt vbiuſ gentium verſentur, inter cetera facile dignoſcas ingenia Brugensia. Quid quād viri quidam doctiſſimi Brugas Athenis confeſtant ingeniorum fecunditate, artificum prætantia & doctorum virorum multitudine? quād vna certe cauſa eſt cur tantos in ſummis difficultatibus, & tam diuturnos progressus habuerit hæc ciui-tas, ſuaque erga omnes populi facilitate & comitate ſibi maiores indies polliceri non ineruit, quād tanta eſt, vt vel inuitos ad ſe adducat, adductos deuinciat, deuinctos foueat, ornet, amplificet. Quare, pro meo in rem veſtram publicam officio, & pro veſtro erga me ſtudio, quid aliud, quam ut eisdem natu nunc maioribus ſcribendo proſim quibus olim viua vo-ce, ut confido, ſui non inutilis, & ea ratione, quād hic iuſtitui paria

faciam. nam si quæ ad originem huius urbis faciunt, ignorationis obscurata nebulis nonnihil primus illustrauit, si nomen eius adhuc non auditum, si loci situm ab omni antiquitate Belgica in Borealis Netuiis nobilissimum fuisse ostendi; certè his æqua lance ad omnimodam reipubl. illustrationem debet appendi, qui nostra opera à puerò, quasi data manu, rectam virtutis omnisq. humanitatis viam docti sunt ingredi, ut iij nunc viri ex scriptis cum Hercule cognoscant ad honoris apicem quantum possit cum viribus coniuncta prudentia: & quid id sit cum Iano à fronte simul & occipitio sapere. Contrà, quanta sit existimationis, famæ, nomini & gloriæ pernicies, *πειρίθυη γνωματίζειν*. Quam cùm hanc tum illam vitæ viam cùm nemo ex antiquis scriptoribus Horatio velut in tabulis effigiatam intuentibus felicius exhibeat, nemo vitia accuratiùs infestetur, nemo bonos mores viuaciùs edoceat, eum Commentariis antiquis ex pluribus scriptis manu magno studio consarcinatis, & nostris aliquantò planiùs, vt arbitror, quām prius elucidatum & illustratum vobis, Amplissimi patres, dedico & gratitudinis ergo mancipo; ut qui me non pœnitendo stipendio ad vos Brugas Louanio-arcessitum liberaliter & honorificè prosecuti ad alacrius deuorandum quicquid est in eiusmodi literaria professione laboriosi tædij, non dubitaueritis id insuper honorario munere dignari: quam munificentiam vestram, vt de nobis taceamus, & loquuntur exteri multisq; præconiis effertunt, & vicini quique populi & socij vestri cùm admiratione suspiciunt, adeò vt asserant cordatissimi quique, vel genesis huius loci vel genium ipsum in id inclinati, vt efficiat huius urbis non cœvis modò, sed incolas quoque beneficos, liberaleis & humanos. Accipite itaque, Senatores prudentissimi, hos Cruquij vestri labores reipubl. Bruganæ causa susceplos, ea fronte & animi promititudine qua & patres vestri plerique & vos ipsi nonnulli docentem libenter audiuitis & familiariter estis amplexati. Valete, & feliciter Remp. vest. gerite. Kalend. August. Anno cī. I. L. x. v. i. i. Brugis Flandrorum.

V. V. amplitud. addict.

I. Cruquius.

A D. E.

A D L E C T O R E M

B E N E V O L V M.



N ANTIQUIS Commentariis iam pridem in quartum Odarum, Epodos & Satyras euulgatis, lector candide, nonnullos intelligo, & non postremæ nota viros subfannare, atq; adeò reiectare dictiōnem hanc, Commentator, quasi minus idoneam, nec satis, ut enarratorem notet, Latinam: quod, etiarn si non penitus infitier, tamen si diligentius animaduertant nostrum ea in re consilium & epistolam ad lectorem olim lib. Odarum quarto præpositam candidiūs pellegant, & quiiores certè nobis eos fore crediderim. Nam quis eum nominet honorificè, quem ne nouit quidem? ut taceam ea quæ euolui in Horatium scripta vix vlo honore digna, sed ita lacera, manca, mutila, lacunosa, & tantum non carie, vetustateque deperdita, ut ex iis vix hos Commentarios confarcinauerim. Quid? quod autoris nomen opera nulla consequi potuerim? In editis olim per Henricum Petri operibus Horatij, inter innumeros ferè explanatores legere quidem est virorum doctissimorum Acronis & Porphyriionis numeros & nomina, sed in plerisque eis adscriptis miror atque detestor non olicitantiam typographi, ut quem fortasse mucosum fecit lucri crassus odor, sed ineptos cuculos, qui tantos viros non reveriti, suæ stupiditatis labe non puduit aspergere. Facile coniicio eos in eiusmodi librarios incidisse, quales per aliquot annos validè nos exercuerunt; at hoc vehementer abominor tam præcellentibus scriptoribus eos tantam barbariem nuncupasse. Quod certè ne facerem, & iudicarem ex doctis enarrationibus nihil quam cucullata superesse commenta (præter admodum pauca à nobis magno labore nunc ab aliis separata,) ea non enarratoris, sed Commentatoris esse volui. Deinde cùm quatuor legerim Horatij interpretes, Porphyriionem, Acronem, Modestum, & Scaurum; nec vllis Blandiniis, Tonsanis, aut aliis scriptis appositum nomen alicuius: quid cui, quæso, adscriberem? Fecerint hoc alij typographi, ut suos typos plausibiliores redderent; nostrum sanè non fuit tam stultè te lectorem ludere, tibiique prothesauris carbones ostentare. Ceterū te, amice, monitum volui nostra culpa versus Horatij in tribus Odarum primis ad nostram lectionem non esse emendatos; nam typis præfectus ad exemplar sibi propositum suum satis officium fecit; non etiam ad correctionem nostram, quod fore mihi persuaseram nescius artis typographicæ; quam nunc video primū rectam quidem curare ad exemplar præsens characterum positionem, non etiam ad notas interpretationis, quam legere ut laboriosum, ita nimis essent editioni ingrata moræ dispendia. Quare ut in commune consulcrem, curauit initio ea ad manum esse, in quibus præsertim in iam dictis libris Odarum à vulgatis editiōnibus propè dissentimus. Itaque nostros labores boni consule & vale.

LECTIONES NOVÆ

IN VERSIBVS HORATIANIS.

LIBRI PRIMI ODARVM.

- Ode 11. lege per parenthesin (*seu plureis
biemes, &c. vsque ad rd, sapias.*)
Ode 12. quid prius dicam solito parentis
laud.
Ead.ode ad finem, *Orientis oris, leg. ore.*
Ode 15. leg. *Tencer te Sthenelus.*
Ode 17. lege, *metuant colubrus nec Mar-
tialis Hedulic lupos.*
Ode 23. leg. *Inato.*
Ode 25. leg. *facilis mouebat.*
Cde 27. leg. *Chimera.*
Ode 28. leg. *densentur funera.*
Eadem, leg. *fors & debita iura.*
Ode 32. leg. *poscimur.*
Ode 35. leg. *heū. & paullò post, mammum
iuentus.*
Et ead.ad fin.leg. *diffingas recusum.*
Ode 37. leg. *contaminato congrege.*
Ode 38. leg. *sub arta.*

LIBRI SECUNDI.

- Ode 3. leg. *moriture Gelli.*
Ead.leg. *Ramis. Quid obliquo laborat.*
Ead.leg. *nixium brenie floreis amoenos.*
Ode 9. leg. *Querqueta. &c, virgues.*
Ode 10. leg. *virgundo.*
Eadem lege, *fulgura.*
Ode 12. leg. *flagrantia detorg.*
Ode 13. leg. *Colcha.*
Eadem lege, *Bosphorum.*

- Eadem leg. *legesq; descriptas.*
Ode 14. leg. *tinctuē parvum.*



LIBRI TERTII.

- Ode 21. leg. *Angustam amicè.*
Ode 3. leg. *Hercules enissu.*
Eadem leg. *Inreptum.*
Eadem leg. ad fin. *ductore Phœbo.*
Ode 5. leg. *direpta.*
Ode 6. leg. *Monefis.*
Ode 8. leg. *rapelatus.*
Ode 11. leg. *voluta.*
Eadem, leg. *Impia? nam quid potuere mea-
ius: Impia? sponsos, &c.*
Ode 16. lege & sic distingue, & perrum-
pere amit *saxa potentiss. fulmisse-
neo, &c.*
Eadem leg. *demersa exitio.*
Ode 23. leg. *Phidyle.*
Eadem leg. *rabiginem.*
Ode 24. leg. *mare publicum.*
Eadem leg. *materiem mali.*
Ode 25. leg. *aut quos,*
Eadem leg. *consilio.*
Ode 27. leg. *ego quid timebo.*
Eadem leg. *Ulis Europa, per diphthon.*

LIBRI QVARTI.

- Ode 1. leg. *Porphyreis.*
Ode 2. leg. *Quem super notas alueret ripas.*
Ode 6. leg. *leuis Azullen.*

C. V. NI-



C. V. NICOLAO A^o BRIARDE
D. DE LEYSELE, &c. ET FRANCONA-
TIVM DEGVSIONI PERPETVO IACOBVS CRVQVIUS
S. P.

BRUGAS quidem, quantum in me fuit, V. ampliss. illustrauit in Epistola ad Senat. Brugens. verum in nomine cum non parum ambigerem, nec mihi persuaderem eis à ponte quem legi nominari. Leauburgstock/ id nominis inditum, consului virum clarissimum doctissimumque Ægidium Wiitsium I. C. Regi Hispaniarum à consiliis Flandriæ, quem pro familiaritate & litterarum inter nos communicatione non ignorabam antiquitatis in primis oppidi Brugensis esse peritisimum. Is itaque hoc in veteribus Brugenzi monumentis inuentum Sigillum Gandaui ad nos misit, quod ab Huberto Goltzio nostro tam à fronte quam tergo delineatum hic à Christophoro Plantino vides expressum. Erons autem seu facies aduersa cum hac inscriptione, *Sigillum oppidi Brugensis*, habet diuine Virginis sacellum austum & ornatum à Balduino Ferreto primo Flandrorum comite, cum porta arcis seu Burgi, cui supernè affixus leo est reptans per tabulas seu ponteis, hodiernum Brugense sigillum: Supra portam quidem excubiz, infra vero pons est sublicius ingentis magnitudinis ad Romanum morem palatio-

paltungibus adactus & firmatus : A tergo verò Sigilli cum hac inscriptione, *Secretum de Brugis*, est Arx seu Burgus , opus antiquum, vt non dubitem esse Romanum cum vallo, fossa, porta, & ponte vel argumento inscriptionis Latinæ, quo sermone in causis & rebus publicis ferè vtebantur Galli, donec iugo Romano excusso oœpere barbarissare. Quod etiamnum indicant duo lilia Arci utrumque appressa, reiectis fortassis Aquilis ; nam & Brugæ tandem non oppidum, sed villa dicta est (allusione ad *vile*, vocabulum Gallicum) post antiqui huius signi abolitionem ; quod factum est annis abhinc plus trecentis, in confessu publico tam Ecclesiastici quam Politici status virorum principum Bruganæ Reipubl. præsente populo. Quod autem Brugæ ab hoc ponte sublicet denominata sunt, testantur Chronica Bertinica, mihi, ex indicio Wiitsij, usui nunc data à viro tam pio quam docto D. Petro Adornæo I.C. apud diuum Donatianum Brug. Canonico, scripta anno millelximo quadragecentesimo quarto ex chartis Albini Baiuel quorum dictione in gallissantem sic reddidi aliquantò Latinius : Cùm Balduinus Ferreus sæpius in hac arce, & diutius hæreret (forsitan ad piratas propellendos) plures eò concurrere, aut mercium vendendarum (quos Mercemannos nominant Chronica) aut alia tam publica quam priuata causa, in ore cœpit esse omnibus, Eamus ad pontem, laet ons gaen naer de brugge / qui sermo longè lateque sparsus usurpatusque prima fuit & origo vera nominis Brugarum. sic Chronica præter alia quibus hic non est opus. Ceterum de libera vestra Republica qui Franconatus dicitur, Ambactus quondam Brugensis (vt volunt quidam) vnde nomen hoc sortita sit, anquirere quidem, sed inuenire non licuit : nam nec Meyerus, diligentissimus Flandricatum rerum scriptor, habet; nec Massæus quicquam ad eam rem notatu dignum : Francum quidem Brugense nominat Meyerus non semel, sed vnde Francum veniat, nulla mentio. At dabo tamen aliquando omnem operam, vt vel coniecturis vero quam simillimis, vel certis argumentis eius appellationis originem reperiam . Qua in te, vt mihi ne desis, obtestabor te, atque adeo obsecrabo; vt quem non latet me per omne genus scriptorum tam veterum quam recentium instar apis volare , tibiique quasi prægustando sumere quicquid ad rerum locorumque cognitionem facere posse iudicas. Valc.

Q. HORATII FLACCI ODARVM LIBER PRIMVS.

AD MÆCENATEM.

Alium alio teneri studio , se verò Lyricorum
versuum scribendorum.

Ode 1. Διασολὴ ἡ πραγματικὴ.



AEcenas ataus edite regibus,
O & præsidium , & dulce decus
meum :
Sunt quos curiculo puluerem .

Olympicum

Collegisse iuuas : metaqz feruidz
Si Eurata rotus, palmagz nobilis
Terrarum dominos euebit ad Deos.
Hunc , si mobilium turba Quiricum.
Cerat tergemini tollere honoribus :
Illum, si proprio condidit botro
10 Quidquid de Libycis verritur arcis,
Gaudenter patios findere sarculo
Agros: Attalicii conditionibus.
Numquam dimoucas, vt trabe Cypria
Myronum pauidus nauca fecet mare.
15 Lustantem Icaris fluctibus Africum
Mercator metuens, atqzum, & oppidi
Laudat rura sui: mox reficit raccis
Quassu, indocilis pauperiem pati.
Est qui nec veteris pocula Massici,
20 Nec partem solidum demere de die
Spernis, nunc viridi membra sub arbusto
Stratus, nunc ad aqua lene caput sacra.
Mallos castratiuant , & lituo tuba
Permisus sonitus, bellagz matribus
25 Detestata manet sub Ioue frigido
Venator tenera coniugis immemor:
Se rixa est catulis cerasa fidelibus,
Se rupit teretes Marsus aper plaga.
Me doct*rum* edera pramia frontium
30 Dis misericors superis : me gelidum nemus,

Nympharumqz leues cum Satyris chori
Secernunt populo: si neque tibi
Euterpe cobibet, nec Polymnia
Lesbousa refugis tendere barbiton:
Quod si me lyricis vatibus inferis,
Sublimi feriam sidera vertice.

35

C O M M E N T A T O R .



AEcenas ataus edite regibus. Ode
διασολὴ μορόνθος, qua Mæc-
natem alloquitur, indicans alios
alia delectare, se autem lyricorum
carminum studio teneri . ataus
reg. Dicitur enim Mæcenas duxisse originem ab
Etruscis regibus, & cõtemplisse senatoriam digni-
tatem, mansisse autē semper in equestri ordine.
In commemoratione parētum & laudatio est, vt
Virg. Qui tanti talem genuere parentes? & vitu-
peratio , vt Ismarus aut Rhodope aut extremi
Garamantes. O & præsidium. Quoniam ei præ-
dio fuit Bruto à Cæsar superato : nam per ip-
sum liberatus fuit, ita vt Augustus ei culpā con-
donaret. Deinde Mæcenas ei multa donauit. &
dulce decus. quia principibus placuisse viris non
vltima laus est. sunt quos curr. Sunt quos delectat
inire curule certamen. Exponit autem varia ho-
minum ingenia , & non vnas omnium voluntates ,
ne sit arrogantiae quod sibi poëticam videa-
tur vendicare , cùm singulos quoqz rerum alia-
rum diuersus habeat amor. puluerem Olymp. Ago-
nalem puluerem excitare cursu . Circenses agoni-
ci in honorem Louis Olympici sunt inueniti
apud Eliden: vnde Virg. hic & ad Elæi metas.
Olympicum. Olympia autem dicebatur tempus
quinq. annorum, si quidem expletis quatuor an-
nis , quinto quoq. anno celebrabatur festivitas
in honorem Louis Olympici, ab Olympia cam-
po sic dicti : In illa autem festivitate omnia ge-
nera ludorum certaminūmq. exercabantur , &
nuncequis, nunc curribus certabantur, quos cur-

A. sus

sus omneis uno verbo notauit dicens, *curriculo*. & quia terminus ponebatur, ad quem ita cursu flecterent, ne eum tagerent, ait meta curata. *ferudu*. vertigine ipsa calentibus, *cuisseata*, sic cito undata, caute circuita non offendenteruntur. *palmag*. *nob*. quia nobilis facit ipsa victoria, & diuinus honoribus consecrat. *terrarium dom*. *factos*. ad *deos*. ad Capitoliū cum palma triumphantēs. *mobil turba*. Quiriteis ait mobileis, referens ad vulgi levitatem, nam facile mouetur: vt Virg. feruētq. animis i*q*nōbile vulgus. Loquitur autē de iis qui fauore vulgi captantes, optēt cū ingressi sunt theatrū plauisū sibidari à populo: sic eum excipiebanter in theatrū principes, de quibus populus bene sentiebat, hos enim plausus ter geminis honorēs appellat, *ter geminis*. finitus numerus pro infinito, id est, multis: aut etiam ter geminis, id est, tribus honoribus primis, *Quæstura*, *Pretura*, *Cōsulatu*. *Illum si prop*. *Zeugma* ab inferiori, repetendū enim verbum dimoueas. *Attalici*. id est, regiis opibus. Attalus autem rex Pergamorū fuit, à quo hæres in Itriu est pop. Romanus. Est autem sensus: *Cuicunq*. semel agricultura placuit, corpīq. de agris suis flumen tum reponere, nullis præmissis persuades, etiam si regias opes promittas, vt nauta fiat. *de Lycu*. species pro genere ab excellentia. *territor*. colligitur, trahitur. *findere*. colere, fodere. *farculo*. genus terramenū rustici, quod Græci *rōrōzā idios* vocant. *Cypria*. abusuē, pro quacumq. nauī: siue quia validiores fiant ex ligno Cyprio, speciem pro genere posuit. *Myrtum*. à Myrtillo auriga auxiliari. Pelopis in Hippodamiae certamine: quem, quod petret ex pacto vxoris ipsius Hippodamiae primum osculum, in pelagus præcipitauit, ex cuius supplicio nomen accepit. *panidus*. proprium epitheton nautarum. *Luctantem*. conligenteim. *Scaris*. Icarus Dædali filius, penitus sole resolutis, quas cera illigatas patris arte sumserat, in mare corrut, & nomen imposuit mari Icario. *mercator*. mercator cùm tempestatem in mari patitur, optat rusticam vitam, & in patria sua rura colere, abhorrens tempestatem; mox ubi euaserit periculum, tandem petit vitam. *Quo* argumento significat omnis amare vitam cui assuererunt. ordo est: mercator metuens luctantem Icaris fluētibus Africum, otium & oppidi sui rura laudat, mox reficit ratēs. *mez*. sup. tamen. *quassas*. violentia Africi venti disiunctas & laceras. *indocilu*. indoctus, impatiēs. *est qui nec*. ordo est, est qui nec spernit, &c. Dicit alios lautiore vita delectari, & cōuiuiis appetatis, vt continuare dici possint aliquam partem. *nec spernit*. amar. liptote. vt Virg. mune: a nec sperno. *Mafisci*. Mafiscus mous est in Campania, ubi optima vina nascuntur. vt Virg. atqui non Maf-

sica munera Bacchi. *solido*. *integro*. *demere*. sup. vt non intermitat, sed in latitia continuet vñā partem diei. *viridi*. ameno loco & conviuū apio. *stratus* *membra*. Syncedochē. vt, oculos tūffula nitenteis, pio eo quod est, habēs membra strata, &c. *lene caput*. apud sonem securitatem. *lene*. leniter fluentis, quo strepiti suū det somnum. *aqua sa-cre*. omnis enim fons in origine sacer est. *mules* *cast*. exercitū in militare. vt, Iugat cuasiſſe tot vrbēis Argolicis. *litus*. litui acutus est sonus, rubor grauis. Intertubam & lituum hoc intetesse inueni apud antiquos scriptores, quod Litus equitū est & in curuus. Tuba vero pectum & directa. *dereſtata*. exercitū propter mortem filiorum: quia in bello iuvenes & adolescentes animositate temerarij sunt periculorū contemtores. vt Virg. yota meru duplēcant mares. *sub leue*. ac per hoc sub celo acri nocturno tempore, quo feris tendit. Dicit autē alios studiū venandi plerumq. in silvis pernoctare relieti coniugibus. *tenere cōiū*. aut deligār, aut nuper in matrimonium accepta. *fidelibus*. sagacibus, silentium in inuestigando seruātibus. Virg. & odora canum vis. Lucifer. fida canum vis. *teretes*. de retete fune factas. *Marsfū*. Sabellus. speciem pro genere posuit. Virg. detemq. Sabellicus exauit fūs. maiores enim forma, & ferociores esse dicuntur. *premia*. poētatum scilicet, quia poētæ edera coronauntur. Virg. Pastores edera crescentem ornate poētam Arcades. deinde: atq. hanc sine tempora circum Inter vītrices ederam tibi serpere lauros. Dicit ergo diuinum se honorem per poēmā ad pū. *mīscit*. nam poētē diis quodammodo similes sunt, propter sua scripta quae sunt immortalia. *Nympharūq. leue*. ferē Lyrici carminis materia est, de amoribus, nemoribus & fontibus, ac si qua sunt his similia aut proxima. *scēnunt pop*. a vulgo separant & vilioribus, ac per hoc sublimē faciunt. *Eusterpe* *cob*. hæc vna Musarum est, & interpretatur bene delectans: hæc tibiam inuenisse dicitur in qua sonus est vocalis. *Polymnia*. Hæc etiam vna est Musarum dicta quasi multæ memoriar. & est Epenthesis, sicut in illo Virg. alituū pecudūmo. genus Polymnia cantat. *Lesboum*. à Lesbo insula dictum propter Alcæum poētam. *barbiton*. Lyram maiorem septichorden. *Lyrics*. qui omnes Græci erāt, nam primus poēta Lyricus Latinus fuit Horatius. *infers*. id est, o Mæcena, si me recipies in numero Lyricorum poētarū, ad cælos vñq. euchar.

C R V Q V I V S.

H Vius odes argumentum est: Alium alio studio recreari, ecq. præcipue, cui iam assuevit, sine alterius cura, quantum is aut doleat, aut rebus suis delectetur. Horatiū verò nihil optare magis, quam vt possit ad lyram sua carmina decantare.

decantare. Mæcenas. Exordiū à natalibus Mæcenatis, cum grata beneficij, atq. accepti honoris commemoratione, ut qui per Mæcenatē sit Augusto gratus factus & familiaris. De Mæcenate sic scribit Cornelius Tacitus lib. 5. Cæterum Augustus bellis ciuitibus Cilinium Mæcenatem cunctis ordinis, cunctis apud Romanos atq. Italiā præponuit, &c. **atrus.** atratus est tata aui, id est, pater, vi pueri usurpare solent, inquit Festus. Quoniam etiamnum hodie apud Angiam Hannoneā urbem vulgus passim non alio nomine patres & matres dignantur quād tata & mammæ. **edit regibus.** orus enim est Mæcenas ex duodecim Etruris lucumonibus, id est, regibus seu principibus viris: filius autem fuit Menodori, qui Cæsar contra Pompeium fuit auxilio, cui Menippus pater fuit filius Cæcina regis Etruscorum, qui fuit atratus Mæcenatis. Propeit. li. 3. **Martial.** lib. 1. sic & postea lib. 3. **odarū:** Tyrrhenæ regum progenies. O & **presid.** **exclamatio,** arguens animi gratitudinem. **presidū:** præsidū est quod pro utilitate & salute alicuius auxiliū gratia præponitur, ait Festus: subidiū, quod postpositum est ad subveniendum laborantibus, fuit autem Mæcenas Horatio & salutis & dignitatis auctor apud Augustum: nec non amicus utilis in prædiis & villis ei largiendis. **sunt ques. iuris us.** Hellenismus. Enumeratio earum rerum quibus pleriq. omnes in vita delectantur, quia apud homines sunt aliquo numero, quibusq. vita humana ferè benignius toleratur: Quid enim est in hominum conuersatione magis propere suspicendum: imò potius, quid non vel ipsa propè morte grauius, si tollis è medio honestum, utile & delectabile? Hoc itaq. primum exemplum est ab honesto, eorum, putat, qui præclaris suis conatibus ambiunt immortaleis fieri & sicut proximi. **Olympicam.** du quatuor Graecorum ludis celebribus, vide quæ notaimus od. 2. lib. 4. **Colligisse iunat.** colligere puluerem, est palæstratum lucta seſe & cursu exercitantium; **xov̄s.** videlicet Epigram. lib. 3. ius ἐγράφεις κοινότητος, inquit Hesiodus. **τὸν ἑταῖρον τρίχων** τοῦ οὐρῶν χῶμα ἐγείρεις. id est, intercurrentum namq. puluis, sive terra excitatatur. Itaq. curiculo puluerem colligere, est currendo puluerem cumulatim in altu concitare seu iacere. Nisi inauis colligere puluerem, esse sordidari puluere inter currentum seu pugnandum: vnde ode 6. huius lib. dicit Merionem nigrum puluere Troico; id est, sordidatum puluerulentum. Cæterum de puluere vide oden 6. lib. 4. **Hic, in παραγόμενος,** crediderim sub Olympicī pulueris nomine non tam Graeca spectare; quam quæ in circō maximo ceramina fieri solebant, ad

imitationem fortasse Olympico: si ludorū: nam & in ci:co spectantium clamor, & plautus ad cœlos vsq. euehebatur, adeò vt non raro imperatorum & ducum imagines habitu triumphali Deorum facias immitas, populi erga principes studio, in spe et acu effertentur: Quo pertinet videtur ea, Terrarū dominos euehit ad Deos. id est, diis æqualem facit. Terrarum autem dominos, quos alios, quæso, hic accipias præter Romanos, iuxta illud poëtæ, Romanos rerum dominos gentemq. togatam? Quare nō patrum minor Glareanus hic ponere amphiboliā, Dominosq. terrarum hic Deos quoq. dici posse. De ludiis autē Circen. sibus vide Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 8. & Mariannum, lib. 3. cap. 17. **Hanc simobilitum.** sic haec ent 4. cod. Blandinij, reliqui, nobilium, sed aliud mihi placet magis, propter factiones spectantiū & acclamantium. vide Alexandrum dicto cap. ter geminid. id est, plurimis honoribus extollere, idq. ambitione populari. & hæc simplex interpretatio, nullis obnoxia calumniis, mihi certè probatur in primis: Nam si tergeminos honores cum Porphyry, vulgato exponeamus Quæsturā, Praeturā & Consularū; vel, ut alij volunt, Aedilitatē, Praeturā, & Consularum; quid ad hæc Plutarchi respondebimus Problematis Romanis, titos κοινίας δυτος in iudicis ἐργαζομένων ἀριστοφάνει πρὸ διημερίαις ισχυρούσι τοιχοποιίας ὑπαρχεῖν. id est, Ticus Quintius tam erat statim ab initio præclarus, utante Tibunatum, Praeturā & Aedilitatem contulit designatus sit: illum si prep. cond. Exemplum ab agro colendo frugitūq. percipiendis, quod est & utile & honestum, sed laboriorum propriis. idq. hellenicōs, pro possesso suo. **Libycū.** id est, feitisibus & fecūdis. **κατ' ἤξοχον** Libye seu Africæ prouincię; que quādiues sive frumenti, præter naturalium rerū scriptores eius rei testeis locupletissimos, nobis argut: eto sunt ἀγράμματα, sine εἰσερχομένῳ αὐτικαν Prouincię. **areu.** agris latiss. & apricis: Area namq. ruri ager est Iurii consultis de verborum significationibus. **gaudensem.** Glareanus, neuum, ait, hic genus incipit: quasi hoc rei rusticę studium diuersum velit esse à iam dicto; sed quicquid consilio ab alio legieget, non satis assequor; nisi fortasse velit, condere proprio horteo omne frumentum Libycum, non tam agricolationis, quām avaritiae speciem præse ferre: quod & si nō omnino videri possit à vero dissidentem, si eorum verborum propriam habebas rationem: nimisrum si quis lucri gratia ingentem frumenti Libyci copiam coëmtam, in horreum suum congregarat, tamen malis tribus his versibus continuis vincam comprehendendi agriculturæ curam. **trabe Cyp.** alluditad nauem tractam,

bicam, quæ trahibus connexa est; de qua apud Festum. De Cypro, vide quæ adnotauimus in 1. oden lib. 4. *demoueas*, *demoueas*, legit Lambinus; quod & si non improbeim, tamen seruo antiquam lectionem, tum propter consensum omnium codicuum scriptorum, tum quod parum interesse videam. *luctans* Icar. exemplum ab virili, sed molesto & periculo so. Qui mare nauigant, inquit Ecclesiast. 4.3. enarrat eius pericula, & audientes autibus nostris admirabimur. Est autem Hellenismus, sic enim Græci *πατείσιν σοι*, luctor tibi, pro tecum; lepida metaphora luctæ ventorum & vndarum inter se. *otium & opp.* non otium sui oppidi, vbi nullum est otium, sed nihil quam negotiorum, & vita sollicita, ut scribit Saty. c. lib. 2. sed otium & rura sui oppidi. id est, otium rusticum sive agriculturam, vitam tranquillam, & ab omni tumultu remotam, quam eadem Satyra nominat, lucunda obliuia vita sollicitæ, id est, urbana. *ratiæ aptæ dictiæ trahi Cypræ*; ratiæ enim vocant, inquit Paulus, tigna colligata quæ per aquam aguntur: hinc ratius quadrans, quod in eo & triente ratis fuerit effigies, ut nauis in aere. *indocilis*. Hellenismus, pro indocilis ad patientium seu patiendi. id est, impatiens pauperiei. *pauperiem*. pauperies non est inopia vel egitas, sed vietus tenuis & facilè parabilis, non luxuriosus, ut Ecloga 2. lib. 2. Nec dum omnis abacta pauperies epulis regum, est quæ. *is'is'* aliud vita genus, à iucundo quidem, sed parum laudabilis, nimirum voluptate corporis, qua peste nulla capitalior hominibus à natura data est, inquit Archytas Tarentinus. *Veteri*, vini commendatio à verustate: *παλαιὸς μῆλος*, *ἄριτη δὲ ὑμεῖς σταύριος πίνετες οὐκέτω*, ait Athenæ. lib. 1. *δειπνοσφ.* id est, antiquum quidem vinum, sed florem deprædicans recentioris Pindarus collaudat Epharmost Olympii. Nam antiquum non voluptati solum, verum etiam sanitati magis confert, quod cibum melius digerit, & cum sit tenuis, facile distrahitur, prestat robur corpori, sanguinem rubicundum facit, facile distribuitur, & somnum præbet non perturbatum. *Massici*. vini. Certior, inquit Plin. lib. 14. cap. 6. Massica æquæ ex monte Gaurano Puteolos Baiâsq. spectantia. vide eundem lib. 3. cap. 4. de montibus Massicis & Gauranis. Hæc vini laus est à loco. ne par. solid. 4. d. 4. dies hic nō tam est illa dimensio cælestis ab ortu solis ad occasum intra horas duodecim æqualeis, tam æstate & hinc me, quā alijs anni partibus Romano more, quā diurni operis tam priuati quā publici: sic enim diis placitum scribit Horatius, ut inuocato matutino patre, homines operum primos vitæ q. labores instituant: & ante eum Hesiodus in operibus

& diebus: vnde dies operosi dicti. Solidus autem dies torus est & integer, administrandis, sine intermissione, rebus dicatus. Itaq. demere partē de solidi die, est aliquot horas ab agèdīs rebus, quasi furto sublatas, dare voluptati, nimirū aut indulgēdo genio Venerique, aut turpi otio, somnōq. dulci & grato. *demere*. demimus propriæ partē de toto, sed adimitus totū ipsum. *membra stræs*. habitus hic est hominis deploratae voluptatis. Moſchus: *ἀνταρέσθιοι γυλικες υπεροιχίας ὑπέρ τὸν πλατανόν βαθὺφύλλῳ*, *καὶ πηγὰς φίδεσιν τὸν ιγγύνθεον ἡχον ἀκέσσων*, aque jact. periphralis fontis scaturientis. de diuinitate autem aquæ, lege Ludouicum *Cælium* lib. 27. ca. 5. Quod autem fons omnis facer sit Seruus adnotauit lib. 7. Aeneid. nullus enim fons, inquiens, nō facer est propter attributos eis deos qui fontibus præesse dicuntur. *malas casra*. aliud vita genus bellicosum. Addelectabili quidem, sed vita vnu & exercitio firmatum: quod etiamnum cum honesto coniunctum est tantisper dum pro patria & libertate geritur; satius enim est honestè emori, quam turpiter vivere seruireque. Eupides Andromache: *καταβαίνει γὰρ ίππας ἡ ζήν θάλαιμ' ἐν θυρεοκλῖσι γινεται*. hoc est, moxi enim cum laude quam vivere malim cum ignominia. *manes sub. venatio* non modò iucunda & vtilis corpori exercendo, verum etiam multis nominibus semper commēdata: utilitatem autē eius domi belliq. vide apud Xenophon lib. de venatione, atq. primo de Cyripedia. sub *ἴππεις*. periphralis aëris nocturni, qui vt humidior est, ita & frigidior. Cur autē per Iouem scriptores aërem circumscribāt, quæ Iuno quoq. nominatur, *ἴππη*, id est, terra vel aëris etiam auctore Platone quali *ἴππη*, id est, amabilis, an hoc fiat ex Stoicorum sententia, qui cum vnum tantum naturæ decum asseraat, eius nomina variari dicant pro actibus & officiis, *ἴππης γίνεται, ζεῦς αἰμαζερός ίππεις ιππέας*, inquit Orpheus Appuleio teste, quod ipse sic vertit, Iuppiter & mas est & femina nescia mortis. *venator ten.* vide quanta sit assuetudo viræ cum delectatione, quæ incommoda commodis, dura mollibus anteferat: Quid enim mollius & commodius quam cum tenera placidæq. vxore domi cubare? contrà, quid durius & incommodum magis, quam de nocte sub celo excubare, ferâsq. non sine magno valerudinis vitaq. discriuine capræ: *cavali*. diminutum pro primi- tiuo canibus, puta venaticis, quibus feras inse- quuntur venatores. alij autem sunt odori siue sagaces, qui rimantur ferarum cubilia, eafq. excitat: alij leporatij, qui lepores insectantur. Duo hic notantur venationis genera, alterum in insequen- dis, alterum in feris illaqueandis irretiendisq. *pla- gæ*, *plagæ*, *retia rata*, Virg. nimirum ex denso, & crasso

eratso fune connexa, quibus saltus & maiorum ferarum cubilia stabulaq. cinguntur à venatoribus. *τρεπε plages.* effugit ruptis plagis. *me doctarum.* Nūc per contentionem describit, quo studij genere ipse potissimum recreetur, quod pro antiquo de gloria decertandi more ad Olympicos ludos spectare videtur: Ibi namq. ceteris lucta, cursu, saltu cōtentibus, Musici quidem cantando, poētæ vero describendis heroum laudibus palma captabant. vide oden 2. lib. 4. *doctarum front.* periphatis Syncedochica, pro poētis edera coronatis. *edera prem.* exegesis. Q[uod] autē fertis ederaceis poētarum capita sunt redimiri solita, hinc fumum videtur, quod ut edera folia commanducata agant homines in furoris quandam speciem, teste Plutarcho Problem. ita in poētis-motus est quidam diuinus, quo agitat se p[ro]p[ter]a furibundis sumiles eacnant quæ ad se reveri vix assequuntur. *d[icitu]r miscom.* familiariter & amicurn diis reddunt. hinc est illud Ouid. 6. Faſtor. Est deus in nobis, agitante calescimus illo, Impetus hic sacrae ſemina mentis habet; Fas mihi præcipue vultus viduisse deorū, Vel quia ſum vates, vel quia ſacra cano. Quin & aras & deorum ſtatua olim non niſi ſua fronde ornari faſerat. Ita poētæ edera coronati, diuinóq. furore rapti, cum diis versari, diuinisq. ſeſe dignos honoribus eſſe credebant. *gelidum nemus.* vmbrosum, opacum, propter arborum densitatem. Nemus autē hic accipe per metonymiam pro diis Siluanis & Faunis, iis enim cum nymphis immixtum dicit ſeſeuſari & canere carmina. *ſecernens popul.* id eſt, ſemorum ab urbanis rebus, populariꝝ, ſtudio, quod tumultu & trepidatione plenum eſt, ſibi me vendicant, inq. otio ſcretu ſeum viuere faciunt. ſi. id eſt, quia Muſis ita viſum eſt, quarum fauore & manere diuina hæc beneficia consecutus ſum. Modeſta de ſeipſo ſententia ad virandam inuidiam. *tibia.* tibia flatu ſonum edit, cuius viſus olim in funere præcipuus erat. vide Polyhistorē. *Euterpe coh.* Dulcis enim tibiarum concentus vehementer afficit animos delectāq. Innuit autem Euterpen Muſam carminis ſuauitatem & gratiam ſibi non denegare. *ne Polyhymnia.* ſichabent cod. Bland. vetuſillimi: cui lectioni ſolitaria alſenatur lib. 4. Barbitonius, inquiens, fit adiectione, cūm una plurēſe litteræ non necessariæ iniiciantur. videtur itaq. velle. posterius iniectum ſine mutatione ſignificationis, verūmq. nomen eſſe Polymnia, vt veniat ἀπὸ τῆς πόλης τῆς μητρίας, quæ multa memoria: ſingūlūrē enim Muſa Louis & memoriz filia. Quod li ita eſt, omnino eſt neceſſe paenultimam in ſ longā mutatā eſſe communē, vpo te quod vocalē præcedat, vt vult Hephſtio. Vrū enim uero nihil prohibet dicere eā

ditionē compoſuā eſſe. *τρεπε τῆς πόλης τῆς μητρίας,* nam πολύμυρος, id eſt, multicinis, eſt inuenire apud Aristophanem. Sed & Phornutus. *πολύμυτης δὲ εἰσὶν οἱ πολύμυτης ἄρτι, οἱ πολύμυτης οὐ μητρία.* id eſt, Polymnia eſt multicina virtus, aut potius multos prædiſans. hæc namq. eſt, ait Diodorus, quæ cantus ſuauitate poētas reddit gloria immortaleſ. *rendere.* hoc ad fides pertinet quibus barbiton ſeu barbitos tenditur, plectrifq. ſue radiis percutitur: hiſc Halicarnafeo lib. 7. *βαρύτρα κέρας.* *Lesboon.* a loco, nimium Lesbo inſula, idq. propter Alceum & Sappho egregios Lyricos ex ea inſula oriundos; ſic enim poſtea, age, dic Latinum barbitone carmen Lesbio primum modulate ciui. *barbiton.* tendere barbiton propriè hoc dictum eſt; nam apud Athenæ. lib. 4. *βαρύτρα σεγγανον ἵλετον τὴν πολύχορδην.* id eſt, instrumentum eſt intenſum & multarum chordarum. Itaq. tendere barbiton eſt quod Græc̄ dicitur *βαρύτριαν.* quod si me Lyr. κατ' ἔργον effert Mæcenatis iudicium in diſcernendis carminibus Lyricis, eūmq. tamquam criticū ſtatuit, adeò ut fateatur aliis ſe ſatis commendatum iri, modò ab ipſo variis Lyricis adnumeretur. *Lyrics variis.* Græcis, p[er]t[inent]a, qui numero noitem celebrantur, Pindarus; Alceus, Sappho, Stesichorus, Ibucus, Bacchylides, Simonides, Alcman, Anacreon. Ipſe autem Horatius primus Latinorum fuit. *Inferes.* ſic habet duo Bland. & cod. Carr. Inſerere autem metaphoricōs eſt adnumerare. *ſublimi ſeriam.* hoc eſt, ad tuas laudes nihil aliud mihi accedere poſſe iudicabo, niſi vt Deus ſiam, & tamquam ſidus inter homines reſplendea: aut ſublimi ſeriam ſidera vertice. id eſt, ero in oculis omnium, ero omnibus admirationi: nā quæ ſunt & ſiunt in ſublimi, ab omnibus cernuntur ſuſpi- ciunturq. vide adagium, cælum digito attingere.

AD D I V V M A V G V S T V M, de ira vindictaq. deorum propter necem Iulij Cæſaris.

Ode 11. *προσεκτική.*

I AM ſatis terris niuis, atque dira
Grandiniſ misit pater: & rubente
Dextera ſacras iaculauiſ arceis
Terruit vrbe.
Terruit genteis, graue ue redires
Saculum Pyrrhe noua monſtra queſta,
Omne cum Proteus pecus egit aleos
Viſere monteis:
Piscium & ſumma genus baſit vimo,

- 10 Nota qua sedes fuerat columbi;
Et superiecto pauidata natarunt
Arquere dame.
Vidimus fluvium Tiberim, retortis
Litore Etrusco violenter vndis,
15 Ire deiectum monumenta Regis,
Templaq; Vesta:
Illa dum se nimium querenti
Iactat vltorem: vagus & sinistra
Labitur ripa, Ioue non probante, v-
20 xorius amnis.
Audiet ciueis acuisse ferrum,
Quo graues Persae melius perirent:
Audiet pugnas, viito parentum
Rata iuuentus.
25 Quem voces Diuum populus ruentis
Imperi rebus? prece qua fatigent
Virgines sancta minus audientem
Carmina Vestam?
Cui dabit parteis scelus expiandi
30 Iuppiter? tandem venias precamur
Nube candentei humeros amictus
Augur Apollo.
Sive tu mavis Erycina ridens,
Quam locus circumvolet, & Cupido,
35 Sive neglectum genus, & nepotes
Respicis auctor.
Heu nimis longo satiate ludo:
Quem iuuat clamor, galeaq; leues,
Acer & Mauri peditio cruentum
40 Vultus in hostem.
Sive mutata sive nem figura,
Ales in terris imitari, alme
Filius Maia, patiens vocari
Cesaris vtor:
45 Serus in calum redeas, diuq;
Letus intersis populo Quirinis
Néue te nostris virtutis iniquum
Ocyra aura
Tollat, heic magnos potius triumphos,
Heic ames dici pater, atq; princeps:
50 Neu sinas Medos equitare insultos
Te. Duce Cesar.

COM MENTATOR.

I AM sati toru minis aq. Metrum Sapphicum
hendecasyllabum tribus versibus, quod constat
trochæo, pondeo, dactylo & duobus trochæis: hoc
modo: lá fa tis ter. ris ni vis..aq. diræ, &c. vel aliter
ex Epiteto secundo, choriambo & Bacchio. Quar-
tus autem versus est Adonius dimeter ex dactylo &
spondeo. sic, terruit. vrbē. Iam sati. Post occiduum in
Senatu C. Cæsar à Cassio Brutōq. & aliis cōiura-
tis, plurimæ niuis & grandinis tēpestates, multæq.
potentia vita sunt. Tiberis etiā inundatione Ro-
ma laboravit, ita ut prodigijs loco haberetur. Hæc
autem omnia volt videri facta in vltionem occisi
principis, corumq; poenā, qui cardis auctores exti-
terant. Hæc autem oden scribit in honorem & gra-
tiam Augusti vltoris. Sic & Virg. Extinctū Nym-
phæ crudeli funere Daphnini. & alibi: Ille etiā ex-
tincto miseratus Cæsar Romā. dire. meruenda, à
furi stractū quæ diræ dicuntur. vt, & diræ vltices.
&, dirarū verbera noſco Lethalēmq; sonū. rubente.
fulmen tenente. dextera. omnes manubij albæ &
nigre Palladij esse dicuntur: Iouis rubet & lumi-
nec, jaceret id est, in sacras arceis, tēpla deorū & regū
ædeis monumentaque: vel etiā sacras arceis Capi-
toliū nominat. Terras gent. timere fecit. Pyrrha. v-
xoris Deucalionis, sub quibus fuit diluvium. noua
monst. per noua monitra indicat diluvium, propter
hoc quod sequitur, genus pisium hæsit summa
vlmo. Proteus, belluarum marinariū pastor. Hunc
autem dicit diluvio marina armata in móribus pa-
uisse. de quo Virg. Immania cuius armata & tur-
peis pascit sub gurgite phocas. pecus egit ab. omne
animal præter hominē veteres pecus nominabā:
hæsit vlmo. nature cōtraria dicit diluvio contigisse;
scilicet, vi in arboribus haerent pisces, & damæ
silvestres in aquis natarent, quas Virg. masculino
genere dixit; Cū canibus timidi venient ad pocula
dam. Diluvio facto cū tantū Parnassus emineret,
Deucalio & Pyrrha quo modo repararet genus
humanū. Apollinē confuluerūt: Qui dum respō-
disset vt post tergum iacula rent ossa matris, co-
gnoverūt Terram esse rerū matrē: Itaq. iaculante
mox Pyrrha lapides, puerū; Deucalione, mares
nati sunt. Luueni. Deucalion lapides vacuum ia-
ctauit in orbē. Et manibus nudas ostendit Pyrrha
puellas. Virg. Hinc lapides Pyrrhæ iactos Saturnia
regna. flanū. turbidū & arenē colore flauū. vt Virg.
Vorticibus rapidis & multa flauus arena. retinū
aut propter turbines dixit, aut propterea quod in
capum exhibat, & nō solito alueo in maria: nā mar-
ris assurgē: is violētia Tiberis repulsi: inundauit.
Etrusco lī. id est, Tyrrenho mari, quō influit Ti-
beris. monumenta reg., regiā dicit Numæ Pompilij
qui ad Vestæ suā habuit regiam. Cic. de eadem sic
ait: Nu-

Sit: Nuper ad regiam me pene consecfec. **I**llie. matr Romuli, vxori sua. **I**lia, Ennio auctore, in anno Tiberim iussu Amulij regis Albanorū precipita est: antea enim Anieni matrimonio iuncta fuit. Hic autem loquitur quasi Tiberi potius nupslerit. **quæres** conquerenti, quærelas apud eē dē ponenti de morte Cæsaris suæ gentis hominis, **vix**, non recte in eau fluen, effusus & errans per ripas suas. **fusista**, aut infasta, aut qua parte priorum a luit agros Romanos. **non probant**. **vix** permittente. **mariorum annis**, varijs de Ilia poëtarū sunt opinione: ea autē mater Romuli fuit, quē ex Marte suscepit, quæ mortua ad ripā Anieni fluminis sepulta dicitur qui in Tiberim cadit: & quia aquis abundans Anio cineres Ilia detulit in Tiberim, ideo dicta est ipsa nupslerit Tiberi. hinc dictus est annis vxoris, qui se ad eius querelā iactauit vltorem cædis. **V**xorius aut̄ dicitur vxori deditus, vt pulchrāmq. **V**xorius urbem Extruis. **audet**. **ārūd̄t̄os**. **cineis** **āmīs̄ fer.** maiorū pugnas propter bella ciuilia: nā Augustus percussores Cæsaris in Aegyptum vsq. persecutus est. **quo sup.** ferro. **graves P.** infrenes. **mēs**. portus quā ciues **rara inueniunt**, paci posteri: quia in bello ciuili sub Cæsare & Pōpeo, & postea sub Augusto & coniuratis Cassio-Brutōq. ipsi se Romani mutuis vulneribus -conferunt-. **quem reas**, trāficio per asynthei, & per subanditionem ergo, aut simili coniunctionis, vt sit ordo, ergo quē vocet diuīum populus, &c. nam auersos dicit superos propter tācum facinus, & vota gentis Romanarū spernere. **fas** **agent**, instanter & impensē rogent, vt diuīsq. in vota fatigent. **minus ad.** id est, nō audiētē by mos & preces supplicantium. **cui debet**, id est, cui deorū faciet Iuppiter porestatem de lendifinali quo patrauerunt Romani in occidendo Cæsa. **e** Iuppiter, iuuans pater. Louis mite nomē est, vt Luca, nam mitis in alto Iuppiter. **tan-dēm** **re-pre**. Conuertitur ad Apollinem in gratiam Augusti, is enim bello Actiaco Antoniu oppresſit. Virg. hæc cernens arcum intendebat Apollo. **sub-ānd**, melius nube candenti, quām candenteis bumeros. **amītus**, candidis nubibus velatus, vt qui videri possit, nō amicti enim dij. nequeūt conspici. **augur Apel.** hæc propter Augustum dicit, qui se Apollinis filium volebat videri. **Erycina**, Erycina autem Venus ab Eryce monte dicta est, in quo maxime colebatur. hæc ad Augustum pertinent & genē Iuliam, quæ à Venere ducebatur originem. vt Virg. **Hunc tu olim c' o s' solis orientis onustū Accipies**, & Erycino in litore sedes Fudatur Veneri Idaiae. **ridens**, propitia, nam Veneris numen non vsq. adeò mire esse solet: irata enim aliquando Solis filias persecuta est, videtur autem alludere ad illud Homericū φιλομούσης ἀφερότην. **Sino**

eg. ad Martem hoc dirigū, quē inuidiosē arguit genus suum, id est, Romanos neglexisse, quod passus sit eos bello ciuili deuastari. **auctor**. Mars propter Iuliam Romuli matrem. Virg. videt, vt geminę flat vertice crista, Et pater ipse suo superiū iam lignat honore. **Iudo**. Iudum pro bello posuit, hic enim videtur esse Iudus Martis. **quem iuvat**. Martē enim & hellicus clāmor & splendenta tela delectant, vt iuvat ire & Douica castra Deserōt, q. videre locos. **Mauri**. Maurum procūs liber bellicosæ gentis viro ponit, speciem pro genere. **Sine mutata**. Adulatur Augusto, Mercurium eum esse dicens, cuius ipse patens per Troianos fuisse dictus est, vt Virg. At Maiam, audit is si qui quā credimus, Atlas: Idem Atlas generat cāli qui sidera terquet, Sic genus amborū scindit se sanguine ab uno. Ordo autem horum verborum est: ô ruales Mercuri filii almæ Maiae patiens vocari Cæsarīs vltor, imitaris in tenis iuuenem Augustū mutata figura, venias precamur. **alme**, almæ filius Maiae, periphrasis Mercurij. Virg. hēc ait, & Maia genitū demittit abalo. **foras**, suauiter opiat Augusto, vt diu vivat, & sero diuus fiat, **iniquum**, iratum, contraria, indignantem peccatis nostris, & propterea ocyus nos fugētem. **oror aura**, pro ocyus tollat, **exāvū ināllā syn**, princeps, iuxta mox principum viroxi, qui patres patriæ dicuntur. **Medos Parthos**, à quibus Crassus occiūs est, quo cæsio ortū est bellū ciuile. Luca. Vmbrāq. erraret Crassus inulta.

C R V Q V I S.

IN gratiā Augusti quas terroris pœnas & Romani ciues & exterē nationes dedere irato loui, hingit eas accidisse propter Iulij Cæl. miserandam cædē, argumento sumto ab aerea tempestate, Tiberina inundatione, & bellorū ciuiliū cōtinuatione, quod cū virtu ciuū euenisce dicat, loui supplicat vt vel Apollinē, velez Iulia gente aliquē, vel Mercuriū (quē facit Augustū mētiri mutato vultu) cælo demittat, qui scelere parentū expiato, tādē pace inter ciueis cōposita, diu regnet, hostiū cōf. Romano subiiciat imperio. **lājāt**. Exordiu à tacita obtestatione, & enumeratione pœnarū quas Loui diuīsq. ceteris vult luiss Romanos, ob Cæsarē indignis modis cælum. **dire grand**, propter irā deorū, dirus enim, inquit Festus, dei ira natus. **ḡox̄āt̄os pater**, **ārōrōpāt̄ia**, pro Loue. sic Virg. & Geor. Ip e pater media nymborū in nocte coruca Fulmina molitur dextra. **grubē dux**. Si Iuppice gradinet simul & fulminet, calamitatēm præsignari voluit antiquitas. scribit aut̄ Cōment. Louis quidē rubras esse manubias, Palladiv verò albas & nigras. Alex. ab Alex. oīus ait: Louis rubras, ceteroru aut̄ deorū albas & nigras es̄t manubias. sic Tu eo vocabulo dicta deorū fulmina: sed & exutis ab helis, capte spol aq.

spoliāq. etiam manubie nominata sunt, eò quòd manu caperentur, vt haber Agellius ex aliquo-
rū sententia. Nanius autem noīter arbitratur di-
ctionē coniungi ex manu & vī, aut à manu & fīa,
vt sit hybrida dictio. Ego certè puto μενοπία esse
purum putū Græcum nomen, coauisfēq. ἀπὸ τῆς
μενού, id est, iudicō; & fīa, id est, virtus & poten-
tia: nam yt dij fulmine hominibus suam poten-
tiam declarant, ita viri principes detractis ab ho-
stibus seu aduersariis spoliis eis sc̄e potentiores iu-
dicant. Ceterū Tuſcorū vates nouē Deos ful-
minatores esse litteris prodiderunt, vt haber Plin.
in naturali historia: atq. vndecim fulminum ge-
nera, Iouem autē tria ejaculati, alia quidem consiliij,
quæ & monitoria placidāq. vt scribit Festus,
seu lēta, nimirū quæ emicabant post conceptum
de re aliqua agenda consilium: Alia verò au&to-
tatis, quæ dij consciis cum fragore quodam post
rem iam peractam bonum vel malum prænun-
ciabant: Postrema autem, status, quæ deorū etiam
superiorum consilio, præter expectationem om-
nium superuenientibz, ignitāq. violenter discutie-
bant adrebatq. nō sine significacione status pu-
blici priuatq. mutandi: qualibus fulminibus at
hic Horatius iacta esse arceis sacras, ciueisq. terri-
tos. Quod autem ad status commutationem spe-
ctat per eiusmodi fulmina prænunciatam, scribit
Dion. in Augusto: ego verò ex iis omnibus quæ
temporibus Cæsaris & Antonij acciderunt hoc v-
num referam, quo commutatio rerū, vt ego arbit-
tor, significabatur: flumina quædam in Italia in-
contrarias parteis fluxisse: quædā proflus exarisse,
&c. Rurum in eodem: Cornelio autem & Va-
lerio Messalla consl. magni terē motus facti sunt,
Tiberis pōtem disturbauit, fecitq. vt vrb̄ septem
dies nauigaretur, &c. Profetō ob has causas. ego
creddiderim in bonorem Cæsaris iam Diui hunc
hymnum ludis Apollinaribus pueros manibus
amplexos cecinisse ad aras viuo Cæsari consecra-
tas. sic & lib. 2. epist. 1. Præsenti tibi maturos lar-
gimur honores, Iurandāq. tuum per nomen po-
nimus aras. & ode 5. lib. 3. prefens Diuus habe-
bitur Augustus, &c. iaculatus arcu. id est, sacras ar-
ceisicit fulmine, & terruit urbem, id est, ciueis ur-
banos, per metonymiam continens pro conten-
to. Pyrrhe. vxoris Deucalionis, qui in Attica Ce-
cotope regnāt, iis imperabat qui circa Parnassum
montem habitabant, Eusebīo teste Chronicis, sub
quo trimestre diluvium fuisse in Thessaliam scribit
Xenophon in æquiuocis. anno mundi 3675. Eu-
sebīo auctore; si potius non credamus id vniuer-
salē, Noīq. fuisse Deucalionem: Scribit enim ex
anquīs fabulis, quæ p̄ se ferunt historiam, Plu-
tar. in eo libro vbi brutis. ait inesse vim rationis,

Columbam ex arca emissam indicū Deucalionis
præbūisse subsidentium aquarum celsantisq. hic-
mis. Huc facit quod Apollodorus lib. 1. memoriz
prodidit: pōst, inquiōns, vbi prolem æneam collendam Iupiter censuit, Deucalionis Promethei
consilio fabrefacta è lignis arca, in cāmq. ad vitam
transigendā rebus necessariis impositis, cum Pyr-
tha ingressus est; mox Iupiter largè effusis de ce-
lo imbris maximam Græcie partem cooperuit,
vt quicquid in ea mortalium foret, interierit præ-
ter admodum paucos, &c. hunc legito. *suna mon-
stra*. rem nouam, insolitam, nec vñquam antea vi-
sam: nam monstra pro monstratione ponī necesse
est, phocas enim & delphinos in mōtibus palci, &
damas natare, est præter naturā. sic & Virg. mōstra
dēūm referto, pro monstratione, p̄m̄ egit. egit vi-
sere, Hellenismus, pro eo quod est, eduxit ad vi-
dendum, *της ιντερβάσεως*, ad inspicienda pascua
insolita incognitāq. p̄m̄. marinum. nimirū pho-
cas, virulos, &c. quæ maris belluz non impropriè
pecoris nomine comprehenduntur, spirant enim &
dormiunt in terra herbāsq. depascuntur, quod
eis cūm sit cum terrestribz commune, addit Ho-
ratius id quod per inundationē eis præter solitū
accidit, putā, vt in montibus noua pabula perquirerent, *piscium ge.* ceteri pisces minori mole corpo-
ris. *hesit.* adhæsit vlmō summa, ad imitationem
auium in summis arboribus nūdificantium. *colom-
bi.* siluestribus, turturibus, palumbibus. Virg. Nec
tamen intēa rauce tua cura palumbes, Nec ge-
mere aërea cessabit turrit ab vlmō. *superiō pani.*
hoc est, damā pauida natarunt super æquore ie-
cto. id est, cieicto in terram egressoq. per *ιάτλασιν*.
Vidimus. *διατύπωσις* inundationis Tiberinæ post
cædem Iul. *retorsus vnd.* retro in caput, & sūrlum-
versus actis seu repulsi iam inde ab Etrusco litt-
ore, id est, Tyrrenho mari ire deiectum moau-
menta, &c. Influit enim Tiberis in Tyrrenum
mare: Itaq. vñ retortis participium passiuū (quod
commodissimè in ablatiō cōsequentia ponitur,
vt notat Linacer) accepit actiū, vt hic sit sensus:
vidimus Tiberim retorquentem seu retor-
quendo vndas suas ab ostiis Tyrreni maris Ro-
manum versus, ire deiectum, &c. & hoc modo iactat
se vñtorem Cæsaris. Violenter. an vndis violenter
retortis, an per synchysin violenter ire deiectum:
tempłaq. Vñ. Dionysius Halicarnass. lib. 2. post
multa tradit Numam Pompliū zdem Vestae
condidisse extra Romanum quadratam, medio inter
Capitolium & Palarium loco, vnis mōnibus v-
troq. colle circumcluso, quæ quidē rotunda fuit,
eò quòd terra quæ rotunda est, Vesta dicta sit,
quod rebus omnibus vestiatur, aut quòd vi sua
sicut, vt ait Ouid. in Fastis. *is in Græcē teste Cic. de
natur.*

natur. deorum, id est focus, ignis, domus. vel ~~tempore~~
 quod prima domos edificauerit, ut vult
 Diod. Siculus. vel ~~tempore~~, quod ubique colere-
 tur, eiisque simulacra sedentis habitu fingeren-
 tur. An autem aedes Vestae templum fuerit; negat
 Agellius in noct. Att. cuius caulam tradit Seruius,
 nimirum quod ea non fuerit Augusta, id est augu-
 rato consecrata, ne Senatus eò conueniret vbi vir-
 gines erant; at atrium eius erat Augustum quod era-
 rat Numæ regia. Quod & Plutar. Numa, inquit,
 regiam iuxta Vestæ templū condidit, vbi maiorem
 temporis partem morabatur, aut sacræ vacans, aut
 sacerdotes docens. Non placet itaq; quod Seruius
 scribit aedem Vestæ fuisse Numæ regiæ. Quare tē-
 plia Vestæ hic ~~tempore~~ accipi debet pro atrio
 Vestæ. Sed de tēpli origine & significatione varia,
 Varro de ling. Lat. li. 6. in princip. Ilia dum se. è. 1. 1.
 Tiberis commoti à querelis coniugis Iliæ, à
 qua Iulia gens dicitur originē ducere. Iactat. ma-
 gificè promittit & arrogat gloriatur, ~~ut~~ yad myó-
 pu. Sic Propert. li. 4; ad Lenam: Si cantica iactat
 comes & voces ebia iunge tuas. Ioue non prob.
 indignante quod iniussus hoc fecisset, ad arbitriū
 dumtaxat & querelas Iliæ coniugis, nec veritus
 iram Iouis, ei morem gesisset, hinc vxorius molli-
 vocabulo notatur, quod præter honestum suis af-
 fectionibus indulxisset. Hæc autem ad Iouem Capito-
 linum referenda sunt, quò etiamnum Tiberis
 inundatio pertingebat. ~~Audet~~ c. ab ijs quæ necem
 signa antecedebat transit ad ciuilia bella, quæ eā-
 dem subsecuta sunt ab Augusto confecta in vin-
 dictam Iuli, eorum hinc sumpta causa, quod ni-
 hil conuenientius duceret, quām necem auunculi
 vñclisci tueriq. acta, ut habet Sueton. in Augusto. quo
 graves. quo ferro. causa materialis pro effectu, id
 est, quibus armis, & per metalepsin, quibus bellis.
 graves Perse. hostes pop. Romani; posterior versus
 explicat priorem per reticentiam graves. ab armo-
 rum genere. hi namq. Sarmatarum instar ferreis
 lamiis, aut pzeduro corio conserto muniti, tur-
 miq. instruti, mirum dictu, quanti roboris, quā-
 teq. formidinibus existant. Perse. quos hic Persas,
 in extremo versus huius odes Medos nominat, ex
 quibus Parthos intellige. hi namq. ita vicini fuere,
 ut Parthi Persicè viuerent, & Ebarana metropoli
 Medorum, imperiisq. Medici capite, pro sua
 aliquando regia Parthi vterentur, ut scribit Strabo
 li. vndecimo; qui iam ferè ad solidam Romani
 nominis imperiisq. gloriam erant reliqui. Oros.
 lib. i. cap. 2. Archolia, Parthia, Alysia, Persida, &
 Media &c. generaliter Parthia dicitur; quamuis
 scripturæ sanctæ vniuersam sepe Medianam vocent.
 Ceterum Parthi quām fuerit graves, quām dam-
 na dedere Romanis in cedendo M. Crasso. Ante-

niōq. fugando, scribit Appia. in bello Parthico.
 nio parent. quod hic vitium. i. causam dicit bello-
 rum ciuilium, Cic. pro Marcello (ut de aliis locis
 taceam) in primis ambigit quo id nomine exprimatur,
 fatum ne, an errorem, an culpam nominet
 ciuium. Sic etiam epodo 7. furor ne cæsus, an ra-
 pit vis acrior, an culpa responsum date? rata iuuen-
 tus. propter multitudinem cælorum ciuium. vide
 Plutar. in Caſare, quem vocet. dixit cum addubi-
 tatione: quod more hominum facit in rebus ma-
 lis, semp̄iq. in deterius vergentibus, cum nihil
 amplius aut remedij superesse aut consilii sentiūt,
 ad preces & vota configiunt, deiq. tutelatisbus in-
 vocatis se suāq. commendant: dixit op̄is autem
 siue addubitatio qua hic vitetur, est quedam tra-
 pasatio, seu præparatio ad id quod instituit, nimi-
 rum ut Augustum diuum faciat, qui rebus iam
 propè desperatis in tempore succurrat, ciuiliq. ru-
 multu sedato, omnem bellum molem veritat in ho-
 steis Parthos. rebus. res autem imperij sunt liber-
 tas & maiestas populi, auctoritas dignitatisq. Sena-
 tus cum potestate: nam res imperij est imperium
 ipsius ex suis partibus constitutum. hic ræco me-
 rum & mixtum imperium ab Vlpiano definitum.
 preceq. Syncedo. pro precibus, fastigent. medi poti-
 entialis, pro fastigio debent, hoc est, etiam impotu-
 ne exorent. Virgines sac. Vestales, Vestæ consecra-
 tæ ad preces publicas. de his vide Plutar. Numa.
 Agell. lib. i. cap. 1. Alex. ab Al. lib. 5. cap. 12. minus
 aud. obsurdescentem, per liptotem. carmina. hym-
 nos & preces. sic Ouid. Carmine dij superi placatur,
 carmine manes. Vestam. propter sceleratam
 necē cognati sui Iulij Cæsar. vnde Ouid; 3. Fast.
 Ortu ab Aenea tangit cognata sacerdos numina,
 cognatum Vesta tueri caput &c. loquens de Au-
 gusteo. & in fine. 4. Fast. Auferr. Vesta diē, cognati
 Vesta recepta est limine, sic iusti constituere fenes.
 loquens de Palatio, vbi Augustus suam domum
 habuit, teste Sueton. Tranq. & Ouid. eodem loco,
 State Palatine laurus, prætexiāq. quercu sit
 dominus, æternos treis habet via domus. nimirum
 Vestam, Apollinem, & Augustum, cui dabis. dixit op̄is
 alia propter iratum Iouem. tandem venias p.
 dixit ad Apollinem, vel potius ad Augustum sub
 nomine Apollinis cuius filius fuit, quod Attia
 eius mater sine villa dubitatione asseruit, ea nāq.
 in Apollinis templo obdormiens, rata est cum
 draconem se commiseri, nec non peperit expletis
 ad pariendum mensibus, eadēmq. nocte Octavius
 solem ex vulua uxoris oriri in somnis vidit. vide
 Dionem Nicæum & Suet. in Augusto. nube cand.
 in signum propitiationis, candida namq. fausta
 sunt, ut contraria, nigra infasta. cædereis habent
 omnes scripti cod. atq. ita esto synchysis. alij ma-
 lunt le-

lunt legere carenti, quod non damno. *augur A-*
pol. vates. māris. hinc Delphis Pythius nomina-
tur, quod cō proficisci ebantur homines rō wādā-
wādā. j. scilicetandi de suis rebus gratia. Erycīna ri-
dēns. pōt. patrēns Augusti (Apollinē vi. suprā)
invocat matrem Aeneā (ā quo Iuliorū familiā)
Erycinam Venerem, cui Romē extra portam Col-
linam magna mole templum extrectum ferunt.
in insigni porticu Syracusis expugnatis à Marcel-
lo, vt quidam tradunt: vel, vt alij, à Q. Fabio Maxi-
mo, cōq. dēam ex Eryce monte Siciliā esse transla-
tām Sibyllini carmineis monitu: hanc autē me-
retrices Romē colebant, vt scribit Ouid. in Fastis,
Nomina vulgares Veneris celebāte puelle, multa
professarū quæstib⁹ apra Venus. quām loc⁹ comi-
te. benevol⁹ Veneris, Cupido, loc⁹, Gratia, &c.
sue negle. lūm. dēos ad Martem auctōrem. j. pro-
genitorem Romani generis ex Ilia. quæ peperit
geminos Romulūm & Remūm, quo nomine Ro-
manos vocat genus & nepotes. i. cius progeniem.
ita namq. scribit Līvius in inicio suā hitor. Ea
belli gloria est pop. Romano, vt cūm suum con-
ditorū q. sui patēntem Martem potissimum ferat
&c. Argumentum autem hoc est à pietate patēn-
tis in suos posteros. neglectum. à te. j. reiectum ex
oculis tuis & contemptum habitum. respic⁹. opitul-
aris & faues: nam dij intuentes adiuuare putan-
tur. heu nimis. nād⁹s à diuturnitate & grauitate
bellorum ciuilium. longa diuturnitas. bellī no: a-
tatur. quēniusas. exp̄licatio ludi Martialis à suis co-
nariibus, clamore, galeis. j. armis & vultu truci.
Statius 7. Thebaid. comites Martis enumerat,
stationēm, amentiam, nefas, iram, metū, insidias,
discordiam, minas, furorem, crudelitatem, mor-
tem. acer. vultu: t. culentus, horridus. Lucrēt. lib. 6.
de vultu dispositione eorum qui mortem iam
initare vident. perturbata mens animi in: uatore
metūq; triste supercilium, furiosus vultus & acer:
credo etiam ad truculentiam pedes Mauros in-
duisse leonum, pardalium & visorum pelleis, vt
scribit Strabo lib. 17. siue mutata. Apostrophe ad
Mercurium, quem non sine alienatione, mutato
vultu singit esse Augustū, vt qui ei cognatus erat
per Aeneam: Maia namq. à Ioue viciata. Mercuriū
peperit; eius autem soror ex Atlante. patre E'cstra à Ioue compressa Dardanum in lucem
edidit, cuius filius fuit Erichthonius, ex quo Alia-
racus, qui Capyn genuit ex quo Anchises Aeneā
p̄ter, vt videre est Aeneid. 8. iuvēnem. Augustum,
nam auctore Suetonio Dalmaticum perse bellum
gessit adolescentis adhuc; & Antoniodeuidicō Can-
tabricum. præterea Dion. Nicaeū eum memorie
pro lido decim & octo annos natum cum Hirtio
consule contra Antonium bellum gessisse. patiens

rec. ad imitationem Græcam, patiens vocari vltor,
pro patiens te vocari vltorem. sic I.socrates, & etau-
rtu arānd̄p̄tes ēt̄ ὑπομνήσεις. i. & te ipsum vt
homo exitens memineris, pro, & te ipsum vt ho-
mīnem esse memineris. Demosthe. ī rō παρα-
πρόσθια, ēt̄ μετ̄ ἀνάτα οὐκ ἔτιχεν οὐδὲ ἐτῆ
εἰρήνης γίγων, & τούτους ἀραιδίας κακίας οὐδέ-
λογίσεις οὐτε σίσαι αἰσθατο. i. si quidem enī in quanta-
cumq. perluasitib⁹ vobis ex pace contigerunt, &
tanta ignavia mātitiaq. fatemini vos esse pleni, pro-
vo. esse plenos. Quod quidem sit quando nomi-
natiuus post infinituum horum verborum dico,
sentio, aio, & similiūm, ponitur pro accusatiuo, nā-
ciusmodi verba & sensu infinitiuū solum requi-
rant, & eadem est persona agens finiti verbi & in-
finiti. Tale est illud in Andria. Quæ sese optauit
inhonestē parare d. uitias, potius quām in patria
honestē pauper viuere, pro, se pauperem viuere.
Lucanus quoq; sed paulo durius, Tūtūmq. puta-
uit iam bonus se sacer. i. se esse bonum sacerum.
Ouid. 13. Metam. Sed enim qui arietulit Aiax esse
louis pronepos. i. se esse louis pronepotē. de Tri-
stib. lib. 2. acceptum refero versibus esse nocens. i.
me esse nocentem. hanc autem phrasim cūm
non satis intelligeret Despaut. esse Græcam, dite-
bat in eiusmodi infinituū nominatiuum, nūc
subintelligi accusatiuum. hunc consulto in Syn-
taxis; in commentariis. Esse pareis optat casus &c.
serus. aet̄q. iā partis, serus pro sero. precatur Au-
gusto lib formā & vultu Mercurij, longam & fe-
licem vitam, vlt̄tus iās: & iās: propitius &
faustus interis & vivat in republica, non gravis &
morosus, quales sunt domini in seruos, sed latu-
& humanus, quae sunt parētes erga liberos. hoc
autem nomen, Dominus, auerſabatur cane peius
& angui: Iraq; Valerius Messalla id mandantibus
cunctis, quod bonum, inquit, faustumq. si ribi,
domiūque tuæ Senatus consenens eum populo
Romano, te consularū patriæ patrem &c. legitio
Suet. in August. Quātū. cod. Carr. habet Quirī-
no, se: o:, mutaram ini, indicat & superscrip-
tiō rō Rōmano, & aperta litura. nōstrī. vī. odīs,
ambitionibus, contentionibus. iniquum. inique
nostra vitia ferentem. egor. aur. ocyor quām pro
arbitrio nostro. coq; ingratior. Nelcio an eō allu-
dat quod creditit antiquitas, nimis deos pri-
mium cum hominibus familiariter egisse; at po-
stea dolos eorūmq; fraudeis & cetera vitia cūm
ferre nequirent, ijs desertis in calos rediisse. vide
Hesio. in oper. & dieb. tollat. ē cōspectu nostro. inq;
cēlum subuehat. hic magnos. nōspōrōn, ab honori-
bū publicis ob tes bene gestas, hosteisq; legitimos
bello sanguinolento debellatos. de triunphando
modo & ordine legitio Plutar. in vita Amilij. & A-
lex. ab.

lex.ab Alex.lib.6.bk.ames. Zeugma ornatum eleganti anaphora. pater atq; p. ab humanitatis,benevolentiae; titulis,de quibus paullò superius. *Medos* eq. per Medos & Persas suprà diximus notari Parthos, qui quasi toto terrarum orbe vel domito vel pacato omnium oculis signaréatur,atq; in eos sòlos omnis vigor imperij Romani vertendus esset,quippe quos pristina vlciscendæ Crassianæ cedis cōscientia mordebat, vltro signa,quæ Crasso interfecto abstulerant, ad Cæsarem remiserunt, regiisq; obliudibus traditis firmum fædus fideli supplicatione meruerunt.hæc Oros.lib.6.cap.21. *suntare*. in equis securè agere & militare. Nam Medorum & Persarum pedestri pugna nihil ignavius.

AD NAVEM QVA VIRGIL. lius Athenas vehebatur.

Ode III. προεργαστηκα.

- Sic te Diua potens Cypr,
Sic fratres-Helena;lucida sidera,
Venterumq; regat pater,
Obstrictus alio,preter lapyga,
5 Natus,que tibi creditum
Debes Virgilium,finibus Atticis
Reddas incolunem precor,
Et serues anima dimidium mea.
Illi robur,& as triplex
10 Circa pectus erat,qui fragilem truci
Commisit pelago ratem
Primus,nec timuit precipitem Africum
Decertantem Aquilonibus,
Nec tristeus Hyadas,nec rabiens Noti,
15 Quo non arbiter Hadria
Maior;sollere,seu ponere vuli freta.
Quem mortis timuit gradum,
Qui fucus ocalis monstra narentia,
Qui vidit mare turbidum,&
20 Infameis scopulos Acroceraunia?
Nequiquam Dew absidit
Prudens Oceano dissociabilis
Terras; si tamen impie
Non tangenda rates transfilunt vada.
25 AV.DA X omnia perpeti
Gen humana ruis per vesitum nefas.

Audax Iapeti genus

Ignem fraude mala gentibus intulit.

Post ignem aetheris domo

Subductum,macies,& noua febrium

30

Terris incubuit cohors:

Semotique prius tarda necessitas

Lethi corripuit gradum.

Experitus vacuum-Dedalus æra

Pennis non homini datus.

Perrupit Acheron & Herculeus labor.

35

Nil mortalibus arduum est.

Celum ipsum petimus stultiss: neque

Per nostrum patimur scelus

Iracunda louem ponere fulmina.

COMENTATOR.

Sic te Diua potens Cypr. Metrum primo versu Glyconium constans ex spondeo & dactylis duobus.hoc modo:Sic te. Diua potens Cypr. secundo Asclepiadeum. Ad nauem autem loquitur,qua Virgilius Athenas perebat, ei supplicas ut eum incolunem perfesarat:quare ipsam beneficis sideribus commendat: *Diua potens*. salutare Veneris sidus est. fratres Hel. Castor & Pollux regant. lucida sid. χάλκη ἡ τέλειη. fratres enim Helenæ sunt lucida sidera,pater. Aeolus rex veterum. preter Iap. Iapix vetus est flans ex Apulia vtiis Athenas petentibus. Græcè Argestes nominatur. creditum.commendatum.in datiuo. Virg. anni spe credere tempore. Atticis. Atheniisibus. Et serues ani. suavitate hoc dictum est secundum illam amicitiae definitionem qua plurimum vtuntur. φίλια ēτι πία ψυχή iv dōnō σύμμαχον. illi robur. execratur eum qui primus lucri gratia sit ausus nauigandi periculo se se committere.habet autem hic quiddam Homericum, χάλκεον δὲ μελισθός, id est ferreum pectus. acsi diceret, illi pectus erat sine mente. triplex. ferreum & indomabile. verbum tractum à fœneratoribus, quorum avaritia & spe lucri vel commercij inuentum sit nauigium. commisit. credidit. Terciū.ouē lupo cōmisiisti. precip. Afric. impetuosum. tristeus Hyā. pluvialeis, tēpestuofas, nebulosas. vt, & pluvio contrastat frigore cælum. nec rabiens vim. Noti. Noti hic supra omnes ventos extulit,quia in Hadriatico mari præcipue dominatur. Ideo arbiter dicit, id est dominator,quod quasi ad arbitrium suum vel tolluntur fluctus vel plantantur. Adre. maris Adriaci. Est autē Adria ciuitas & portus,vnde dictum est Adriaticum mare. tollere. commouere. vt, & mulcere dedit fluctus & tollere ventos. morris t. gr. genus morris. tres autem gradus mortis definiuntur, satum, casus, genit. ura. fato: vt,

B 2

fato, vt, stat sua eniq; dies, genitura, vt merita, nec morte peribat, sed misera ante diē. Casu, vt, sternitur in seipso alieno vulnere. Stoici, calu, seu necessitate; Epicurei, fato; Pythagorici genitura hominem mori dicunt. Quam mortem inquit, potuit abhorre, qui moustra maris, & asperitra faxa sine lacrymis videre potuit? infamè scop. propter atrocitatem naufragiorum. *Acroceraria*, ἀκροκέρανια. Epis iuga, montium sic dicta, quod ob suam altitudinem frequenter fulmine ictuntur. ἄξος enim summum significat, & ἄξεψιος fulmen de his Virg. Proachimur pelago vicina Cerænua iuxta, nequicquam frustra. Deus absit, ac si diceret: numquid sine ratione separatum est mare à terra? cùm illud elementum periculis, hoc voluptatibus plenum sit? absedit. separavit. prudens. prouidens. non tangenda, non debere vada nauigii periculosa accusari, cùm nauis ipsa nec fieri, nec usui esse debuerit. Virg. Illuditq; vadis, atq; argere cingit arenæ. vada autem dicta sunt, quod vix villa profunditate sui vadari, id est, pedibus transiri possunt. audax temeraria, omnia faciens partientisq; lucri cupiditate. *Iapeti genus*, periphralsis patronymici Iapetis, nam Prometh:um notat Iapeti filium, qui quod ignem Iouis furatus esset, dicitur hominibus attulisse, & terris inuexisse multas calamitates. *etheria domo*, ad imitationem Hesiodi qui scribit, cùm ignis è celo futurum à Prometheo subreptus esset, ad suas è terra factas statuas animandas. *Pandora* à Iove in terras demissa est, quæ pacfacto dolio, ab Epimetheo, omnium malorum genera, quæ in dolio inclusa fuerant, dicitur attulisse mortalibus. subducitum, subrepsum, furto ablatum, terris incubuit, terras inuasit, vt nec in suo elemeato quieti viuerent qui aliena tentassent. *cohors*, acsi dicteret, multa moeborum genera ad vindictam temeritatis in terras missa. *segasti*, tardè venientis, tardam dicit necessitatem, propter mortem per febreis acceleratam, ea enim nisi post multa saecula venire solebat. corripuit, acceleravit exitium vir, corripuere viam interea, qua sensita mortis. *Vacuum*, apertum, cuius pennis experiendi hominibus nulla causa fuit. Virg. iam vacuo letam celo speculator. & alibi: Præpetibus pennis ausus se credere celo. *Nil mort. ard.* nil difficile. *Celum ipsi*, quod solum sibi acceperant numina, quasi etiam id ipsum possint humani ausus attingere, nisi fulmine prohiberentur. *petimus*, operamus, exposcimus. Virg. Tartareum ille manu custodem in vincla petiuit. neque per nos. id est, non patimur illum quiescere. Quidam enim gigantes conati sunt ipsum celo dericere. Virg. & coniuratos celum resciudere fratres.

C R Y Q U I V S.

Si cetera dñia potens Cypr. Virgilium Athenas. vehenti naui precatur felicem cursum. Quod vit fiat optatus, eam quasi ex pacto obligat, vt eū suæ fidei concretum, tantisper diis ventisq; faventibus conficeret, dum voti compotem reddat Athenis incolumem: ab eo autem quod non nisi ingenti dolore animi posse auelli, argumento sumpto, in hominum temeritatem vehementius insurget, qui dum suæ libidini, vel diis in uitis, faciant satis, nihil intentatum relinquunt, vt id praeter naturam, ius, falsq; nefasq; suis usibus accommodent, non aquam, aërem, celum, deniq; non deos ipsos. sic adiurans est, de quo Linacer in sua partium recta structura: nam per Prospociam cum nui agit de fide crediti, precaturque ut eam studiosè liberet. *Dñia pot.* Periphralsis Venoris Cypriz, à Cypro insula celebratissima ubi præcipue colebatur: hinc Cypri potens dicta est, quasi dominatrix; sic enim Latinè utimur, potens mētis, impotens animi, de Cypria Venere, & eius insulæ virginibus, quo pacto in littore dotalem pecuniam ex corporis prostitutione quærebant, legitio Lactat. lib. 1. Lustinum, & commentarios in Pompon. Melâ in dictione Salamis. Veneris autem stella nauigantibus iccirco propria dicitur, quod è mari nara suum etiam quoddam in undas habet imperium. hinc Neptunus s. Aeneid. Fas omne est Cytherea meis te fidere regnis vnde genus ducis. frates Hel. periphralsis geminorum Castoris & Pollucis, διστόποιος ἀπογεννών, in Epiogramm. quod sint nautarum opitulatores. *lucida* s. nautis sua luce benevolia: his enim Neptunus potestate fecit naufragis auxiliandi: Hyginus li. 2. Arnobius iugis seu fulgore marinos nominat. Plinius autem genuinas esse stellas ait nautis salutareis, & nauigationis prosperæ annicias. *Ventorumq; p.* periphralsis. Acoli nimborū tempestatūq;. potentis, id est, regis; 1. Aeneid. vide Palæpha. non credendis histo iis, quo pacto exponat illud Homer. οὐδὲ μοι τυλάντων αἴρουν κατίδην κέλευθα, id est, hic (in vtre ex corio bouis nouennalis) conclusit vias ventorum rudentium: sed paulo post ait, οὐταὶ μοι τυλάντων εἰρύεται πρότερος αἴλουν. id est, sed ventum Zephyrum emisit vt flaret. mutauit autem Horat. κατίδην in participium obstrictis, id est, vinctis seu conclusis οὐταὶ αἴλουν, id est, vtre, deinde quem nominat Iapyga, Zephyrus est, vt scribit interpres Apoll. 2. in eū versum, οὐδὲ μοι τυλάντων παρ' αἴλουν εἰπιτελεῖς ιένονται, & οὐδὲ μοι τυλάντων εἰρύεται πρότερος αἴλουν.

περὶ ἀπὸ θερήν δύσεως. id est, incipit autē flare ab occasu aëstiuo. Præterea Aristoteles de mundo: **ἡ τοῦ ζεφύρου ἀργίσκη πλὴ ἡ ἀπὸ τῆς θερήν δύσεως πάντα, ὅπους καλέσεις ὀλυμπίας, ἐτὶ δὲ λαπύρα.** id est, & ex Zephyris Argelites quidem qui flat ab occasu aëstiuo, quem aliqui nominant Olympiam, alij verò Iapyga. **que tibi cred.** notato lepidissimā actionem, qua veluti ex conuentionali stipulatio- ne cum nauagis agit de crebro sibi Virgilio Athenis prestanto salvo & integro. **Ιλιοβόρος;** insurgit eam vehemēti stomacho in eum qui primus maris vndas infirmo nauigio sit auctor experiri, hac data occasione; quod tamicissimo Virgilio carentum esset: est autem **ἀγανάλγος;** conuenitq; cū eo quod in Epigramm. pinus de audacia humana conqueritur, **Ἄθρωπος τόλυς δυπότη φύδεψσοι.** **τορύτης;** duritas animi indomita, allutio ad lorica, quam induit equites cataphracti erant inuiti: ea autem à loris, auctore Varrone, nomē habet, quod primum ex corio crudo confici solebat: **Αε** postea ex laminis æneis seu ferreis tripli ordine squamatim cōseri cœpit. hinc illud Statij, tripli seruabant pectora ferro, nam tergo tunc nullus erat merus &c. **qui fragilem τ. χιτῶνα σφράτων** primum. An Argo fuerit, an aliis: Lædinus hoc loco. **μετιναις** expeditio pectoris ferret eius qui primum mare nauigauit, à periculis ventorum & siderum. Tale est illud Sopho. in Antigone, **πολλὰ τα** **δέσια κύδεις ἀνθεῖσαν θρησπον πέλει,** τοῦτο καὶ πολὺ πίπης πότερος χθενίσιν νίστον χρησί: περιφρόνιστος πλέον τὸν οἰδηματος. Quod Kattalerus noster doctissime sic reddidit: Plurima vbiq; stupenda videmus, sed nihil æquè stupendum ac hominem natura parens protulit vniquam; Ille canas & quo- ris obvuentibus ratem fluctibus transire aquas, dū- sevit noti, hiems proteruis non horret. **decertantē**, colluctantem, hellenismus. sic ode 1. Luctantem Icaris fluctibus Africum. **τρίστεν.** vel proprio epitheto ob mortem fratris Hyantis in venatione à leone interfecti, vel ab effectu, quod in suo ortu & occasu ingenti concitata pluvia nauiganteis efficiant tristis. Virg. Arcturum pluviāisque Hyadas. **Hyadas.** vel ab **ἴο,** id est, pluio, vt habet Cic. 2. de nat. deor. vel ab **ἴω,** id est, suibus, hinc etiā Sucula nominatæ Latina voce; vel ab Hyante fratre, fuere autem septem, Ambrosia, Eudora, Pedile, vel, vt alij, Palide, Coronis, Polifso, Phyleto, Thyene, quæ & Pleiades, quod ex Pleione nympha Oceanii filia & Atlante sint natae. Vide Hyginus lib. 2. in Tauto. **ταῦτα.** Nostri venti Australis, qui dictus est ab humiditate, sicut Auster ab hauiendo. Ouid. vltima Eleg. lib. 1. de Trist. Fusabatque diem custos Erymantidos vrsæ, aut Hyadas fœuis bausserat Auster aquis. **τοτίς** autem **τοτίδες** signat

humiditatem. **arbiter Adr.** quasi Adriaticum mare vel tempestuosum esse, vel tranquillum debeat ad eius venti arbitrium. arbiter autem propriè index est datus rebus priuatis diiudicandis. **sollere senpon.** Illustrat rabiē Nostræ, qui rapit mare Adriaticum in suam sententiam, siue ad commouendos aquarum fluctus, siue sedandos. Est autem hic ellipsis coniuncturæ, siue ponere. **τινος** ad imitationem Grecam, moderari, regere, componere. **fretis.** cod. Carr. habet fretum. **quem mortis.** Expolitio duri pectoris à contemptu mortis & periculorum maris: monstra: namque marina nimirum grandia cete non raro naucis subvertunt; quas etiam dissolui necesse est si in marinos scopulos impingant: **qui sciscit oculi.** Zeugma eum-anaphora. **turgidum.** Bland. cod. omnes habent turbidum, cū Mart. & Carr. quod mihi videtur aptius, quia non omnibus inturgescens mare ita sub oculos cadat metumq; concit vt turbidum; vt omittam multò sèpe autē inturgescere nautásque à nauigando deterrete quām fluctus & vndæ exoriantur. Imo mare nonnunquam intumescit non sub sequente temestate; quemadmodum ira tumidus animus non semper exit in ras, mitigari namq; & leniti potest interna tumoris causa: subito vel crumpente euancienteq; vel contraria impedita. **infame scopul.** horrendos & nautis pertimescendos ob frequenter naufragia, **ἀναρρυποι,** mali & nominis & omnis, **κακαρυποι.** nequicquam. **οὐσιότητος** ingratitudinis humana ob beneficium à Deo acceptū, qui in hominum gratiam potissimum, separauit aquas à terra, vt vivere & aspirare possent. vt habeatur 1. cap. Genesios. **si tamen.** **τιπτυ,** **τιπτη** **ἄρη,** **τιαδένητη,** si quidem, quandoquidem, quia. **dissociabilis,** dissociando, quem opus erat separari à terra, nimirum ad salutem hominum, & ceterorum animalium, quæ ad vsum humanum terræ patibulo nutruntur. sic omnes adhuc docti τὸ dissociabili sunt interpretati. Sed quid si ad maiorem de ingratitudine, impietateque in Deum expostulationem, reddamus τὸ dissociabili, id est, valde sociabili: nam vt terra & aqua elementa inter se symbola, ita ad rerum generationem alterum alterius indiger, vt neutrū sine altero re ipsa sit? **impie rat.** Metonymia, pro inventore inuentum, naues pro hominibus impisiis in ordinationē dispositionemq; Dei. **non tangenda.** fugienda trasciuntur. **andax om.** Epiphonema in detestacionem temeritatis humanæ, hic vult Beccanus noster vir eruditiois omnigenæ in suis Croniis per genus Iapeti Horatiū ad imitationem Pindari nonna odes Olymp. nominare mortaleis: Nam quod Greci Iapetum omnium mortalium crediderint antiquissimum, sic circa omnis homines Iapetionidas nomi-

das nominarunt, alios Prometheos, à prouidentia, alios Epimetheos, ab inanimaduertētia, alios Arlantes, à ferendo labore. alios Menetios, à morte quæ manet omneis Iapeti filios. hunc legitio. *perpeti*, suffere pertinaciter. in quo ex consequenti facile subintelligas, facere; nūlum enim est patiēs sine agente. *Iapeti genus*. diductio theos in suas hypothesis, primum exemplo temeritatis sumpto à Prometheus, cuius fabula de igne ætherio Ioui subrepto p̄t̄ H̄yginū lib. i. & Fulgentiū in Mythologicis, & alios, legitio Hesiodum in operibus mox ab initio, εργάσις δὲ πῦρ, τὸ μέρος τὸν θεός ταύτης ιαπετίος, ἔλευθ' ἀνθρώποις διὸς πάρα μηνόντας οὐ κοίτης πάρθενος, λαβὼν διὰ τερπτικαύποντος. quæ ad verbum ferè sic reddidimus: ignem lemovit, quem mox satus Iapeto auferit consulo ab Ioue surreptum mortalium ad vsum, inquæ caua occultat ferula clam fulmine claro. *Iapeti genus*. *πάτης ιαπετίος* Heliodo. *ignem frav.* furto, quod est alienæ rei fraudulenta contrectatio, nimirum inuitio domino, ut habet Iurisconsultus. huc facit illud Fulgentij ad illudenda poëtarum fabulamenta, i. lib. Mythologicon de Prometheus vbi ait: Nulla querantur vlt̄rā terris munimina, dum vſq; in cælum fulta peruerent: aut, quæ securitas erit argenti & auræ, vbi flamma potuit inuolati? *īgnum ætheria do*. Hesio. χαίρεις πῦρ ελίψεις; ηγετες φύσις ιαπετίοντας; οὐδὲ τάντη μέγα πῆμα τῇ ἀνδράρι ιαπετίοντας. τοῖς δὲ ιγνὶς άττι πυρος δέουται πυρος. id est, ignem subreptum, me decepium quoque gaudeat at tu posteritatisque tua mala multa luetis; nam pro igni sublati ingentia damna reposnam &c. *ether. d.* auxilio Mineruæ, quæ inter ora sefemplicis clypei hærentem Prometheū in cælum detulit, vbi Phœbī rotis clam ferulam applicans ignem furatus est: quem cum lutei figmenti pectusculo apposuisset, animatum corpus reddidit. Hesiod. autem cum Hygino de eo igni agunt qui mortalibus erat vſui, cum coquendis carnis cibisq; condidis, tūm sacrificiis adoleſtis. *maries* &c. hoc autē est quod ait Hesio. οὐδὲ γυναιχεστοι πίθει μέγα πῦμ' ἀφιδνῶν ιαπετίοντας, ανθρώποις δὲ ιαπετίοντα καθεσα λυγρά. id est, at mulier (Pandora) manibus sublati tegmine dolli seminat in vulgus curastristisq; graueisq;. vide adagium, Malo accepto stultus sapit. οὐδε δὲ μετειληπτος ἀλλά ποτε, τοῦτο μέρος γραῖα πυρος, πλειόν δὲ ιαπετίοντας. id est, atqui homines inter mala plurima semper oberrant, plena est terra malis, nec non maria vndiq; plena. *maries*. nō ea quæ ἀτροφία sublequi solet, verūm quæ vel ex calore corpus ipsum depascente, vel frigore nu-

trimentum idonea concoctione destituente nascitur, quæ causæ ferè sunt febrium, morborūmque aduentantium. vide Pantinum in Celsū, lib. r. cap. 8. *nona feb.* inaudita, quia nulla morborum genera fuissent ante: nā vi poſt paullo ait Hesio. οὐδὲ δέ τέλος ἀκρίδια θυμὸς ἔχοντες, νόσοις ἔπη πόνοις τῇ οἰζύνος οὐδὲ τὸ δειλὸν γῆρας ἐπλέονται. Εἰ χειροὶ ὄμοιοι τερπτοὶ οὐ διλίποι, πυροῦτος ἀπάρτας. Θησεος δὲ οὐδὲ πῦρος οὐδὲ μημένων. id est, tamquam dij vixere animo meliore beati, non labor aut ærumna grauis, tristisque senecta his aderat manibus fortes pedibusq; valentes sacris certabant epulis extra omnia damna, morte quasi somno domiti. *tardanorej*. quæ vlt̄ronea nec nisi plenis annis maturāq; senecta aderat. *expertus vacuum*. alia hypothesis à Dædalo sumpta. *vacuum æra*. qui philosophis nōnullis dicitur inane, quos secuti poëtae, nominant ætra vacuum, quod in eo nihil appareat. sed hac de re legitio 4. Physic. Aristot. de loco & vacuo. Sic Virg. in Sileno: Nāque canebat vti magnum per inane &c. Ouid. 4. Metamor. Sic celeri missio preceps per inane volatu terga ferz pressit &c. *Dedalus*. Dædalu fabulæ, quæ omnibus est decantatissima, legitio apud Palæpha. de fabulis. *non homini*. ad volatum, sed autibus, quibus volare ita proprium est ut hominibus ingredi. *perrupit Acheron*. Tertia hypothesis de Herculis ad inferos descendens Mercurio duce per Tænarum, ad extrahendum Cerberum tricipitem in inferorum excubitorum. quam fabulæ inter alios Apollodorus lepidissimè cōmemorat hb. 2. cuius interpretationem si requiras, legitio Palæpha. de fabulis. hoc autem obiter notandum est, Horatii hoc exemplū paucissim adscriptissime temeritati, quod Epicureo more rideat & superos & inferos Deos: quemadmodum sequenti ode, Iam te premet nox, fabulæq; manes: Cod. Bland. Mat. Carr. hic habent, perrupit Acheronta, sine copula que. *Herculeus* L. id est, Hercules. vt virtus Scipiadæ, Scipio. mitis sapientia Lælij, Lælius. lumen Stertinum, Stertinus. *Nil mortal. ar. οὐδείς οὐτε* in nimiam hominum confidentiam cum admiratione. 4. Bland. habent, nil mort. ardui est. *Celum ipsū* p. alludit ad Titanum fabulam. de qua Diod. & Apollo. lib. i. *flauis*. temeritate & imprudentia. *nostrum scel.* scelus hic impietas est in Deū & naturam, hoc enim, ait Cic. est Gigantes cum diis bella gerere, homines diis & naturæ repugnare. *Inventus Iou. οὐδείς προ* iracundum Iouem. *ponere*. *ἀφάντος* prodeponere. à fulmine autem iaciendo Iupiter *καρπύνοις*; id est, fulminator cognominatur.

Ad L.

AD L. SEXTIVM DE VER-
no tempore.

ODE IIII. παραιτητική, συνεργάτικη.

SOLVITVR acris biems grata vice verū,
& Fauoni:Trabuntq; siccas machina carinas:
Ac ne q; iñ fabulū gaudet pecus, aut arator ignis:
Nec prata canis albican pruinis.5 **L**a Cybēras choros ducit Venus, immīnēte Luna:
Iunctaq; Nymphu Gratia decentes
Alterno terrā quatint pede, dū gracieū Cyclopū
Volcanus ardens vris officinas. (myro,
Nunc decet aut vridi nūidum caput impedit10 Aut flore, terre quem serum soluta.
Nūc & in vmbrosis Fauno decet immolare lucū,
Seu poscas agns, siue malis hodo. (tabernae**PALLIDA** mors aquo pulsas pede pauperum
Regumq; turreis. ô beate Sexti,15 **V**ix summa brevis spē nos vetat inchoare lōgā.
Iam te premet nox, fabulaq; Manes,
Et domus exilis Plutonia: quō simul mearie,
Nec regna vini sortiere talū,
Nec tenerū Lycida mirabere, quo calet iuuentus20 **N**unc omnis, & mox virgines sepebunt.

COMMENTATOR.

SOLVITVR acris biems. Ode dicos, metrum Phaleucium dicitur siue Archilochiū, quia frequenter eo v̄sus est Archilochus: constat prior versus ex ea parte Heroici versus quæ dicitur Bucolice, quia necesse est ut quartus sit dactylus, & tribus trochæs terminetur. hoc modo: Soluitur. acris hi. ems gra. ta vice. veris. & Fa. uoni. sequens versus Iambico trimetro minor est vna syllaba; habet enim quinq; iamboz; cum abundante syllaba; hoc modo: trahunt. que sic. cas ma. chinaz. carinas. quod si dixeris carinulas, erit integer trimeter. Altero primus versus constat ex quatuor pedibus heroicis, & tribus trochæs. Secundus Archilochius dicitur ex pentemimeri Iambica & tribus trochæs. sic: trahunt. que sic. cas machi. n̄e q; ri- na. Hęc autem Ode ad L. Sextium consularem scribitur, in qua veluti de scribens verni temporis gratiam cohortatur ad lætiore indulgentiore inq; viam, admonens mortem omnibus equaliter im-

minere. **solvitur**. mollescit. **arū**. acris nomē cōmune est, & in neutro genere habet acre; actis hiems, acre sinapi. aliquando autem in' masculino habet acer, vt acer equus. **arū his**. aspera, infesta. **Fauoni**. Fauonium ventum, qui Zephyrus Græcē nominatur, veris tempore flate Virgilius testis est qui sicut in Georgicis. Vete nouo gelidus canis cū montibus humor liquitur, & Zephyro putris se gleba resolut. **trahuntq;** de nauibus dicit, aut ad reparationem, aut propter hiemem subductis etiam competenti tempore ad nauigationem in maria reducis. **arator**. mutari etiam dicit vsum vite mutatione temporis. Virg. Ante focum si frigus erit, si messis in umbra. **canis**. carentibus. **albican**. albescunt. **Iam Cyb.** clementia temporis etiam inuitari dicit animos ad ludum, ita vt de nocte fulta. ionibus vacent, Veneriq; **immidente L.** appropinquante. **Iunctaq; Nymph**. Gratiæ tres sunt, quæ nudæ pinguntur, quia fides aperta & simplex esse debet & nō callida simulatione. per Nymphas mulieres intelligi voluit, per Gratias virginis. Isla enim tanquam Epicureus dicit, suadēs voluptuosè viendum pro fragilitate vita, nec prætermittendam ardente Venere lætitiam. **alterno terr. q.p.** pro sono cantilenæ ad rhythmu pedem ferentis. **gracieū**. pro operis labore. **nūidum cap.** vnguentis delibetur. **impedire**. coronare. **soluta**. à fugore. nam soluta terra, id est, aperta iam vere intelligitur, quia pro rēpote & patescit & clauditur. Virg. vere tument terræ. & de hieme: rura gelu tunc claudiæ hiems. Alias etiam solutas terras dicimus liberas i. incultas. sic Virg. cūm de agricultura loquitur, ait, exercetq; frequens tellurem atq; imperat aruis. Item de inculta: atq; iniullæ. virescunt gramina. **num & in vmb.** quia expleto anno & novo redunt redenda sunt vota diis agrestibus. Virg. tunc agni pingues, & tunc mollissima vina. **pallida**. Epitheton mortis, eō quod pallidos faciat. **regumq; turr.** pro altioribus dominibus poluit. vt tabernas pro humilioribus. **Vix summa suppeditatio.** summam autem pro paucorum annorum numero posuit. Virg. sed fugit interea, fugit irreparabile tempus. **Manes.** dī boni dicebantur, vnde & mane tractum durant, nam mane apud antiquos bonū dicebatur. Aut manes, id est, infeti, aut somnium potius quā infeti, qui omnino sunt fabulosi, vnde Virg. p̄erq. lōmo ditis vacuas & inania regna. **regna vini.** nō accipies per forte in regna v. ns, id est, magisteria conviviorum, quæ talorum iactibus sortiri solebat antiqui: quod & Plantus significat in Capriis & in Afinaria. **domus exil.** propter vmbras. **tenerum**. delicatum. **Lycidam**. puerum à te adamatum. **calet**. quem impatienter amat. **mox paulò post**. sepebunt. frigebunt, marcescent.

C R E

C R V Q V I V S.

SO L V I T V R acru h. Luculenta planè hæc
Sode est, & omni ex parte Epicurea, qua Sestiu ad hilaritatem vire iucunditatemq; inuitat ab a-
mœnitate verni temporis: at suo more videtur eū
mordere clanculum, vt qui vitæ spe longioris vte-
retur vietu parciore & minus alaci: Quod ne fa-
ciat horratur ab aqua omnibus morte, à vita bre-
uitate, & inanibus Poëtarum fabulis de diis infes-
ris. In hac & aliis odis quibusdam videtur imitatus
Anacreuntis carmen: *εις τὸ ιαρ.* quod sic incipit:
ἴδιος τῶν φαινόντων χάρης χρόνοις οὐδὲν οὐσία, id est,
viden' vt ineunte vere Charites rosis abundant,
huius argumenti quoq; est Ode 9. huius lib. & 7.
lib. 4. In inscriptione vulgati codices aliqui habent,
ad P. Sextium. sed legendum esse ad L. Sextium,
vt habet cod. Bland. iam certum est ex Dione, qui
scribit, anno 730. Augustum sese abdicasse consu-
latu, inq; suum locum substituisse L. Sextium Bru-
ti studiosissimum. Vide comment. Sigonij, in fa-
stos & triumphos Roma. Ex Blandinio codice anti-
quissimo, non sine magna molestia, restitui hæc
oden diuisis suis modis & numeris, à nemine ad-
huc obseruatis nec cognitis, quod sciam. quæ hunc
in modum distinguat & legi debet, *diaprtatio*.

S O L V I T V R acru hiems grata vice

Veneris Fauoni:

Trahuntq; ficas machine carinas.
Ac neque iam stabiliu gaudet pecus,
Aut arator igni,
Nec prata canis albicant prasinu.
Iam Cytherea choros dicit Venus
Inminente Luna,
Insteleq; Nymphi Graie decentes
Alterno terram quatunt pede,
Dum graseu Cyclopum
Vulcanus ardens urit officinas.
Nunc decet aut viridi nisidum caput
Impedire myrto,
Aut flore, terre quem ferunt solute.
Nunc & in umbrofis lanno decet
Immolare luvia:
Seu poscas agnam, siue malit hædum.
Pallida mors equo pulsat pede
Pauperum tabernas,
Regumq; turreu. ó beate Sestii;
Vite summa breuu spem nos retab
Inchoare longam:
Iam te premet nox, fabuleq; manes,
Et domus exilu Pluonia:
Quò simul meariu,
Nec regna vini sortere talu:
Nec tenerum Lycidam mirabre
Quo calat iuuentus
Nunc omnis: & mox virginis tepebant.

Es t autem merum tricolum, cuius primus
versus est Alcmani dactylicus tetrameter catalectus, quatuor pedibus constans, postremo tantum dactylo, reliquis dactylis & spondeis mistum. Alter Trochaicus Ithyphallicus est, constans dimetro brachycatalecto. Tertius est iambicus Archilochius, constans dimetro acatalecto. Iudicet lector doctus quid hic præliterim in studio-
forum gratiam. *Soluitur acru h.* grata commuta-
tio mortalibus hiemis asperæ in ver amœnū. tale
est illud, Diffugere niues, redeunt iam gramina cä-
pis, &c. Ode 7. lib. 4. *soluitur.* alludit ad hiemale
frigus, cuius vis est constringere corpora, quæ ver-
ni caloris beneficio, Zephyrisq; redemptoribus,
quasi decussis vinculis a trigore liberantur. *acru hiems.* frigus acre, mordax, vrens. Lucret. lib. 4.
acre ferit frigus. Virg. penetrabile frigus adurit.
Qua autem ratione modōq; frigus acre & vrens
dicatur, disputat Cæl. Rhodiginus. *Fauoni per a-*
pocopen. sunt autem Fauoni vēti veris comites,
vt habet Ode 12. lib. 4. *trahuntq; sic mach.* Machi-
nae quævis instrumenta humano ingenio-arteq;
inuera, quibus moles aliqua suo loco moueri po-
test. *πλαγίαι* Græcæ, puluinos nominat Isidorus
lib. 19. Pollux. *πολλούς στέλλει*, inquit, *φάλαγγες,*
φιλάργυρα, ἀλκοή, ἄρποι. Subduktionis seu tractio-
πολλα Græcæ, Machinatio Iul. Cæsari nomina-
tur 2. lib. de bello ciuili. Machinatione nauali,
Phalangis subiectis ad turrim admouent his itaq;
instrumentis machinæ nomine comprehensis,
naueis sub hæmem in littora subduci, atque iterū
vere aduontante in mare reduci, seu retrahi pos-
sunt. Phalæga, Nonio teste, est lignum teres & ro-
tundum, quo supposito moles quæcumq; voluitur,
een rolle Flandricæ. Pollux lib. 7. *τὰ τῶν ναῶν*
ζύλα, εἰς ἀνθεῖστα ἐπίκεντρα ἀπό της φάλαγγης. instrumentum utile, atq; adeò necessarium fa-
bris omnibus. Innuit autem hic versus nautas ini-
tio veris parare nauigationem. *ac neque iam fl.* ver
tempus opportunum pascendo pecori, & agris ad
sementem colendis. *nec prata canis.* significatio
hiemis non affectus modo, sed etiam penitus con-
fectæ, ex hiberni cæli effectis euanescentibus;
pruina namq; ex effectis frigoris humi albicare
solita iam definit, terra virescit herbis succrescen-
tibus, inq; florem exequentibus. hoc itaq; argumentum
est ab amœnitate terræ, quæ post pruinam re-
creat oculos nimia bruma graueis. *iam Cytherea*
nonos. argumentum à serenitate æris & cæli. nam
post fugatas de nocte nebulas, Luna clara luce in-
uitat ad lasciuiam matronas, & virgines ad saltus,
risus, iocos, cantus, & id genus (incalcentem Ve-
nere) corporis oblectamenta: Sunt enim peri-
phrasticos hæc accipienda, ita vt Nympthes quide-
mulieres

mulieres comulas, auctore Commentatore, Gra-
tias verò virgines deliculas interpretemur: Quo
pacto quoq; Vulcanum ardeatē internuin in
corpo calore, Cyclopes, mareis, graueis testeis
licet intelligere: nullum enim anni tempus, præ-
ter verum procreationi & petulantia est accom-
modatus, ut Physis Medicisq; est contestatum.
invenimus Lund supra caput lucente. Hæc est me-
talepsis hiemis præteritæ, quæ nebulis adductis
sidera contenebrat, quibus clari lucentibus, &
cum tenebris nebulae, & hiemis rigor fugisse
cesserit. Imminere hic est capiti impendere, seu
supra caput volui, quod manifesto deprehendi
nequit, nisi fudo & puro celo: hinc sit quod im-
minere ad id quod est lucere significanter trans-
fertur. *Iustitia Nymphae Gratiis* vide quæ adnotauim-
us ad oden 7. lib. 4. Alterno ter, periphrasis cho-
ri Venere duce, alternis enim nunc posito, nunc
sublato pede ad numeros saltare, est choros du-
cere. Quatere, pulsare, pellere pede terram,
saltare est. *gramen Cyclop*. per officinas Cyclopum
alludit ad Aetnam montem, cui à Ioue Cyclopes
subiecti singuntur, cum Vulcano veris tempore
cudere fulmina, ad cuius radicem Vulcano tem-
plum dicarum traditur, in quo canes excubidores,
piis quidem omniaibus ad sacra ingressis abbladie-
bantur, impios verò magno latratu auersati, non
patiebantur ingredi. *nunc deas*. post epulas ad fo-
cum per hiemem lari celebratas, nunc inuitat in
aprico vtcenitæ, & pro antiquo cōiuandi mo-
re ab Ionibus accepto, auctore Valerio Max. myr-
to seriq;. flores redimiri capita, in frōdōsis filiis
sacra Fauno faciant, siue agnam poscat, id est, pe-
riphrastic. puellam, siue hædum, id est, puellum,
innuens vtriusq;. sexus amorem; quod aperte
quoq;. facit exprimit postremis duobus versibus.
capit imped. Hoc est, myrtum serrum capiti im-
ponere. Sic Anacreon: *ιμοὶ μάλα μύροις τὰ σεβί-
χα ἐτήμασι: οἷοὶ μάλαις οὐδεὶς κατέπειθεν καρκίνα,*
τὸ σημεῖον μάλα μοῖ, τὰ μέρη τιεῖδοι, id est, euro
delubrari vnguento habere barbam, sed impli-
care euro meos rosis capillos, hodierna euro tan-
tum, quis cras futura nouit? Fuere autem myrti
tria genera Catone teste, nimirum nigra, candi-
da, coiugula. Plin. lib. 15. cap. 29. Impedire pro-
priè à vincit pedibus sumrum, sicut & expedire
ei contrarium, significat detinere; at hic cum eo
conseruit quod est redimire, coronare. *aut flore.*
sero ex floribus cōcinnato. Crincis autem texti-
bus seris redimire, potarēq;. moris erat mensis
principiū secundis, ubi conuiuia iam vino lasci-
viores, dulcioris luxuriarentur: sic enim Dicar-
chus apud Athen. lib. 14. *ἥν* (de secundis mensis)
τὸ πώλειο διατίλωτος τῆς διατίλωτος παγκόχυτα δεο-

τίσα τε πλέξα περγατίνοι, καὶ σίφαροι, καὶ μύροι, καὶ
θυμαίατε. Inter multa autē coronarū genera duo
sunt quæ vaticaret sola placere scribit Plin. lib. 21.
ca. 9. quarū alia flore cōstant, alia folio. *solute*. vt
enim frigoris est constringere, ita caloris est con-
stricta concretaq;. dissoluere. *vmbrosis*. frondosis.
Seu poscas agnam. sic habet duo codices Bland. quos
secutus sum. Carr. ecclæs habet, *Seu poscas agnam,*
sive malis hædos. Præter agnam & hædum Fauno
Deo Latino, atque adeo Lemideo, Halicarnasseo
teste, etiam capra immolabatur à Romanis, for-
tassis ob id quod eum quoq;. Pana vocitarēt. *Palli-
damors*. ab equa omnibus morte. sic Cornel. Gal-
lus, Omnibus est eadem leti via, nou tamē unus
est vitæ cūctis exitiūq;. modus, hac pueri atq;. senes
pariter iuuenēsq;. sc̄iuntur, hac par diuitibus,
pauper egenus erit. *pulsat pede*. allegoricōs ab hu-
mano more pulsandi forcis occlusas: id est, siq; vil-
lo discrimine moriuntur diuites & pauperes. *ta-
bernas*. tabernæ ædes sunt humiliores, quæ fiunt
ex tabulis, non, vt quidam purant, quod tabulis
claudantur, inquit Festus. *segūmq;. torres*. hæc di-
ctio ferè pro diuitibus & principiis viris ab Ho-
ratio posita est. *turris*. pro turritis ædibus, & iā
sublime ædificatis. *Vite summa*. à vitæ breuitate
hortatur ad indulgendum genio. *summa*. pro vitæ
spatio, pro annorum paucitate, nimirum iam inde
ab exordio ad finē vñq;. vitæ. metaphora sumta ab
accepti rationibus impensiq;. *inchoare spem*. hoc est
sibi vitam diuturnā polliceti, protendere, spera-
re, spē fouere. *iam te premet*, ab imminentibus vitæ
fatis suader alacriter vtendum rebus præsentibus.
premet. opprimet. *nos*. perpetuus sopor, tenebræ
perpetuæ; hæc enim filia Chaos est Hesiodo teste:
ἐξ χάος διπλόστη μάλαινατο τὸξον ἐπεστροφο, id est,
at chaos & noctem peperit Erebīq;. tenebras. *fabi-
legi*. Manes. id est, per *τὰ διά δώματα*, manes fabulosi, qui
dij ab Auguribus inuocantur, quod eos per omnia
manare crederent: eōsq;. deos superos & inferos
dicebant, inquit Festus. Manes autem dicti sunt
quasi benefici boni & fausti, quod mors sapientioribus
quam vita melior iudicetur de Manibus
plena sunt omnia & philosophorum & poëtarum
scripta. *domus exilis*. exilis hic pleno opponitur,
pro inani & vacuo. sic & Virg. pérque domos di-
tis vacuas & inania regna: vanæ namq;. sunt vñ-
bræ, nec loco circumscribiqueunt. Quid si domus
Plutonia exilis, sepulcrum sit angustū & parvū,
nimirum paucorū pedum, pro modulo corporis
eius quod continet: *simul*. vtitur Horatius hac vo-
ce, simul, ferè per elipsin, ac, atq;. pro postquam.
euare, migraueris, euanueris, *et dūmōras*. meare
namq;. verbum iis proprium est quæ sensim la-
bendo pereunt: sic homo viuendo diu paullatim
C euare-

enanscitur, siq. vmbra, ut volunt antiqui poëtae.
regna vni. apud Graecos oīim in symposiis præferebant cōiuīj talis fortioris moris erat, quia iatis legibus pocula cōiuīj æqualia pro arbitratu tuo
miora, vel minora imperabat. Attianus in Epistolo,
in σατερανοίος λέλογχος θασιτύος προτάσει,
οὐ τίς, οὐ κέρπος οὐ ἄπωδι, οὐ ἔλθι, &c. hoc est, in
Saturnalibus oratione facta rex imperat, tu bibito,
tu infundito, tu abito, tu venito, &c. Meminit
& Tacitus lib. 13. festis, inquiens, Saturno diebus
inter alia æqualia iudicera regnū lusū fortientium,
enemera ea sors Neroni. hic itaque conuiuij præ-
fessus & rex, Barilius, & princeps conuiuij di-
ctus est. Ciceron magister, regnum quoq. magis-
tatum, Varro, Nonio, rette, modi operator. Horatio,
arbiter bibendi, coniūtator, cōiuīj præbito-
tor. P. utarcho in Apoth. ενυπόστασεχες vbi ait;
Αγνοδαχθόμενος τοιούτοις ὀνομάσιοις, πότοις ικάνοις
προσερπεσοῦσι, ισαρτοῖς ισαρτοῖς, ισινοῖς, ισοτοῖς
ιστοῖς ισοτοῖς, ισιοῖς διδύμασι. hoc est, Agelius
laus ille magni, in cōiuīto aliquādo forte factus
symposiarcha, interrogatus à poccillatore, quantū
ceq. vini propinaret: si quidē multum vini sit,
inquit, quantum quisq. desiderat; at si parum sit,
ex aequo propinato omnibus. fortiori tabe, iactu
talorum, in quibus aut numeri, aut, quod magis
cū Polluce credidit, ipsorum facies seu forma
sine notis vñlis: aut senionem seu Venerem, aut
vinitatem seu canem referebat: Venerem quidē se-
licet, Canem verò infelicem: Quatuor certè num-
ero, quid essent quadrilateri, iaci solebant. & vt
Venus erat cùm nullus eadem forma talusappa-
rebar, ita canem fuisse cœnuerim, quando idem
omnibus & vñus erat vultus. Tesseris autem tri-
bus, quos cubos nominat Agellius, quid essent
hexagonæ, noratis antiqui, ut nos quoq. nunc,
vrebantur eburneis. De talis autem hoc monitum
volvi lectorum præter Venerem & Canem, in iis
etiam apud Plauum & vultures & basilicos no-
tatos fuisse; vultures quidem infelices, basilicos
verò faustos. Lyridam mir. hæc sunt amors illi-
citi. mox virg. tep., frigidiores erunt, quam ut te iam
senio prop̄ & frigore confectum accendere suo
calore poterit. Lambious post Ascensionis multo
alter hunc locum interpretatur, quod mihi pa-
ram placet.

AD PYRRHAM.

Ode v. προφορισθαι.

QVI S multa gracilis te puer in rosa

Respusus liquido virget odoribus:

Grato, Pyrrha, sub antro?

Cui flanam religas comam,

Simplex munditia: heu quories fidem,
Mutatoq. Deos flebit, & affera.

Nigris aquora ventus

Emirabitur insolens,

Qui nunc te fruitur credulus aurea:

Qui semper vacuum, semper amabilem

Sperat, nescius aura

Fallax. miseri, quibus

Intentata nites. me tabula sacer

Vox tua paries indicat ruida.

Suspendisse potenti

Vestimenta maris Deo.

COMMENTATOR.

QVI S multa gratia. Metrum duobus versibus
Asclepiadeum; tertio Pherecratium, quod cōstat
spōdeo, dactylo, spōdeo. hoc modo grato. Pyrrha
sub. antro. qua. to Glyconicum, constans spōdeo
& duobus dactyli. hoc modo: cui fl. vam reli. gas
comam. qui multa. Percontatur Pyrrham cū qua
olim cōsiderauerat ocaro, quo amatoe nunc fruatur
iuvene: & munditas eius laudans, quasi callidi-
tatis ipsius ignarus, ait se quoq. in amorem eius
implicitum suscepit votis tandem euafisse. gracilis.
delicatus, tenuis, tener. vnde, & vmbra ibant
tenues. Sed graciles & teneri solent esse adoleſcē-
tes & puellæ. perfusus liq. delibutus vnguentis
pretiosis. gr. propter odores vnguentorum. an-
tro. fornice, ybi prostat solebant. cui fl. cui co-
meris simplici mund. incomposita & inornata quidem,
sed animo dolosa. heu quoq. allegoricōs hæc
dicuntur: significat enim temperatū modo mo-
bileis esse meretricum blanditias. flebit. quid mu-
tata felicitate, miter denudetur ab ingrata mer-
etrice. mutatisq. deos. iratos, nō propitios, incōstantes.
sic Luca. o facileis dare summa deos, eadēmq.
tueri difficileis. nigris. contrariis. aqua. mer-
etricem fallacem & inconstantem, cui nihil fidem-
dum. vnde Virg. mēne huic confidere monstru,
& cœli roties deceptum fraude serenit&, Eia age
ruspe moras, varium & mutabile semper femi-
na. insolens. inconsuerus & inexpertus amorem
meretricium. aurea blanda, pulchra, propitia.
vacuam. sibi soli paratam contemnit aliis. amabi-
lem. suo amore deteruentem. aure fall. mutabili-
tatis feminæ. miseris qmb. mira varietas: Nam cū
dicit eos miseris quibus placebarat adhuc non pro-
bara, se quasi felicem & beatum prædicat, qui iam
euafit eius fraudulentiam. me tabula sa. Allegoria
à naufragis sumta, qui naufragia in tabulis depi-
cta circumferre solent ad obuios ad misericordia
commouendos. Quin & vestis cum quibus euaf-
serunt, in cœlo Neptuni auwalterius Deimarinis
ex pa-

Ceteri pariete pendere solent ad voti solutionē. Iuuenal. naufragus aſſeta dū rogar, & pīcta ſe iepetata tuerit. Virg. ſeruati ex vndis vbi figere dona ſolubant. *nauſa*. melius quā humida. *Deo*. Neptuno.

C R V Q V I V S.

Quis multa graciū. Horatius non aequo fert animo Pyrrham violata fide ſe, vel reiecto, vei, pro ſolito more, non admitti, iam alij puer ſuā date operā: quare eius vaſſitatem ſimpli quamda fucatāq. munditia cultuq. cōrectam, nec non magnifica ipſius promiſſa cōfert auræ ventoq. falaci: Ipſam verò Pyrrham procelloſis vndis, minimeq. tutis, quibus adolescentes imperiti rerum, meretriciæq. fraudis ignari, ante tempus impliciti ineritique, non minori rerum omnia, & non minus diſcrimine ſeipſe eripere queunt, quam ſolent naucleri facto naufragio incolumi vita vix enatate. Neptunoq. ſua vota ſoluere: quare Horatii exemplo in memoria ſemper habent adolescentes, uibil fidendum eſſe procacibus id genus & dolofis meretriculis. *gracilis puer*. tenetē molli-tēq. educatus, impubis, rerum imperitus, tonero & gracili corpore, decipi facilis, etati puerili proximus: cuius modi puerum deſcribit in arte poētica ad Pifones, Imberbis iuuenitandem custode temoro gaudet equis, canibūq. & aprici gramine cāpi, cereus in viuitū flekti, monitoribus asper. *in multa roſa*. in odoribus ad laſciuiam prouocandā. Fortallis intelligit *peδaντιας λογάδα*, id est, genus odorati edulij & ſcitantia in quo roſe intrita in olla ad mensam cerebatur. de quo Athen. li. 9. Plin. lib. 21. ca. 19. de rola, inquit, diaſpalina-ta fiuit ad ſudores coēcendos, ira vix à balneis ina-reſcant corporibus, deinde frigida abluuntur, &c. Quicunq. enim odores ex arida materia conſtāt, Gracie *διατάσσεται*, ex liquida verò *διατάλαμηται* nominantur. videtur quæ ſcripſimus in Satyram 2. lib. 1. quid ſi ad *peδaντιας λογάδα* cum allude-re dicamus? vide Athen. lib. 9. *liquidis eodo*. vnu-tionibus, quibus totum ſepe corpus oblini ſolebat; que *διατάσσεται* nominata jā diximus. innuix ſortiſſe *peδaντιας λογάδα*, id est, vnguentu roſacea. *ro-ges*. Venereum verbum, pro auidè amplectitute. *Pyrba*. vox ſiſta à flauo capillio; vnde ſubdit, cui flauam religas comam. *grato*. propter lucrum vtile. *antra*. innuix racite eam ſuiffi lupā meritoriam: autra namq. & luſtra ferarum ſunt proprietas hinc transferuntur ad lapanaria, & meretricū for-nices, in quibus quaſi antris nunc latent, nunc proſtant impudicē ad captandam p̄dā. auſta coniūcere hanc Pyrrham in Subura cum ceteris ſuſ ſortis meretriculis habuisse domiciliū forni-catum. *anſiſ. r. com.* hoc eſt, in cuius adolescentis fraudem crīcis flauos habes floribus religatos? ſic ſed 1. lib. 4. Eſt ederæ vis multa, qua crīcis re-

ligata fulges: alludit autem ad etymon Pyrrha. etiam ſi non ignorē flauam comā Romanis iuntile meritoria, tamen magis placet à capillo flauidine eam circumſcribi: video nan. q. Horat. o ad formæ pulchritudinem plus cōmendari capillos nigros: ait enim ſode 32. huius lib. Et Lycū nigri oculis, nigriq. crīce decorāt. Iterum ad Pifones, ſpectandum nigris oculis, nigrōq. capillo. Martial. ſimiliter, Sit moro cana nigror caduco. Appulcio quocq. in amica Photide grata eſt crīni: nigrredo coruina, quare flauā interpretare pulchriſſim ſode 4. lib. 2. Phyllidem flauā commendat. Legē illic adnotata. *ſimplex mundus*. habens ornatum corporis & formæ non magnificum & luxuriosum, ſed simplicem & vulgarem: habens ſupelleſtū non ſuntuosum, ſed pro renui fortuna mundam, elegantem, laſciuāq. Veneri ſatis commodam. *heu quod fid.* pathetica exclamatio in adolescentem mi-crum, quem Pyrrha nunc ſuis illecebris detinet capiū, tantisper ei ſiquis & iucunda benigniāq. ſutura, dum habet quod donare poſſit. ſiderem. promiſſa de amore conſtantii, adolescenti data, verōq. mutatōq. deos. Venerem eum ſuis aſſe-clis, nimirum Gratias, riſu, ſoco, facilitate, liberaltate, osculis, & id genus aliis, quæ taleis amores comitari ſolēt, citōq. mutari. *aspera nigri*. Allegoria. Nam per ſequora apera expoliens quod dixit, mutatos deos, notat Pyrrham iam ſerenam & placi-dam, paullō pōſt, mutatis ventis ſecundis in aduerſos, id eſt, fauore, ſtudio, benevolentia, amore ceteriſq. cōmutatis, animum eius immanem futurum ferocēmq. nec vlys rebus placabilē, quod eum ad stupore vſq. admiraturū dicit, eō quod ſit inſolens & nēcīcius aura fallacis, id eſt, calliditatis & inconstantia meretriciz. *aspera nigri*. synchusis, pro, ſequora nigra ventis asperis. ſic enim plurimū apud Homerum Il. 6. μελαινὸν δὲ τὸν πόντον ἐν-θύης. Il. 12. μελαινὸν δὲ τὸν κάλυψιν. Odyſſ. 1. νέποντος μελαινὴ φέρει κάλυψθεις. ſic & alibi Lyric. equoris nigri tremitus. intentata. an per auxilia prepositionis, in, pro valde tentata, an per αρπαστη, pro non; reuera neſcio utrī miseriores, an qui capti ſuis adhuc exeuendi, an qui penitus exuti ſunt omnibus & Certe fatetur Horatius ſe posterioris eſſe ſortis, & prop̄ nudum ex tantā voragine vix emerſile. *autem*. nitere ad munditiam pertinet. *tabula ſar.* ab euentu ſuo docet, quam ſint miseri adolescentes, qui ſe impudicarum blandimentis illaqueari ſiunt. ſumta metap. à naufragis. *tabula ſar.* quā voui mediis in periculis, nimis ut votiuſ ſit pars ſeu tabula nauis fracta qua enatauit. *ſacra-paries*. ſynecdoche, id eſt, ſacrū Neptuno ſacellum, cui ex naufragio ſeruati ea conſeruant cū quibus enatarunt. *nauſa*. ſecurus ſum in hac voce codices Bland. & Diuizi. ceteri habent humida.

C 2

A D

A D M. VIPSALIVM.
Agrippam.

Ode VI. *Ünoderixii.*

Scriberis Vario fortis, & hostium.

Victor, Meonij carminu alie,

*Quam rem cumque ferox nauibus, aut equis
Miles te Duce gesserit.*

5. *Nos, Agrippa, neque hac dicere, nec grauem
Peleida stomachum, cedere nescij;*

*Nec cursus duplicitis per mare Vlysses,
Nec saeuan Pelopis domum*

Conamur, tenuet grandia: dum pudor,

10. *Imbellisque lyra Musa potens veras
Laudes egregij Casarii, & tuas
Culpa deterere ingenij.*

*Quis Martem tunica teclum ad simantina
Digne scriperis? aut puluere Troico.*

15. *Nigrum Merionen? aut ope Palladii
Tydeiden Superis patrem?*

Nos conuiua, nos praelia virginum

*Sectu in iuuenes vnguibus acrum
Cantamus vacui: siue quid rrimur,*

20. *Non praefer solitum leues.*

C O M M E N T A T O R .

Scriberis Vario fortis. Metrū tribus versibus Asclepiadēum, quarto Glyconicum. Scribit autem ad M. Agrippam, cuius res terra marī gestas ait, non nisi à Vario optimo poëta describi posse: Suum autem ingenium ludo deditum, impar esse talium metrorum, nec res bellicas canere posse. fuit autem Varius Tragediographus nobilis, nec nō Eclogarum scriptor Horatij Virgilisq. contubernalis. *Meonij car. al.* Homerici carminis sublimitate. Inter opiniones que de natalibus Homeri feruntur, hēc vna est, quod aut ex Meonia fuit, aut Meonis filius. *quam rem cumq. imo-* sis, pro quamcumq. rem, ordo talis est: *Quam-* cumq. rem ferox miles gesserit te duce nauibus aut equis, ô Agrippa, scriberis à Vario victor hostium; nos tenues nec conamur dicere hæc, nec conamur dicere grauem stomachum Pelida nescij cedere, id est, invicti, ferociis; nec conamur dicere duplicitis curtus Vlyssi per mare: nec conamur dicere quam dominum Pelopis, dum pudor & Musa potens lyrae vetat deterere laudes egregij.

Cœfariis & tuasculpa ingenij. *Pelida.* Achillis à Peleo nati. *stomachum.* stomachus pro ingenti ira ponitur. *cedere nescij.* invicti, & ferociis. vt rumpantur ne cia vinci pectora. *cursus duplices.* Amphibolone esse potest; aut duplicitis in genitivo cau, id est, calidi: aut duplicitis in accusativo, propter eriores decem annorum: Nam dum alij Græcorum duces capta Troia post annos decem reuersi sunt, Vlysses solum post viginti propter errores domum reverti est. *seuan Pelop. do.* Notæ tunc fabulæ de Tantali genere, ex quo Pelops ortus est: deinde Atreus & Thyestes, postea Orestes; quorū scelerā in Tragedia descripta sunt à Vario stylo sublimi. hinc Virg. Nā neq. adhuc Vario video nec dicere. Cinna digna. *conamur tenues.* extenuat viris suas dicens, nos tenues non audemus grandia. *imbelli.* non apta ad res bellicas decantandas. *culpa-* tarditate. *deterere.* indecenter dicere, & ex consequenti, minuere; nā qua deteruntur, cōminantur. *adamantina tun.* lorica, allusio ad viros indomabileis, quiq. nullo bello superari possunt: summa comparatione ab adamantis lapidis duritie. *ni-* grum. puluerulentum & iqualentem certaminis magnitudine, notatur fortitudo Merionis. *aut ope Pall.* Nam Diomedes auxilio Palladis cōtra Venetum dimicauit, cāmq. vulnerauit, quoniā Pallas fauebat Græcis. *Tydeiden.* Diomedem. *Superis patem-* diis & equalē. *nos conuiua.* nos vacui, id est, à negotiis liberi, cātamus conuiua voluptatibus plena, id est, scribimus. *seclu in iuuen.* in os iuuenū ad repugnandum reflectis vnguibus ac præparatis. *quid renum.* amamus aliquid. vritur enim qui amat. Virg. Vritur infelix Dido. *non pret. so. l.* non præter solitum leuis est qui vritur, nam omni tempore est inconstans, quod amatoribus proprium est.

C R Y Q V I V S.

Scriberis Vario fortis. Per occupationem purgat Horatius se apud Agrippam de rebus bellicis ab eo confectis pro dignitate à se & returno magnitudine describendis, vt quem neq. patere cur natura vehementius assurget, nec ferret alit dingenij vis & facultas ipsa; quā amatoria ad citharam leuiorāq. modulari. Sed quasi aliud agens Cœfarem & Agrippam tanta dexteritate cū summis tortis Gracie & invictis principibus committit, Achille putā, Vlysse, & ceteris, vt ex horum immortalis gloria ex indomita fortitudine, quanta laude digni sint Romani illi principes, facile quiuis intelligat. *Scriberis.* Scribere magnoru & in eruditione præcellerium virorum prop iū est: hinc auctores quiq. opimi, scriptores nominantur; qualē Horatius hic Variū celebat ab Epiti carminis excellētis,

lentia, adē ut eum dicat alitē Mæoniū carminis, perinde ac si non dubitet eum in insigni canto, id est, in sublimi scribendi genere Homero æquiparare. Quod & Quintil. in Thyestē approbat. hic me non latet Eratim um in adagio, Meliores nancisci auctis, alitem hic interpretari augurium & omen; aliōlīque in eadem esse tentatio: verū nihil vetat alitem quoque metaphoricō esse poētam qui canendo, id est, Heroicā describendo Homeri instar in altum fertur. fortis. inuitus & strenuus imperator. Laus à militari fortitudine. Scribit etiamntum Paterculus, Agrippam virtute, labore, vigilia, periculo inuitum. Mæoniū carminis al. hoc est, Homericī seu Heroicī carminis vate, ita ut Varius sit ales Mæoniū, id est, Home-nitus, canto & sententia sublimi. ferox. synecdochicōs pro copiis indomitis: à feritate namque, Nonio teste, ferox dicitur. manibus. testatur Sex. Pompeius bello nauali ad Liparas ab eo vixus & penitus fractus: qua gratia ab Augusto donatus est corona Rostrata, auctore Plinio. Ceterū de rebus ab Agrippa gestis terra marīq. legitio Diogenem, Appianum bell. ciuilium lib. 5. Orosum lib. 6. cap. 18, 19. nec grauen Pet. hoc est, non conatur scribere Iliada, in quibus implacabilis Achilius animus graphicè ab Homero depingitur, præcipue in erupta sibi Briseide. Peleide per antonomasiā, pro Achille Pelei & Thetidis filio. sedere m̄s̄. sedere hic est p'acari, exorari, ad misericordium fletri. sic ode 14. lib. 2. scribit Plutonem illacrymabilem. necrus. id est, Odyssaeum périflūticōs, in quibus dupliceis Vlyssis cursus describit, id est, erores varios, pérq. maria spatioſa Iatos quod eo dico, quod Homerus à Troia capta, in reditu difficileis Vlyssis labores decantauit, non etiam in aditu Troiam versus, ut exponit Commentator & alii, nimirum dupliceis, id est, adiūtum ad Troiam, redditumq. in partiam. verum cum viri quidam docti de aditu hoc dici non posse adverte-rent, legume duplia, id est, versuti & callidi, pro Epithetis Homericis Vlyssi datis. Quam quidem sententiam etiā non improbum, tamen consen-tum omnium, quos vidi, scriptorum codicem in dupliceis, nolui vili facere. Sed quid si per dupliceis intelligamus bis decennaleis: est enim vero cōsentaneum priori decennio dum Troia pre-meretur obsidione, Vlyssem, dum licet, nauigio proxima quæque Troiæ loca inspexisse, di'piciat lector doctus. senam Pet. 4. alludit ad Thyestā Tragediam à Vario conscriptam in eius cōmen-dationem. domum progeniem. filios Pelopis Atreum & Thyestem fratres notā inter se crude-litatis, ut fabulantur poētae. tenes grand. modesta ragione, ab ingenij tenuitate, & nature verecū-

dia, à qua sibi datum negat sublimia dicere. Im-bellū. erat enim lyra coniuiis aptior quā rebus bellicis: ea namq. à coniuiatore singulis ordine coniuii oblati, si ab aliquo recusatetur, i. habe-batur indectior. hre Musa. Lycica Musa, quæ lyræ præst. Poiyhymnia, quam ode 1. optat sibi tendere barbiton. Quis Martem. i. cōtraria, ad expoliitionem eiusdictiōnis, grandia, quaiā sūti ne-roum gesta. Mariem, viros Martios, imperatores, duces. teclum tun. adam. induit munitumq. lorica & armis durissimis: metaphora ab adamante lapillo indomitæ duritie; ἀντεράθησα, κυριόπουρο, id est, domo. Aliudit autē ad illud Iiad. αἰτίας ἀγωνίας χαλκοχιτώνος, id est, ad naueis Achiliōrum loricatorum. χαλκοχιτών enim est habens æneam loricam. puluere Troico: ode 1. dixit puluerem Olympicum colligere, eum locum video. Merionem. Idomenei patruelē & aurigam, virum fortissimū. Homer. Iliad. 7. Eum enim facit ἀτάλαρβοι, invictus, id est, æqualem Marti. epe Palladii. Homerius toto ferē libro 5. nihil aliud quām de-scribit sedulitatem, gratiam & amorem Palladis erga Diomedem, quando non sc̄ mei inducit eam his verbis affari Diomedem, τυδιδη διηγεῖται ιαστιχαριστής θυμός, id est, Tydide Diomedē meo gratissime cordi. Eum namq. non tutata modō est, sed & inuit & animauit in Martē Venerēm. Quod Virg. quoque lib. 11. ita cecinit, ferro cal-esta corpora demens appetij, & Veneris violauit vulnere dextram. Tydide, sic habet 3. cod. Bland. Superi parem. animo & fortitudine diis non infe-riorem, ἀτάλαρβος Στοῦ, ut haber Homerius. nos coniuiis. explicat quod suprà dixit, nos tenues: cōuiua nāq. & amores sunt in re tenui, id est, ar-gumenta scribendi præbent humilia lyræ cōue-nientia. prælia. amantium contentiones & lusus, facetē admodum alludens ad heroum gesta, se quoq. in præliis versari dicit, sed non duris & san-guinolentis, sed molilibus & amatoriis, in quibus non opus est ferro & armis adamantinis, sed vn-gubus, illiq. resectis, ne vulnerentur amantes. aliās enim vngues arma sunt muliebria.

AD MVNATIVM PLANCVM de Tiburtina regione.

Ode VII. πρασινετικὴ ἐντικῆ.

LAVDABVNT alij clara Rhodon, aut Mitylenen,
aut Ephesum, bimarisue Corimbi
Mania, vel Baccho Thebas, vel Apolline Delpbos
Insignis, aut Theffala Tempe.

- § Slit quibus vnu opus est, intacta Palladii vibem
Carmine perpetuo celebrare, &
Vndiq; decerpsum fronti preponere oliuam.
Plurimus, in Lunonis honorem,
Aptum dicit equis Argos, diuesque Mycenae.
- 10 Me nec tam patiens Lacedemon,
Nec tam Larissa percussit campus opime,
Quam domus Albunea resonantis,
Et praeceps Anio, & Tiburni lucis, & rda
Mobilibus pomaria ritus.
- 15 Albus ve obscuro deterget nubila celo
Sepe Notus, neque parturit imbreu
Perpetuos: sic tu sapiens finire memento.
Tristitiam, visitaq; labores
Mollis, Plance, mero: seu te fulgentia signa
- 20 Castra tenent, seu densa tenebit
Tiburi umbrat tui. Teucer Salamina, patremq;
Cum fugeret; tamen vda Lyco
Tempora populae fertur vixisse corona,
Sic triste affatus amicos.
- 25 Quo nos cumque feret melior fortuna parente,
Ibimus, o socij, comitesque.
Nil desperandum Teucro duce, & auspice Teucro:
Certus enim promisit Apollo
Ambiguam tellure noua Salamina fururam.
- 30 Mecum sepe viri, nunc vino pellite curas:
Crus ingens iterabimus aquor.

COM M E N T A T O R.

L A V D A B V N T alijs claram Rhodon. Metru Heroicum. primus versus Hexameter Heroicus catalecticus. Sequens Alcmanius Dactylicus terrame ter acatalecticus, qui & Phaliscus appellatur, eò quod ex quatuor pedibus vltimis constet versus Heroici. Munatium Plancum alloquitur, consu larem virum, Tiburtem origine, in cuius gratiam dicit, cum diuersis studiis sit, diuersas insulas oppidaq; certorum numinu gratia celebrare carminibus, sibi Tibur esse laudandum, cuius voluptate capiatur & amoenitate, nec non Albunea Nymphæ eiusdem vicini nemoris deo: vnde Virg. Iacolq; sub alta consulit Albunea. Tibur autem Tiburnus condidit, à quo nomen est ciuitati; hic fuit filius Catillii, filij Amphiarae, vt, Catilliusq; acerq; Corax. Hortatur autem Plancum vt curas voluptatibus relaxet exemplo Teuctri Telamo-

nij, claram, eo quod soli sit exposita. Rhodons aut Mis. maritimæ Gracie ciuitates, altera in Rhodo insula, altera in Lesbo. bimaris Corinthis. quia ad Isthmum posita Ionio & Aegæo mari alluitur. Vel Baccho Th. ordo est, vel Thebas insignis Baccho, vel Delphos insignis Apolline. sic enim apud Thebas Diana sius vt Delphos Apollo colebat, à quibus etiam loca fortiuntur honores. Thessala Tempe. Tempe amœna loca sunt Thessaliz. est autem numeri pluralis inflexum. sunt quibus. ac si diceret, unum studium est aliquorum laudibus Athenarum dicendis operam dare, & inde gloriam querere. Athenas autem vocavit vrb Mineruæ, quia Ædificare anno Ædificare, id est, à Minerua non invenit. carmine perpetu. aut uno metri genere, aut non immixtis alioru laudibus. Vndiq; decerpsum. ex omnibus collectam. ordo est: preponere fronti oliuam vndiq; decerpsum. aptum dic. laudat. Aptum autem Argos genere neutro singulariter dicit; nam plurale Argi est masculinum. Homerus appellat ægypti ianæ ob oru. dilecti q; Mycenæ. Sicut Athenas quidam laudant in Mineruæ honorem; ita & Argos Mycenæ alij in honorem Iunonis. tam patiens Lacedemoni, quia in aris Dianæ adolescentes verberibus immobiles cedebantur: post matricidium namq; Orestes furibundus, adiit oraculum Apollinis de sanitate acquirenda: respondit oraculum eum posse sanari, si ē Taurica regione Dianæ Scythicæ simulacrum auferret: profectus itaq; in Ta uricam, vbi lotor eius Iphigenia Dianæ sacerdos, aduenas immolabat, ab ea est agnitus, cui parcens interrogauit cur venire: re itaq; cognita, ipsa cū fratre quem secuta est, simulacrum abstulerit, dela taliq; in Italia illud collocarunt in nemore Aricino. Dianæ sacro: At postea quā videretur Italij nume immite & asperum, illud orientem versus miserūt, atq; à Lacedæmoniis suscepit; est sed ij quoq; verentes ne aut crudelitatem aut sauitiam aliquā Diana in ipsis exerceret, hoc statuerunt vt iuueniis eius aras ascenderet, quem alius tamdiu loris cederet, donec sanguis & visceribus in aras manaret, atq; ita numini latissiceret. Larissa. Larissa ciuitas Thessaliz, à qua & Achilles Larissus dictus est. Virg. quos neq; Tydides, nec Larissus Achilles. percusse magna delectatione animum ferit. spime. fertilis. domus. nemus amœnum & dele ctabile, consecratum vna cū fonte Nymphe Albunea, vnde nomen accepit. Virg. 7. lucosq; sub alta consulit Albunea nemorum quæ maxima scato fonte sonat. præcepit Anio, per deuexa cadens & rapidus. Tiburni. Tiburnus conditor Tiburis est, cuius fratres meminir Virg. inquiens, Catilliusq; acerq; Corax Argiva iuuentus. vda mobil. pomar. discurrentibus ruis irrigua. Albus ve obs. albū Notum

Notum Græci composuit Λευκός, id est, crenum appellant. **d**etergit nubes fugat & pium aërem facit; ventus enim est ferens terreni aëtem. **obfuso:** nubilo: **mollis** mero. suavi & leni: Nam vino in obliuionem veniunt curæ, & tristitia fugatur. **fugientia:** splendentia, aut luce coruscantia: ac si diceret, seu militis fueris, seu domi **Salamina.** Salaminis ciuitas Telamonis: hic suis filiis Teucro & Aiaci ad Troiam bellū p̄ officientibus legem posuit, ut alter sine auctoritate non rediret: Aiaci itaq. perempto, quod per dolum Ulyssis in iudicio armorum iactus esset, cum ipse corpus Achillis liberasset: Teucer memor imperij paterni, & patrem patriamq. fugiens responso Apollinis, cuan locis in Cypro condidit ciuitatem: Hunc fugientem dicit Horatius horatium esse comites ad pocula & vino consolationis gratia tristiorum mitigasse. **nde Lycos Hypallage:** ipsum enim Teucrum vino vdu fuisse intelligi oportet. **populea** propter animi fortitudinem; hæc enim arbor Herculi est sacra. **Osticij:** ordo est: o socij & comites ibimus quocumq. feret nos fortuna, melior parente, ea enim dabit patriam, quā pater negat. **auspice**, sponsore; ad Apollinem respicit, etius responso piomilla sequebatur. **corona:** non fallax, veridicus. **ambiguum**, duplicitum; quod altera in Cypro, altera in Attica regione esse dicatur, à qua pufus alteram cōdidit. Virg. similiter ambiguum duplicitum posuit, agnouit prolein ambiguum geminòsq. parenteis. **nossa**, incognita, peregrina. **peioraq.** Virg. o passi grauiora. **terribilis.** iterum nauigabimus.

C R V Q V I V S.

Laudabunt alij claram Rhoden. Huius odes argumentum generis est demonstratiui serum. Alius alia de causa concedit vrbis & loca quæq. pulcherrima multis efferre laudibus, sibi vero ait in primis commendari Tiburtinam regionem, propter Albuneę fontis, & Anienis fluminis in aquatum decursu lenem strepitum, luci amoenitatem, & pomiariorum irrigationem, idq. ad eō inuitandū Planicū, & vitæ rædium discutiendum: Nam ex Epistolis Cic. familiaris, & Vellai Patrculi lib. postenore pro competo est L. Munatium Plancum L. f. proconsul ciuii tumultu mirabiliter agitatum fuisse: Nam C. Cæsare interfecto, primum à Senatu & republica cum Octavio fortiter stetit; M. Lepido pontifice maximo, M. Antonium iā hostem à Senatu iudicatum, intra sua castra recipie: Postea, nescio quo iudicio, nisi quod recta non legitur, inquit Patrculus, defecit ad Antonium, à quo in cōsilio cum esset refrigeratus, transfigit ad Cæsarem: Cuins tandem vitæ rædium rædiumq., & ob fortunæ mutabilitatem, rerū amplius gerendarum p̄q. desperationem cognoscens Ho-

rius, eum solatur amicè, **hortatū:q.** vt animum seruet in omniem eventum fortis, integrum & inchoatum domini belliq. Ceterum ad exemplū Teuctri Telamonij suadet, si non Roma, vt Tiburritam finiat, hilariter vivat, & viuī potu sua uiroris obliuiscatur malorum omnium praeteritorum. **clarā Rhod.** præclaram & nobilem portibus, viis, mētibus, legum præstantiam, tui navalis peritiam, artium liberalium, & in primis eloquētia, studijs, &c. aut clarā, hoc est, perpetuis foliis illuſtra tam radiis, numiquā enim, teste Solino, ita celum nubilum est, vt in sole Rhodos non sit. Est autem ea insula soli sacra, qui puellæ Rhodiæ amore captus, Rhodon ab ea nominauit. **Mitylenes.** Mitylenen in Lesbo erexit ex Amazonibus una Myrina nomine, cāmq. de fororis nomine, quæ vna militauerat, Mitylenen nominauit Pittaco sapientem nobilem. vide Diodorū Siculum. **aut Ephesum.** Hæc item Diodoro teste ab Amazonibus in Asia extructa est, magna Dianæ templo nobilitata. **Corinthi.** Corinthus vrbis ære & figulina celebriſſima: Achaie toius emporium nobiliſſimū, vide Strab. lib. 8. **bimaris.** aīq. διαδέσθαι à situ loci, ea namq. inter duo maria Ionium & Aegeum in Isthmo hinc ex Italia, illinc è Gracia nauigabitibus commodissime prominebat. Strabo lib. 10. **menia.** hoc ad optineat spectat, ea namq. in altis rupibus oblique distorta & alpera nauigantibus erat admirationi; hinc dicta superciliola Corinthus, Strabone teste lib. 8. **Bacche Thebas.** Thebae in Beocia à Cadmo conditæ Bacchi fuere patria ex concubitu Louis cum Semele Cadmi filia. vide hac de re prolixam narrationem Apollodori lib. 3. **Apolline Delph.** Delphi & Elatea in Phocide ciuitates duæ clarissimæ, Delphi, propter templum Apollinis Pythij, & oraculum vetustate insigne. Strabo lib. 9. Delphi Cephiso flumine, Castaliæ fonte, & Parnassi iugis celebres. Solinus. sic dicit à Delpho Neptuni filio. Vide Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 2. **Theffala Tempe.** Penitus fluuius inter Oslam & Olympos decurrentis, collibus dextra leuāq. molliter curvis, nemorosis cōvalibus Thessalica facit Tempe: Solinus. videtur Strab. lib. 9. Generat autem loca quæuis amena, molli gramine virentia, fontibus irrigua, arboribus cōlita umbrosaq. (qualia inter conualeis ferè esse solent) propriè Tempe esse dicuntur. **sunt quibus.** ἐτοίσισι, hellenis. **vnicum.** intacta. Pall. **rr.** periphrasis Athenarum, quæ cur ἀνοτῆς Δήμηs dicta sit, consilito Apollod. lib. 3. & Stephanū τριπλ. πόλεων intacte, intuolatæ, virginis, carmine perp. an Epico, non etiam Lyrico? **Vndiq. deceptam.** Quos legi codices scriptos, omnes habent, **Vndiq. deceptam fronti preponere eliam.** Aliqui

qui apud Nolaam ciuitatem Annibalem in fugā
compulit; cuius inſidijs poſtea circumuentus oc-
cidiſ eft. *Itulum* fid. Virg. ecce Dioniz processit
Cæſaris aſtrum, in colligit itaque ē. Cæſaris ſtellā:
velut inter ig. pulchra comparatio: genitū bim. Peri-
phraſis Iouis per Apostrophen. ſat. per fata. ſe-
ſecundo. id eft, it ſecundus à te, ſciliſet ut tu in celo,
ille regnet in terra. *Parhos* Lat. im. inuadere mi-
nantes ditionem Romanam, cūm infesti eſſent
Romanis ſociis. Latium itaque pro imperio Ro-
mano poſitum eft: ſic & Virg. Imbellem auctiug
Romanis arcibus Indum, id eft, in diuine Roma-
na. Cæſari itaque Auguſto mirabiliter indulget
honorem; permittens quidem Ioui tonare & ful-
minare, modò Cæſar ipſo auctore regat orbē ter-
rarum, ſecundus ab ipſo. egerit. ſubegrit. dimi-
ſiſt, ſubactos, ſubiugatos. *equus*. iuſtus. ordo eft: ille:
zequus mihi te reget latum orbem. tu graui. ex
opinione vulgari. ordo eft: tu quaties Olympiū
graui curru, tu mitis inimica fulmina parum ca-
ſiſ lucis. *quaties* tōnabis. *parum caſiſ*. pollutiſ.

C R Y Q U I V S.

Quem virum. Ut à retum gestarum magni-
tudine collaudet Auguſtum, ſuis viribus quæſi-
diffi lens Horatius ēp̄t̄m̄ḡn̄k̄ ſibi adfumit. Clio
Muſam, cuius ope commemoratis prius Deorum
heroum & virorum fortium laudibus, qui Roma-
nam politiam iuſtificaverunt, ornarant, altrixerant, &
nunc conſilio prudentiāque, nunc armis & forti-
tudine conſeruarunt, veſtū aſiud agens inſinua-
ſeſt in Auguſti lindes pāne diuinās: ut qui cum
Ioue diuīlum haberet orbis totius imperium, ita
ve ipſe quidem terra, Iupiter verò caſis dominā-
retur. *Quem virum*. ēp̄t̄m̄ḡn̄k̄ ſept̄m̄ḡn̄ ad Clio,
Muſarum vīm. *lyra*. carmine lyrico moderato
& ſuauī. *acribia*. epico carmine ſublimi & canoro
numero-

numerisq; Subindicat autem mode& se quidem lyra posse prædicare Augustum, alios vero tib; id est, heroco versu, putat Vario, Virgilium & id genus poëtas, vt ait Ode 6. suprà. Scriberis Vario sot. & epist. 1. lib. 2. celebrare Clio. hoc enim Clio datur, vt celebret, memoret, laudet fortium virorum gesta, eaque donet immortalitate: iuxta illud Virg. Clio gesta canens transactis tempora reddit. ἀπὸ τῷ εἰλάσιῳ, οὐ μόνον, laudo, decanto. quem Deus. cod. duo B. and. cum Mart. Mald. & Diu. habent diuum. alij Deum, quod rectum est. recine. sic haber cod. Bland. antiquissimus, atque etiam sumus. sed nescio quis pro e. secunda vocali maculata conatus est formare i. tertiam vocalē, sed non i. ad dextrę vt deprehendi nequeat. alij habent sumis. & recinit. Erasmus putat legendum recinat. *recō iās.* Periphysis soni seu vocis repercussa reflexa, qua: Græc ἡχὴ nominatur, à verbo ἥχη, id est, resono. *ans in umbros.* ἀπρόσμενος locorum quae & Musis sacra suut Apollinique, & apta voci reperciendæ, cùm propter filias, tum propter quoniam leuis. Molchus in Epitaph. Bionis ἔχει εἰς στρηγονούς ἐδύπταν, ὅτι στρῆγον κανίνη παρατοι ταῦτα γάστρα. *umbrosis.* opacis, arborum densitate. *oris.* conuallibus. *recalem.* facundum & eloquentem. *Orphæ.* de Orpho quod fabulantur poëta, quem sic Musica præstantem fuisse canunt, vt arbores & laxi post se canendo traheret. Horatius in Arte poetica ad Pisones id dicitur sed fatus interpretatur, adeo ut ei iuxito qui quis acquisiescat. Quod autem Pau- fanius de Eliacis lib. 2. ex relatu scribit eū Aegyp- tium fuisse magum insiguum incantationibus, cùm in arboribus suo loco, tum saxis inouendis, id quod Horatius aliquo *lātō* exposuit, ea profos- tō cōmenta fure *Egypti* augotoris; neq; enim Aegyptiū illi fure Orphei, sed Thracis i. & Mi- dæ omnes Phrygi: neque incantatores, sed rara quadam & diuina sapientia prædicti: Ita vt non sit à vero dissentaneum, eum cum Amphione ceteris que eius nota viris fuisse ex posteris filiorum Noah. Qui ex confusione Babel populum vagum, feri- noque tunc sedibus incertis errante, præceptis pa- trium & diuinis legibus reduxerunt in ordinem humaniorē. *arte materna.* fuit Oeagri & Calliope filius, qui citharodicam exercuit, auctore Apollo lib. 1. *antris q.* ab audiendi facultate: quer- cubos enim affigit longas & arrestas aureis, quād amatorius Orphica mysterioria & audiant & intelli- gant: quo etiam modo postea Säyris aureis acutis Ode 19. lib. 2. fidibus can. hiac suprà dixit *recalem* Orpheo. parenti landibu. sic haber cod. Bland. verutissimeliqui omnes parentum, sed alia magis probo: Nam vt lectionis perspicuitatem *recalem* facetur aperiū primas omnis laudis partem

Iotuni merito vendicare, vt qui sit pater *ἀπὸ πάτερνον* θῶν, π; Homeroste, parent, creator, conseruator, gubernator omnium rerū. *quid prius?* omnes cod. scripti hic interrogationis notam habent, nimirū pro vulgata lectione, putā parentum: Nam in antiquit. Bland. ad marginem quoque adscriptū est, vel parentum, qua gracia non parum miror ex- punctam non esse gentinam lectionem parentis. *prius.* aut antiquius, aut potius, quād iotitas & ab omnibus decantatas laudes parentis louis. *re calē* confilia, conagus, facta, labo:es, magistratus, agri- culturam &c. hic aduertito Horatium stare pro Stoicis contra Epicureos in cura mortalium dōm. sacra omnia. qui mare *εἶ τε* terrā mundum inferiore ex elementis quatuor compactum températ Iu- piter, id est, ex aquatis partibus, quas varias horas nuncupat, circumagat ex sententia Aristot. de mā- do, τὸ γὰρ γένεται ἀψιδῶν, τοῖς δὲ ἡμίναι φυλάττε- σιν αἱ καλαὶ καὶ γόνιμοι τοῦ ὄλου πρᾶγμα. Θεός τοι γενέσαις ἀπάγεται τετραγράμματα, ἵνα γένεσαι γράμματα τοῦ μηδέ αἱ τοτελούσαι καὶ ιστικτοῦ. hoc est, ecque tandem vices tam ratae esse possunt, quād est or- acle comparatus à natura tempestati anni tenet in orbem redeuntium omnium rerum secunda- rum, restates ille quidem referens temporibus do- stinatis, simul dies ac noctis inoffensis vicibus, ē quibus mensis annūisque consiciuntur. *Vnde illa maius.* quia est optimus maximus, inquit Cic. 2. de natura deor. à nostris maioribus dictus, & quidem ante optimus, id est, beneficissimum quād maximus, quia maius est, certeque gratius præ- desse omnibus, quād opes magnas habere. *re re- get.* nec potens est, & vi agit quicquam ei simile & secundum, quia in agendo Iupiter potentissi- mus, fortissimus & cœtrissimus est. *proximus illi.* proximum in honore locum; ea namque ē cere- bro louis nata sine matre nihil est aliud quād di- mina, incorrupta, & vera Sapientia, qua in primis cœteris hominum administrantur & gubernantur, vt qua due civitates condire sunt, leges latae &c. deinde res omnes ordinare, distribuere, ornare & confirmare, prout iuribus ei pater impetravit. *præficiens andax.* Apostrophead Bacchum, qui ea de causa Liber dictus est, quod deuictis hostibus se cum suis in libertatem vindicavit; quo etiam nomine & pater nominatur, quod nomen à Li- bero frē indivisum est, auctore Curtio, vbi de Meru, Nyfa & Libero agit: nam in patriis est gig- nere, ita & liberare, tutari & conservare suos. *sem inimici.* singunt enim eam Ἡρακλεον, id est, belluarum necaricem: ἐλαφρόδολον, ceruo- rum iacula ricem, & ὕπερισθεντα, montiuagam. vide Phornutum. *Phœbe.* Phœbus dictus ἀπὸ τοῦ φœbē, quod riferatur: hinc Apollo iun- *gōs,*

Sic, procul feriens, sagittarius, radiis enim in toras desuper immisiss, tanquam sagittis nonnumquam metuendis, nimio calore corpora ita afficit ut pestem inducat. *Certa sagit.* vocat. Ouid: non evitabile telum. *Alba stella.* *diuersus regi.* vide quæ adoptauimus Ode 3. *suprà,* lucida sidera &c. *distantia sexi,* ab euentis ad ortum geminorum Castoris & Pollucis, quem comitatur maris & aëris tranquillitas, *fragium sub.* euaneunt & sudum fit coniunctum. *minax.* tumida, in altum vento sublata, quæ nauis minatur suo casu naufragiū, *quod sic volvere.* sic Diu. per litoram; reliqui omnes, quia sic valere, habent. *Romulum post has.* collaudatis diuis & heteribus, partim à potentia, partim à rebus gestis, vident ad viros principes Romanæ republicæ, quibus obiter pro meritis commemoratis, delabitur ad iuvicis, qua precatum Iouem, ut Cæsarem terris imperare finat. *Romulum.* Marris filium ex Ilia, qui primus rex Romanorum bello & armis rem parauit, lege Liuui & aliis historiographos, *quiescam Pompili.* Numa Pompilius alter rex Romanorum, qui armis paratum dominium, religione, pietate & bonis moribus stabiluit, iccirco dicit quietum, quod depositis armis omnia gereret. *Tarquinii facti.* honorum insignia regibus prius, postea consulibus attributa. *Catoni.* Luniotis, seu minoris: de cuius morte quam sibi ipse consciuit in Vtica quod se reciperat, male metuens Pompeianis partibus, videto Appianum Alex. lib. 2, bellorum ciuilium; Dionem; Plutar. *Regulum.* Marcū Attilium Regulum imperatorem Rom. de quo præter ceteros *lege* Cic. lib. 3, de Officiis. *Scantes.* Scavorum famula confulari dignitate nobilis, alterum M. Aemilius Scaurus cum M. Cæcilio Metello, consulē anno *v.c. 639.* videto in Chron. cuius est quoque mentio in bello Iugurt. Alterum M. Aemilius Scaurus Horrepsum consulem cū Ser. Sulpicio Galba, anno *646.* Valer. Max. lib. 3, cap. 7. *animq; meq;* magnanimum L. Aemilius Paullum, qui pro patria fundere animam nō dubitauit ad Caanas contra Annibalem. legio Liu. lib. 2. deca. 3. *Fabriūmq; Ga.* Fabricium Lusciniū primum consulem anno *471.* contra regem Pyrrhum. Iterum cons. *475.* Tertium cons. anno *480.* de cuius abstinentia & continentia Val. Max. lib. 4. cap. 3. & de censoria eius nota lib. 2. cap. 4. *Carrū.* M. Cupidius Densarū, primum cons. *463.* Iterum cons. *478.* Tertium cons. *479.* de cuius abstinentia Val. Max. lib. 4. cap. 3. de eius severitate lib. 6. cap. 3. Item Cic. in Catone: maiore. *incomit. capillū.* viri namq; fortis est, neglecto corporis cultu, animi curam gerere. *Camillum.* M. Furium Camillū septimum tribunum militem. Videto Glareani Chronologiam. Tit. Liu. lib. 5. & 6. prime decadis.

semper magna & laboriosa, qualem ferre decet qui autum fundum colit exiguum & lari conuenientem, hoc est, frugalem, & moderatū vice toleranda victum suppeditantem, qui ex agris quidem colligi potest, sed nō citra curam & continuū studium: que fundi. colendi ratio ut Fabricios, Curios, Camillos clarissimos, incorruptissimōs quadrues, imperatores, dictatores aluit, ita maioribus commendata fuit ante luxum & ambitionem, ut post confecta bella nihil eis fuerit. antiquius, quā ruri agere, & aliquot agri iugera, autū certè fundum arare ad victum tenuem & sobrium, quā hic pro vulgi & ambitiosorum hominū opinione *seuanum paupertatem nominat* Horatius: que liceat infelix videatur & abiecta, nutrit tamen *μόνιμον άρεαν της γεράσεω;* inquit Euripides, id est, laboranteis liberis præstatiōes & fortiores. *Luminaries.* Luna, inquit Varro, Græcum est; quare ne quis opinetur venire *από τοῦ λαχνήν*, per ablaciōnem χ., sicuti ab *άρεαν* araneus, venit *από τοῦ λαχνού* antiquus, deinde Doricos λέαντος. Apollonius lib. 4. *crevit oracula.* 4. in Augusti gratiam fortissimis imperatoribus adnumerat M. Claudio Marcellum eius ex Octavia sorore nepotem qui in ædilitate vita cessit annos natus sedecim, cuius nomē vult inclaruit post mortem: magis ac magis; non quidem ex rebus gestis, sed ab indeole præclara, que in ædilitate ipsius magnam omnibus expectationem reliquerat. Malunt alij, hoc Lyrici dictū pertinere ad M. Clau. Marcellum imperatore contra Annibalem & Poenos à senatu missum, quem celebrat Tit. Liu. 3 deca. lib. 7. Iudicent docti. *oracula.* occulta via inimicē increscit arbor, que nisi post augmentum sensu percipi nequit; hinc occultum æsum, quod visu interna sit occulta: quod facit ad maius miraerulum increscentis famę Marcelli post mortem, quasi eum velix in Deorum cœtum relatum; eius rei esse auctorem; non etiam id esse humanum factum aut consilium. huic consentit *lūliū* sidus micare inter omnes viros fortēs, ut luna inter minores stellas, quod is antea creditus sit in Deorum numerum receptus. *Illiū sedes* alludit ad stellam crinitā, que in Septembre apparebit: per dies septem, tantisper dūto Cæsar ei ludos publicos conseruauit, auctoribus Plinio & Suetonio. *geniu huma.* *ītq;* qua post longam *ītq;* precatur Iouem pro ratione fatorum, ut curam habeat Cæsar. *cōf.* à cura mortalium. *orti Sabatini.* à māribus. *Cæs. fāciād.* ex senectute Stoicorum qui statuta fatorū inuolata seruari volunt etiā à diis immortalibus: unde poeta, sua Turnum Fata vocant, merisque dati pœnitentiae ut *ītq;* secundo Cæsar reg. Cæsare secundo, hoc est, imperij con sorte, ita ut quidem cœlis, hic vero terris imperet, minor te, sue.

*et, siue Parthos subegerit, seu Seras & Indos, id est
bella maxima difficultimaque confecerit, poten-
tissimisque & ab imperio Romano quam longis-
simè distanceis hosteis parere coegerit. Parthos-
de Parthis qui vtrò signa Crasso cæso ablata ad
Caesarem remiserunt, regisque oblidibus traditis
scodus meruerunt: Oros. lib. 6. cap. 21. Velleius Pa-
tercul. lib. posteriore, dum pacatur occidit, inquit,
ab Oriente ac rege Parthorum, signa Romana,
qua Crasso presso Orodes, qua Antonio pulso fi-
lius eius Phraates ceperant, Augusto remissa sunt.
Luc. Florus 14. decad. lib. 127. P. Ventidius, ait,
Anatoni legatus Parthos proelio victos Syria expul-
lit. & lib. 128. addit, regemque eorum interemit.
in se duci. Et Europius lib. 7. Lucius Véridius Bal-
sus irumpenteis in Syriam Persas tribus prælia
vicit: Parthorum regis Orodes filium interfecit,
eo ipso die quo olim Orodes Persarum rex per-
ducem Surenam Crassum occiderat: hic primus
de Parthis iustissimum triumphum egit. de legatis
& Indorum muneribus ad Augustum missis, lega-
to eundem codem loco. *et*, sic habent omnes
cod. scrip. quos vidi. *se miser*. nimirum secundus
a te. *egressus*. sup. tibi, hoc est, non iniurians tibi
primum locum in imperio cælesti, modò in terris
alterum sortiri possit. *grati* cur. Periphrasis toni-
trus. *parum cœst*. Periphras. fulminis. *inimica*. *cristia*.*

A D L Y D I A M.

Ode xiiii. ἐπωνυμία.

CVM in Lydia Telephi

Cernicem roseam, ceream Telephi:

Landas brachia: va, meum

Feruens difficultile tunnet iecur.

Tunc nec mens mibi, nec color.
Certa sede manent: humor & ingenio:

Furtim labitur, arguens,

Quam lentis penitus maceret ignibus.

Vror, seu tibi candidos

Turparunt humeros immodice mero-

Ricca: fave puer. furens

Impresia memorem denee labris notam.

Non, si me satius audias,

Speres perpetuum, dulcia barbaræ

25 Landentem oscula, que Venus

Quinta parte sui nectaris imbibit.

FELICES ter, & amplius,

Quos irrupta tenet copula: nec malis:

Divulsus querimonius,

20 Engegma scitius soluet amor die.

COMMENTATO R.

CVM in Lydia Telephi. Dicilos. Metru pri-
mo versu Glyconium, secundo Asclepiadum.
Scribit ad Lydiam amicam suam, moleste ferens
riualem suum Telephum ab ealaudari. *Cernicem*
re. pulchram. ut Virg. rosea ceruice resulfit. *cera*.
aut mollia, aut in modum ceræ flexilia. *et*. inter-
iectio dolentis. *dificili*. ponit hoc epitheton ira-
cundiz quæ sit implacabilis. *bile*. id est, iracundia.
ut Iuvena. atque oculis bilem substringit opertis.
Plaut. in Amphit. arra bili percita est. *iecus*. pro-
eorde. *ἀριθμός*, id est, simpliciter. Tunc mens. varijs
agitur cogitationibus, & color in diuersa mutatur.
humor. secreta lacrymæ prodentes amoris ni-
miciatem. *erga* detinor trans, ut degeneres a-
nimos timor arguit. *lentus*. diserte, quasi occulte
seuientibus. *macer*. consumar. *ignibus*. amore.
tale est illud Virg. est mollis flamma. medullas.
tursum, & tacitum vivit sub pectori vultus. *peni-
sus*. intus, internè. *Vror*. tristor, aspectu crucior,
Turparunt liuore reddiderunt deformis. *immedi-
ce*. immensæ. *mero*. perebrietatem. *furens*. amo-
ris impatentia. *notam*. signum, stigma. Ordo: vror,
seu tibi immodice rixæ turparunt candidos hu-
meros mero, seu puer furens impressit dente me-
morem labris tuis notam. *memorem*. per quam a-
moris recordatio seruaretur. Non si me. ordo est:
si me satis audias, nō spes perpetuum lædenter
dulcia oscula barbaræ, hoc est, non spes scilicet
illum perpetuum qui dulcia oscula dedit crudeli-
ter. que *Venus*. luxuria. *sua*. amoris siue ardoris.
imbris. repleuit. Quinta parte. eleganter, quia in-
quinque partis amoris fructus partitus esse dici-
tur, visum, alloquium, tactum, osculum, concu-
bitum. vnde & Terentianum illud, iam extrema
linea amore haud nihil est. *tertius* & *amp*. id est, terti-
que quartærq. *impria*. indissolubilis. *copia*. nup-
tia. hac propriæ est duarum rerum. nec malis. or-
do est: quos nec amor diuulsus malis querimonis.
soluet citius supra die, id est, ante ultimum diem.
querimoniam. iurgiis & litibus.

C R V Q Y I V S;

FINIS. Horatius sese dolere & ferre grau-
fer Telephum riualem suum à Lydia com-
mèdari à forma corporis, quare illum ut odiosum
faciat, monet eam stigmatis, quod mordendo la-
bris eius impresserat Telephus, quasi ea basiandi:
ratio, non amorem sed odium quoddam barbarū:
futurum portendat: se verò non eo modo amare,
testari ait iecur ira feruens ob ingratas. sibi landes.
Telephi; varium mentis affectum in vultu appa-
sentem, ex coloris immutatione & lacrymis a-
matoxi:

matoriis: atque adeo eam felicem fore secum, ex thesi subindicat, si uno se contenta vitam sine querimmo. suis indutis am peragat. Ceterum lib. consulum ve: int adolescentes ab imposturis & ineritum fallacibus, quos vbi ad se blande pelleto, suis iam Veneris lacrymis irreticos tenet, alios ad se e intromittunt, abolandunt, laudant, eos amare se simulant, quod plus accipiant, eoque viuos deglulant. Cum tu Lyd. Apophrophe ad Lydiam ipsa. tu, perinde achi dicere velit, tu, quam me amare, & prae ceteris admirari credidi? certum rof. videtur periphrasticos significare iugenat, fusse Telephum ex sententia Lydæ, id est, pulchra & oblonga ceruice spectabilis, cerea brachia, alludit ad amplexum τὸν τραχιόντα τοῦ πεπτούσου. re: id, οὐδὲν οὐδὲν οὐδὲν, inquit Suidas: tomet iterum. ieiunium cere, mentem inconstitam esse, interni sunt effectus indignantis animi, qui coloris immutatione eluent in vultu. tunc nec mens. hic effectus est atrabilis, seu succi melancholici circa cor effervescentis, mentem, putram, non manere certa sede, sed esse motam; quemadmodum Marium quandam commota mente fuisse scribit Saty. 3. lib. 2 qui Hellade percussa sese precipitavit: Nam melancholicus ille succus si vehementius exarcat, nascitur affectionis quædam species, que medicis iveriā et cœcum nominatur: sed eo se modo extra se politum non fuisse ostendit Horatius, inquietus, humor & ingenus. Lacrymari namque nequeunt qui furore capti sunt, eò quod mens sopita reruui discrimina nesciat, sive rationis destruita manent. sic habent omnes mausæ. humor & ingenus ex amore doloris interni signum exterum. in genas. Sunt autem genæ quasi toruli quidam sub oculis extantes, quæ lacrymis irritantes sunt furrim. nimia amoris impatientia, per allusionem; sicut enim amores dulcia furta: aut furrim, id est, eriam aliud agenti, & quodammodo inuito. mero sen. tis annivis studet Telephum adducere in odium Lydæ: Quid enim Venericum ebrietate, que nihil sectatur præter audaciam petulantem, rixæ, verbera, vulnæ, candidos humeros, assentatio amatoria in odium Telephi, qui eōs turparat. immoderata rixa. i. θύμη, ex eo quod antecedit, ad id quod consequi solet; non enim rixæ, sed immoderata, id est, modum excedentes, nimium plagosæ deformauerunt humeros Lydæ. mero, ablatius efficiens causæ, propter nimium mei potatum. pax. nota contemnit ab artate puerili petula, sine vila prudentia & constantia commendatione. non si me aud. i. ηθικῶς dissuaderet Lydæ amorem Telephi per inuersionem; nam mordicare labrum in vilo Veneris, non est barbaræ lacerare, sed provocare & vehementer accendere Venerem: sic namq; &

aves ei lacræ osculando rostra mutuo mordicant. huc facit illud Catulli eleg. 6. lib. 1. tunc succos herbæisque dedi, queis liuor abicit, quem facit impresso mutua dente Venus. felices 1. Thebis amoris mutui, quæ docet quænam sint felices qui se amplexantur indissolubili amoris vinculo quo tacite exoptat sibi sociatam esse Lydiam. diuulsus, habent cod. bland.

AD REM PUBL. BELLVM ciuile reparantem.

O DE XLI. οὐαρετὴν, τῇ ἀνημέρᾳ.

O Nauis, referent in mare te noni
Fluctus. o quid agis? fortiter occupa
Portum, nonne vides, ut
Nudum remigio latu, 5
Et malu celeri sauciis Africo,
Antemnaq; gemant, ac sine funib;.

Vix durare catina

Pessim imperiosus
Aequor? non tibi sunt integra linea,
Non Di, quos iterum pressa voces mala,

Quamvis Ponticæ pinus

Silua filia nobilis

Iactes & genus, & nomen inuile.
Nil pictu timidus nauis a puppibus

Fidit, tu, nisi ventis

Delas ludibrium, caue.

Nuper sollicitum qua mibitadium,
Nunc desiderium, curaque non leuis,

Interfusa nitentis

Vites aquora Cycladas.

COMMENTATOR.

O Nauis referent in mare te noni f. Metrum tricolora duobus versibus A (clepiadeum), tertius, Pherecratius, quartus Glyconicus, qui tripodia dactylica dicitur, hac Ode nihil quam ἀναγεννᾶς per nauem designat Rempubl. Rom. que Bruto duce bellum pro libertate separat contra Augustum. Alij volunt ab Horatio moneri Sextū Pompeium Pompeij filium, sed illud bellum vir ciuale fuit nominandum. Primum autem fuit, idque grauissimum, inter Pompeium & Iulium Caesarē: Alterum inter Augustum & interfectorēs C. Caesaris Casrium & Brutum, sub quibus Horatius

Horatius

Horatius militauerat, sed postea ab Augusto receperit, veniam ab eo meruit. *ō nauis* alloquitus præteritamquam futura. Nauis metaphoricos accipitur, per cuius armamenta, & milites & diueras reipubl. vult ad iniurias intelligi. *fusili*. fluctus bellum ciuile vocavit. *portum*, pacem, securitatem. Terciat. ego in portu nauigo. *nudum lacum*. nudum fuga Pompeij & amissione exercitus. *malum s. Af.* per malum lacuum, gravis bellum intelligitur, propter Africum ventum tempestuosum. ut, creberique procellis Africus, malum autem arborem in nauis dixit, cui in summitate velum annexatur, & est mastu*inū*, ut, iuber o^rus omnes attollit malos. arbor autem frumentaria est feminini generis, poma vero ipsius neutri, ut, aurea maladece*mili*. gem*int.* fragore & ventorū impetu ut, gem*aut* sub pondere cymba surulis. *sine famulis*. sine administrationibus, aut sine pecunia. *vix dura*. *cas*. mira figura, pro sustinere vim æquoris. *imperiosus*. translate, pro seuius, & violentius, & cuius vehementia oblixi nō possit. *integram*. cursus integer sine exercitu vel auxiliis. *barea*. *veta*. ut, ni teneant cursus, certum est dare linteriorē: *nauis* dīj. quos iratos vult intelligi, propterea quod denuo agatur de ciuili bello instaurando. *uerum*, sicut sub C. I. Cæsare oppressa malis Deos oravit, *pressa*, oppressa. *vores*, invoces. *Pontica pinta*, hæc ad nobilitatem & originē referuntur, aut reipublicæ aut Bruti. *nobilis*, an tu nobilis, an si uig nobilis? *expicata*, nō picta. *annos*, ait nihil prodesset in bello stemmata & nobilitatis ornamenti. *in nisi* p.d. ordo est: tu nisi caue, id est, caues, debes ludibriū venis, id est, eis exercitum ventorū, hoc est, turpitudinē & ludibrio subiacebis, vel, *nihil debes*, *venis* nisi ludibriū, caue. *nuper solliolum*, manifeste ostendit se poëta nuper suis sollicitū, aut propter Brutū, aut rempublicam miserè lacetam sub C. Cæsare. *intersusa*, sup. suadeo ut vites æquora inter nitentes Cycladas fissa. *nitentes*, longè apparetis. suadet itaque ut inter iniqua loca & vada tempestuosa se custodiā, id est, fugiat ciuilis belli consilia. de illisdem inculis scribit. Virg. *sparsa*q; per æquor Cycladas.

C R V Q V I V S.

HORTAT. v. R. Romānos ciueis ad pacem & concordiam exargetas, dissuadens atq; adeo detestans ciui' eis contentiones, quas senatus à enatu post Antonium hostem patriæ judicat, soueri proinoneriq; cognduera (ut qui sub Bruto pateruram gelaserat) litteris de libertate recipieāda dat, ad interfectores C. Cæsariss. ed ea condita non protulit. Isorarius, tum quod l'ensis suo remigio, hoc est, l'ompeio aliq; viuis principibus rei-

bea gerent, auctoribus ducibüsque destituere, cum quod cetera nauis armamenta, hoc est, legiones, locii, auxiliaries copiæ, aut inutilia essent inutiliæ ferendis vndatum procellis, aut minus integræ laceratq;. *ō nauis*, in duobus cod. Bland, hui^o odes inscriptio est, Ad rem publicam, in tertio, Ad nauem M. Bruti reparantem ciuile bellum, seu rem publicam, alij carnem inscriptio ne. Quare nō video cur inter ceteros vir acutissimi iudicij Quintilianus obdorniuusile videri debeat, quādo in perpetua hac allegoria nauem interpretatur rem publicam, in qua velut Ho'cæde ciues omnes vesti, variis animi perturbationibus sursum deorsumque agitantur, ambitione, avaricia, scrututis, tyrania, luīque metu, libertatis amore, pacis concordia, que studio, ceterisque id genus affectibus, quasi marinis fluctibus iactati, aut immerguntur miserè, ut erant gloriose, in hac itaque Brutus post C. Cæsarem trucidatum, ut ciueis in libertate peccitus assereret, non dabitauit hortatu Senatus huius nauis gubernacula suscipere. *ō nauis*, quasi repente percussus metu futuronrum malorum, dissiaderet in tam perturbato rerum statu, iterum de summa rerum omnium fieri periculum per *magistrum* portus occupandi. *fortiter*, constanter, nullo tibi salutis alio scopo proposito præter portū, id est, pacem & tranquillitatem. *nō me vides*, *insperatus* per enumerationem patium nauis, ostendit eas ita esse imminutam & imbellem, ut vix villa spes superstanti maris vndis sustinendis, id est, ita rempubl. esse exhaustam, omnique ex parte labefactatam, ut vix par esse videatur alij villis, bellis administrandis. *portum*. Quid si per portum intelligamus Octavianum Augustū, cui Senatus contra Antonium it primis deculit plurimum, perinde acsi Brutum Cassiumque desideret cum Augusto componere pacem? *remigio*, *cau* *sollicitu* *s*, pro remigio, id est, remigibus, ut praesidia, pro praesidiis, vigilie pro vigilibus &c. *malus celere* *sim*, viletur per celerem Africum norare Aegyptium regem, à quo, præter omnium opinio'ne, repente Pompeius sine miseratione obrutus est: ab eo nimirum tamquam nalo dependebant antenae, id est, Senatores & viri principes reliqui, post eum exsūti qui gemebant anxiō pectore, etiam in Africa, cum per alias dispersi prouincias, ut videre est apud Appianum. *suefumibus*, sine æratio, quod iam funditus eiatur exhaustum, sunt enim pecunia veluti ferri & fines belli naualis: carina, ea in atriobs nauis in finia, ad quam, tamquam fundamentum, cetera nauis tabula figurantur regis, sibi uero res laudabiles, ngl rē iucētus, Po'cūc macte, id est, medium proembolit, illic est, eminuentis ligni cuiusdam ad protam nauis cui ro-

cui rostrum affigitur, quo fit impetus in hosteis naueis: Itaque per Carinas videtur innuere Romanas legiones, quibus, ut basi, belli tota moles prouchebatur: dicta ἐμβολος Aeliano, πάρα τὸ τὸν λόντρον ἐμβολεῖν, id est, ab impetu in hosteis facta: est enim embolos acies cuneata directa; tam pedestrium copiarum quam equestrium. vide Polyb. lib. i. histor. de trigona & cuneata classe. videtur autem in his verbis exprimere illos Alceti, πάρα μόδη τὸν ἀντλον ιστρίας ἔχει, λαῖφος δὲ πᾶς, ἄπλον ἄλλη, καὶ λακίδες μεγάλους τοστούς, χαλάρους δὲ ἄγυρους. id est, nam pelagus ipsam malibasim occupat, & linteum omne euandum iam, ac plurimae laceræ partes in eo, laxantique se ancora, tinctea, vela sunt lacera, quibus opus est, si defit remigium, id est, subsidia auxiliaque desiderantur, si laborent legionarij ducesque, non dij. Castor & Pollux. vide Ode 3. suprā, Lucida sidera. ponti apianū. à loco: quod in Ponto pinus materiae nobilitate certas facilè antecellerent. *& genus & nomē.*
Quid si hoc ad Troianos refetas, unde Romani duxerunt originem? Sunt enim qui Myzos & Troianos primos rateis in Hellepondo excogitasse velint, quibus in Thraceis expeditionē pararēt. *nihil pīctū.* naueis antiqui picturare solebant, rubia praesertim, sive rubrica, terráue Lemnia, etiā ante viuum picturæ sensus est, naueibus validis & integris opus est, nō etiam ornatis, picturatis & fragilibus. *tu nīsi venī.* hoc est, nihil aliud quam ventis eris ludus & iocus, id est, purpuratis, ambiosis, & inflatis ducibus. Est autem Hellenismus: sic enim Græci, ὅφλοι οὐ φλιστέσσι τὸ γίλωστον. i. sideri, ridiculum esse. Aristoph. Nebu. οὐ μὴ γίλωστο φλιστέσσι. nec derideberis. Demosth. ὅφλοι Σημίαν id est, multari. *mīsi venī.* nisi pro quam, per ἀλλήλους νῦν nil, hoc modo, tu nihil nisi ventis debes ludibrium. Terent. nihil volo aliud nisi Philumenam. Cicero: cura igitur nihil, aliud nisi vt valeas. id est, quam Philumenam, quam vt valeas. Altera hic commentatoris interpretatio est absurda, non enim τὸ nisi, apud idoneos scriptores imperandi modo inuenies appositum. *nuper sollicitum.* hoc est, ὡς res publica, que auper cum Pompeium veheres naufragum Caïnumque Cæsarem victorem, fuisse mihi tedium sollicitum, quod me & fori & iudiciorum træderet, sollicitumq; redderet cognoscendi quoq; euaderes: aunc imperfecto Iulio es desiderium, vt post Antonium hostem patrise dicatum, tu Augustum cum interfectoribus C. Cæsaris Iulij concilias, recuperataque nuper amissa libertate, in portu, pace & tranquillitate maneas, viisque aquora fusca inter nitenteis Cycladas, id est, difficillima quæque pericula, quibus sufferendis metuo ne gures futurae sint pares. *Cyclades.* Cy-

clades insulæ in Aegeo mari, nō quod singulæ, sed quod omnes quasi in orbem disseminatae apparet; unde & Sporades dicuntur. Plin. lib. 4. ca. 12. Vites. proper anfractus undatum, iuxta litora quam in pelago vehementiores.

N E R E I V A T I C I N I V M, de ruina Troiz.

O DE XV. ὑπόθετη καὶ θρηντική.

P A S T O R cùm traheret per freta nauibus
Idæis Helenen perfidus hospitam,
Ingrato celores obruit osio
Ventos, re caneres fera
Nereus sata. mala duci aui domum,
Quam multo repetet Gracia milite,
Coniurata tuas rumpere nuptias,
Et regnum Priami vetus.

Ebeu, quantus equus, quantus adeft viris
Sudor! quanta moeis funera Dardana
Genti! iam galeam Pallas, & agida,
Curruisque, & rabiem parat.

Neququam, Veneris praesidio ferox,
Petes castriem, grataque feminis
Imbellicitora carmina disides.

Neququam thalamo grancis
Hastas, & calami spicula Cnoſy
Vitabis, strepitumq; & celerem sequi
Aiacem, tamen, heu, serus adulteros

Crincis puluore collines.
Non Laertieiden, exitium tue
Genti, non Pylium Nestor a respici!
Vrgent impavidice Salaminius

Tenueris, & Sthenelus sciens
Pugna, sive opus est imperare equis,
Non exriga piger. Meriton en quoque
Nosces, ecce furit te reperire atroc
Tydeides, melior patre.

Quem tu, ceruus vii vallis in altera
Visum parte lupum graminu immemor,
Sublimi fugies mollis anhelitu,
Non hoc pollicitus tua.

Iracunda diem proferet Ilio,
Matronisque Phrygum clasas Achillei.
Post certas biemes vres Achæicus
Ignis Ilacas domos.

Com-

COMMENTATOR.

P A S T O R *cum traheret.* Metrum dicolon. pri-
mū tres versus A clepiadēi ; quartus autē est Gly-
conicus. Sub persona Nerei exponit imminentia
l'iso et de ses os. Puffor. Paris. *Idem.* Troianis, ab Ida
sonante. perfidus, quia in fidem amici hospitalitate
violata, committerat. *ingras.* orium autem ventis
ingratum tempore est, quia eorum natura semper
est *avaria* & imperum facere. *obnisi.* cessare fecit,
comprecessit. *cancet.* prædiceret, vt, ipsa canas oro.
Fera. crudelis. **Nerens.** Neptynus. **mala ani.** malo
omnino, malo auspicio ducis domum, ad quam re-
petendam omnis Græcia armabitur. *repetet.* re-
quirit. **malo milite.** magno exercitu. Græcia cōtra-
sa. intr coniurare & colpirare hoc interest, quod
coniurare numquam sit in perniciem allicius,
coniurare autem semper. Apud Aulidem enim
promontoriū ab omnibus Græcis Troiam nau-
gantibus iuratum est, quod vñanimiter diuinaret
donec Helenam nocti essent. vt est, Non ego cum
Danais Troianam excidere gērem Aulide iurau.
anspias. cū Helena illicitas. *retus.* antiquum. **Eben.**
dolentis. vt, heu quantæ miseris cades Laurenti-
bus instant *sudor.* bellicus labor. significatio fu-
ture clades. **manes.** commoues. **Dardane.** Troianę.
galeam Pall. bene primum Minetum dixit adul-
tero irasci, vt pote deam castratus, aut certe, quia
in iudicio superata est à Venere, Paride iudice.
agida. intelligit scutum Palladis, vnde Virg. in
Troiae euvensione, vt eam mōstrareret inimicam, ait,
Iam summas arceis Tritonia, respice, Pallas nō ed-
dit nimbo effulgens, & Gorgone lœua. **rabiem.**
p. o furore bellū ponit rabiem. *nequicquam.* frustra.
ordo autē est: nequicquam pecces catariē præsi-
dio ferox, vel amoris, vel Veneris. vnde in expi-
orationē Veneris dictum est, me duce Dardanius
Spartam expugnauit adulter, aut ego tela dedi,
souiq. cupidine bella. sensus autem est, nec pul-
chritudo tibi, nec canēdi scientia proderit; namq.
hæ delicia mulieribus magis aptæ sunt. **pecces**
sesa. ornabis. **granen hastas.** propter incestas nu-
ptias. Virg. Funeris iterum recidua in Pergama
tex. **calami sp.** Gross. Cretensis, de canna namq.
sagittæ fieri consueverunt. vt, pérq. illa venit at-
tundo. **celerem seq.** ad sequendum velocem, *ταχὺ*
Homero. **serm.** sero. **cruci p.e.** hoc est, cades, &
capillorum pu. chritudinem puluere inquinabis,
vt, & sedare in puluere crineis. **non Laertiade.** mul-
tos minatur exitialis dices ei futuros, Vlyssem,
Nestorem, Nelei filium. Vlysses autē Astyanacta
puerum precipitem muro dedit. **Salaminia.** de Sa-
lamine ciuitate, Telamonis filius, frater Aiakis.
Sithenius. Capanei filius. Nireum bene vaticinan-
tem facit Horatius, nam futura ponit quasi præ-

sentia. *Lucan.* hūc ego flumineas deformatis truncus
arena qui iaceat agnotico, sciens p. doctus ad pu-
gnandum. imperitare eq. domare equos. non auriga.
Diomedis comics. furit. furore agitatur, ac per hoc
discurrit ut te reperiatur. melior pat. fortior, quia nu-
mina vulnerauit. quem tu cerasus. ordo est: quem tu
moilis fugitis anhelitu subiimi, vti cerasus imme-
mor graminis visum lupum in altera parte vallis.
sublimi. per itinera ayan, pro sublimi corporis parte,
id est, ore edito. molli. inimbellis atq. inermis. non
hoc. quod fugeres. tue. *Helenæ*, quā diiigis, vt,
Daphniumq. tuum tollemus ad astra. iracunda. or-
do est, iracunda classis Achillei proferet diem llio
& matronis Phrygum. Achillei. veterum decli-
nationes ista habet, Achillei, Vlyssci, ab Achilleus
& Vlyssenus. hiemes. Syneodochicós, pro annis.
Virg. ternáq. tráscerint Ruruli hiberna subactis.
& testates sic poluit, Nam te etiam seprima por-
tat omnibus errantem ter: is & fluctibus testas.
Achaeas. Gracius. Iliaca. Troianas.

CRYOVIUS

Propter cum traheret. Hæc ode, sive Nerei vaticinum, est velut quædam *diatriasis* & apparatus virorum principum totius Graecæ ad Helenam pro sacramento præsino repetendâ & obfidendam. Troiam: ut od Paridi cù exprobatione mollitrii ob raptam Helenam malum minatur extremū & vrbi excidium, regnq. Troiani abolutionem, *pastor. diatriasis* per elevationem personæ, Paridem nominat patrem, vt qui in Ida monte preceps aliquando pauerat. *traheret p* Paris enim in Spartam nauit avarerat. Iti nem loorem reductus, vbi à Menelao rege hospitio acceptus, eius vxorem Helenam, iure hospita itatis violato, raptam secum nautigio (vi scribit Homerus) habuit in Phrygiam. h[ab]it itaq. Lycius Nereum Deum marinum ventis opitis in reditu detinuisse Paridem, eq[ue] hoc vaticinio in ceciniisse. *Helenam.* sic habent cod. Malteg. Mart. & antiquiss. Bland. alij habent Helenen, cum vulgatis, *ingratia.* ex anriotypo: otium namq. celeritati est oppositum. *fervata.* exitium triste & luctuosum. *Nereus.* contendit Glareanus ex Porphy. vulgato, & Herodoto lib. 2. pro Nereo substituendū Protea: quod & Homerus Proteus vaticinetur de rebus Troianis, & de Nereo nihil tale inuenitur: atqui fallitur; nam & Nereo vaticinandi scientia traditur ab Apollodoro lib. 2. de Nymphis Ionis & Themidis filiabus & Hercule, h[ab]et, inquit, ipsi putat Herculi, Nereum indicat, cōprehensumq. ipsum dormientem, atq. omnigenas formas alterantem decuinxit, neq. illum prius abire per-

misiit, quām ab eo vībinam mala illa, & Hesperides
ēscent, edocuisset. Intuper Hesiodes quoq. in
Theozonia scribit, οὐεῖται τὸν ἀψινδία, καὶ ἀληθία
γένετο πόστρο, περισθέτη παιδῶν, ἀντρας καλέσυ-
ται γέγοντο. οὐεῖται μητρέτη τοι, καὶ ἔπιτρο, οὐδὲ θημα-
τιστον λαθεῖται, αἰδάδικαται. καὶ ὑπειδίνεται διτ. id
est, Nereūmq. a' ienūm à mendacio & veracem.
genuit Pontus, maximum natu filiorum, sed vo-
cant grandēum, cō quōd verus atq. placidus, nec
iuris & aequi obliuicitur, sed iusta & manūeta
consilia nouit. videto Iunium nostrum Animad-
uersi. lib. 4. cap. 22. mala duci ait d. Nereus χρη-
ματος, id est, carmine vaticinatur euētura Paridi
Troianisq. mala aui. avis pro omine; ex avibus
eum veteres ad res agendas sumebant auguria:
hinc Augurum collegium apud Romanos, quoū
erat obnunciare populi canabū. Inter auctis au-
tē auguraleis alia dicebantur prospera & bone,
quæ liniſtræ erat; alia arcuæ, ab arcordis aliae clini-
næ, à difficultate, quia clinia vocabat anti, qui dif-
ficia περιστράνται; alia remores, à temorando: alia
inebræ, cnebræ, ab inhibendo: alia altere, quæ su-
peruenient, & vitiū auspicio facerent: alia vol-
gare, quæ se vellendo malū facerent auspiciū, de
quibus intellexit Statius, Vngue secant rabidæ,
planctumq. imitantibus alis exagitant Zephyros,
& plumea pectora cedunt. nudo milite. synecdoch.
consueta. in portu Aulidis, Solino teste, Eubœa
insula laterū obiecto efficit Aulidis portum, sœ-
culis traditū Græcæ coniurationis memoria. Prä-
terea Mela, Aulis Agamemonia Graiorū clas-
sis in Troiā coniurantiū statio. Verūm Apollodo-
rus lib. 3. scribit hanc coniurationē Sparte factam.
Tyndareo patri Helenæ Vlyssis consilio: Quare
vt hæc auctorū controvergia nemini sit offendicu-
culo, indicarim in Aulide priorē coniurationem
iterato inter Helenæ procos confirmam suisse.
Idq. postulas Menelau. Helenæ maritum. huius
coniurationis quoq. meminit Sophocles in Philo-
cteta οὐεῖται τὸν ἀψινδία, &c. resu. laus regni ab an-
tiquitate. oīeu. παθοταία, quānus eq. vhemens
ισηγεῖται ita namq. futura præcīnuntur, vt ob oculos
ea geri videantur. iam galeam. armatura Palladi-
dis ἀχεινούσις proper illata sibi de pulchritudi-
ne iniuriā. egida. Aegis, inquit Setuius, 8. Aeneid.
ad eum verūm, Aegidāq. horrificam turbat Palladi-
dis arma, &c. propriè est in monumento pectoris
zereum, habens in medio Gorgonis caput, quod si
in pectori numinis fuerit, aegis vocatur; si in pe-
ctori hominis, vt in antiquis imperatorum statuis
videmus, lorica dicitur. Cur autē Aegidis Pallas cū
Ioue particeps sit, vide Phornutum. currūq. & ra-
tū dia dōs, id est, currus rabidos, id est, incitatis si-
mos, omniaq. obvia cī. ἀζητομαχία (scī) rapien-

teis & veluti rabie quadā deuastantes. nequicquam
ren. ἀποκριτομενοι: exprobrat enim Pandi nimia
in cultu & ornata corporis mollicitē, citharāq. in-
ter feminas canendi studiū; ca namq. vitæ ratio
non decet viros forteis; & nequicquam ferox est e-
latūsq. qui Veneris præsidio ferocit, nō est enim
aqua; id est, Martialis. pectores etatē,
ornate, & vnguento delibueret comam, hominis
est effeminati: iccirco dixit ode 12. suprà, & in-
comitis Curiū capillis vtilem bello tulit, &c. A-
thenæ. lib. 1. οὐεῖται οὐεῖται τὸν τοῦ νῦν & φύσε-
τον εἰδότον γενετικούς εἰλειφούρους, πάλιν τον πά-
τερον εἰς εἰσαγέται τοῖσι τοῖσι, οὐ τοῦ ἀφεγδιτη κατέται τὸ
περιστον καθαίρει, id est, Homerus, inquit, post
quā vnguenti naturam eognosset, nō induxit vnu-
guentis delibutos heroas præter Paridem, inter
quos pulchritudine splendens, vt & Venus faciem
illustrat. imbelli cithara. Homerus Ill. y. οὐεῖται τοῦ
χεριουντος τά τον δῆμον Αφεγδίτης, οὐτε κόρη, τό-
τον εἰδόται, οὐτε κερινοι μητρες, id est, nō cithara & stu-
dium, Veneris neque munera prosint, si turpatus
humī iaceas, & puluere plenus. imbelli. inepta re-
bus bellicis, vt quæ tubas & lituos requirunt, sed
apta mensis ad hilaritatē & saltus. vide oden 6. &
10. huius lib. carmina diuides. alludit ad verbum μη-
ροῦ τοῦ πατέρος, quod est metiri, & metaphor. canere;
hinc μέτρον, carmen, quia suis modulis & numeris
dimentum est: Itaq. diuides carmina, id est, suis
numeris aptum carmen ad imbellēm citharā ca-
nes. graues. odiosas, metaphor. per hanc enim ar-
morum militarium, & Græcæ principum enu-
merationē prædicti frustrā nunc lasciuire Paridē-
thalamōq. nuptiali animos tollere, vt quem vel
inuitum reluctantēmq. necesse erit difficillima
ferre, & grauissima quæq. mala. calami spic. quid
si per ἀπόγενον hæc interpretemur, quando ha-
stas, spicula, iacula ex calamis olim facta esse non
sit incertum? vt omitam à Vegetio lib. 1. cap. 15.
in graui armaturā numerari spiculū, prius pilū vo-
cituratum, missile maius, sc̄. ro triangulo vnciarum
nouem, hastili pedū quinq. & semis, ad cuius istū
principiū milites exercabantur: quod arte & vir-
ture directum, & scutatos pedites, & loricatos e-
quites saepe transuerberat. hæc Veget. Quin &
hæc hasta, lancea, spiculū, iaculum, sicut λόγγον,
δίγυνον, ἀκόντιον saepe cōfundit antiquitas. strepitūq.
arma crepitantia, clamorē militarem, quæ ex dia-
metro pugnantem cū quiete & mollicitate thalamī nu-
ptialis. celestem. As. Aiace Oilei, Locrensis ducē,
quem ab hastæ vibratione & velocitate 2. Ilia. in
primis cōmendat Homerus. seras. ἀριστερά. cri-
neis. σαρξαντος. crincis quos tanto studio pexi-
sti, oleo & vnguento oblinisti, post collines & de-
turpabis puluere. scribit Lamb. in cod. Tornel. se
inuenisse.

inuenisse cultus adulteros. Ego quoq. in duob. cod. Bland. & Maldeg. eam vocem inueni; sed reliqui cū antiquis. Bland. habent crineis, quibus attentior propter casarem pexam, & (ut vero est consentaneum) vnguentis delibera, vi sit insultatio amarulenta, & mortem minetur infamem propter fugam. ceteroqui puluis in bello & pugna non indecorus est habitus. *exitium*. propter rapto Palladium Ouid. canere, Illa nocte mihi Troiae victoria parva est, Pergama tunc vici, cum vinci posse coegeri. Ceterum in tribus Cod. Bland. ponitur, tuę genti, ceteri gentis habent. Pyliu Nest. Gracorum omniū qui ad Troiam vene: ut sapientissimum, quod testatur Homerus Ilia & Pyliorum ducem. *Teucer te Sthenelus*. variat hic scripta. cod. 3. Bland. cum Maldeg. habent Teucer te Sthenelus. alij Teucer & Stene. Sed nulli sequuntur vulgarem lext. Teuceroq. & Sthenelus. cuius lectionis auctorem nescio an insimulem Mancinellum, qui visus est hoc epithetō Salaminius nolle dari Teucero, sed fratri Aiaci subintelligendo, ad discrimen Aiakis Oilei paullo suprà positi: verum quām nō sit hoc necesse, ut eo nomine vetus lectio immutteret, facile docti intelligunt. Ego certè sequor hanc, Teucer te Sthenelus. *C. Lamb. scis pug. ἡλλοψις*, præpositionis, sine, ut sententia sit, Sthenelus virget te siue opus est pugnare, siue opus est equos gubernare, nō auriga impiger. *Meronenq. de Merione*, vide suprà ode 6. *atros*. saevus, immitis, aut potius, Festo teste, impavidus, *ἀπὸ τὸ τέλος*, metuere, per priuatuum a. *Tyrides*. sic scribitur in Bland. vide oden 6. suprà *melior p. laus à natalibus*, quibus sua virtute præluxit: hoc autem ita esse scribit Homerus II. d. Sthenelum pro se & Diomedes respondisse Agamemnoni, *μηδὲ τὴν περίστασιν ἀπένειν* *ἰνχόποδον*, quem tecernus. *ἴκανον*, perfecte namq. inter se formæ conferuntur, Paris ceruo, Diomedes lupo. *ιενναδα*. propter crepti sibi ab Agamemnone Briseida, non induci potuit ut pugnaret, tantisper dum intelligeret Paeto clum ab Hectore casum.

AD AMICAM.

Ode XVI. *ταλαργοδιατική*.

O M A T R E pulchra filia pulchrior,
Quem criminosis cumque roles modum
Pones iambis: siue flamma,
Siue mari libet Hadriano.
5 Non Dindymene, non adytis quatit

Mentem sacerdotum incola Pythius,

Non Liber aquè, non acuta

Sic germinant Corybantes ara,

Tristes ut ira: quas neque Noricus

Deterret ensis, nec mare sufragum,

Nec saus ignis, nec tremendo

Iupiter ipse ruens tumultu.

Fertur Prometheus addere principi

Limo coactus particulam vndig,

Desectam, & insanileonis

Vini stomacho apposuisse nostro.

Irre Thyselem exitio graui

Struere, & altu vibibus ruita

Stetere caussa, cur perirent

Funditus, imprimereq; murū

Hostile aratrum exercitus insolens.

Compescere mentem, me quoque pectoris

Tentauit in dulci iuuentu

Feruor, & in celeres iambo

Misit furentem, nunc ego mitibus

Murare quero tristia, dum mihi

Fias recantatis amica

Opprobriis, animumq; reddas.

COM MENTATOR.

O M A T R E pulchra filia pulchrior. Metrum tricolon duobus versibus Alcicum, quod constat ex spondeo, iambō & casura, vel iambica pentemimere & duobus dactylis. hoc modo: O ma. tre pul. chra. filia. pulchrior. Tertius dimeter iambicus hypercatectus. sic: pones. iā bis si. ue flam. ma. Quartus Pindaticus, cōstat ex duobus dactylis & duobus trochæis. sic: siue ma. ri liber. Hadri. ano. Cantar palinodiā, id est, cācando reuocat quę scripsiter iratus in amicā Gratidiā. imitatus Stefichoru poētam Siculū: qui quòd vituperationē scripsiter Helenæ, obcæcatus est, sed postea Apollinis responso laudem eius scripsit, & visum recepit. eius rei & in Epodo idem poēta meminit. Infamis Helenæ Castor offensus vicem, fratérq. magni Castoris vieti prece adēpta vati reddidere lumina. Nihil autē, quod ad artificiū pertinet, prætermittit, caput enim benevolentia, cū illam pulchritum appellat, quo nihil gratius mulieri potest præstari; deinde in quibus maledixit, pro cius arbitrio abolenda promittit. pulchra. facit cōparationē formosæ ad formā meliore. Antiqui tria hęc F 2 aspirabant,

aspirabant, pulcher, lachrimor & sepulchrum. quem crimi. tneſis, quemcumq. criminis. Criminoſa, quæ criminis inferant, crimen enim vitium est, sed & cauſam quandoq. notat. Virg. & criminis ab uno diſce omnis. In hoc ergo conſiſetur delictum, quæ res ad iracundiam pia- candum vehementer facit: ſic Dauus ille Te- rent. ſe crucem meritum fatetur. Eſt autem quo adiſ fieri potest, poſt confeſſionem adhibēda ex- culatio, ut hic vbi in iram culpam reiicit: Scripterat autem Iambicis verſibus, qui pes Iambus ve- hementiā adſert, inuectiuis valde accommodus; eo autē ſcribit Horatius ad Pifones vſum Archilo- chum, inquiens, Archilochum proprio rabies arnauit Iambo, &c. hinc enim Archilochicum dicitur Iambicum carmen. pones. ſtatues. fine flams- ma. ſup. viſ ponere modum, in vindictam. ſimile eſt illud Virg. aut pelago Danaūm inſidias, subie- ctāq. dona precipitare iubet, subiectisq. vrere flammis. Adriano. Adriatico, ſpecies pro genere. Dindymene. à monte matrem deūm dicit. Virg. ire per alta Dindymi. Amoris ſe furore peccafe ſatetur, & ſic ab exēplo probare vult, i. à ob amorem non recipere moderationem magis quām qui alieno furore baccantur. Pythia. Apollo. à Py- thone ſerpente à ſe interfecto. Liber. Bacchus, qui ſimiliter ſuos ſacerdotes furore facit. acuta. ſono- ra: à tinnitu metaph. Virg. Pelio tinnitu fugiens impleuit acuto. Corybantes. miniſtri matris deūm. Noricos. ſpecies pro genere: apud Noricos enim & probatillum ferrum eſt, & gladij fiunt optimi: eſt autem Noricum in Illyria. Virg. tum ſciat aē- rias alpeis & Noricos ſi quis caſtella in tumulis. mare nauſ. naufragia faciens, quali naufragium. Virg. Cauloniq. arceis, & naufragium Scylaceū. tremendo. propter fulmina, vndq; el, & mortalia corda per genteis humilis ſtrauit pauor, ille fla- grantia aut Arbon aut Rhodopen aut Acrocerau- nia telo deicit. ruens. impetuosa decidens. fertur Prom. fabula eſt. Prometheus cum ex limo homi- nem fingeret, ex omnibus animalibus particulas, prout erat eorum natura, homini appofuit, à leo- ne vim ſumtam ſtomacho, & ideo iracudia magis accendimur: timorem depromit à lepore; à vulpe astutiam: ceteraq. à reliquis. Ordo eſt: Prometheus coactus fertur addere principi limo particu- lam deſectam vndiq. & appofuit eſt ſtoma- cho vim insani leonis. vndiq. ex omnibus anima- libus. ire Thyeſtes ex g. ἀπὸ πηγῆς οὐρανοῦ, id eſt, ab exemplo impij ostendit quam ſit atrox ira & extioſa hominibus. Atreus autem & Thyeſtes fratres fuerunt, qui quoniā in ſeditione alteralte- ri nocere non poterat, in ſimulatā redierunt gra- ſiam, qua occaſione Thyeſtes cū fratri vxore cō-

enbut; Atreus verò ei filium epulandum appo- fuit: Quod ſcelus & ſol fugiſſe narratur. Virg. Nec tam auerſus equos Tyrias ſol iungit ab orbe. & Statius, & caligeneis abrupto ſole Mycenæ. ritua- me. vſq. ad euertionem. Hostile arat. hoc eſt, hac eadem cauſa fuit deſtendis vrbibus. ha c enim con- ſuetudo olim ſæpe fuit, vt tam condendis quām euertendis vrbibus aratro ſigna fierent. de con- denda Virg. Interea Aeneas vrbē deſignat arattro. de euerienda Cic. in Philipp. vt vexillum tolle- ret, & aratrum circumduceret. ſolens. ira cōmec- tus. compescit. noli iraſcendo me imitari quem pe- nitit. peccatoris ſ. me quoque, inquit, iracundia ca- lore iuuentæ magis accentia in Iambos incitauit. dulci. voluptuosa. celestis ſum. epitheton. ſic in Arte poētica. Pes citus, vnde etiam trimeris accrefcere iuſſit nōmen Iambis. & eſt aptiſſimus ad male- dicendum. Catull. at non effugies meos iambos. ſurentem, ira. mitibus. blandiēdo, id eſt, mutare ira- cundiam cupio. recantauit. recantari carmina di- cuntur, cu contraſta probris ſiunt carmina in eum- cui maledixitimus, & laude corrigūtur. animusq; hoſtis, ſpem mihi redintegrandi amoris facias.

C V Q V I V S.

O matre p. Ob amoris fortaffe vitium male- dicis Iambis amicam laſerat Horatius, quā vt ſibi reconciliat, ſe quidem peccafe fatetur, ſed amouet à ſe cauſam criminis, eāmq. in iram tranſerens poſtulat vt ſibi venia detur, quando id non odio, non malevolentia, ſed ardore iuuentæ fece- rit, pollicet ſurq. omnia ſe fakturum: & ne villa ſit poitea mali ſuſpicio, eius arbitratu aut flammis aur aquis ſuos Iambos perditurum, eōsq. tristis & infauitos, in leneis & iucundos cōmutaturum, vt eam ſibi beneuolam parer; ſed ea lege hoc ait, vt ipſa quoq. definat male dicere. Interim, vt hoc fiat, & ab ira ceſſare velit, multis exemplis doceat, quā ſit ira grauiſ rebus omnibus nec non exitialis. **O** matre p. exordium à commendatione formæ, per comparationem & excellum. quām criminof- Vltronæ vindicta concessio, per tacitam culpe confeſſionem. medum pones. ponere modum non numquā eſt moderari, ſed hic eſt preſcribere rationem, qua velix mordacieſ Iambos aboleri. criminofis. criminatiōne, indignatiōne, mordacitate plenis, hoc eſt peculiare epitheton Iambis, ὁτις γάρ, inquit Suidas, ὁτις γάρ, in βεργίνας καὶ μακρέας, ὁτις γάρ, ἐπειδή ἐλύτης ἀρχόμυντερον τις μακρέας. id eſt, vt Iambus ex breui & longa, ſic contumelia ex pauiis initii copta, procedit ad maxima. nos Dindym. exercitio iræ ab effectis, vt qua mentem alienat, quod doceat ab exemplis. Dindymene, Tellus, magna mater, bona dea, Ops, Cybele, Be- recyntia, &c. eadem poētiſ dea eſt. hinc Catull. dea ma-

dea magna, dea Cybele, dea domina Dindymi. *adytus.* ex adytis. Alludit ad specū Apollinis Delphici, ubi in machina, qua tripos dicebatur specu superposita consistens sacerdos Pythia, dei spiritu afflata, reponſa dabat consilientibus. vide Diodorum in Philippo. adytum autē est locus arcanus, ἀδύτος μέρος τοῦ ιεροῦ Herodoti lib. 1. ἄνθετος, aīylum Virg. locus in templo semotus à vulgo, intactus, sacer; Adytum locus inaccessus in templo, ἀντί τοῦ αὐτοῦ, id est, ingredior; quasi sine ingressu. vide Cæla. belli ciuil. lib. 3. ad finem. *non quāris.* per ellipſin, ita. *incola Pyth.* non arbitror hanc esse periphrasim Apollinis, ab urbe Phocidis dicta Pytho, sed Pythium hic dici incolam à mente sacerdotis quā incolit in dandis oraculis, tunc enim mentem eius quatit, id est, mouet & cogit. *ιδειστάχων:* aliās minimē. Pythius autem Apollo dictus est, aut à Pytho Phocidis urbe, aut ἀντί τοῦ πυθαράτου, id est, à sciscitando oracula, ut vult Phornutus; aut à Pythone serpente interfecto. *non Liber aequalis.* quoniam Mænades seu Bacchæ sacerdotes in celebrandis Orgiis. Corybantes. sacerdotes magnæ matris. vide adag. *κορυβάνται* in Chil. Eral. Lutret, lib. 2. Tympana tenta sonant palmis & cymbala circum concava, raucisonōq. minantur cornua cantu, & Phrygio stimulat numero caua tibia mentem. hūc legitio. *tristes ut ire.* redditio comparationis. tristes ira ab effectu. *de terrenis.* quia furor est alienatæ mentis, nulla timet pericula nec humana nec diuina. fertur Promes. lepida παρίσβατος ad ira demōstrandam originem; quod segmentum videretur proorsus Horatianum ad imitationem fortassis Hesiodi, qui Vulcanum fabulatur iussu Iouis Pandoram eo ferē modo è luto formasse, instructam variis immortalium donis & artibus ad decipendū Epimethea. *vim.* furorem, iram immoderatam. *stomachο.* τὴν καρδίαν ἡπατίστητε. ex citere, fuere. simplex pro compito. *imprimētq.* vt arato urbs condebat, sic arato diruebatur. Qui urbem, inquit Cato, nouam condit, tauro & vacca ariet; ubi arauetit, mūrum faciat; ubi portam vult esse, aratum sustollat & ponet, vt portam vocet. *insolens.* gloriosus, Plauto interprete, ἀλλαζόντες φρεγάντες, miles gloriosus. Coœmia. comp̄fse men. dīnōis. precatur vt irasci definat, ab exemplo suo, conferens ira causam in adolescentiæ feruorem. *nunc ego.* διόρθωτις διὰ παλαιότας. dum multus aīsus re. id est, dūmodo tu quoq. recantes & mitiges opprobria conuiciāq. de me spāria, & iterum fias amica: equum est enim si cupias Horatius letis mutare tristia, vt ea quoq. parāudio ponat iram definātq. maledicere; vtq. Theocriti verbis teat, ἀλλά λόγοι φιλόνοι ισχυροὶ, id est, se mutuo aīment pari iugo. vero pamq. est

consentaneū, eam mente proteria multis iniuriis lacerasse nomen Horati, & fortasse grauioribus quām suis eam Iambis Horatium, vt sunt imponentes mulieres. Ceterū hic ab aliis enarratoribus dissentire me scio, hoc postremum παλαιότας ad scribens amicæ, non etiam Horatio, vt qui dixit, nunc ego mitibus mutare tristia, sed addit hanc legem, dummodo fias amica recanta sit opprobrii, id est, tu quoq. recates in me spāria cōuicia, mutatāq. sentētia me redames. Iudicē, docti.

AD TYNDAR IDEM.

Ode xvii. παραινετική.

VELOX amanum sape Lucretiū.

Mutat Lyceo Faunus, & igneām.

Defendit astatem capellus

Vſque meis, pluviōſque ventos.

Impune tutum per nemus arbutos

Quarunt latenteis, & thyma deuia

Olentū vxores mariti:

Nec virideis metuunt colubros,

Nec Martialeū hedilia lupos:

Vcumque dulci Tyndari fistula

Valles, & Vſtice cubantis

Leuia personuere faxa.

Dij me tuerit: Diū pietas mea,

Et Musa cordi est. binc tibi copia

Manabit ad plenum benigno

Ruru bonorum opulenta cornu.

Heic in reducta valle, Canicula

Vt abis astus, & fide Teia

Dices laboranteis in vno

Penelopen, vitreānique Circon.

Heic innocentis pocula Lesby

Duces sub umbra: nec Semoleitis

Cum Mare confundet Thyonea.

Pralia: nec metus proteruum

Suspedita Cyrum, ne male disparsi

Incontinentēis injiciat manus,

Et scindat barentem coronam

Crinibus, immeritānque vestem.

5

10

15

20

25

COMENTATOR.

VELOX amanum sape. Metrum dicolon duobus versibus Alcaicum, Tertius dimeter Iambicus hypercatelectus, Quartus Pindaricus.

F 3

Scribit

Scribit autem ad Tyndaridem parēneticē de laudibus agri Sabini, cui ut satis faciat inuitat in fundum suū quē in Sabinis habebat. *Lucretilem*. Hy-pallage. ad hunc modum scripsit Virg. Chaoniam pingui glandē mutauit arista. est ergo sententia, Lucretii permūtā Lycāum. Lucretilis autem mons est in Sabinis. *igneam*, feruidam. *defendit ast.* remouet æstus & prohibet. sic. Solstitium pecori defendite. *vsg.* semper, continuè. *pluviōsq.* *ventos.* frigora. pluviōsos, tempestiviosos. *impune.* sine dāno, sine periculo. *arbuto*s. Virg. dulce satis humor, depulsis arbutothādis. *deuie.* errantes, palēcentes. vt, rara per incultos errant animalia monteis. *alen-*
tu. forentis. vt, allia serpyllūnq. herbas cōtundit olenteis. &, grāue olenia Centaurca. *vroxes.* *æku-*
eglogyia. Virg. vir gregis ipse caper deerauerat. &, quem legere ducim & pecori dixere maritū. *Martialeis.* Martis tutelæ dicatos. Virg. Martius à stabulis rapuit lupus. *hædilis.* hædulorum septa. metony. continens pro contento. *vtcumq.* quan-docemq. aut quotiescumq. ordo est: ô Tyndari *vtcumq.* personuerunt valles, & leuia faxa cubantib. *Vſticas* dulci fistula, nec meeuunt viridis colubras, nec hædulizæ metuunt Martialeis lupos. Fau-nus enim in honorem mei tuctur. *Vſtice.* nomen montis & vallis in Sabinis: eum autem cubantem suauiter dixit, ad resupinam regionem attendens. sic & in Epist. Continui montes, nisi dissoiectatur opaca valle. *cubantia.* depressæ. vt, Megarōsq. si-nus, Tapſūmq. iacentem. *Leuia.* leuigata, plana. vt, Elicit illa cadens raucum per leuia murmur fa-xa ciet, &, tuta inde è leui rimosâ cubilia limo vng-ge fouens circum. *pietas.* iustitia & carmen meū diis placent. *ad plenam.* abundanter. *benigno cor.* largo dono terræ. ordo est, hinc tibi manabit ad plenum opulenter copia benigno cornu, id est copioso & diuite. *hinc.* ex agro Sabino. *manabit.* ab undabit. *erūn hōno.* frugum terræ. *cornu.* metaph. à cornu Fortunæ, quod Hercules detraictū Achelo-victor dicitur donasse Fortunæ, quod vulgo cornu copiæ dicitur, quo dicitur diuitias Fortuna confusæ largiri. *reducta.* secreta, refrigerata. vt, penitusq. in valle reducta. *Canticula.* Sirij stellæ in ore Canicula, afferentes nimios calores. vt, finit canis astifer arua. *fide Teiæ.* lyrica, seu fidibus lyri-cis. Teia autem dicta est à Teio Anacreontis poëte lymphici oppido, quod in Paphlagonia esse Sallu-stius indicat, cui de situ Pontico loquitur. Horat. in Epodo, Anacreonta Teium. fides autem dicuntur chordæ, vnde & fidicinas Comici dicunt citha-ristrias. Repromittit ergo amicæ in agello suo se lymphicum Carmen decantaturum. *dices.* cantabis ci-thara. *vno.* Vlyssē laboranteis amore. *vitreāmq.* Cir-pulchram. metaph. ab aquis. *innocentia.* lenis vini,

& minimè caput lœdentis. *Lesbj.* à loco, ab insu-la Lesbo. Virg. quā ve Methymnae carpit de pal-mite Lesbos. *Semeleus.* Matronymicum à Thyo-ne, quæ & Semele dicta est, mater Liberi patrie. sensus autem est, nō sunt per vini portationem fu-tura inter nos rixæ. *dispari.* tibi in amore non con-sentienti. *incontinentem.* perulanteis propter amorem. *herentem.* conuenientem. *vestem.* pro ornatu mulibri. Virg. colliq. monile baccatum, & duplice gemmis aurōq. coronam.

C R V Q V 1 8 .

V *Elegæ amanum.* Sibi Tyndariden amicam cu-pit adesse in agro Sabino, eōq. multis eam argumentis inuitat. In primis à p̄fensi Fauni; quo numine dicit ea loca ruta esse, cum ab iniuria cæli, tum ab infestis noxiisq. feris: deinde ab innocentia sua diis grata: nec non ab agitorum fecunditate amoenitatemque. Postremo cū hilaritate pollicetus omnem securitatem, non sine nota Satyrca Cyri cuiusdā eius fortasse ma-rii morosi. *velox.* Epitheton Fauno diisq. Satyris accommodum, à caprarum veloci, & irrequie-to cursu saltuq. singuntur enim Satyri pedibus ca-pinis. *Lucretilem.* fuit autem Lucretii mons in Sabinis inter eos monteis quos Farfarus fluuij alluit, in cuius valle amoenissima, multisq. arbo-ribus opacissima villa habuit Horatius, cuius sitū describit epist. 16.lib.1.ad *Quintūm.* *Lycæus* mons est in Arcadia Panis facer: pro quo Ar-cadico deo satis libidinoso, verecundè Faunum Italum numen posuit inquiline & suæ gen-tis studiosum: cum quo & Pico dæmone Nu-manum versatum scribit Plutarchus in eius vita. hoc autem facit Horatius, quò Tyndari citius persua-deat vt ad se veniat. Securius enim diis cognitis, & inquiline quā exteri se committere credidit antiquitas. *igneæ est.* ad ortum caniculae. *pluviōsq.* vt, notum ventum pluviolum, & cum teperc humoris, non pecudibus modò, sed omnibus etiam corporibus pestiferum in autumno p̄fserim. *colubras.* sic habent 4. Bland, cū Diuæ & Maldeg. Siluiq. nec mutare volui propter antiquitatem. *hædilie.* Hærent hic omnes enarratores, Aldus inter primos, cuius cōmentum mihi relatu nimis est prolixum: Deinde Glareanus in suis adnota-tionibus. at Lamb. ensi nusquam repertam probat tamē hanc lectionē, admonitus, vt scribit, ab Aurato, qui sagaci profecto iudicio (vt qui vir est in omni scriptorū genere versatissimus) suspicatus est legendum esse hædulij, vt sit *ækloga* ab Hædulus. at Lambinus tamē maiuult hædulij, cō quōd in scriptis ferè omnibus offenderit hæ-dulizæ, vt & ego quoq. in meis, præterquā in duo-bus Bland. in quibus liturg. sunt indicio manifesto prius

prius scriptum fuisse hœuliae , & priorem pediculam litteræ u. mutatum in d. ab eo qui hœdilia quidem ab hœdo , non etiam hœdulia ab hœculo deriuari posse didicerat , vel audierat . Quæ temeritas barbari sœculi in immitandis cum litteris scriptorum codicium , tum syllabis pervertebat , quantum detrimentum intulerit litteris & disciplinis liberalioribus , magis hoc deprehenditur ab omnibus , quam ab aliquo vel restituí prodignitate vel corrigi possit : non enim dubito quin hæc fuerit antiqua & genuina lectio ; eaq. vox hœdulia per primā flexionem tam fuerit olim usitata , quæ hœdile per tertiam . Quid & Nonius de colubra & colubro satis ostendit . Hœdulia itaq. id est , hœdularum sepra , non metuunt colubras , per metonym. pro hœdulis . *et cum duci* singit Horatius hic Pana (quæ Faunum nominat ut suprà diximus) agri Luciferilis esse quasi Dei *άντερεταος* hoc est , auerruocanum , seu mali cuiuscumq. propulsatorem , & omnis boni auctorem tutelatēmq. adeò ut *vbi cūm* q. ad sonitum eius fistulæ suauē , montes & valles resonarent hoc est , *vbi cūm* q. lupi , colubræ , ceteraq. silvestres sera eius numen praetentiāmq. sentirent , derepetè fugerent , liberañq. pecudibus & innociam passionem relinquerent . *di me sus ατισθογία* , cur apud Lucretiū ei sint omnia tuta , ab innocentia decorūmq. cultu , & Musarum studio . *ruris honorum* . ruris honores appellat , ruri nascientia . laus agri à fecunditate . *ηταβι* . laus ab opacitate . *dices laborantē* . cantabis amatoria . Hellenismus , *παντόποιος* , *πραιγή το παντόποιος* . Nescio an coniijcam alludere ad Anacreonticum carmen amatorum de contentione amoris in Vlysiem Penelopæ & Circes , quarum illa quidem Telemachum ex Vlysse , hæc verò Telegonum peperit . *innocentu p.* quia vina Lesbia erant tenuiora , adeò ut Alexis apud Athenæ . lib. i. non *ωνει* , sed *απάντειος* , id est , vinulum Lesbium nominet , cui Bacchum ait tribuere *απάντειος* , id est , immitatem , siue innocentiam . *duces* , alludit ad illud Anacreontis *πίνειν αύμει* hoc est , vno spiritu exhausta pocula , *ἀποσίξει* , sine respiratione bibere , drincken sonder snuguen . *Thyonous* . Bacchus , à *θυόνος* , id est , Semele , *πραιγή το θύειν καὶ οὐ μᾶς τοῦ πραιγήτος* , id est , sacrificando , irruendo , & insaniendo : pollicetur nulla sanguinoienta ioter ipsos futura prælia , etiā si hauiant amygdala poculum , sine intermissione , quando vina Lesbia sua lenitate , si fortasse Venerem petulantiorem , non Martem tamen prouocent . *proternum* . *procacem* , *ferocem* ob suspicionem amoris alterius . *Cyrus* . hunc propter sequentia , non temere dixerim maritum significari , cum quo Tyndarī non bene conueniebat , vt indicant ea verba male dispati , id

est , valde dissentienti : quis enim in amores non suos & proprios ita se uiat impunè vt vim faciat apertam ? Disparitatem autem inter Cyrū & Tyndariden censuerim in natura , ingenio & moribus : Cyrū nimurum , parcum , durum , ferocem fuisse , planq. Stoicum . Tyndaridem verò , lepidam , liberalem , candidam , & genialem . atq. hanc esse causam dissidiū , nam diuersos mores , diuersa studia sequuntur . *coronam* . vide oden 4. suprà ibi , flore quem ferunt .

AD QVINTILIVM VARVM.

Ode xviii. παρειτικὴ πρεγματικὴ.

NVLΛAM Vare sacra vite prius seueru arborem
Circa mite solum Tiburii , & mænia Catili .
Siccis omnia nam dura Deus proposuit : neque
Mordaces alios diffugint sollicitudines . (pat?)
Quis post vina graue militia , aut pauperie cre-
Quis nō te potius Bacche pater , tegi decēs Venus?
At , ne quis modici transfluat munera Liberi ;
Centauræ mones cum Lapithi rixa super mero
Debellata : mones Tiboniū non leuis Euius :
Cum fas , arque nefas exiguo fino libidinum 10
Discernunt auidi . non ego te candide Bassareū
Inuitum quatiam : nec varius ob sita frondibus
Sub diuum rapiam . seuca tene cum Berecyntio .
Cornu tympana : qua subsequitur cacus amor sui ,
Et tollens vacuum plus nimio gloria verticem , 15
Arcanq. fides prodiga , perlucidior viro .

COM MENTATOR:

NVLΛAM Vare sacra vite . Metrum monoco-
lon Choriarbicum ex spondeo , tribus Choriambis & Pyrrhichio siue iambo . Scribit ad Quintiliū Varum fidum sibi amicū , laudans vinum Tiburianū , & suader vbi cōpetens tempus est , vt nullā arbo . ē prius quā vitē ponat . *prius* . potius , melius . *seuerus* . plantaueris , posueris . *mite solum* . fundū exultum . Virg. ea nec mansuetat arando . Catili . suprà ostensem est Catilū & Coracem fratres esse Tiburni , cuius nomine Tibur conditum est . *sicut* . sobriis , ieiunis , vino abstinentibus , sine quo raro est lætitia . vt . adsit lætitię Bacchus dator , & bona luno . *mordaces* al. curas , quæ mentē mordeat & cruciēt . vt . hic tibi fabor enim , quādo hæc te cura remordet . *crepat* . cōmemorat , quod sine vino nō solet . *Bacche pater* . sup. crepat & laudat . *decēs Venus* . decora . Bacchus enim & Venus cōuiuiis aptiores sūt & voluptatib⁹ . vt . sine Cerere & Baccho friget

friget Venus. *at ne quis mod.* moderati , parçè & moderatè bibit. *Cētaurea.* ne quis, inquit, immoderatè bibat, exemplo sunt Lapithæ & Centauri, qui in conuiuio Pirithoi hac ebrietate pugnam contraxerunt. Virg. Bacchus & ad culpam causas dedit ille furentis. Cētauros leto domuit, Rhœcumq. & magno Hylæum Lapithis eratque minantem ordo est: Centaurea rixa super mero debet, at cū Lapithis, mones ne quis transiliat manera modici Liberi, & Eius non leuis Sithoniis mones. *super mero.* propter vinum. vt, nec super ipse sua inolituit laude laborem. *Sithoniis.* Thracibus. vt, Sithonio Aquiloni. hi per violen-tiam etiam ad illicita ruunt. *non leuis.* litore, ac si diceret grauis & iratus. *fusq n.* licitum & illi-crum. *exiguo fine.* nulla differentia, nullo discrimine. hinc Leuenal. Inguinis & capitis quæ sint di crimina nescit. *autki.* in luxu: iam proni propter ebrietatem. *Bassarem.* Bassareus dictus est Liber pater, à genere vestis Baccharum: unde & Bacche, Bassarides dicti. Pers. Bassaris & lyncem, &c. Bassaris enim genus vestis est ad pedes vñq. demissæ. dicti à Bassara loco Lydig vbi sit. Tali enim & numina vti volvit. vt, & pedes vestis defluxit ad imos. & vera incelsu patuit dea. *inuitum quat.* ultra modū non bibam, non plus bibam quam oportet. aut certè, inuitum quatiam ideo dixit, quia in sacro-ruin renouariione commouebantur lacra. Virg. qualis commotis excita sacris Thyas vbi audio stimulant Triererica Baccho Orgia. *sub diu rap.* non proferam in publicum mysteria tua, latentia aliquoquin & secreta. sed per allegoriam hoc vide-tur dicere, ea quæ fidei mere commissa sunt, num-quam ego ebrius factus prodam. *seu a tene.* repre-mie. precatura tem Liberum, vt à se remoueat furoris incitamenta, quæ ipsa se ad insaniam accen-dunt. *Berecyntio.* Phrygio. Berecyntus enim mos est Phrygia. *que.* tympana. *cæci amor.* propter ebrietatem inflatur animus, & se ipsum nemo co-gnoscit. Cæci epitheton est amoris perpetuum. vt, vulnus alit venis, & cæco carpitur igni. & cæci stimulant auertere amoris. *assollens vacuum.* ele-ganter, quia ex ebrietate pleriq. sibi plus arro-gant quam debent. vt & alibi, tu spem reducis mentibus anxiis virésq. & addis cornua pauperi, &c. *vacuum.* vanum, plus sibi arrogando quam oportet. plus nimis. plus iusto. *prodiga.* perfida, & quæ cōmissum prodit arcanum. *perlucidior vit.* omnia sudans, sicut per vitrum omnia videntur.

C R V Q Y I V S.

N Villam Varefara. Quod Varus aut immodi-co litterarum studio in se durior, aut nimia-

reipublicæ cura se cōficeret, vitis plantandæ com-mendatione eum noster amicè ad moderatū vi-vum, quod id vt modicè sumū cū hilaritatè sol-litudines abigit, vitaq. omne tedium discutit, ita immoderatus haustum tuorem concitat, ru-te hominis alienat, cūq. perdit funditus: quod docet exemplo Lapithau & Scytharum post po-cula intantiu. Nullam Vare. Ex: ressit illud Al-æci apud Athenæ. *urdis ælio quoniam reges* dñdēt *et apud idem,* id est, nullam aliam plantaueris arborem pius vite. *mite solem.* à natura soli. Mite autem iolum Plin.lib. 17. cap. 5. ex Catone nominat terram teneram, quæ pulla vocatur, quæ temperata est vberatis, mollis facilq. culturæ, nec madida nec sitiens, post vomerem-ni: cōscens, &c. *mama.* *Catil.* omnes scripti codices habent Catilli, per. l. geminatum, quemadmo-dum Virg. Catilulq. acerq. Corax, &c. vter au-tē rectius, an ille per Epenthelin, an hic per Syn-copen, videat lector. *siccus omnia nam d.* *aiskoueris* i. *Supr. μελικην* ab effectis contrariis: Sobrieras c-nim trituum parit & sollicitudines: vñs vini moderatus inducit latiriam, curasq. propellit, *dura d. pro.* hoc est, ita natura comparatur est, in re-bus quidem ipsis vt siccitatem comiterur durties, & mollities humorem: In corporibus vero hu-manis, siccus animus difficilis est, morosus, tristis, & grauis: vino madidus, facilis est, placidus, lætus & hilaris. *modarus.* *μελιδοσαq.* *as τὰ μέλι εἰσαγεῖς* *φερρίδις,* hoc est, curæ corpus ablumentes. hinc apud Sapientem Prouerb. 17. animus gaudens etatem floridam facit, spiritus tristis exsiccat ossa. *qui post vina.* *ἰεράνης* ab effectis *διστοροῖς* ad confirmationem enthymematis. *post vina.* ad hil-aritatem sumta. *militiam à paup.* militiam & pau-perratem generatim, prosummo quoquis malo, maximq. omnibus execrabilis poluit, eo quod animus vino rigatus incalescensq., nulla mala vi-taq. incōmoda meminit, nihil enim quam optimæ quæq. meditatur, felicissimæq. sibi proponit & loquitur, quod notar hæc vox *crepat*, quæ sine vñlis lituris est integræ in 4. Bland. sic Lucret. ad fi-nem lib. 2. laudat fortunas sepe parētis & crepat, hoc est, semper in ore habet. metaph. vide Noniū. *qui non est Bac p. sup.* crepat & prædicat. *at ne quæ.* *ἀπορεύεται* disfluat immoderatam vini potatio-nem ab exemplo. *Centaur.* mones. Centauri Thes-salæ populi *παραγόντες κατά τὸν πόλεμον* dicti, quod taurostimularent. *Lapithi.* Lapithæ Thessali, à quibus fugari & cæsi fuit re Centauri, quod in nu-pitiis Pirithoi vino incalescentes & ebrij nouam nuptam Hippodamiam rapere sicut ausi. Ouid. 2. amor. feminæ siluestres Lapithas. populumq. bi-formem turpiter apposito vertit in arma mero. lego

Iege Palæphatum. *dīscernunt.* duo cod. Blan. habet discutunt, quod non planè ineptum videri poterit, si interpretabimur discurrere metaphoricōs, pro leui quodam brachio, ut aiunt, præterire, perquirere, examinare, *quaesitō pārōtētū*, quod ebriorū est. sed videat lector doctus. non ego te cands. *Bassa.* aliudens ad sacra Bassarica sive Orgia, *q̄r̄t̄ ēnō-t̄ḡd̄h̄*, pollicetur ijs sacris se inuitu Deo numquā interfuturum, hoc est, non bibiturum plusquam satis est, nisi in *ēx̄x̄t̄oia* forte cogatur ad aqualeis calices: iccirco ei abblāditur, vt se inter portandum à furore turum præster; ô candide, inquiēs. i. & bone Bassareu &c. descriptionē autē Bassaridū Bacchi comitum in celebrandis Orgiis, vide apud Ouid. lib. 3. Metamor. Bacchus autem dictum Bassareum scribit Commentator à genere vestis Baccharum &c. vnde Bassara, Bassaris ido, Baccha sacerdos Bacchi. Eusebius Bassaram lyncis pellem nominat. Quid si Doricōs *āt̄ t̄b̄* *ēt̄*, Beatorum urbe venire dicamus? aut potius *āt̄ t̄b̄* *ēt̄* *b̄s̄t̄oia*, id est, salte, filia &c. vnde Doricē *Carras̄p̄s̄*, per saltus, filias, campos, monteis discurro, vagor: vnde Bassareus nominatus Deus, quando diuinio eius furore agitati sacerdotes Orgia celebrat. *m̄r̄m̄ frenāb̄s̄*, multis panopinis operata teclāque. *c̄c̄s̄ am̄t̄*, hitres sunt ebrietatis comites, *φ̄l̄aor̄t̄ia*, *μ̄z̄aor̄t̄ia* *āt̄.s̄ia*. *φ̄l̄aor̄t̄ia* autem duplex est, bac quidem *ēp̄aor̄t̄ia*, illa vero *φ̄l̄aor̄t̄ia*. Aristot. 9. Ethicorū hinc illud est Cic. in epist. nisi me communis *φ̄l̄aor̄t̄ia* decepit. Eras. in Chil. *ēt̄* *t̄l̄ess̄*. sic omnia scripta *vacuum* *vertit̄*, caput inane, temeraria, sine villa prudentia. Syncedo. hinc vulgo dicitur, caput cerebro vacuum, homo incōsultus & imprudens. & sic corpus sine pectore, hoc est, sine sapientia, homo insipiens.

DE GLYCERA. SE EIVS amoribus vti.

O D E X I X. ēp̄t̄p̄k̄.

MA T E R *seua Cupidinum,*
Thebanaj iubet me *Semeles puer,*
Et Lasciva licentia
Finitis animum reddere amoribus.
Vrit me Glycera nitor
Splendens Pario marmore pariūs:
Vrit grata proteruisas.
Et vultus nimium lubricus adspici.

10 *In me tota rues Venus*
Cyprum deseruit: nec patitur Scythas,

Et versis animosum equis

Parthum dicere: nec que nibil attinet.

Heic viuum mibi cespitem, heic

Verbenas pueri ponite, turaque

Bini cum patera meri.

Maclata veniet lenior hostia.

15

C O M M E N T A T O R.

MA T E R *seua Cupidinum.* Metrum dicolon, primo versu Glyconicum, secundo Asclepiadum. ait sibi renouari amore Glyceræ, Veneris & Bacchi insti etu: idque fieri nimia indulgentia, licetiaque. vnde Terent. omnes deteriores sumus licetia. *seua.* crudelis. Virg. Crudelis tu quoque mater, sic. Siquis amor docuit natorum sanguine matrem comminaculare manus. & aibi, vi superū seux memorem Iunonis obijam. Stat. Maternis seuos in armis. *Semeles.* Scimile nomen est matris Dionysij. *puer.* Dionysius qui Thebis colitur. *lasciva* licet. otium quod temper in laetitiam solvit. *fatuū.* neglectis & alienatis à me, denuò ijsdem incitari. *Glycere.* nomen amatae pueræ. *splendens* *Par.* Parus lapis candidissimus, ex quo signa multa fiunt. propterea Niueamque Patron dixit Virg. Est autem nomen à loco. *purum.* clariss. vt, stabut & Parii lapides ipirantia ligna & alibi, argentum Pariuue lapis circumdatu auro. *vit.* *ipso nōs.* incidunt: quia plerunque ipsa superbia ac fastidium. inutilis, eam magis amatori commendat. Virg. Carpit enim vireis paullatim, vritiq; vidēdo femina. *grata proter.* asperitas, procacitas, impudentia, quia amantibus nonnumquam grata est. *lubricus aspici.* aspectu. mirè dictum: vultus enim cum aspicitur, in libidinem procliveis facit viros. *Cyprum def.* Cypro insula relieta, vbi Venus colitur, me totum occupauit. *nec patitur.* non sinit me canere proglia. dicit autē amore Veneris se & deliciis occupatum scribere bella non posse. *versis.* versis in fugam. sic, & maximi Parthi poscent in terga sagittam. *quenam illi att.* nihil pertinent ad amorem & Venerem. vt, *Quin tu* aliquid saltem potius quorum indiget vsus viminibus mollique paras detexere iuncto. *viuum mibi e.* altate factum de cespite viuo. *verbenas.* herbas sacras. vt, verbenasque adole pinguis, & mascula tura. & ex ara hinc sume verbenas tibi. Verbenæ autem est herba virens. bene certè verbenas, cespitem, & tus requiri, quia Venus non placatur sanguine. Virg. tum Venus, haud equidem tali me dignor honore. sic, centumque Sabao ture calent aræ, fertisque recentibus halant. *maclata.* ordo est: Glyceræ veniet lenior, id est, mansuetior, maclata hostia, id est, facto

sacto sacrificio: eam namque proteruam suprà dixit.

C R V Q V I V S.

MATER seu Cupidinum. Ad gratiam Glyceram cert singulariter demerenda, singit Horatus te vel inuitum à tribus diis potentissimis, Venere, Baccho, & Lasciuia ad certos amores cogi, nec ad multos pro arbitratu euagari posse: Quare Glyceram in primis admirari, et usque pulchritudine ita se incendi, oculorumque lumen citate rapi prædicat, ut nihil aliud cogite, nihil agat aliud vel ipsius impulsu Venoris, quam sibi semper adefessum. *Quod ut fiat, ipsaque ei lenior adsit, omnia pueros parare iubet que ad eam propitiandam facere possunt.* *Seua*, quod miris modis in amoribus crucientur amantes. *Cupidinum*, propter multos in amoribus & variis affectus, multi dicuntur esse cupidines, ut habet Phornutus. *καὶ πλέον, ἐπηρώτες προσεδιδόται διὰ τῶν πολυτεχνίων τοῖς ἑρατοῖς, καὶ τοις πολλοῖς ποιῆσις οὐδεδίς καχεργεῖται τὸ ἀρρεγδίτικον.* id est, plures traduntur amores propter amorum varietatem, & multos eiusmodi ascleias qui Venerem comitantur. tales autem sunt, ludus, iocus, saltus, oscula, cantus &c. rursus amant inuenies, amant viri, senes, puella, mulieres &c. *Thebanæ*: periphrasis Bacchi, qui primum ex Semele-Thebani regis Cadni filia, deinde ex femore Louis natus fertur à Poëtis. Vide Apollodo. lib. 3. *iubet*, vult, cogit atque imperat, quinque codices scripti habent, *iubent ex Semeli*. *lascivus*, *άστρις*, lasciuia, luxus, comisatio, &c. *finitus a.r.a.* definitis, certis & constantibus. quod dicit, Glycere in amorem sui pellicie dignata: quod ei gratius id fore intellexerat. Non me latet alios hunc locum narrare, ita ut reddere animum finitis amoriibus, eis sit, ad amores neglectos redire. Verum quod Glyceram inter alias deligat, alia sententia mihi probatur magis: sed libera sit vnicuique sua. *Vrit me Gly.* certi amoris significatio *ἴεπεγίατος γετίκοκλος*, grata proterui: cum eo consentit Ode 9. aut digito male pertinaci, proteruitas. *προτερία*; tam in lingua quam in moribus. *vultus m.l.* lynced. pro oculis mobilibus & petulcis, est autem Hellenis. *ructus Venus*. alludit ad pulchritudinem & decorum Glyceræ. *Cyprum deseruit*, videtur alludere ad hoc Alcman. *κύπερος ιπερτέλης ποτόμης*, *κρήτης προπίνυον*. id est, Cypro relicta placida, & Rapho circumflua. *Et versis ani.* tres Bland. cod. habent, aueris; quod per asynthonem mihi videtur aptius. Sed quid hic conqueritur sibi per amorem describere prælia non esse integrum, quando multis aliis in locis hoc sibi neget à natura datum? an

hoc in Augustilaudem, cui à Parthis erepta M. Crasso, & M. Antonio signa militaria vltro tunc fortasse remissa sunt? *attinent.* vnu cod. Bland. habuit attinet, quod litura indicat. *verbena*. de verbena lege quæ scripsimus lib. 4. cap. 11. *bim.* veteris atque optimi. *mactata*. Commentator, Venus, inquit, non placut sanguine, interpretaturque mactata hollis, id est, factò sacrificio. Certum est, apud prius seculū incruenta omnia fuisse sacrificia, herbæque & fructus manu decerpitos pro holocausto diis oblatos, eorumque fumo & exhalatione litatum: quod & Pythagoras censuit, & Lycurgus apud Lacedæmonios instituit: verum progesisti temporis etiam cruenta sacrificia in via esse coepere. Venerique, ut aliis diis, apud Tussas in Aegyptio, vbi Venus cornuta colebatur, etiam vaccam; & in Nitrioticâ praefectura ovem immolatam esse. Sed & columbam Veneri sacram esse constat: quam mactandam hic fortasse significat, tum lascivæ causa, unde *μετεπά παρὰ τὸ περιπλανῶντας* dicta est, quod supra modum det amori operam: tum ut constans & certus ei cum Glycera sit amor, ex opinione Theologorum.

AD MÆCENATEM.

ODE XX. προσφορηποι καὶ πεγματικ.

VILE potabis modicu*s* Sabinum
Cantharî, Graca quod ego ipse testa:
Condiculei, datu*s* in theatro
Cùm tibi plausu*s*,

Care Mæcenus, eques: vi paterni,
Fluminis ripe, simul & iocosa
Redderet laudes tibi Vaticani.

Montis imago.

Cæcum, & prelo domitam Caleno
Tu bibes vuam: mea nec Falerna
Temperant vites, neque Formiani.
Pocula colles.

5

10

C O M M E N T A T O R.

VILE potabis modicu*s* Sab. Metrum Sapphi-cum hendecasyllabum. Mæcenatem inuitat ad co-quinuum, excusans suam mediocritatem, promittensque ei vinum Sabinum vile. Sed quod in amphoram miserat, ut contraheret aliquid suavitatis; quod à se factum dicit eo tēpore quo ille in Thea-

uo à:

tro à populo laudabatur. *Vile.* minoris pretij. *Virg.* Si verò viciamque seres, vitemque fælum, &, vilibus eut onerat ponis. aut vile scilicet tuo palato. ordo est: Care Mæcenas eques potabis vi- le Sabinum modicis cantharîs, quod ego ipse leui conditum Graca testa, cùm datus est tibi plausus in Theatro, ut ripæ paterni fluminis, simul & ioco imago Vaticani montis redderet tibi laude: *Greca testa.* amphora. *modicus.* paruis. *cantharū.* poculis. *leui.* signauit: contrarium est releui, id est, resignauit, aperuit, ut Terent. releui omnia do- lia, omneis serias. *Mæcenas eques.* constat Mæcena- tem in equitri dignitate mansisse sua voluntate, dum ei facultas fieret ad altiora condescendi. *paterni.* propter patriam eius Tusciā, ubi Tiberis oritur. *Virg.* quæ Tusci Tiberim & Ro- mana palatia seruas: Nam & Porſenæ dicitur fuisse propinquus. *secunda im.* Echo. *Virg.* saxe so- nant, vocis offensa refluita imago. *Vaticani.* Va- ticanus mons nō longè abest à Theatro Pompeij, quem cum ripis Tiberis simul resonuisse memo- rat ad plausum populi datum: clari namque viri & populo grati in Theatro & publicis spectacu- lis excipi solebant magno populi plausu & acclama- tione: contiā, improbi & mali exhibiliari. *Cæ- cubum.* vinum Campaniæ regionis. *vnam.* me- tonym. pro vino. huic contrarium Plautus in Tri- nummo vinum pro tua posuit. illud vinū prius quam coctum est, pender putidum. *domitam.* prellam. nec *Falerne* t. r. indicat nec Faleraum fæse habere, quod ei propinere, nec Formianū, qua illis temporibus fuerit nobilissima. *vies.* metony. vina optima & probatissima. *Virg.* Rhætica nec cellis ideo contendit Falernis. *Formiani.* à Formiis deriuatium.

C R V Q Y I S.

VI L E potabu modicū. Mæcenas iturus in Apu- liam significauit Horatio, ei se ante profe- ctionem conuiuam esse vellet: cui responder Horatio, se quidem non habere vinum generosum, sed benigno tamen animo ei exhibiturum vinū quod habebat Sabinum. De profectione in Apu- liam mentio fit in Diuizi codice. *vile.* vulga- re. alludit ad τὸ ιστάπιον, id est, vinulum, quod se- cundarium seu deficiens vertit interpres Pollucis. Nam de vinis Italicis ex sententia Athenæ lib. I. ἀρταὶ δὲ τῶν εἰς οὐκέτις καφόπεργε, ἀπὸ ιτῶν εἴτὲ ιταδέος πίναις μάχεις πίνει τὴν δίην. id est, inter hæc omnia Sabinum leuius est, aban- nis septem potui aptum ad annum vsique decimū septimum. de Sabinis cœlibus in quibus crudum austriumque vinum nascitur, videto Plin. lib. 14.

cap. 2. & de Vinaciola tua cap. 3. *cantharū.* Cand tharū poculi genus est capacioris, vnde est illu- Epigenis apud Athen. lib. I I. ἀλλὰ οὐδὲ καρπού τους τὴν τὰς κανθάρους, ὃ τάλατ, ἵκειν τους ἄ- δυτος, πεπινά δι τοὺς γλάφυρας παντας ἀσπερ ἀντα- τα ποτίσει, ὃν τον οἶνον ποτόφυτον. hoc est, non fin- gunt nunc cætharos, ὥ miser, illos capaces, sed mo- dica & ornata omnes quasi ipsa pocula, non vina bibenda sint. Est autē Cantharus à figulo nomi- natus, ut eodem loco ait Philetærus. *Greca testa.* vas fictile ad vina condenda perutile, quo id cum- que nomine exprimas, amphora, metretæ, cera- mion: de quibus Budæ. lib. 5. de Africæ stamnæ, stamnarium, de quibus Pollux. *Greca testa.* Quod vile vocavit, iam non nihil commendat à sua cu- ra in eo condendo: deinde à vase Græco, in quo conditum seruabat. Sed an Græce commendatio ab arte figlina, ad vini conseruationem, an à vino Græco, quo testa prius ea imbuta fuerit, dispiciat lector non insipidus. *leui.* Horatius indicat se eius vini fuisse conditorem ἀλεῖτλω, vel potius πεπινά, qui cados pice illinit. *Cæcubum.* de vino Cæcubo, Caleno, Falerno, Formiano, Athenæ. li. 1. vt suprà de vino Sabino.

AD C H O R V M P V E R O R V M
puellarumque in Dianam & Apol- linem hymnus.

Ode xxi. ἐνχæristik.

D I A N A M tenere dicite virgines:
Intonsum pueri dicite Cynthium,
Latonamq; supremo
Dilectam penitus loui.
Vos latram fluavi, & nemorum coma,
Quicumque aut gelido prominet Algido,
Nigris aut Erymanthi
Siluis, aut viridis Cragi.
Vos Tempe totidem tollite laudibus,
Natalemq; mares Delon Apollinis,
Insignemq; pharetra,
Fraternaque humerum lyra.
Hic bellum lacrymosum, hic miseram famem,
Pestemq; à populo, & principe Cesare, in
Persas, atque Britannos
Vestra mortuus ager prece.

5

10

15

C O M M E N T A T O R.

DI A N A M *tenere dicit virg.* Metrum duobus versibus Asclepiadeum, tertio Pherecratium, quarto Glyconicū. Augustus ludos sacerularis instituit, quibus hymni Apollini Dianaq; dicebātur à nobilibus pueris puerili que, à pueris quidē Apollini, à pueris, vero & viris, inibus Diana. id ipsum hac Ode docet Horatius, hortaturq; ut siar. *dicate, cantate, vt, cui nō dictus Hylas puer & Latona Delos, intonsu, erinitum. Cynthium.* Apollinem, à Cyntho monte Deli, in quo natus est, vt, Cūm canerem reges & præcia, Cynthius aurem vellit & admonuit. *Latonamq; supr. summo, maximo.* Terent. P:ō suprenite Iupiter. &, Rex ipse Louis de gente supra *penitus, valde & familiariter.* vt, penitus modò nō genus omne perosos feminorum, *vos letam, ordo est: vos dicite letam foliis,* & coma nemorum quæcumque prominet, aut Algidō gelido, aut nigris siluis Eiymanthi montis Arcadiæ, aut nigris silvis viridis Gragi. & vos mares tollite toride laudibus Tempe, natalemq; Delon Apollinis, & humerum insignem pharetra lyraque fraterna. *nigri, vmbrosi, vt, ilice sub nigra. Delon.* in qua Apollo & Diana sunt nati. *Gragi* Gragus mons est Lycia, in quo Chimera fuisse dicitur. *Tempe.* loca Thessaliz, opacitate & Pennæ flumine amœna, quæ in honorem Apollinis meritò laudantur, quod ibi laurus plurima nascitur. Virg. Speluncæ viuique lacus & frigida Tempe. *humerum.* Apollinis. *fraterna ly.* quam à Mercurio fratre & inuentore accepit. *bic bellum.* ordo: hic motus vestra prece, à populo & principe Cæsare ager lacrymosum bellum & pestem, miserabile famem in Persas atque Britannos. *lacrymosum, luctuosum, lacrymabile.* Virg. Siue Getis inferte manūm lacrymabile bellum. *agit, remouebit, auerteret, abiget.*

C R V Q V I V S.

DI A N A M *tenere dici. v.* Arbitror hunc hymnum à pueris puerilique patrimis & matribus in honorem Apollinis & Diana r̄. *άλεξανδρο,* decantatum fuisse ludis sacerularibus ab Augusto post hostiles superatos institutis, vt rebus iā bellis grauissimis administratis, cetera populo Cæsarique tutæ essent à bello, fame, peste, aliisq; malis & incommodis. Ceterum de ludis sacerularibus (quæ huic mirè faciunt, legitio quæ adnotauimus ad carmen saceruale Horatij, Phœbe filuarumq; po. &c. *Dianam.* Latonæ filiam ex Ioue: eauitem quo nacto Latonæ matri in Delo insula parienti sit obstericata, legitio Apollod lib. i. Præterea Phœnix & Julianum Aurelium de cognomibus deorum. *severa, ab ætate, intonsu, πόλισ.*

à Thebanis nominatus fuit, *άπο τη πόλις,* quod pulchrum & album Hesychio auctore significat, singitur enim imberbis & longo capillito: at Horatius hic expressit illud Pindari *έπειρομένης,* noas rarus comam. *Cynthium.* Cynthius Apollo à móte aspero & sublimi qui Delo imminet. *letam fluvius.* quia gaudet venatione, vide Oden 12. *fluis inimica virgo, coma sic habent cod. Mart. Maldeg. Div. Sil. sed 4. Bland comam, quod nō placet. Algidō.* Strabo lib. 5. via Appia per Tusculanos & Albanos ducitur montes ad oppidulum descendēs. *Algidum &c.* Est & eo loco montis nomen *Erymanthi.* mons in Arcadia inter flumina Erymanthus Eiymanthi monte demissus est. Solin. ca. 12. *Gragi.* seu Cragi, vt habet Melal. i. cap. 15. mons in Lycia, ultra Xanthus flumē, inquit, & Xanthos oppidum mons Cragus, & quæ Lyciam finit urbs Telmisos. *Tempe.* vide Oden 7. suprà, Thessala. *Tempe, pestemq; pestis ferè comes est famis He- siod. in operib. πίστι δ' οὐρανοῖς μήτη ιππάγει πάκης Κεριών λίπιοι οὐδὲ καὶ λοιποι. id est, ast alia his post damna adfert Saturnia proles pestem vñā arque famen.*

AD ARISTIVM FVSCVM
de laude innocentiae.

ODE XXII. φροσφωνητική.

IN T E G E R vita, scelerisque purus
Non egit Mauris iaculis, neque arcu,
Nec venenatis grauida sagittis,

Fusce, pharetra,
Siue per Syrie iter astuosas,
Siue facturus per inhospitalem
Caucasum, vel que loca fabulosus.

Lambit Hydaspes..

Namque me filua lupus in Sabino,
Dum meam canto Lalagen, & ultra
Terminus curis vigor expeditus,
Fugit inermem.

Quale portentum neque militaris
Daunia in latis alit escutis,
Nec Iuba tellus generat, leonum

Arida nutrix.

Pone me pigrio rbi nulla campis
Arbor estius recreatur aura:
Quod latus mundi nebulae, malusque
Iupiter vrget:

Rome

*Pone sub curru nimium propinquis
Solis in terra domibus negata:
Dulce ridens Laligen amabo,
Dulce loquenter.*

COMMENTATOR.

INTEG R. *vite scelerisque pars.* Metrum Sapphicum Hendecyllabum, tribus-versibus, quarto Adonium. Ad Auctum Fultum scribit innocentiam semper & ubique tutam esse, etiam inter feras ac loca inuia periculosaque: cuius rei testimoniū ipse ad documentū ceperat, cūm aliās rūm p̄cipue cūm Sabinis in agelio suo spatiātem immanis lupus fugerit. *Integer vita.* sic Virg. ò p̄stans animi iuuenis. Integer vita, id est, innocens. *Mauri.* qualibus vntur Mauri. *grauida.* plena: etiam fertilis. vt, bis grauidæ pecudes, bis pomis utilis arbos. *Syrtis.* Syrtis Africæ loca sunt arenosa, vel brcua vada, quā Cato duxit exercitū. *aftas.* procellosas, aut nimio sole feruidas. Virg. & inho:pita Syrtis. *in hospitalem.* vbi nemo habet. *Caucasum.* Caucasus mons est Scythia. Virg. seu duris genuit te cautibus horrens Caucasus. *sabulosus.* Hyd. fluvius Indiæ, de quo multa singūtūr à Poëticis miranda. *lambit.* Metapho. à lingua, eō quod leniter fluat, & ripas suas quasi lambat. Virg. & Medus Hydaspes. *namque mes.* ordo est: namq; lupus fugit inēnem in silua Sabina, dum cāto meam Lalagen, & vagor ultra terminum curis expediti. *canto* Lal laudes. Lalagæ amicæ meæ. sic Virg. Restitit Eurydicenque suam iam luce sub ipsa immemor, heu, viētusque animi respexit. *altera termi.* scilicet fundi mei progressus, lucorum voluptate oblectatus. *curiù expeditus.* securus. *porzam.* pro lupo posuit. *militari.* quia viros fortis & aptos militiæ gignit. Virg. hæc genus acre virūm Marsos pubemque Sabellam, alluctumque malo Ligrē Volscō'q; Verutus exultit, hæc Deios, Marios, magnōisque Camillos. *Danua.* Apulia, dicta à Dauno rege socero Diomedis. vnde, & Dauni misere se necta, lati. magnis, vastis, & pro siluarum magnitudine ferarum plenis. *esculenta.* ab esculo esculerum, sicut à pinis pincetum. *ne Iberia.* Mauritania. per regem signat prouincias: Iuba enim rex Maurorum fuit; quæ regio & siccæ est & leonibus abundans: in cuius execrationem Virg. Italiam laudās ait, At rabida Tigres absunt, & fauna leonum semina. *rida.* siticulosæ. Virg. hinc deserta siti regio. *pigri.* frigidis locis Scythia. Virg. semper hiems, semper spiratis frigora Cau-ri. *retreatur.* perflatur. quod latus. quam mundi plagam. *nebula.* caliginæ aëris, malum Iupis. Iouē

pro tempestate ponere Poëticum est. sic Virg. modò Iupiter adsit tertia lux classem Cretæs sistet in oīs. per nebulas denotat loca sole carentia. Virg. *plaga solis iniqui.* Item, Tum sol pallenteis haud vñquam dñscuit vmbras. Per malum Iouem tempestatem iniquam. *virges.* comprimit. vt, carulea glacie concrete atque imbribus arris. *pone sub cor.* in ardentibus solis æstu patibulis Africæ nimium prop. vt, semper sole rubens & torrida semper ab igni est. *domibus neg.* propter æstum solis vehementem. *dulce r.* dulciter. dicit se amicam suam securum & munitum innocentia inter omnia perticula posse cantare.

C R V Q V I V S.

INTEG R. *vite scelerisque p.* Qui bene sibi cōsciens est, vita que probitate & innocentia tamquam vallo fossaque munitus, ei nihil ita graue & metuendum esse debet, quod mentem à recto statu dimoueat, non homines, non feræ, non tormenta, non exilia in extremas vñque terras. *scelerisque p.* per epexegesin: is enim integra vita est, quā ipse non interruptus, seu impurā contaminataq; reddidit aliquo celerere & impietate cūm in alios tum in patriam & religionem deosque immortales. *non nego.* quia nihil timet, pro muro namque æneo habet innocentiam. *Mauri iacula.* sic habent 4. Blad. & Diu. & ea genuina lectio est, Mauris pro Mauritanis; vt sit epitheton: *τὸ ἀντίγραφον*, hoc est, intorquere iacula, Mauris peculiare est. *neg. arcu.* id est, nō eget armis Periclis, que inter cetera sunt p̄cipua, pharetra, sagitta, & funda. A quinto namque vsq. ad 23. annum discunt sagittare, inquit Strabo, lib. 1 s. huiuscmodi certe armis ijs opus est: qui per inuia, deferta, in hospita, & ferarum plena loca sunt iter facturi, qualia hic subiungit Syrtis, Caucasum & ea quæ p̄sterlabitur Hydaspes. *per Syrtis.* de Syrtis in terra fabulosis hoc in: eligendum est, quæ calore sois & sabuli siccitate, nimio plus effuerint, per quas iter facientibus sidera cognoscenda, quorum observatione ductuque opus est, cūm ob feras & animalia venenosa, tum ob arenæ volubilitatem, que vel minimo vento ita transfertur, vt quæ modò fuerint tarda, mox siant depreressa, & contraria legito Ioannem Leonem in Africæ descriptione. *Caucasum.* Caucasus pars est Tauri montis. de quovide Plin. & egregian disputationem Goropij in Indo: scythicis. *Hydaspes.* Indiæ fluvius arenulas deuoluens aureas, atque in Indum fluvium Indiæ maximum tene exonerans. vide Indo: scythica Goropij. *namque me fil.* exemplum à sua persona. *ne Iberiæ bellum.* Mauritania, ferarum, nouarumq; formarum;

marū feracissima. hinc λέοντος ὄπιον, id est, Libyca bestia, quod prouerbialiter Diogeniano teste, dici solebat in hominem vafrum variisque morib. notatum. *expeditus*. sic habent 4. Bland. alij verò, expeditus. utraq; lectio mihi videtur æquæ comoda, sed altera dilucidior, nimurum expeditus curis, id est, liber à curis. Quid si curis expeditis legamus, id est, curis leuibus, amatoriis, facilibus, & voluptate plenis, quibus quasi comitibus gratis & iucundis oblitus lui ultra terminū, id est, ulterius quam proposuerat, vagabatur exspatiabaturque? sic enim crediderim exponendū illud, iaculo nobilis expedito, id est, prompto & leui: & illud Catulli, o quid so. utis eit beatius curis! *quale portenū.* οὐ γε ταῦτα καὶ τέλος. quod hic lupus cetera portenta sua feritate facile supereret. *Daunia.* Daunias habent 4. cod. Bland. videtur autem Daunia dici quasi Daulia, à densitate arbustorum. *Daunis* enim densus est. *Iuba tellus.* periphrasis Mauritaniæ, à rege Iuba. *pone me pigrū.* descriptio circulorum alterius borealis siue arctici, alterius australis, siue antarctici, à frigore, nebulis, & aëris intemperie, &c. vt Ouid. scribit, ibi est triste solū, sterilis sine fruge, sine arbore tellus, frigus iners; illuc habitant pallorque tremorque. *pigrū.* ab effectu, nā frigus corpora torpe facit. *recreatur.* temperatur fugato rigore. *pone sub caru.* Commentator videatur hic spectare tropicum Caneri: Quod etsi non omnino sit absurdum propter Syrtis æstuas, tamen malim notari ζύρων τῆς κίσης καταγόνων. id est, zonam torridam, quæ sola ex quinque, propter æstum perpetuum, dicta & credita est antiquitus inhabitabilis. At nunc temporis eam temperatam, vitæque humane in multis annos producendæ conuenientissimam, & norunt qui eō nauigarunt, & quin octij perpetui ratio satis demonstrat. *corra nimium.* quod ijs contingit qui Sphaeram mundi habent rectam: per zenith enim capitum eorum sol bis in anno transit; vt docent Astrologi.

AD CHLOEN QVOD VI-

ros fugiat matura viro.

O D E X X I I I . A E g y p t i a .

VITAS hinnuleo me similius Chloë,
Querenti pauidam montibus auis
Matrem, non sine vano
Aurarum, & silue metu.
Nam seu mobilibus veris inhorrunt
Aduentus foliis, seu virides rubrum
Dimouere lacerte,
Et corde, & genibus tremit.

Atqui non ego te, tigris ut aspera,
Gatulūs leo, frangere persequor.
Tandem define matrem
Tempestiuæ sequi viro.

• C O M M E N T A T O R .

VITAS hinnuleo me similius. Metrum duobus versibus Asclepiadeum, tertio Pherecratium, quarto Glyconicum. Ad Chloën scribit, quam cōferens hinnulo cùm sit matura viro reprehendit, quod ita viri cōtactum fugit vi hinnulus leonem aut tigris; in quo eam errare docet; nam feras quidem se se insequi assent, vt se muro lacerent & vorent, se verò eā vt amplectatur. *VITAS hinnuleo.* ordo est: ô Chloë vitas me similis hinnuleo querenti pauidam matrem in auijs montibus, nō sine vano metu aurarum & silue. *VITAS fugis hinnuleo.* certuino pullo. *auis.* sine viis, quæ fera discurre-re solent. Virg. auia cum resonant auibus virgulta canoris. *nām seu mobilibus.* ιπταλαγη, pro veris aduentu folia mota inhorruerunt, id est, commota sunt ac tremuerunt. *inhorruit.* conturbatus est. vt, inhorruit armos. Item, & inhorruit vnde tenebris. *virides ru.* epitheton expressum colore lacertarū, quæ talibus locis latere consueuerunt. Virg. nunc virides etiam occulans spineta lacertos. *rubrum.* rubus species est mori: sic in Italia nominantur à rusticis. *& corde & g. animo & corpore. genibus* autem tremere consueuerunt qui capti sunt. *atqui non ego te.* ordo est: atqui non persequor ego te, vt aspera tigris vel Gætulus leo, sensus est: non ita Chloë me timere debes, vt hinnuleus leonē, quia ille periculum vitæ à leone sibi timeret, ego autem non ea mente te prosequor, vt occidam ac vorem, sed vt amplectar; quare non vt ille, ita tu matrem adhuc debes sequi, cùm tu sis id ætatis vt virum ferre possis. *frangere.* occidere & comminuere. *sandem.* ad proprium desiderium pertinet. Virg. venisti tandemque tua expectata parenti, vicit iter durum pieras. *tempestiuæ.* iam matura & viri potens, coniunctionique apta. vt illud Virg. ad significacionem maturitatis, Et tempestiuam filius cuenteret pinum.

C R V Q V I V S.

VITAS hinnuleo. Hoc carmen planè est ludicum, iocatur enim cum Chloë puella, quæ cùm sit nubilis, non audeat tamen absente matre in conspectum venire viri, atque cum eo colloqui: ludit autem eam ab ætate minus fraudulenta, horaturque à dissimili, ne credit eos esse ferocios.

feros, à quibus ad amores ambitur. *hinnaleo me s.*
sprā cōparatio hinnuli ad adolescentulā; nihil est
enim timidius hinnulo. hinc natū est Prouerbiū,
vñs κηράδες διλότερος. i. hinnulo timidior: κηράδες
autē ex sentētia interpretis Homerissi ποντούς θλα-
πος οὐ δημάσ. i. pullus seu fetus hinnuli aut ca-
prea: ποντος etiam dictus, vnde ποντίς, ceruinæ
pelles: hinc ποντίς φίλεις, id est, pellem ceruinā
gestare, de vehementi timido pauidoque. inulco
habent omnia nostra scripta. pauidam matrem. cer-
uinam. epitheton naturale. mobilibus ver. in. More-
tus de litteris inter ceteros optimè meritus non
imp̄obat hanc lectionem, nam seu mobilibus ritu-
is horruis ad vnum foliū, inuentati, vt ait, in anti-
quis quibuldam libris. Ego lāne in vllis aut scrip-
tis aut aliis eam non comp̄eri. Quare omniū con-
sensu codicū quos videre contigit, hanc nostrā
feruandam cēto. me profectō later qui cā mu-
tarunt, an hoc argumento morti id fecerint, quōd
veris aduentu minus sint ornata foliis arbusta,
quorū motu inhorrat vernū tempus: qua gratia
quoq; opinor Labinū veris aduentū credere veris
comitē, putā Fiuonium. Equidē totum pro parte
positū dixerim, nimirum ver pro vere p̄cipiti vel
adulto, quando iam & herbæ virescunt, & frondi-
scut arbores: ranc enim primum & plantæ re-
uiuiscere, & serpentes feraq;. vices sumere incipiunt,
vt canit Ode 7.lib. 4. inhorruit. inhorruit
cē hic αὐτονομούσεος. atqui non ego. diluit pauroēm.
Chloēs à dissimili. tandem de. Horrunt à maturi-
tate, vt virum sequatur matre relista.

A D V I R G I L I V M , Q V I
mortem Quintilij deslebat. immo-
deratē.

O D E X X I I I I : Σπνντητη.

Q u i s desiderio sit pudor, aut modus.
Tam cari capitū? p̄cipe lugubris
Cantus, Melpomene: cui liquidam pater.
Vocem cum cithara dedit.

5: Ergo Quintilium perpetuus sopor
Virget cui Pudor, & Iustitia soror
Incorrupta Fides, nudaque Veritas,
Quando vnum inuenient parem?
Multi ille bonis flebilis occidit:
10 Nulli flebilior, quam tibi, Virgilii.
Tu frustra pius, heu, non ita creditum:
Poscis Quintilium Deos.
Quod si Threicio blandius Orpheo.

Auditam moderere arboribus fidem,
Non vanā redeat sanguis imaginis.
Quam virga semel horrida
Non lenis precibus fata recludere;
Nigro compulerit Mercurius gregi:
D V R V M: sed leuina fit patientia,
Quidquid corrigeret est nefas.

15

20

C O M M E N T A T O R .

Q u i s desiderio sit pudor. Metrum tribus ver-
sibus Aiciepiadeum, quarto Glyconicum. Hæc
Ode est δύοπτες, id est, lamentatio. Consolatur au-
tem Virgilium impatienter Quintilij amici sui
mortem lugentem. Sensus autem vel ordo est: ô
Musa da mihi p̄cepta carminalia, quibus ostendā,
quis modus esse debeat desiderio carissimi amici.
desiderio. amoris. cari capitū. amici. p̄cipe. da p̄-
cepta. liquidam. puram, dulcem, sine canoram.
Virg. tum liquidas corū presso ter gutture vōces
aut quater ingeminent, pater. Iupiter, Louis enim
& Mnemosynes filia dicuntur Musæ. ordo autem
est: Melpomene cui pater dedit liquidam vocem
cum cithara, p̄cipe lugubre scantis, quis pudor
aut modus sit desiderio tam cari capitū? ergo Quintilium.
ordo est: ergo perpetuus sopor vrget Quintilium, cui pudor & incorrupta fides iustitia soror,
nudaque veritas quando vnum inuenient parem?
perpetuus sopor. eleganter metaphoricos, perpetuū
soporem pro morte posuit. sic, ferreus vrget som-
bus. & tum confanguineus leti sopor. iustitia soror.
fides incorrupta beata est appellata iustitia soror.
nudaque ver, bonum epitheton, quia nihil occulti
habet, vt egeat tegumento, infucata & pura. occidit.
mortuus est: occidisse autem & concidisse magnos
& probatos viros dicebant antiqui. vt, Quin occi-
dit vna Sarpedon mea progenies. fruſtrā. in vanū
poscis. vt, nil iam cælestibus vllis debentem; cre-
ditum. commissum & commendatum. Virg. ausus
se credere celo. vnde & homines animas à diis ac-
cepisse dicuntur, vt eas restituerent. Quid si Threis.
ordo est: Quid si blandius Threicio Orpheo mo-
derere fidem auditam arboribus, num redeat san-
guis vanā imagini, quam Mercurius, non leuis re-
cludere fata, precibus semel compulerit horrida
virga nigro gregi. Orpheo. Orpheus Thrax fuit,
quilibet cithara sua ita commoueret arbores vt
sequerentur, Eurydice tamen vxorem suam re-
ducere ab inferis non potuit. Virg. testit, Eurydice
enque suam iam luce sub ipsa immemor heu vi-
ctusque animi respexit, ibi omnis effusus labor, ar-
que immitis rupta tyranni fcedera. blandius. de-
lectabilis. fidem. chordam citharæ. vanā imagini
vmbra.

vmbre. Virg. & nunc magna mei sub terras ibit imago. & admonet in somnis & turbida terret imago. *sanguis.* vita. Virg. purpurcam vomit ille animam. *virga.* caduceo. vt, cum virgam capit, hac animas ille euocat Orco pallenteis, alias sub tristia tartara mittit. *horrida.* seuera. *non lenius.* difficultis. *recludere.* reparare. solita hoc figura dixit. vt, calidū quiiquid placuit ioco so condere farto. *fata.* vitā. *precibus* ad preces. *nigro gregi.* Poëticē, pro *vmbribus.* compuleris. congregaueris. vt, compulerantq; greges Corydon & Thyrhsis in vnum. *durum.* sensus est, durum est tanti amici mortem ferre. *lenius* fit. leuigatur. Suadet patientia ferendum quod corrigi non potest. vt, Quicquid erit superanda omnis fortuna ferendo eit. Terent. vt quimus, aiunt, quando vt volumus non licet. *nefas.* nefas pro illicito posuit.

C R V Q V I V S.

QVIS desiderio sit pudor. Accommodat Horatius se Virgilio, & affectus eius immoderatè dolentis mortem Quintilij, quantum potest, exprimit: Primùm erematicos inducit negare modum seruari posse in desiderando Quintilio: deinde cùm nō possit id ab homine fieri, singit eū deposcere Melpomenen Musam ut præcipiat, id est, præcinendo demonstret, describatque cantus lugubres, quibus desideret, & ab inferis reuocet tā carū caput. mox quòd omnis moræ sit impatiens, non expectat modulus Melpomenes, sed acerbius exclamat, admiraturque tam tristem tanti viri causum contigisse, non sine tacita cum diis expostulatione, vt qui tam iustum virū mérito nollēt mori. Postremo nimia quasi lamentatione iā desfatigato, miro artificio consolationem parat, vel Musā, vt aiunt quidam, vel Horatius, ei quidem concedendo, Quintilium quām ipsi, flebiliorem esse nemini, sed id ferendum esse, quod aliter fieri nequit. hauc sententiā desiderare videntur interpunctiones abrupte tam in scriptis manu libris, quām vulgaris. Verūm quia in omib; scriptis præterquā Diuæ & Maldeg. legitur lugubris, in casu gignendi, non insulcē, vt mihi quidem videtur, licebit hac interpunctione omīla, hæc verba, *Quis desiderio sit.* &c. dare Horatio, & eum precari Musam, cùm non sit animo dolenti facile idoneum solatium applicare, vt lugubris cantus modum demonstret præscribatque in tam caro capite desiderando, & se alloqui Melpomenen, ô Musa cui pater vocem liquidam dedit cum cithara, præscribe quis sit pudor aut modus cantus lugubris desiderio tam cari capit. deinde quia dolor dolore alterius solet attenuari, & luctus euinci luctu, velut

hoc consilio à Musa acrepto exclamat acerbius, Ergo Quintilium &c. singens se quoq; vehementer affici de tanti viti inopina morte, & hoc modo Virgij iij subseuiens affectibus, ait ei in primis quidem esse flebilem Quintilium, sed condolendo castigat nimiam eius in pietatem in reposcendo Deos amicissimum Quintilium, cùm *hæci* non possit vt reuiuscatur. Sed prior sententia, nescio quo modo, mihi probatur magis, di piciat lector. *tam cari capi.* condolentis amico apposita dictio: carū namque caput nominare blandieris est; nec id nisi nobis amicissimis dicere solemus, vt & *Greci* φίλη κεφαλή. *lugubris.* omnes scripti codices, præter Maldeg. habent lugubris, vt sit *casus genitivi*, quod & in Bland. antiquiss. adnotatum vidi, & conuenienter cum *τῷ* cancri. in hanc sententiam: ô Musa Melpomene, cui pater dedit cum cithara vocem liquidam, præcipe quis sit modus cantus lugubris, desiderio, id est, ad desiderandum tam caput carum, id est, amicum. hoc est, doce quantū deceat modestè lugendo, desiderare amicum. despiciat lector doctus. *liquidam vocem.* aliudit ad τὸν τῷ μέλομα, id est, cano. ergo *Quintilium.* videntur hæc verba per indignationem ex abrupto pronunciari à Virgilio; sic enim solēt in clarā vocem subiude erumpere lamentarique, qui interno secum vehementerque dolore antuntur; qualiter singit hic affici Virgilinum, tacitè que de morte Quintilij cum diis expostulare. *cū pudor.* laus Quintilij à pudore, fide & veritate. *multis illis bonis.* miro artificio concedit, assūtiturque Virgilio lyricus flebilem esse mortem Quintilij: dolor enim dolore solet attenuari, luctuque euinci luctu: condolendo itaque luctus iniquandi praestrutur occasio, & is qui in mærore est, hoc modo solet verbis amici consolationis habere fidem, minùsque sentire se castigari: quod mirè hic sit ab Horatio, primum enim tristitia mærorisque nimietate corrigit, ab impietate in Deos, nutu quorum viuimus morimurque. deinde à mortis necessitate, quam nemo mortalis potest evadere. postremo, ab impossibili, vt aiunt; nam ne Orpheo quidem datum fuit Eurydicen vxorem ab inferis reducere. *τῷ* bonis, habent omnia scripta, non etiā, *τῷ* quidem, vt vulgati codices. attamen *τῷ* quidem, non arbitror temere reiectandum, nam sequens versus nulli flebilior, per aduersariam subiicitur tamquam correctio. *in frustra piu.* monet cum diis non esse pugnandum, ne pro pietate in amicum sit impius in Deos, quorum nutu cecidit Quintilius, non reuicturus vñquam pro arbitratu hominis. *Quid si Threicio.* exemplo à maiori docet Virgilium sese macerare dolore inutiliter, vt qui nullis lamentis, nullis precibus fara vñquam flectere

Aestete possit, ne si dulcius Orpheo quidē modulare valeat. In omnibꝫ manuscrīpt. pr̄terquā Mart. legitur, *Quid si Thes. Deinde, num rāe re, Mart. autem sequitur vulgaris, putā, Quid si, &c. Deinde, non rāre.* Evidem crediderim legendum, *Quid si Thes. &c. propter rō infrastrāpiū, &c. Iudicet lector. adūam moderare. appositiſlma propoſiſio ſabule: perinde acſi dicat, ctiūs arbores tranſformaueris tuo cantu in homines, quām ad ſupeſores ab inferis Quintilium reduceris. non lenis. rātēs. inexorabilis. Lenis reū. Hellenismus. dum ſed L. zōm̄ philosophica, a quo animo ferendū est quod mutari non poterit. eſt nefas. adīp̄. S. ò dīp̄, Euripidi. vel adūam, vt alij.*

AD LYDIAM VETVLAM exprobatio.

Ode xxv. μητρική.

PARCIVS iunctas quatiunt fenestrās
I&ibū crebri iuuenes protērui,
Nec tibi ſomnos adimunt: amasq;
 Ianua lumen,
5 Que prius multum facilem mouebat
Cardines. audī minus, & minus iam,
Me tuo longas percunte nocteis
 Lydia dormis.
Inuicem mēchos anū arroganteis
10 Flebū, in ſole leui angiportu,
Thracio bacchante magis ſub inter-
lunia venio:
 Cum tibi flagrans amor, & libido,
Que ſoler matres furiare equorum,
15 ſauies circa iecur vlcerosum,
 Non ſine queſtu:
Leta quōd pubes edera viuentis
Gaudet, pilla magis atque myro:
Aridas frondei bienniū ſodali
 Dedices Hebro.

COMMENTATOR.

PARCIVS iunctas quatiunt f. Metrum Sapphicū hendecasyllabū. quaetus Adonius. In Lydiā meretricem rapacem & arrogātem, ſed iam vetulam: quā merito ab amatoribꝫ ſpergibatur quoſ ſolim conceſſerat. Sensus eſt: iuuenes qui

aliquando fenestrās tuas ſaxis incessiverunt, vt exicitata ſomno iis aperires, iam te negligere incipiunt, & ciccirco hoc nunc rarius faciunt. parciuſ. rariuſ. vt, parcus iſta viris tamen obſcienda me- mento. iunctas. ocluſas. quatiunt: concurtiunt. ἀφάγεις. iſlibū. lapidum. protēni. insolentes & ſuperbi. adīmunt. tollunt. amāq;. ianuā. mire. in limine ianuā eſt, id eſt, clauſa eſt: propter infrequentiam amatorum: aperta autem ianuā recedit à limine. ſacili. aliſduo vſu & frequentia amatorum. minus & minus. id eſt, quod olim ſolebant amatores tui dicere adolescentes, O Lydia, perēute me, dormis longas nocteis; Iam minus & minus dici audis, quia diſplices propter ſenecluſem. me tuo pere. amatore moriente per amoris nimietatem. mēchos. pro amatoribꝫ poſuit. leuis. aut cōtemtibilis, aut nullius pretij. oido eſt: leuis anus ſlebis arroganteis mēchos inuicem in angiportu magis ſub interlunia Thracio vento bacchante. arroganteis. te dedignanteis. angiportu. in via anguſta quā ducit ad portum. Thracio Aquilone, Borea. vt, Threcio Aquiloni. bacchante. furente. Virg. 4. Aeneid ſequit inops animi, torāmq;. incenſa per vrbem Bacchatur. ſub interlunia. quia tum ferē concitantur tempeſtates, quo tempore tempeſtuſo ipſa deſerta fieret ſola in angiportu. ſub. ante. Virg. 4. Geor. ſub lucem exportant calathis. flagrans. ardens. furire. nouo verbo vſu eſt, quāli in libidinis fuorem vrgere, concitare: Equas autem magis ceteris animalibus in libidinem Venereum accendi Virg. teſtatur, dicens, Scilicet ante omnes furor eſt insignis equarum. vlcerosum. libidinis indagatione commorū ex contemnu. non ſine q. querela: vt auaritiam meretricis offenderet. edera v. nam iuuenes amant pueras, & iuiores mulieres quas in edera & myro voluit intelligi. nulla. ſuccelente & nouella. aridas. id eſt, anus & decrepitas mulieres, & ſic etiam arata frigidas, vt Hebro glaciali ſint ſimiles, allegoria conueniens. bienniū ſoda. fluuiō Thraciæ frigidissimo, nā vergit ad Septemtrionem, vbi, Virg. teſte, eft ſemper hiems, ſemper ſpirantes frigora Cauri.

C R Y Q U I T S.

PArciuſ iunctas. Arguit Lydiā imprudentię, ei que vehementer inſultat, quōd in aetate flore minus in memoria habuerit rerū omnium eſte vicisitudinem: nam quōd vetula nunc contemta iaceat, deſeratūq;. ab omnibus, eam eſte cauſam, quōd, cū ambiretur ab adoleſcentibus ob formę pulchritudinem, eos magnō ſatu excluderat: Itaq;. nunc ridet, meritoq;. viciſſim dicit eam deturam, ſe ab adoleſcentibus deſtitui, quibus no-

H Etū ſu-

etu superbè fenestras præcluserat. *passim*. Insulans Lydiæ gratulatur *izgoriæ* quietem nocturnam, qua caruit adolescentulæ sapientia experefacta ad excubantium ad eius fores iuuenum clamares, cantiones & turbas. *telibus crebrum*. omnes scripsit. habentia libris, præter Diuæi, qui sequitur vulgaram lectionem, quæ mihi quoq. suauior videtur. at non improbo tamen aliam. *que prius multum*. nota procacitatis meretricie, à frequenti motu ianuæ. *facili*. sic habent. Bland. quos sequior. alij, facileis, cù vulgatis. *audi minus & mi*. hoc est, indies minuuntur lamentationes adolescentium, eò quod rarius amoris ergo ad ianuam tuam nocte nuncducant insomnem. *in vicem marchas*. dura exprobratio arrogantiae, cum significatione talionis, nimirum, ipsam quidem in publico, sed infrequenti loco, sub dio, aëre tempestuo, multis lacrymis imploraturam solamen amoris & exardecens libidinis ab adolescentibus, quibus ante priuatum concubitu, in sua domo mollem & delicatu, multis sollicitata precibus denegauerat oclusis suis ædibus. Notat impudicæ nec minus intemperante meretrici lasciuiam, quæ libidinosa prurigine inflammat si priuatim non detur, non erubescunt vel païa congressum appetere. *in solo ang. solo*, id est, derelicto & infrequent: aut, quod magis placet per synchysin, flebis sola, id est, derelicta ab amatoribus, in leui angporto, id est, vili & neglecto. *flebi*. *oipakus*. ad imitationem Græcorum. hoc est, misera lues viçilim pœnas iis quos antea cruciasti. *interlunia*. interlunium Lunæ est congressus, sive coitus Plinio: intermenstruum Vaironi. ipsa tunc noctu silet: unde Virg. Lunæ silentia: hoc tempus noctis est illuminum Appulcio. hinc illuna caligo, & nox illunis eidem. *cum tibi flag*. anus enim à primis annis intemperantes, cù subit in animum præterita voluptatis, ita laetitia pruriens libidine, ut in Veneri furere videantur: hinc dicit Lydiæ more equorum pruritus libidinis agitari: alludens ad *τὸν οὐραγόν*, id est, equire, seu equarum more ruere in Veneri: habent autem Graci *άνθογύνας*, à brutis ad nimiam lasciuiam exprimentam satis idonea verba, qualia sunt *κατριπᾶν*, hircissare, subare, *τρυγᾶν*, taurire. *ιππογύναν*, equire. *ουράζειν*, catulire, &c. vide Adagii *γέαν κατριπῶν*, id est, anus hircissans. *Leta quod pubes. ἀνισδογία*, cur Lydia vertula se dolebit ab adolescentibus cõtemni. est autem à simili, semper enim simile ducit Deus ad similem, *ὅμοιος ὁμοίῳ φίλος*: sic puellis gaudet adolescentes, ob ætatis & amoris equalitatem. vide Adag. Anus velut equus profundâ habebis foliam. *pubes. ηθος κατὰ μετωπιαν* dea pubertatis, pro puberibus seu iuuenibus: *ηγότης*, puberes, qui iam attingunt annū decimū sextū. Pubes, inquit Paul-

lus, ad Ascens: quinetiā pluriū numerus eiūdem etatis. *pulla nigra*. Ex Catone Plinius, ut supræ ode 4. ponit myrtum nigrum, candidam, & cōiugulam: hic autem nigrum myrtum positam credo, pro forma constante nec temerè pereunte, qualis est in pœnila color nigricans & subfuscus non parum cōmendabilis: unde dici solet Gallis, belle Brunette. *arida frond*. nominat cutē laxā & rugosam, membra & exsuffca & flaccida, ornatumq. corporis ætati minimè conuenientem.

A D M V S A S D E Ælio Lamia.

Ode xxvi. *τριστιτιανὴ*.

M v s i s amicus, tristitiam & metus
Tradam proteruis in mare Creticum
Portare ventu: quis sub Arcto
Rex gelida metuatur ora,
Quid Tyridatē terreat vnicē.
Securus. ô, que fontibus integris
Gaudes, apricos necte flores,
Necte meo Lamia coronam
Pimplea dulcu. nil sine te mei
Profundit honores. hunc fidibus nouis,
Hunc Lesbio sacra plectro
Tegi, tuásque decet sorores.

C O M M E N T A T O R.

M v s i s amicus, tristitiam. Metrum duobus versibus Alcäicum, tertio iambicum hyperbatalectū, quarto Pindaricum. Hæc ode ad Aëlium Lamiam scripta est, qua significat doctum & virum bonū tristi sollicitudine & metu carere. unde Luuena. Neciat irasci, cupiat nihil. ordo autem est: Ego amicus musis tradam tristitiam & metu ventis proteruis portare in mare Creticum, à quibus metuatur rex gelida ora, & quid Tyridatē terreat vnicē securus. *Creticum*, pro quo quis mari, species pro genere. *sub Arcto*, plaga septentrionali. *rex gelidus*. *Aeolus*, *vnicē*, præcipue, valde, singulariter. *quid*, quæ res. *Tyridatē*, Tyridates rex fuit Armeniorum sive Persarum. *securus*, sine cura. *ô, que fontibus*, ordo est: ô Pimplea dulcis, quæ gaudes integris fontibus, necte flores, necte coronam meo Lamia. *integrus*, plenis & incontaminatis. *Pimplea*. Multæ Pimpleides dictæ sunt à monte Pimpleo & fonte Mulis sacro. *nil sine te*, aut quia sine Musa non multum honoris vult intelligi. *Lamia*, carmina sua posse conferre, aut quia primus lyricum carmen.

carmen Latinum scripsit. **fidiibus**. chordis. **Virg. 6.**
Aenee. Threicia fretus cithara, **fidiibusq; canoris.**
ordo est: decet te tuálq; sorores, id est, **Mulas**, hunc
sacrare nouis fidibus. **Lesbio p. lyricis modulis.**
Lelio autem dixit proprie Alcaëum & Sappho.

C R V Q V I V S.

MVfis amicus. Ut solent docti quando licet
 per studia de rebus inter se variis eofferent,
 ita vero est conuentaneum L. Aelium Lamiam apud Horarium de reipublice statu multa esse con-
 quellum, vehementerq; metuere ne in peius tandem
 ruant omnia. At Horatius reru securus cum
 iuber tecum magno esse animo, quando ad nullu
 fortunæ casum viros deceat philosophos, Mu-
 sarumq; cultores, multu perturbari, tantum abest
 ut metuant noui metuenda, ut qui sola virtute nisi,
 omnia fortuna ludicra iudicent ad se nihil per-
 tinere. Itaq; precatur Musas, quæ non gaudeat
 aisi viris bonis & integris, ut Lamiam solentur &
 novo secum carmine recrent, sacrumq; reddant
 æternitati. **tristitiam & metu**. ut r. q. affectus per-
 turbat hominem, alter ob malum præsens, alter
 ob futurum: his autem ad ierulant spes & lætitia.
traditum venit. tradere ventis, tradere obliuioni, lib-
 liuici, quin sub Arcto, an hoc ad caæsas in Germania
 legiones vna cum Quintilio Varo imperatore,
 que strages pænè fuit exitialis imperio Romano?
 an ea sententia sit Horatium non anquirere, for-
 tū ne an ignauus rex Scythis plagueq; septemtrionali imperet Ro nanis metuendus, an suo populo
 formidabilis? iudicet lector doctus. Est autem topo-
 graphia à cælesti signo Arcto, id est, vrla,
 que maior quidem Elise, minor verò Cynosu-
 ra nominatur. vide Higinum, Proclum &
 alios Astronomos. **quid Tyridaten**. Apud Dionem
 lib. historiar. s. t. sub finem, non per v. sed per n
 legimus **terridaten**, Teridaten, quem hic signari
 credo. Scribit enim, per Syriam in Asiam profe-
 ctus (Augustus) hiberna ibi egit, simulq; & sub-
 ditorum omnia negotia, & Parthicum composuit;
 coorta enim erat inter Parthos dicordia, ac quidam
 Teridates contra Phraatem infurrexerat. Deinde,
 post lacunā non paruā, ait: Tuuc autem Antonio
 mortuo, cū Teridates victus in Syriam confugis-
 set, Phraates victor legatos ad Cæsarem misisset,
 iis Cæsaramicè respondit, ac Teridati quidem au-
 xilium nullum promisit, ut tamen in Syria versa-
 retur concessit. Legito Dionem ad finem vsq; lib.
 s. t. **quid Tyri**. ter. hoc perinde ac si dicat, quid no-
 stra interest qui Musas colimus, reges & potenteis
 suis affectibus miserè exagitari perturbariq; ô, que
 sum. ius. Apostrophe ad Musam Pimpleam. **fontis-**
bonis integris, per integras fontes allegoricōs, viros
 bonos, cordatos & incorruptos accipe. alludit ad

τὸ πικλῆμα, quod est impleo. **apries**. pulcheri-
 mos & odoratissimos, quales sunt in aperto ære
 soli expositi. **coronam**, nocte ex apricis floribus ser-
 tum. **meo Lamie**. L. Aelius Lamia cōsul fuit octauo
 anno post mortem Horatij cū M. Seruilio, anno
 vrb. cond. 755. si fides danda est πικλῆμα iphus
 Horatij, qui Lamia morti concessit. **Conis**. Ser.
 Sulpicio Galba, Lu. Cor. Sylla, anno vrb. cōd. 785.
 de quo Cor. Tacitus annal. s. Extremo, inquit,
 anni mors Aelij. Lamiae funere Censo io cele-
 brata, qui administrandæ Syriæ imagine tandem
 exolutus vrbī præfuerat. Genus illi decorū, viu-
 da senectus, & non permissa prouincia dignatio-
 nem addiderat. **Pimplea**. πικλῆμα. πικλῆμα, **Musa** à Pimplea Macedonizæ móte & fonte Mu-
 sis sacro, vt habet Strabo, πικλῆμα. **fine te**. ἄπο
 μεσῶν, cui contrariū est, μιτρὰ μεσῶν, cum Musis,
 seu Musis propitiis & cœptā bene fortunantibus.

AD SODALEIS CONVIVAS

suos, ne inter potandum rixentur more
 Thracum.

Ode xxvii. εὐτικὴ.

NATIS in vsum letitiae syphus
Pugnare, Thracum est. tollite Barbarum

Morem, verecundumq; Bacchum
Sanguineu prohibete rixiu.

Vino, & lucernu Medus acinaces
Immane quantum discrepat! impium

Lenite clamorem sodales,

Et cubito remanete presso.

Vultis severi me quoque sumere
Partem Falernii? dicas Opumia

Frater Megilla, quo beatus

Vulnere, qua pereat sagitta.

Cessat voluntas? non alia bibam

Mercede. que te cumque domat Venus,
Non erubescendis adurit

Ignibus, ingenuoque semper
Amore peccas. quidquid babes, agē

Depone tutu auribus. ab miser,

Quanta labora in Charybdi,

Digne puer meliore flamma.

Quæ saga, quæ te solvere Thessalū
Magus venenis, quæ poteris Deus?

Vix illigatum te triformi

Pegasus expedites Chimera.

H 2

Com.

5

10

15

20

COMMENTATOR.

NATIS in r̄sum letitiae. Metrum duobus versibus Alcætū, tertius dimerus iam bicus hypercatalecticus, quartus Pindaricus. Ad coniuia sordales suos de hilaritate. Sensus autem sumtus ex. Anacreonte lib. 3. ἥγε, δέποι, μηκέτι πότε πατέρων τοι καλῶντα σχεδίου πάσιν παρέσθιεν. natu. ad hoc specialiter inuenientis & factis. sic, animal propter coniuia natum. Lucil. Iudicis Hortenii est ad eam rem nata palestra. *Thracum*: gentem significat per ebrietatem rixæ deditam. *vere-* *cundum*. verecundè tractandum. *prohibete* v. Hy pallage figura, Bacchum prohibete rixas, id est, à Baccho prohibete rixas: vt apud Virg. accipite Aeneam, & tandem arcete periclis. *Vino* & *lucernu*. id est, coniuuiis nocturnis, quæ à vespera inchoari consueuerunt. Virg. & noctem flammis funalia vincunt. *acinas*. gladius Persicus; sed hic pro quolibet posuit. Luc. decurrit Medica Sulis. Sulæ autem propriè non Medica erat, sed Persica. immane. per admirationem hoc dicit, hoc est, omnino non conuenit, nec aptus est lætitia barbarus animus. *lenitus*. rixam & tumultum compescite, sedare. & *cabitorem*, quasi insurgeenteis ad rixam moneret discubant. *severi Falerni*. austeri. vt, nec cellis ideo cōtende Falernis. frater Meg. non men adolescentis non exprimit. *Megilla Opuntie*. Megilla Opuntia, ex Opunte oriunda. Opus, unitis, vel Opois, entis, vrbs est Locridis. *vulnere*. vulnus pro amore. vt, vulnus alit venis, & cæco carpitur igni. *qua pereat*. quo ardeat amore. Virg. in Bucol. vt vidi, vt perij, vt me malus abstulit error. *cessat* vol. sup. confitendi. *non deus b. sub.* nisi frater Megilla suos amores narrauerit. *que te cumq. tme-* sis, pro quæcumq. *Venus*. id est, amica aut amor. Virg. parta mea Veneri sunt munera. *non erubesc-* non ignobilus, non ptemendis. *aduror*. inflammat. *ignibus*, amoribus. vt, & *cæco* carpitur igni. *singenuo*. nobili, nō pudendo, nō erubescendo, sed laudādo. non autē Venus omnis quæ domat hominē erubescenda est; sapient enim in amore nō peccatur. *age*. cogit eum fateri quam diligit. *dopone* t. id est, fidelibus deposita seruātibus, id est, secreū tuu mihi secūrè cōmitte. *Ha.* ridentis. *quanta la-* *bor*. exclamat, quasi in aurē sibi esset confessus quā amaret, & ridendo miratur, quod in tam procam feceleratāmq. & rapacem amor eius inciderit. *Charybdi*. meretricia voracitate & avaritia. Terēt. Nam quod nos capere oportet, hæc intercipit. vnde & maris eam comparat voragini. *saga*. incātrix & malefica; ab eo dicta quod satis agat, id est, quæ carminibus vel arcessere posset mala hominibus, vel pellere. ordo est quæ saga Thessalis venenis poterit te soluere. *venens*. herbis. Virg.

Bucol. has herbas, atq. hæc Ponto mihi lecta ve- nena ipsa dedit Mœris: *vix indulgam*. implicitum. *Pegasus*. vix te, inquit, ab hac Chimæra liberabit Pegasus. Hic autem Bellerophontis equus fuit, cuius celerrite Chimæra dicitur intererat qui a las habuisse dicitur. Virg. alipedumq. fuga cursum tentauit equorum. Quemadmodum lupiter metrericem mari, ita hic Chinæræ comparat, quasi multiformi belluz, quæ leonis, capræ, & draconis capitibus eminet, flammis armata, sicut metrericis dolis & incitamentis libidinum. variam voluit eam hac comparatione intelligi, & omnibus corporis partibus deformem.

C R V Q V I V S.

NAIS in r̄sum letitiae. In coniuuiis v̄sum vini laudat moderatum, nimirtum, qui ad lætitiam prouocet & iucunditatem, Thraces execrants morēmq. barbarum, qui vino pleni turbas cœnt contentioneſq. & sanginolentas rixas: Horatur itaq. fodaleis vt in mensa sint dextri, fruanturq. poculis ad voluptam & amatorios iocos; quos quasi exemplo præt in sciscitandis ante pocula fratris Megillæ Opuntiæ gratis amoribus, quos vbi utis eius auribus adolescentis credidisset, nihil quām faceto risu deplorat eius miseriam, à voracitate monstrosa eius meretricis, ab avaritia & insatiabili libidine. natu in r̄sum let. *scyphus*, aut r̄o natu *καλλιχειρίας*, pro formatis fictiſq. aut r̄o *scyphus* accipi debet μιτωνυμος, continentis pro contento, scyphus pro vino, quod ad exhilarandos animos natum est, non etiam scyphus, quo pugnare vetat, qui ab artifice fabricatus est ad capendum vinum. Ceterum quidam scripti cum vulgaris nonnullis habent Cyphis, alij scyphis; quorum alterum venit ἀπὸ τῶν οὐρών, s, poculi genere excavati, quod & naucula dicitur παρὰ τὸ κόπται erat autem Herculanum poculum & poëtis & piætoribus: alterum ἡ τετράφος, v. de quo vide Athen. lib. 11. *pugnare Thys*. nimirum scyphus: sed furor arma ministrat; quod iis contingit, quibus immodica vini potatione emota mens est: Non autem in eum v̄lum nobis vinum natum est, nea datum à natura, sed, vt fit, nimia licentia deteriores simus, adeò vt quæ bene à maioriis inuenta atq. instituta sunt tam ad diuinum cultum religionēmq. quām humanam societatem stabilendam, paullatim omnia in peius vergant. Quod eleganter apud Athen. lib. 2. docet Epicharmus notans depravatos mores, οὐδὲ δυοῖς, οὐδὲ δύοις οὐδὲ δύοις, πότες οὐδὲ πότες ξέποις οὐδὲ πότες ξέποις, ξέποις οὐδὲ ιπέντε δυοῖς οὐδὲ δυοῖς, διπέντε δὲ δύοις, καταδίπεντες οὐδὲ πότες οὐδὲ πότες.

οφέλειας τούτης ημία id est, ex sacrificio quidem epulum: ex epulo verò, orta est potatio, per pulchritudinem quidem, ut mihi videtur: ex potatione, item comissatio; & ex comissione bacchatio: ex bacchatione item: laetitia natalis est & iudicium: ex iudicio secura est damnatio, ex qua prouenerunt compedes & gangrena & crumnae. **τότε βασικός μερός της γεγονότος περιπέτειας**, Persicus gladius Herodoto in Polymnia, Suidæ, & aliis auctoriis. Cur autem Medium hic nominat, videto annot. suprà ode 2. **immaneq.** Hellenismus: **διανογμένος διαφέρει**, id est, mirum in modum differt. sic Plinius lib. 28. vulnera nodo Herculis præligare, mirum, quantum ocyor medicina est. Liu.lib. 1. mirum, quantum illi viro hæc nunciati fides fuerit, &c. **impunitus**. diis & hominibus execrandum; nimur quo saeva profanentur: cum mensa olim inter res sacras numerata fuerit, Plutarechio auctore in symposiis. **cubito remaneat p. aliquid ad accusationem maiorum, quibus accusando ex lectis competare moriserat. qua de re video Saty. 4. & vlt. lib. 2. vultus severi. cōmodè vtitur hoc erotemate cum ad compescendum clamorem rixasq. sodalium, tum ad faciendam attentionem, ut intelligent qui debeat esse & sermones & mores conuiiales: quasi lepidum aliquem choragum in hoc argumento se exhibens. Sunt qui non **ιερατεύονται**, sed ex hypothesi hæc dicta accipiunt, perinde acsi dicat, si velitis me vñā vobiscum potare & non abire, valeant iurgia, valeat clamores, & facetè agamus, &c. verū ut hanc nō reicio, ita aliam ex scriptis antiquis apponendam cenfui. lector deligit vtram velit. **severi. Falernum hinc severum dicit arbiter** (non quòd infierit ab Athen. id natura denominari austero) ab esse & tu, quod asperos, tristeis & rixulos suos efficiat sodalexis. **partem Falerni tunc compotare, egyptivam**, dicit Op. f. M. formula sermonis conuiualis, qua mutatis animis sodales in risum soluantur. **quo boni. mītus in amore tropus est**, qui, quæ vulnerar & suo iectu perdit, beatum facere dicitur: an felicioris est vulnerari & perire? Sed lectorē mons eo ut legat Idyllicum Moschi de amore fugitiuo; & Propert. lib. 1. **Quicunq. ille fuit puerum qui pinxit Amorem, &c. coſtē volat. i.e. ὄπηγα**, vel hypothesis, ut suprà monui. **vultus severi. Quæ tecumq.** ab. Cūm difficultiore se præberet adolescentis in suis amoribus fatendis, amicæq. nominanda, abblandirur, & ab indole cōmendar ingeniu, ut qui non soleat nisi ingenuas formolasq. amore prole-**

qui, **adurit ignibus**. hoc modo Moschus: **τάντης ἀργεια, πάντας, πολὺ τολεῖσθαι οὐτὸς οὐτὸς θυμός τούτου, τούτος οὐτὸς οὐτὸς θυμός**. id est, omnia sunt crudelia, omnia, multò verò magis quæ ipsi est parua fax, solem ipsum perurit. **quitquid habes. instat, &, ut velab inuitu extorquet nomen amasque, pollicetur altum silentium. tutu aur. fido amico. ha. admirantis non sine magno risu: admiratur quidem, quod præter solitum peccavit, ridet autem nunc miserum, quem paullò suprà beatum nominauit. omnes quos vidi scripti lib. habent, ha. præter unum Bland. in quo scriptum est, ah. sed non sine litura, & quia hæc quæ tractantur amatoria sunt, iocosa & ludicra, nec multum, dolenda, secutus sum scripta potiora. **quanta labo.** quanto in periculo versaris, metuendum sanè, ne hæc vorago viuum te absorbeat deglutiātq. metaphoricōs: Nam Charybdis est vorticolum & inquietum mare propter vndarum inter se concurrentiū pugnā, interrupiū precipites amfractus, nauigantibus valde periculosum. vide Melā lib. 3. & Iustinū. Erasmus in adagio, Euitata Charybdi in Iustinam incidi, fabulâ refert poëtis celebrem de muliere voracissima, quæ ab Hercule in mare precipitata, quod eius boues deuorasset, à locu in monstrum versa est, suam adhuc voracitatem seruans. Cod. Bland. vetustiss. cum Maldeghe. & alio Blandinio, habent, laborabas, quos non sum secutus proper incommodam sententiam. Alij ferē omnes habent laboras, sine prepositione in, quod nec conuenit nec mihi placet. **meliore flamma. humaniore amica**, quæ mollius tecum & mitius agat. **que saga**. Erotema ludicum, cum ad risum cōcitandum, cum ad deterrendos adolescentes, ne temerè se credant quibusvis amoribus, à quibus nō saga, non magus, non deus, eos vbi maximè volēt liberos statuar, explicetq. inuoluios. Apposita gradatio, quia neq. humanā neq. diuinā, **τερπεσθετές**, potentia ait ad mentē sanā reducere posse semel amore perditos. **saga. à sagiendo, quæ multa scire vult, inquit Cic. de diuinat. li. 1. quæ & diuina dicitur. Sed & sagas, & magos ait Columella lib. 1. 5. vana superstitione rudeis animos infestare. De huius autem vocis origine Latina nō sit, auctoriis Cic. Plin. & Feflo, an Aramaea aut Hebraica, legitio prolixam simul & ingeniosam disputationem Becani in Saxonica. **Theſſalos**. Theſſalia beneficiis infamis est Plinius. Luca. Appuleio, &c. expedit Chimera. Sifypus Aeoli filius ex Merope Atlantis filia Glaucum genuit patrem Bellerosphantis ex Eurymede, qui signuomam Chimaram occidit natam ex Typhone & Echidna, auctore Apollodoro lib. 1. & 2. **Pegasos**. Pegasus aliger ex Medusa & Neptuno Bellerophontem in-****

alatum sustulit, unde Chimaram sagittis interficit. Apollo. lib. 2. Chimera legitur in omnibus scriptis quae securus sum, tamquam probatiorem sententiam complectentia.

Quamquam festinas, non est mora longa, sicbita;
In iuncto ter puluere curras.

AD ARCHYTAM Philosophum & Geometram.

Ode XXVIII. sunn. 1511. m.

- Te mari & terra, numerog, carentis arena
Mensorem cohibent, Archytas,
Pulueris exigui prope litus parua Matinum
Munera: nec quidquam tibi predest
5 Aeria tentasse domos, animog, rotundum
Percurrisse polum morituro.
Occidit & Pelopis genitor, coniuia Deorum:
Tubonisque remotus in auras:
Et Ionis arcuus Minos admissus: habentq,
10 Tartara Panthoiden, iterum Orco
Demissum: quamvis clypeo Troiana refixo
Tempora testatus, nihil ultra
Neruos, atque tutem morti concesserat atra,
Iudice te, non sordidus auctor
15 Nature, veriq, SED omnei vna manet nox,
Et calcanda semel via lethi.
Dant alios Furie tuo spectacula Marti:
Exitio est audiū mare nautis.
Misera senum, ac iuuenū densantur funera: nullū
20 Seua caput. Proserpina fugit.
Me quoque deuexi rapidus comes Orionis
Illyricis Notus obruit vndis.
At tu nauta vagā ne parce malignus arena
Ossibus, & capiti inhumato
25 Particulā dare, sic, quodcumq, minabitur Eurys
Fluctibus Hesperiis, Venusina
Pleasantur filiae, te hospite: multaq, merces,
Vnde potest, tibi defluat aquo
Ab Ioue, Neptunog, sacri custode Tarenti.
30 Negligis immuri nocituras
Post modo te natū fraudem committere forsitan
Debita iura, vicēisque superba
Te maneant ipsum. precibus non linquar inulti,
Teq, piacula nulla resoluunt.

COMMENTATOR.

Te mari & terre numerog. Metrum primo versu Heroicum; secundus est Alemanius tetrameter. Hec ode ex tñs προσαποτελειas inducit corpus naufragi Archytæ ad litus expulsum eóqueri cù naufragi præterente de iniuria, nisi ab eo sepeliatur. Fuit autem hic Archytas Pythagoricus Geometra & astrolcopos, omnia numeris dimetiens. numero carentis arenae, vt, quem qui scire velit, Libyci velit & quoris idem diligere quam multa Zephyro turbentur arenae. mensorem. Geometram. cohibent. continent. Matinum. Matinus est vicus & mons Apulie, iuxta quem Archytas sepultus est: siue, vt quibuldam placet, vicus Calabriae. quicquam predest, nec profuit ad mortalitatis conditionem te perterritum esse naturas retum, & caelos ipsos contemplatū. vt, quid labor aut beat facta iuuant. occidit & Pelopū. Taontalus scilicet Pelopis pater, epularum scelere deorum coniuia, à quibus profuntestis filij dapibus poenas luit. Virg. 6: Lucent genialibus altis aurea fulera toris, epulatq, ante ora parata regifico luxu, Furiarum maxima iuxta accubat, & manibus prohibet contingere mensas. 7: in honore re. Tithonus Laomedōni filius. Aurora maritus in auras receptus fuit, id est, terris excessit & mortuus est. Virg. te poruit lacrymis Tithonia flectere coniunx. Asino admissus. Minos Cretensis rex predicabat se cum Ioue colloqui, & consilio eius cuncta agere; qui etiam propter iustitiam in regno suo administratam, apud inferos iudex a Plutone constitutus dicitur. Virg. 6. quæstior Minos vnam mouet. Panthoiden iterum. Nunc Pythagoram significat, qui praedicabat se apud Troiam Euphorbum Panthoi filium fuisse, qui interfectus à Menelao iterum revixit factus Pythagoras, idq. eum cognouisse agnito clypeo quem in templo Euphorbus fixerat. hic autem & in Homerum dicitur renatus, postea in paucem, & postrem in Enniū poetam: & ideo dicit eum neruis quidem & cute mortuum, anima vero vixisse. iterum: quia saepè mortuus est, transire eius anima in alios. demissum. in inferiora ex superioribus. Virg. 2. Aen. demisere neci, nunc calsum lumine lugent, clypeo. per clypeum. tempora rest. ordo est: testatus Troiana tempora refixo clypeo, te iudice, non sordidus auctor naturæ & veri, nil ultra neruos. atq. cutem concesserat atra morti. ultra. præter. testatus. recordatus Troiana tempora refixo clypeo. nox. sicut aura pro vita,

fic nox pro morte ponitur, vt & alibi, & in æternam clauduntur lumina noctem. &, ibant obscuri soli sub nocte per umbras, sic contrà, aura pro vita. Sed reuocare gradum, superasque euadere ad auras, hoc opus, hic labor est. *calcanda, intranda, dant alios.* ait omnes quidem perire, sed diuerso mortis genere. *specula M.* cò quòd bellicus fūror Martis ludus est. *exitio est asidum.* vorax, quòd demersos sorbeat. *mista senum ac.* vt, matris atque virti defunctorum corpora vita magno animūni heterorum pueri, iunupiæq. puellæ. *seu acupis P.* quòd omnes suscipiat, quam nullus euadat. figura est hypallage, fugit Proserpina, pro, fugiunt Proserpinam, vt illud, Stant & oues circum, nostri nec pœnitent illas, pro, nos illarum non pœnitent. *deuusat.* in deuexa parte cœli positi. Virg. conuexa polus dum sidera pascet. *comes Orionis.* ortus enim & occasus Orionis tempestuosū sunt, ideo & cōnitem eius Noctū vētūm dixit. Virg. & Aene. cūm subito a surgens st̄ctu nimbosus Orion in vada exca culit. *astra nauta.* hic Archytam inducit precari nautam, ne maneat in sepolcru, sed arenam iniiciat. Nam & in sacris hoc genus erat sepulturæ, vt, et si non obrueretur, manu ramen plena, ter iacta terra cadaveri pro sepultura esset, vt, aut tu mihi terrā innice; namq. potes. ideo enim & particulam arenæ dixit. ordo est: At tu nauta, ne parce malignus dare particulam vagæ arenæ offibus & inhumato capiti, sic plectantur Venusinæ filiæ quodcumq. minabitur Eurus Hesperis Austeribus, &c. *sic quodcumq. adiurantis est.* *Venusina.* Venusia ciuitas est Apuliae confinis Lucaniae, cuius silvas, quia sunt immenses, pro quibuscumq. posuit. Admonet ergo, vt etiam si tempestas fit, q̄ræ taleis silvas plectat, ne omittat sepiendi curam. *multaq. merces.* hoc dicit, ne attenuat ad luctum omittat studium iusta soluendi. *equo ab I.* propitio, prospero. *Neptunusq. s. t. T.* vel quia Neptunus apud Tarentum devotius colebatur, vel quia in tutela Neptuni fuisse dicitur, vel quia Neptuni filius Phalanthus apud Tarentum Herculi & Neptuno templo constituit, vt fortiter per fauorem Herculis faceret, per Neptunum feliciter agerer. *negligi.* id est, fraudem committere leue esse putas, at qui hæc luent qui ex te nati erunt, id est, filij tui. *immeritus.* nihil peccantibus. *fraudem committit.* inhumati piaculum & ipsum & filios eius læsurum minatur. *debita iura.* q. s. vt & ipse tu pari casu in sepolcru siaces. *magni.* expectent. *precibus non.* vitionem precibus suis promittit. *piacula nulla.* id est, nullo modo, nullis hostiis expiabis hoc scelus quod in me admisisti. piacula autem dicebantur victimæ, quibus facinus expiabatur admissum. *festinas.* cele-

riter abire vis. *non est moral.* Virg. hic tibi nequa morte fucrint dispensia nostri. *incluso terp. vt,* Mares magna ter voce vocauit.

C R V Q V I V S.

TEmeritus terre. Vbiique vehemens est Horatius in Mathematicos illos Babylonios asteroscopos, & id genus homines qui suis numeris & prædictionibus æquo plus addicti, non revertentur policeride futuris vera dicere se posse indubitateq.; homines vani & fallaces, reiq. publice plerumq. parum vtiles: Quo nomine quoq. Horatius in hac ode Archytæ non omnino rquis esse videtur: vt cui nautam facit exprobrare eius naufragium, quòd ex Mathesi quam profitebatur id non præuiderat, astralq. sibi portendere tam miserandum mortis genus: hoc namq. si præscisler, & euitasset, & honesto funere iustiæq. cadaueri debitis non caruisset: verum magno cum silentio sua artis inducit Horatius umbram satis indignanter & ex obliquo respondere nautæ, semel omnibus esse morientum, cuius cumq. artatis & condicionis fuerit; nec id uno mortis genere. Quod cūm ita sit, perit à nauta ne sinat corpus suum iacere in littore insepultum, nisi malit ob neglectum sepulturæ munus deos aliquando vindicari experiri. *Temari & teme.* Nauta cadaver Archytæ alloquens, videtur id miserari, sed ignorans est, vt mihi quidem apparer. *Archytæ.* Non me clam est, qui hanc oden adhuc enarrauerunt, eos omnes agere de Archytæ illo Tarentino, philosopho, mathematicoq. Pythagorico, cuius apud Laëtrium in vitis philosophorum mentio fit, qui cum Platone vixit familiariter: verum vt ab his non penitus dissentio, ita non sit mihi verisimile Horatium à trecentis & amplius annis tam triistemanti viri exitum (eius artis præcipue gratia, quam propter incertitudinem non ducebat magni) nunc canere voluisse: Nam ode ipsa, si prelius quis eam legat, tantum abest, vt commiserationem naufragij cum grata commemoratione, Epitaphij vice, complectatur, vt potius irrationem cum scientiæ diuinatricis vituperatione præ se ferat: Quād enim hoc ab omni laude est vacuum hunc Archytæ nominari mēfōrem terræ & arenæ sine vlo proprio epitheto? Deinde an hoc non est improperare nimiam animi iactantiam, cum, pura, nunc coerceri contemnūmq. esse, nibilq. vlt̄a desiderate quā exiguum puluerem, qui viuus non terra, non mari, non cœlis deniq. ipsi concidi potuit? postremo inducitur respōdere nautæ per enumerationē quidē alios magnos & excellentes viros fato concessisse, sed hoc facie quasi

quasi aliud agens, non enim in numeris erratum esse, aut artis ignoratione incertitudine te mercum ait; quod tamen ab eo factū oportuit, si non, quasi ex obliquo & indignatione tacita cum naufragere maluisset. Quas ob causas præter alias, ne illū radio, crediderim Horatium in sui temporis L. Tarutium (quem Tarentinū fortassis ab analogia nominarunt) Archytā inuchi, virū quidē Geometram, & in Chaldaicā scientia, quā oderat Horatius, in primis eruditum, sed ita vanum & in astrorum notis tam multa & admiranda sibi adscribentem, ut ad M. Varronis adhortationē, non modò diem & horā quibus vrbis Romae fundamenta iacta sunt, verū etiam conceptionis Romanuli definire sit ausus: adeò vt in eius viri & portentosam nugacitatem non dubitarit exclamare Cic. de Diuinat. 2. cuius verba licet prolixa, non pigebit tamē hoc adferre, ut intelligat lector candidus ad asserendū id quod mihi cū alius est controvēsum, me nō moueri temere. 1. quidē Tarutius Firmanus, inquit Cic. familiaris noster, in primis Chaldaicis rationibus eruditus, vrbis etiā nostræ natalem diē repetebat ab iüs parilibus quibus eam à Romulo conditâ accepimus, Romamq. cū esset in iugo Luna, natā esse dicebat, nec eius fata canere dubitabat. O vim maximā erroris! Etiā ne vrbis dies natalis ad vim stellarum & Lunæ pertinebat fac in pueru referre, ex qua affectione cæli primum spiritum duxerit, num hoc in latere, aut in cæniente, ex quibus vrbs effecta est, potius valeat? hæc Cic. prope litus. Topographia, vbi corpus eius iacebat. parua Mat. mun. coh. morantur te & detinent ne migres ad superos. ex opinione maiorum hoc dictum est, qui credebant animas defunctorum vita, tantisper incertis errare sedibus, dum corpora honore sepulturæ afficerentur. parua morsa. parui momenti, sumtus & morsa, ut ad finem ait, non est morsa longa, licebit innecto ter pulvere curras. Matiuum. Plin. lib. 3. cap. 11. ex Gargano, inquit, Matini, &c. quare arbitror litus Martinum fuisse ad Ausidum fluuium apud Venusinos. nec quicquam tibi pro tacita exprobratio curiositatis in astris obseruandis inspiciendisq. occidit & Pol. argumentū à minori. Reges nobilissimi, maxime longevi, iustissimi, doctissimi, mortui sunt, egone vnu essem immortalis? verūm hęc non est directa responsio ad ea quę nauta visus est impropperare Archytæ. consuadecor. Tantali commendatio ab honoribus diuinis ad veritatem arguimenti. hic facit illud Pindari Olymp. ad. a. ē dī dī tī tī. ἄνδρες θύτας Ολύμπου σκοτεινοὶ ἀτίγαστοι, ἐν τάναλοῖς θύτας, id est, si quem autem virum mortalem Olympi rectores honorarunt, fuit Tantalus iste. Tithoniusq. Tithonum maritū potuit aurora viua-

citate quidē donare, sed immortalitate nō potuit. Hic autem, ut poëtae fabulantur, à coniuge sublatu in cælum, postquam eius suco perfusus esset, ad tantam senectutē peruenit, ut longæ uitarem pertulit, optauerit in cicadam transformati: hinc natum est adagium, Tithono senecta, Tithono viuacior. quamvis cly. notat Pythagoræ μητρὸν πόλεων, plancē ridiculam. de qua Ouid. Mortuarent animæ, semp̄terq. priore telista sede, nouis domibus viuant, habitantq. recepta, ipse ego non memini Troiani tempore belli Panthoides Eu-phorbus eram, cui peccore quandam hæsis in aduerso grauis hasta minoris Atridae; cognoui clypeum lauæ gestamina nostra nuper Abanteis tēplo Iaponis in Argis. iudice te. Naurā judicium hoc de Pythagorica animarum transformatione desert vmbra latissimā inuidiosè ad retaliationem ut videtur. non sordidus. nitidissimus, clarissimus, nobilissimus, per luxurias. naturæ veritatis, in diu dū, naturalis veritatis. de Pythagoræ industria & studio, lege Val. Maxim. lib. 8. cap. 7. sed omnes. Epilogus enumerationis, continentis omnes quidē morti, sed non vno mortis genere. & calcanda sensu. huic responderet illud Proprietij, sed tamē hoc omnes, huc primus & ultimus ordo, & mala, sed cunctis ista terenda via est. Vide Lucret. lib. 3. furie. iuv. Bellona cum suis comitibus. vide saty. 3. lib. 2. audidum mare. omnes lib. scripti sic habent, præter Sil. qui habet pauidis. huic lectio[n]i respondet p[ro]nultima ode lib. 3. auarum mare. si pauidis legas, idem habes ode 1. lib. 1. pauidus nauta. deligat lector: parum namq. interest, an audis, pauidis, an audidum legatur. misit sensum ac ius. d. densentur habent 4. cod. Bland. id est, congregantur, & sine delectu cumulatim moriuntur. & sic legitur vñstatum veteribus scriptoribus, adeò vt Seruius in illo Virg. 7. Aeneid. rotis agmina densentur campis, scribat alter non dici. Ouid. 2. Metamorph. Tunc quoq. cantato densentur carmine cælum. Plin. de menta: Ipsa aesclepius, aur coire, densariq. lac non paritur. Lucret. 1. lib. Nec tali ratione potest densarier aër, atq. aliis in locis multis. nullum sensu cap. quādā acclamatio. & cum eo consentit, sed omnes vna manet nox, &c. Orion. Orionis fabulam quæ prolixa est, lege apud Palæpha. & Apollod. lib. 1. comes Orio. Namq. Orion namq. siue accluius siue decluius deuexus, id est, siue oriens, siue occidens ventos gignit & nimbos, qui ipsius comites dicuntur, quod eum subsequatur. Illyricus No. Firminus autem castellū, unde hic Archytas Firmatus dictus, vergit ad Illyriā. at tu nauta. iug. quæ petit à nauta. ut cadauer afficiatur honore sepulturæ, cui gratitudinis ergo pollicetur. omnia farta, felicem navigationē & ex mercibus ingēs lucrum.

erum. contrā, si negligat, & corpus inhumatum
relinquat, cogninatur omnia mala. *malignus.*
Hellenismus. *κακοθυμός* ὁ, id est, malignus ex-
stens, difficilis & inuidiosus; cui contrarium est
benignus, lētus, benevolus, alacrit, *ἰνδηπότης, οὐρανός.*
Ne parce malignus dare, id est, velis hilariter &
bono animo dare &c. sic quodcumq. ominatur nau-
ta prosporum cursum, & Deos et fore *ἀλιξιάκατος*
pro remuneratione beneficij. *Tarenti.* arbitror
hoc nomine interpretibus occasione dedisse de Ar-
chyta Tarentino loquendi: Evidem potius cre-
diderim Tarenti mentionem hic esse factā, quod
cadauer electum esset in littus sinus Tarentini,
qui nauigationis circuitum habet comprehensum
ad miliaria ducenta & quadraginta, ut habet Stra-
bo lib. 6. Aut fortasse quod nauta Tarentum suum
cursum dirigeret. Tarentum autem à Tara Nep-
tuui filio nomen habet, qui duas aras, alterā Nep-
tuū patri, ut mare haberet æquum, alteram con-
secravit Herculi, vt & ditescererit, & eius praesidio
fortiterageret; vnde etiam Tarentum Herculeū
dictum est. Virg. 3. Aeneid. vtrumque autem num-
isma Tarentinum demonstrat, in quo Taras
Delphino insidens, lēua copia cornu ostentat cū
Græca hac inscriptione, *τάρας. negligi.* aut inter-
rogatiū, ut Blād. hęc legēda sunt, negligis cōmit-
teret vili pendis nocere posteris tuis hoc sepe-
liendi munere mihi denegato? fors & debita iura
sepulturę te maneat &c. aut assertiū, ut tres cod.
Matt. Sil. Maldeg. quorū postremus habet forsan,
reliqui omnes, fors & alijs coniuncti, alijs diui-
sum; cuius hęc erit lectio: forsan negligis commit-
tere fraudem nocturam &c. debita iura vīcē que
superba &c. prior certè lectio mihi magis placet,
deligat lector. *post modo te natū.* id est, posteris tuis.
respondeat ei dicto Theognid *ἴζεντος παισί,* in his
versibus, *αἴ τοι οὐδὲ αὔτε τοῖς γένεσι χρήσος ὅρδε*
φίλους ἀττίλων ιζεντος παισίοις εἰπειπονον. fraudem
cam. crimen peculiare, quod tota posteritas luere
solet, ut credebant veteres, donec esset expiatum.
sic apud Herodotum lib. 6. *τοῦτο οὐ γένεται.* id est,
piaculari crimine teneri: hinc *ινεγένεται*, detestandi
& execrabilis. *fors.* naufragij infortunium. *debi-
ta iura.* id est, iusta sepultura, debira cadaueri in-
humato. *νικέσκει superbe.* id est, pœnæ graues, au-
store Priliciano. *quamquam festinas.* *περιγρατάτην*
festinationis. *inieclō ter pul.* Terra autem iniectionis,
inquit Seruius, secundum Pontificalem ritum
poterat fieri, & circa cadauer, & circa absentium
corpora quibusdam sollemnis facitis.

AD ICCIVM, QVI A PHI-
losophia se ad militiam contulerat.ODE XXIX. *λεωφόπηκον.*

I C C I, beatū nunc Arabum inuides
Gazū, & acrem militiam paras
Non ante deuictis Sabae
Regibus: horribilique Medo
Necis catenas, qua tibi virginum
Sponso necato barbaro seruerit?
Puer quis ex aula capillis
Ad cyathum statuetur vñctū,
Doctus sagittas tendere Sericas
Arcu paterno? quis neget arduis
. Pronos relabi posse riuos
Montibus, & Tiberim reuerti,
Cūm tu coēmto vndique nobileis
Libros Panaii, Socraticam & domum
Mutare loriciis Iberi,
Pollicitus meliora, tendis?

5

10

15

COMMENTATOR.

I C C I, beatū nunc Arabum. Metrum duobus
versibus Alcaicum, tertius iambicus diameter hy-
percatalectus, quartus Pindaricus est. Ad Iccium,
quem miratur Philosophia studio intermissio re-
pentē se ad militarem vitam contulisse cupiditate
diuinarum. *inuides gazū.* æmularis diuinitas Ara-
bum, & concupisca. Gaza, Persica vox est signifi-
cans diuinitas. Virg. arma virūm tabulaque &
Troia Gaza per vndas, & Gaza lētus agresti. 5. Aen-
cid. *acrem.* fortē, duram, acerbam. *regibus.* ad
uersus reges. *horribilique.* forti, crudeli. *necis cate-
nas.* fabricas & paras regibus victis: mutuis enim
nexibus fiunt catenæ. *sponso neca.* hostibas &
oc-
ciso sponso, nonumquam serua fit sponsa. *ex aula.*
puer regius. *ad cyathum.* ad potum dandum. *statue-
rit.* deputabitur. *vñctū.* delibutis. *tendere.* diti-
gere. *Sericas.* Parthicas. Seres enim populus est
Parthis vicinus. arte sagittandi nobilis: vnde & Se-
ricum vocatur. *qui neget.* ordo est, quis neget relabi posse riuos arduis montibus, & Ti-
berim posse reuerti, cūm tu pollicitus meliora tē-
dis mutare Iberis loriciis libros nobileis Panaii
vndique coēmto, & domum Socraticam. sensus
est: quis non credat rerum naturam posse mutari,
ut flumina in monteis reuertantur, vnde alioquin
descendunt; cūm tu vittæ studia in contrariū ver-
teris, quod

teris, quod nemo cogitauerat posse fieri. tale, est illud Virg. lungentur iam gryphes equis, & uoq; sequenti cum canibus timidi venient ad pocula damæ. *pronos*. proclueis; nam proni dicuntur riuui de monte fluenteſ. *Tiberim ren.* vt Virg. reuocatque pedem Tiberinus ab alto. *Paneti*. Panz-tius Stoicus fuit præceptor Scipionis Africani & Lælij, natione Rhodiani. *lorca* ib. *izexlio*; quialoriciæ Hispanicæ sunt optimæ. *Socraticam* dam. libros Socraticos. *mutare lor.* nota locutio est, dicitur enim Philosphiam mutare militia, id est, Philosophia dimittit militiam sumere. vt Virg. Chaoniā pingui glandem mutavit arista. *meliora*, aut hoc ab olitè dictum est, aut studia subaudendum, id est, professionem Philosophicam, quæ reuera militiaz preferenda est. *tende*. contendis vt, nec tendere contrà.

CRYQVIVS.

ICCUS *beatiss.* Arguit Iccium inconstantiaz, vt qui mutato vitæ genere, æris aerea, vt fertur, nimirum Stoicam Philosphiam permutarit ac militiam: quod ipsi tam misum viderur, quam fluvios contra naturaz ductum retro ad caput reverti: Quid enim absurdius est, quam primæ notæ viro Philo: opho dominari suos affectus, ita vt animi tranquillæ tutæque constitutioni, spe præde preferat militare studium, quo nihil turbulentius, nihil concitatius, nihil denique magis est obnoxium periculis omnibus? *beatiss.* ab effectu, quod beatos, id est, diuites & opulentos efficiant: alludit autem ad Arabiam felicem, *iudiciorum* nuncupatam ait Solinus; quia præter odores, quos creat plutimos, soli tuis miti: Ptolemaeus autem in sua Geographia Arabiam ponit triplicem, Petram, desertam & felicem. de Arabia felici etiam Mela lib. 3. ca. 8. *quides*. Hypallages species, pro inuides Arabibus gazas beatas, ad eò vt earum particeps per militiam fieri studeas. nota avaritiaz. non ante deuctu. anno namq; urbis conditæ 729. Aelius Gallus, ait Dio, primus Romanorum in Arabiam felicem exercitatem parum fecundu; fortuna adduxit. *Sabæ reg. à Saba* non Aethiopia sed Arabia felicis ciuitate metropoli, quia Strabolib. i. 6. Meriabam nominata: de cuius regionis opibus eundem legitio. *horribilique Medo*. Parthos autem & Medos, occiso Gratio, fugatoque Antonio, Romanis horribileis fuisse notat occulitè Ode 26. suprà, Quid Tyridatem terreat &c. nec id præterea histiographi: sed post ciuilia bella metuebant Augustum missis ad eum legatis. *que tibi Vir.* quanta est ea utilitas, quanta voluptas ex malo & miseria alterius, tua pates commoda, vt barbara virgo spôsilo suo

necato tuæ seruat libidinis? *puer quis ex aetate* quantus honor & splendor in puero regio, qui tibi popula minister, aut ad natum tuum more patroferas. iaculetur? perinde acsi velit, non in iis quæ sunt corporis & fortunæ, sicut esse aut utile adecorum, sed in animi bonis, quæ præcepta Philosophiaz sola nobis subministrant. *sagittæ tendit* & Virg. s. Aeneid. oculos pariter telumque tendit. *qui neget sapientia aduersus* ostendit in animum numquam potuisse inducere tam leuem fuisse Iccium & parum prudentem, qui animi bona fortunæ commodis posshabat. vide Adag. in Chil. sursum versus sacrorum fluminum feruntur fontes. *τὸν πονηρὸν ἵππον οὐγέστη παγεῖ*. ex Euripidis Medea. *meliora tendit*. sic habent omnes scripti cod. quos vidi; non autem temnis, vt quidam voluerunt.

AD VENEREM.

ODE XXX: *τεύχισθαι*

O VENVS regina Cnidi, Paphique,
Sperne dilectam Cypron, & vocantis
Thure te multo Glyceræ decoram
Transfer in edem.
Feruidu tecum puer, & solutis
Gratiazonu, properentq; Nympha,
Et parum comis sine te luuentas,
Mercuriisque.

COMMENTATOR.

O VENVS regina Cnidi Paphiq; Metrum-Sapphicum hendecasyllabum; quartus Adonius. Dicarat Glyceræ faciliū Veneri in suis ædibus. Horatius autem ei tamquam epigamia scribit, orans Venerem, vt relictis Papho & Cypro in ædem Glyceræ sibi dedicatam migrare velit. *Cnidus Pap.* Cnidus urbs. Carize, Paphus autem urbs in Cypro insula, virtaque Venerem principiè colens, vocantis. inuocantis. *decoram*. ornataam & compo-sitam. *feruidu p.* Cupido, quod feruorem amoris inferat. *solutis Gratiazonis*. Gratiaz nudæ & incinctæ pinguntur, quia amicorum animi soluti inter se & aperti esse debent. *parum comis*. minus elegans. *sine te*. sine venustate. est enim Venus non libidinis tantum, sed etiam omnium elegantiarum dea & domina. sic enim & alibi, ordinis hæc virtus erit & Venus. *Nympha*. harum plura sunt genera: Maris, quæ Nerina siue Nereides appellantur: sōntium, Naiades: montium, Oreades: nam *ēgei mons illi*:

Mons est: siluarum, Dryades, quia d̄ps. querum
seu arborem significat: Sunt & Hamadryades, que
cum arboribus & oriuntur & occidunt: Napez
sunt florum nymphæ. **I**nventæ dea. Est autem iu-
uentia, etas ipsa: Iuventas, numen: iuventus, ado-
lecentia. **M**ercuriū que. quia multum valet elo-
quentia ad amorem conciliandum: unde est illud,
dilectum me faciebat.

C R Y Q U I V S.

REGINA Cnid P. Hæc Ode est quasi
melos īmēmūs, quo in gratiam Glyceræ,
quæ ad aras decantato, Veneri dicatum facellum
commendat. **P**aphiq. Strabo lib. 15. Veneris tem-
plum statuit in Palæpapho, inquiens, Palæpaphus
ad decem stadia supra mare sita, que stationem
habet & antiquum Veneri Paphia templum.
Speme. defere & minoris facito p̄z facello G'ycer-
æ tibi in suis ædibus consacrato. Habebam autem
maiores domi suæ facellum, quod Lararij à Larib-
us nominabant: inter quos etiam Deos alios sibi
sacros habebant. **F**eruidus se. p. precatur Venerem
ne incomitata veniat, sed cum Cupidine secum
ducat Gratias, Nymphas, i'clu., & Mercuriū: in-
nuens Glyceræ non omnino commodam, sed
arrogantem, parum gratiosam, immitem & mag-
niloquam.

AD APOLLINEM.

ODE XXXI. iux. lxx.

QVID dedicatum poscit Apollinem
Vases? quid orat, de patera nouum
Fundens liquorem? non opimas
Sardinia segetes feraci:
Non astuosa grata Calabria
Armenia: non aurum, aut ebur Indicum:
Non rura, que Liru quiesca
Mordet aqua, taciturnus annus.
Premant Calena falce, quibus dedit
Fortuna, viuem: diues & aureus
Mercator exsiccat culullis
Vina Syra reparata merce.
Diu caro ipfis: quippe ter, & quater
Anno reuisenus aquor Atlanticum
Impunè. me pascunt olive,
Me cicchoræ, leuèisque maturæ.
Fruiparatis & valido mihi

Latoë dones: at precor integra
Cum mente, nec turpem senectam
Degere, nec cithara carentem.

20

COMMENTATOR.

QVID dedicatum poscit Apollinem. Metrum
duobus versibus Alcaicæ, tertius est diameter iā-
bicus hypercatalectic, quartus Pindricus. Apollini templum in Palatio dedicauit Augustus.
Significans autem lyricus votorum suorum mode-
stiam, negat se ab Apolline petere que ad cupiditi-
tatem aut auaritiam spectant, sed bonam mentem,
bonamque valetudinem cum lyrico studio usque
ad extremam senectutem. Suni autem qui putet
hanc Apollinis consecrationem, nō ad Palatum,
sed ad domum suam pertinere, vbi Horatius Apollini facellum dedicauerat. **d**e patera. calice. vt,
hic laticis qualem patris libamus & auto. **nouum**
liquor. vinum nouum. ostendit morem sacrificandi. vt, ipsa tenens dextra pateram pulcherrima Dido. **nouo** est. **astuosa** namque regio est, apta
pecori. vt, Calidi lucent buceta Matini. **ebur** **Indi-
cum.** Indis enim est ebur ab initio. vt Virg. India
mittit ebur, molles sua tura Sabæi. **Liru.** Liris flu-
uius est Campaniæ interfluenus urbem Minturnensem. Virg. & vmbro la Liris per regna Maricæ.
hic autem lenitissime labitur, iecircò taciturnum
dixit. Virg. de Tiberis altitudine. Tacita refluens
ita substituit vnda. **præmant.** reprimant putando vi-
tem. **C**alena. à loco. Cales enim oppidum est in agro Sidicino, vbi optima vina Calena naſcuntur.
exsiccet. ebibat, diues mercat. ordo est: & diues mer-
cator carus ipfis diis, quippe ter & quater anno re-
uisens Atlanticum mare exsiccet vina aureis culullis
reparata Syra merce. **cululli.** poculis manicatis,
scyphis: propriæ autem cululli calices dicuntur fi-
ctiles, quibus Pontifices virginisque Vestales ve-
bantur, vrecoli, conchæ. **reparata.** emta, acquisita.
diu caro. ironicos. ter & quater. finitum pro in-
finito. **impunè.** Ironicos. Atlanticum. ab Atlante mo-
te dictum. Virg. 4. Aeneid. Oceanus finem iuxta so-
lemq. cadentem, ultimus Aethiopum locus est,
vbi maximus Atlas axem humero torquet stellis
ardentibus aptum. **cichorea.** Cichorea herba est
multis, & tenuibus radicibus, quod Virg. intubum
nominat. Georg. Strymoniæ grues, & amatis in-
tuba fibris. **lenèq. mal.** leues scilicet corpori. vt, gra-
ui maluæ salubres corpori. **parati.** aut quæ ego
parau, aut quæ parata, id est, in promtu sunt om-
nibus. **L**atoë dones. ordo est: ô Latoë precor dones
mihi valido frui paratiscum mente integra, & do-
nes degere nec turpem senectam, nec cithara ca-
rentem.

rentem. *valido*. *sano*. *integra*. *sana*. *degere*. *viuere*.
Virg. 4. Aeneid. Non licuit thalami expertem si-
ne crimine vitam degere more fera.

C R V Q V I V S.

VI D *dedicatum*. Poëtam vult ab omni mo-
lestia cura esse vacuum, non auarum, non am-
bitiosum, non luxuriosum, sed frugalem , victu
simplici parabilique contentum: pasci oliuis, her-
bis frui salutaribus, ut sit corpore valido , mente
sana, & senectute viuenda, non etiana effeta, quæ
lyra omnique honesto studio par esse possit: hoc
autem votum poscere debere Apollinem Musarum
præsidem. *quid dedicatum*. erotema complectens
enumerationem rerum petendarum, de quibus
negatis fortunæ bonis siue commodis, dicit interna
corporis & animi bona se Apollinem tantummodo
precari. *dedicatum*. ἀναρθρός, diuinis
honoribus affectum, ut pote templo ab Augusto
ei in Palatio consecrato, ut videtur est apud Suetonium.
fundens liquor. sic Pers. Saty. 2. in votis piis,
funde merum genio, non tu prece poscis emaci,
qua nisi seductis nequeas committere diuis. *non opime*. hæc enumeratio est externorum honorum,
qua negat Poëtam postulare debere. *opime*, id
est ferulæ & fecundæ. Quo autem paetè opimus
ab ope veniat Saturni vxore, qui & ipse à satu
dictus est, falce teste , quam manu tenere singitur,
quod in signe est agricolæ, legitio Festum. *Sardinia*.
de Sardinia à Sardis Herculis filio nominata, vide
Solinum cap. 10. & Melam lib. 2. cap. 7. Plin. lib. 3
cap. 7. Ptolemæ. *Calabria*. vide Solinum cap. 8.
Plin. lib. 3. cap. 11. *Liri*. Plin. lib. 3. cap. 5. Colonia
Minturnæ Liri amne diuisu Glanico appellato.
&c. *mordet*. metaphor, ab alluvione lenta, cui
mordere verbum est maximè idoneum. *premant Cal*. hæc ad luxum pertinent, à quo iubet abhor-
rere Poëtam: de Calibus, vnde Calenum vinum,
vide quæ adnotauimus ad Oden 12. lib. 4. *exsiccat culullus*. Hypallage, pro *exsiccat cululos*. *reparata merce*, reparata, pro parata. i. emta antiquo more,
ut notauit doctissime F. Duarenus I. C. *Syra merce*.
auro & argento ex Syria allato; est enim Arabia
felix in Syria regione auri & argenti ditissima;
hinc ait, aureis culullis, &c. *dii caru ipsi*. habet
Commentator hæc ironicos dici, quod mihi non
videtur: quandoquidem ratio ipsa non satis idonea
est ironiq, nisi velimus mercatorem, ut sit, in tra-
ctandis mercibus non esse virium bonum, & iccir-
co neque dii carum neque impunè id ferre. *dii caru ipsi*. nimirum Diocouritis Castori & Polluci
navigationis dii ἀλεξάνδρες : atque nonnihil
meū dubito an Dio:curiadēm versus velit mer-

catorē cursum dirigere, emporium celeberrimū in Isthmi initio qui inter mare Caspium ia-
get & Pontum. de quo Strabo lib. 11. *Atlantico*:
vnu cod. Bland. habet Atlantidum, qui in Eubœa
sunt in insula, ab Atlante maximo dicti Atlantides.
me pascunt ol. negatis splendoribus ponit Horatius
victum tenuem & frugalem ante votum quod
poscit Apollinem: non ignarus molliitem corporis
non generare sanitatem bonaque valetudinem, à qua mentis quoque sanitas multum de-
pendet: frustraque eam Deos poscere, qui nihil
quam cibo potuque eoque delicatissimo corpus
infuscere studet: Neque id agit Horatius ad cor-
poris animique valetudinem conseruandam, ut
præter oliuas & herbas nihil esstandum, nihilque
aliud id prestare credat, verum prædicat in his vi-
ctus tenuitatem parcitatatemque, non etiam ciborum
delectum: iccirco precatur Apollinem doner frui
paratis, non ex cogitatis ad delicias magnq; emtis,
iisque non ad laueretem crapulamq; , sed famem
sedandam, & inde conciliandam voluptatem, quæ
verè sita est in ἀλιμοις καὶ ἄδιψοις φαρμάκοις. id
est, in ijs med: caminibus quæ famem quidem ar-
cent & sitim, sed non implent ultraquam satis est;
qui ex herba seu frutice ἀλιυσ confecta famere
prohibent: ea certè herba, viuendi nimirum fru-
galitas, est Spartanica: Scytham namque scisci-
tanti Græco cuidam, qui apud Spartas tanta ho-
minum multitudo sese posset à fame tueri, re-
spondit eos vesici herba Spartanica: quam allego-
riam non intelligens Græcus, eam herbam nomi-
nauit ἀλιμος: de qua etiamnum hodie inter her-
barios est controversia: cum Scytha nihil quam
in victu Laconicam parsimoniam denotaret, ridet
mollem Græcum: nihil est enim Spartan, Cim-
bricæ, aliud quam dentibus parcere, id est, sobrie
viuere, vnde Lacones Spartani dicti sunt, legitio
Becanu in Amazonicis. *lones*. ab effectu, quæd
ventrem leuent & molliat. hinc malua quasi mol-
ua dicta est à molliendo. *Latoe*. ivx̄. alludit au-
tem ad Apollinis epitheton Λατονος, Latonæ filius.
ac pectora integra. sic legendum est, ut habent scripti
cod. non, at, ut habent vulgati; qui error accidit
propter affinitatem litterarum e & t. Quidā scripti
ti habent atque, quod ratio carminis non admittit.
nec turpem. litote, id est, decoram & laudabile
non querulam, non morofam, non in rebus paruis
anxiam. *nec cithara car*. iucundam & hilaram,
lyraque accommodam, sine villa graxi senectutis
molestia.

AD

AD LYRAM.

ODE XXXII. προσφερντική.

PO S C I M V S, si quid vacui sub umbra
Lusimus tecum, quod & hunc in annum
Vivat, & plureū: age, dic Latinum.
Barbite carmen,
5 Lesbio primū modulare cūt:
Quis ferox bello, tamen inter arma,
Sue iactatam religat at rdo
Litore nauim:
Liberum, & Musas, Veneremqz, & illi
10 Semper barentem puerum canebat,
Et Lycum nigris oculis, nigrōque
Crime decorum.
O decus Phæbi, & dapibus supremi
Grata testudo Iouis, ô laborum
15 Dulce lenimen, mibi cumque salve
Ritè vocans.

COMMENTATOR.

PO S C I M V R si quid vacni sub umbra. **M**erum Sapphicum hendecasyllabum, quartus A-donius. In hac Ode lyram suam alloquitur, poscitur ut sibi adsit & secum canere ne definit, poscebatur enim dicta sua edere. **V**acni. à negotiis liberi, orio. **s**ub umbra. in secessu, secreto. **lusi-**
minus. cecinimus. **V**irg. Bucol. ludere quæ velle calamo permisit agresti. & carmina quæ lusi pastorum. ludum enim Poëta sua carmina verecundè dicere consueverunt. **t**ecum. ô barbite. **v**inas. sit perpetuum: optat autem suo carmini, ut perpetuo vigeat, & memorabile fiat. **V**irg. nulla dices vñquam memori nos eximer ævo. **B**arbite. genre masculino hic barbitos. **L**esbio cīus. **A**lcæcum intelligit, qui de Lesbo insula fuit: hic etiam bella gessit aduersum tyrannos Pittacum & Myrsilum, & Thyrenos debellavit. **m**odulare. obsecute & obsecundate in modulis. **r**do. tempestuoso, quia neque in bello neque in quiete cithara solitaria omisit. **L**iberum & **M**us. Liber auctor est hilaritatis, quam Musa comitatur. **p**uerum. cupidinem. vt, tuque puerique tuus. **L**ycum. amasium suum dilexit Alcæus. pulchritudo enim ih pueris sæpe nigris decoratur oculis & crinibus. **d**ecus. lyram dicit esse decus Apollinis, quia eam gestat. **d**apibus. quia his solet interessi. **g**rata. apta. **t**estudo. lyra. **s**ummi. supremi. vt, prò supremitate Iupiter: omni autem letitia Iouis epulum celebrabatur. **d**ulce,

malorum enim lenimen & solatium est citharae cantus. **cumque**. id est, quotiescumque vocavero te, leniantur sollicitudines & anxietates animi tui.

C R V Q V I V S.

PO S C I M V R si quid vacni sub umbra. Hortatur lyram si in secessu secum, si in prædio lusiferat aliquid memoria dignum, nunc vt in publicum prodeat, sibi in Latino carmine morem gerat, vt prius Alcæo in Græciæ rebus bellorum domique tam classicis quam amatoriis familiarib[us]que decantandis, canticæ ad id inuitat non minimis laudibus: nimirum ab inuentore, à dignitate Iouis, cuius dapibus interesseret, & ab effectis, vt quæ leniat animos cura, studiis, & laboribus defatigatos. **p**osicimus. sic Bland. cod. tres habent. quartus autem poscimus, cum aliis, sed adnotatum, aliæ poscimur, & vni ex tribus haec adscripta est narratio: ô barbite, poscimus à Mæcenate, id est, precatetur nos Mæcenas, vt si quid in occulto scripsimus, in publico canamus. in alio autem codice, qui habet poscimus, aliæ poscimur, adscriptu est; poscebatur enim sua dicta edere: quæ verba quoque legere est in vulgato Acrone, à quo non multum dissentit Porphyri, vulgatus, inquietus, si quid lusimus, exigitur a nobis vt canamus. Ab hac itaque lectione nō ausim discedere propter antiquitatem codicum; & re ipsa, meo quidem iudicio, senior est, antiquiorque: nimirum vt tandem poscentibus amicis, euulget quod iam diu apud sc̄ meditatus fuerat, ne sibi semper, nec vñquā caneret amicis. quare ne Mæcenati ceterisque patrum gratius lyram Latinam inuidaret, alloquitur lyram in hanc sententiam: quandoquidem poscimus, si quid orio nobiscum lusimus, vt id & in hunc annum viuat & plureis, id est, vt id euulgetur & publicum fiat, age ô barbite, dic Latinum carmen. **L**atinum. ex ἀρμάταις Græci carminis, cui prius lyram cooptauerat Alcæus. **b**arbite. de barbito prima Ode suprà, & Epodo 12. **L**esbio cīus. periphrasis Alcæi à patria Lesbo. **m**odulare. **d**apibus. **f**erox bello. **b**ellicosus. de quo Cic. in Tuscul. fortis, inquit, vir in summa republica cognitus. & Quintil. Alcæus, inquit in parte operis, aureo plectro merito doratur, quoniam tyrannos insectatus est: multum etiam moribus confert: in eloquentia quoque breuis & magnificus & diligens. Homer simili. &c. videto oden 9. lib. 4. **t**amen. **i**nter ar. ellipsis prepositionis, sue, tamen sue inter ar. **i**nter arma. in castris bello terret' ri. sue tact. io mari, bello nivali. **r**eligat. soluerat fine religato. **n**auim. Syncdoch. pro clasie. **L**iberum. coniuia, quæ cithara ipse lyraque temperabar ornabatque.

batque. *semper her.* nam Veneris filium fabulantur nonnulli fuisse Cupidinem: hinc illud Virg. Nata meæ vires, mea magna potentia solus &c. At Sappho è celo & terra genitum finxit, vt refert Apollonij interpres. Argonaut. *Iycum ni. ac.* Sed & in lusus, inquit Quintilia. & in amores descendit, maioribus tamèn aptior. *decoꝝ Phib.* *προσωγεία μητρὸς οὐρανίους* ipsius lycae daphnis sup. apud Hom. II. 1. canit in cithara Apollo loui *προσώδος.* ἐν μῷ φέρμιγγος περιγέλασθ' ἔχ' Απόλλων, id est, nec cithara hinc aberat, quam pulcher habebat Apollo. *michi cumque salve.* laborant enarratores in expositione τῷ cumque, aliis enim est quotiescumque, aliis, quomodo docūque; Lambino est quo-uis tempore. Evidem credo *περίλογος* esse, sicut & τοις Gracis non raro est inclinatum, & vel ornat atque explet solum. vt apud Thucydid. *διλαδῶν τοις,* latians vtcumque. Demost. *ἀρεβάτος τοις,* diligenter vtcumque. in quibus facile videre est τῷ τοις vacare.

AD ALBIVM TIBULLVM.

O D E . X X X I I I . *μαργαριτικὴ.*

ALBI. ne doleas plus nimio memor
Immisi Glyceræ: neu miserabileis
Decantes elegos, car tibi iunior
Leſa præmitat fide.
5 Inſignem tenui fronte Lycorida,
Cyri torret amor: Cyrus in asperam
Deslinat Pholoën, sed prius Apulias
Iungentur caprea lupi,
Quam turpi Pholoë percet adultero.
10 Sic viſum Veneri: cui placet impares
Formas, atque animos ſub iuga ænea
Sauro mittere cum ioco.
Ipſum me melior cùm petreret Venus,
Grata detinuit compede Myrtale
15 Libertia, fretus acrior Hadrie
Curuantis Calabros ſinus.

C O M M E N T A T O R.

ALBI ne doleas. Metrum tribus versibus Al- clepiadeum, quartus Glyconicus. Albium Tibullum elegorum scriptorem consolans hortatur, vt aliorum exemplo contemtum Glyceræ negligat, quando Cyrus Pholoën diligit, à qua tamènaspernatur. plus nimio. plus iusto, plusquam oporteat, vt si doleas, non excedas modum. *immissi.* in-

te, quia non vult amori tuo succubere. *miserabilis.* quia versus elegi sunt steribus & lacrymis apertissimi. *παρὰ τὸ έι* quod est lamentantium. *immissi.* iuuenclus premitat. nitidior sit quam tu. *leſa fide.* quod perfida sit tibi. *tenui nobili,* angusta & parua, quod in pulchritudine formæ commendari solet. *torret.* incendit. *asperam.* renitatem, repugnantem amatori. *declinas.* deductus descendit. Apulia, aut pro quibusvis posuit, speciem scilicet pro genere, aut quia maioris formæ & horridiores ibi esse dicuntur. sic, iungentur iam gryphes equis. Apulis autem à loco, puta Apulia. *ſic nissum Ven.* Quotiescumque ratio rei aut facti alicuius non appetat aut incerta est, vtimur simili loquendi modo. vi Virg. Postquam res Asia Priamique euertente gentem immixtam viſum superis, ordo est: sic viſum est Veneri cum ſeuo ioco, id est, Veneri & amori sic placuit. *iuga ænea.* subduros & inaequaleis amores. *ſeuo.* quia in diuerſum animalia ſepe distractiſuntur. *melior.* nobilior. *grata cōp.* grato amore, licet amariore. *Myrtale libert.* nō simpliciter dicit Myrtale, sed libertina, quo significat eam alterius potestati libeditam. *acior.* ſauior. exemplum dat de leipo, qui cùm à quadam nobili meretrice amaret, ipſe plus aliam ignobilem amabat, à qua non minus vexabatur quam Calabriæ lutora maris Adriatici tempestatisibus. Curuantis autem ſinus dixit, vt Virg. è littore curvo extriuimusque toros. *Adrie curvant.* Adriaticum ſinum intelligit, quod mare & Calabriam alluit.

C R Y Q U I S.

A LBI ne doleas. Ex euentu communi monet Albium Tibullum plus æquo ne doleat Glyceræ cariorem ſe eſſe alium, hoc enim ſibi ait & aliis cum eo, qui quafi eadem nauifuntur, eſſe commune naufragium: nec aliter de amoris buſe ſentire Venerem, quam vt incommodi animi & impares formæ iungentur imparibus & minus commodis. ne doleas. τὸ ne, hic non τὰ prohibendi quam monendi ſuadendique particula eſt. vt ex Charisij lib. 2. notauiimus ad Saty. 1. lib. 1. *immissi.* ſeuæ, crudelis: quod amantem nō redamet, quod amoris præteriti immemor alium receptor, quod fidem datam violet. *elegos.* παρὰ τὸ έι, inquit Cōmentator, cui addendum eſt, η λίζω, quafi dicas έι, λίζω: vel ab ηλίσω, misereor: vel ab οὐ ηλίσω: mortuis enim licet mæſti, bene precari ſolemus. cui rei in primis elegiacum carmen erat attemperatum, hinc ἐπιτάφια ποιήματα dicta ſunt, verū tempore & vſu pōst etiam rebus lætis ſunt accommodata; quod ſcribit in Epift. ad Pisones: versibus impariter iunctis querimonia pri- mū, pōſteriā inclusa eſt voti ſententia compos. *leſa fide.*

Lesa fide. nota more triciz perfidiae & amatorij per-
iurij, cui soli inquit Plato in conuiuo, dij dant ve-
niam, *αρεγδιαστος γηραιος ον φασι τινας.* i. Vene-
reum enim iuramentum nihil aiunt esse, *premitat,*
amabilior sit, *μεγαλονυμη:* nitor enim in amore,
& formæ claritas, purulq; & simplex cultus, mul-
tum faciunt ad commendationem & gratiā. *sug-
gestum tenet.* Argumentum ab exemplo Cyri, quem
Satyricē notat de amoris imparitate. *tenui fron-*
tenuijs & rotunda frons index est libidinis & mo-
bilitatis simplicitatisque, sine procaci petulantia
doliq; metrericis; qualem credo fuisse Lycorida,
cō quod Cyro minus placeret quam Pholoë. pro-
terua & aspera: Solent enim metrericulae nobilio-
res iuuenes exercere simulata quadā peruicacia,
quō amorem exacuant. *Apollon. in. ca. l.* tale est A-
ristoph. *is, λύπη τετράχοι τέλος θεοπάτων,* id est,
prius lupus sibi ouem iungat: quod de ijs dicitur
qui inter se dissidio laborauit insanabili. *τυρπισι-*
τυρπισι: quod genus mœchorum mulieres oderunt
peßimè. *σενιγμόν Veneri. αἰτητορία,* cur alijs alia
placeant. Ita namque natura comparatum est, hoc
Deus voluit ad ornatum vniuersi, qui in varie-
tate situs est, ad propagationē generis humani &
retum cognitionem, vt mala sint vicina bonis,
turpia pulchris, contraria contrariis, commodaq;
commisceantur incommodis: Nam si formæ pa-
res paribus solum gaudent, si nulla esset ani-
morum dissensio: deniq; si omnia essent æqualia,
omnia similia, quid in vita esset voluptatis, quid
oblectamenti, quid iucunditatis? quare bellissimè
fixit Homer. Ilia. vlt. ex duabus dolis Iouem
variè miscere res mortalium, atque ita fieri, vt ple-
rumque tristia pro latetis, peſsimā pro optimis pla-
ceant. *sub iuga, quæ cogunt vel in uitios boueis pro-*
gredi prædurtie & pondere: ad eum modū ma-
riti dicuntur subiungi, qui nō suo sed arbitratu cō-
iugis omnia faciunt, huic cōtrarium est, iugo sub-
ducere collum, excutere iugum. *æneas.* sic habent
omnes scripti lib. alij ac diuīsis, alij q; in diphthong-
gum contractis. *seu ioco.* amorem enim & nasci
& esse necesse est inæqualem ex animorum im-
paritate, vnde difficultis est & morosus. *ipsum me-*
a sua persona monet Albiam vt Glyceram tradat
oblivioni. *melior Ven.* cōmodior puella & minus
amarulenta. *grata compede.* sed cuique socrata sunt
vincula, quæ non nisi scleratis inicii solent vel
maxime renitentibus, quæ libertate perdita, fer-
tire cogunt: certè non nisi amenti (amati inquā)
qui seruire gaudet amoribus, etiā durissimis, mo-
mentaneæ cuiusdam voluntatis gratia, imprudēs
omnium calamitatum quæ sublequi soient eius-
modi stulticiam, quærum auctores fuisse mulieres

testis est Teoianum bellū, testis Hercules à De-
cānira extinctus, testis fabula Danaidum Lemnia-
rū historia, Cleopatra, &c. *libertina.* Horatius ostē-
dit non ei se libidini esse obnoxium quam Saty. 2.
lib. 1: reprehendit in Marsio quodā, qui sine de-
lectu tam in matronam insinuare quam libertinā
putabat esse licitum, cum locum legit. *ambitus.*
ambientis Calabriam, quō finis vique Tarenti-
nus extenditur, vide Odēn 28. supra.

AD SEIPSVM DE NEGLE-

cto Deorum cultu merique dum se- staretur Epicureos.

ODE XXXIIII. *Diabolus.*

P A R C V S Deorum cultor, & infrequens,
Insipientis dum sapientia

Consultus erro: nuncretrorsum.

Veli dare, atque iterare cursus.

Cogor reliquias, namque Diespiter

Igni coruscō nubila diuidens,

* Plerumque per purum tonanteis

Egit equos, volucremq; currum:

Quo bruta tellus, & vagi flumina;

Quo Styx, & imisi horrida Tanari

Sedes, Atlanticusque finis.

Concuditur, valet ima summis

Mutare, & insignem attenuat Deus,

Obscuras promens. hinc apicem rapax

Furana cum stridore acuto

Sustulit: heic posuisse gaudet.

5

10

15

COMENTATOR.

P A R C V S Deorum cultor. Meiram duobus
versibus Alcaicum; tertius dimeter iambicus hy-
percataleetus; quartus Pindaricus. Hac ode scribi-
bit penitente se quod Epicureos sectus in Deos
non fuerit religiosus. *Pars* culminus colens. in-
frequens, rarus. *insipientis.* res sacrilegas suadentis.
Epicurei enim affirmant omnia casu fieri, nec deos
humana curare; aduersus quam sectat vel per-
suasionē Virg. Nec curare Deūm credis mortalia:
quemquam. hoc ergo & ipse culpat. Stoici namq;
& Platonici & esse Deum & humana curare con-
firmant. & ideo insipientis sapientia dicit, id est,
Epicurei; quam etiam Virg. indicat scribens. Sci-
licet is superis labor est, ea cura quietos sollicitat.
consultus. doctus, peritus: hinc iuriis consulti, peri-
ti iuriis esse dicuntur. *erro.* decreta Epicureorum
sectq; *relata dare, iterare, & ad eoldē cursus redire.*
Meta.

Metaphora sumta est à nauigatione, eò quòd cōtempta Epicureorū disputatione reuerti se se asse-rat ad credendū deoscurare mortalia. sic, Ni tencāt curs⁹, certū est dare līntea retrō. *Diespiter*. dei pater Iupit̄. *ignitorus*. qui nō nīli nubilo cælo tonare vel coruscare solet. *per purum*. serenū. *tonanteū*. vt, intonuere poli, & crebris micat ignibus æther. *solarem curr.* ex opinione vulgi plerūq. Poēt̄ suos sensus cōcipiūt, vt hic, ybi tonitrua dicuntur strepit⁹ esse currus & quadrigariū Louis. *bruta tellus*. sine sensu, tarda. terra epitheton. *innisi*. odiosi. *Tenari*. ipsi, quia per Tenebrā Laconiæ promontorium descessus ad inferos esse fertur. Virg. Tēnarias etiam fauces, alta ostia Ditis. *Atlantis*. Atlas mons est in Oceani fine, cuius cacumen nubes penetrare dicitur. *valet ima s.* potest Deus hominum mutare fortunas, & ex minimo summum, & contrā, ex potentissimo efficere minimum. *Deus*. Iupit̄. *obitura premens*. ignobilis & vilia, hoc est, vileis & ignobileis personas efficit insignis, & contrā. *apicem*. summitatem potestatis. vt Virg. Apicem tamen incita summi hasta tulit. *rapax*. mutabilis, vt Terent. ô fortuna vt numquam es perpetuò bona! *cum stridore*. cum populari strepitu & luctuoso eis quos dea læserit: aut acuto, id est, sonoro, vt, acuta sic gemitant Corybantes terra. ordo est: fortuna rapax hinc susluit apicem cum acuto stridore, hic gaudet posuisse. sensus autē est: fortuna res humanas plerumque mutat, & ab alio ad aliū opes & dignitatem trāsfert, mutata vice hunc exaltans, illum deiiciens.

C R V Q Y I V S.

PA R C V S Deorum cultor. Lucretius lib. I. scribit ex Epicuri dogmate, cælum, cælestiaque omnia, quantum spectant: ad religionem, cōtemp-tim habenda. Primus, ait, Graius homo mortalis (Epicurus) tollere contrā est oculos ausus, primū-que obliſtere contrā, quem nec fama Deūm, nec fulmina, nec minitanti mūrmure compressit cæ-lum &c. Hæc ergo infana, vt ait, sapientia persuasus, ei tantū per assensus est, dum tonitru præter naturam, fulminique & æræ tempestatis non vano metu periclitans coactus est *πανισθεν*, deōsq; & celestia reuerti: Quare nunc erroris temerarij pœnitentia ductus, adquæ mentem saniorē reuersus, fatetur humana omnia definita certaque Dei scientia regi, administrari, ordinari. *parcus Deor*. exordium à confessione culpe, & mutati in melius consilij. *parcus*. tardus, non hilarus, sed odiosus cessator, & pusillo animo Deos colens, *μικρογένετος*: quales iij sunt qui pœna formidine factis intersunt, ne tamquam ritus patrij contemtores eliciantur proscriptibanturque. Quod Epicu-

reis aliquando contigisse scribit Athen. lib. 12. vt notauimus Saty. 3. lib. I. *infrequens*. *χρῆστος* ē*θεός*, non assuetus, insolens. *infanientis d. sap.* infaniens sapientia, siue insana, cum eo conuenit quod Græcē fertur *σοφία* *ἀσοφία*, *τὸτε τοῖς, μανία*, id est, sapientia insipiens quæ mera est instania; sic *σοφες* *ἀσοφες*, *σοφεσ* *ἀσοφεσ*: quo loquendi genere in ijs quæ secum pugnant (quod *ἰζηνεστερος* dicitur) multi sunt Græci, quos multis in locis non infeliciter imitari gaudent nostri lyrics. *nunc retrofusa*. mutare consilium & institutum viræ *ἀληθερωτος* à naucleris in tergum vela vertentibus, vt eō renauigent vnde soluerant. *iterare cursus*. eadem redire via, priora insequi nauigationis vestigia, *τὴν ἀντίτινην θάλασσαν ἀναποτελεῖν, αἰσθαντεῖς*. cur suæ reliet. an id velit, quod deferta professione Stoica defecisset ad Epicureos, ad quam redire sit coactus? namq. *Diespiter*. mutata sententia *ἀπολογία* à necessitate, quod ita Ioui visum esset, vt ad saniorē mentē regredieretur; idq. fulmine & tonitru factū cōmemorat, sc̄q. tanto metu percussum, præsentim quod fudo id cælo fieri animaduerteret, vt vel inuitus nō fortuitò aut casu quodā (vt Epicureorū schola definiebat) sed nutu & voluntate Louis eueniere crederet: quem Diouem iccirco nominat, quod eum iuuisset, éque periclio liberaset, quod cum terramotu suo capiti imminere à tonitru & cæli fragore vehementer timuerat. *igni corsufo*. fulmine, quod fit ex anhelitu terræ (2. de diuinat.) quā exhalationem nominat Physici, qui cùm se in umbrem induerit, ciūisque tenuissimam quamq; partem cæperit diuidere, atque disrumpere, idq; creibrius facere & vchementius, tum fulgura & tonitrua existere: si autem nubium confictu ardor expressus se emiserit, id esse fulmen placet Stoicis; hinc *ξεργύριος* nomen inuenit: à tonitru vero *βεγρυνίος*. *nubila diuid.* hoc fulmen est naturale, quod nob̄ nīli casu noxiū putatur à Physicis. *plerumque per p.* hoc autem fulmen quod puro cælo cum fragore emicat, & præter naturam esse, & Ioue concilio, sibi infaustum ominabatur Horatius, si in instituto vitæ Epicurico maneret. vide quæ de fulmine adnotauimus Ode 2. suprà. *purā*. aētra, per *ἴατεν*. *tonanteū*. *Cogitantes*, pro *φειδασσοντες*, quod equorum est, tremicium cum flato nāribus emittere, quod tonitru Poētis est. *bruta tellus*. ab effectis significat ipsius tonitrus magnitudinē; nam cælum, terra, maria, inferi denique ipsi hoc fragore conculi tremuere; quid ergo mirum si metu torus horruit Horatius? *bruta tellus*, brutum, Festo, antiqui grauem dicebāt. brutatellus, moles graui & iners ipsius terra, vt quæ omnia quidem pati, nihil vero agere videatur. dictio sumta ex Etrurorum libris. sic bruta quoque fulmina dicuntur.

AD FORTVNAM.

Ode xxxv. προστυχή.

O D I V A, gratum queregis Ansium,
Præsens velimo tollere de gradu
Mortale corpus, vel superbos
Vertere funeribus triumphas:
Te pauper ambi sollicita prece
Ruris colonus: te dominum equoris,
Quicunque Bubyna laccis
Carpathium pelagus carnis.
Te Dacus asper, te profugi Scythe,
Vrbēque, gentēisque, & Latium ferox,
Regumq; matres Barbarorum, &
Purpurei metuunt tyranni:
In iurijs ne pede prorua
Stantem columnam: neu populu frequens
Ad arma cessanteu, ad arma
Concicer, imperiumq; frangat.
Te semper anteit saeva Necesis, 5
Clavos trahalei, & cuneos manu
Gestans aeno: nec seuerus
Vincis abest, liquidumq; plumbum.
Te Spes, & albor rara Fides colis
Velata panno: nec comitem abnegas,
Vicimque mutata potenteis
Veste domios iniuncta linquis.
At vulgus infidum, & meretrix retro
Periuta cedit, diffugiant cadis
Cum face faciat amici,
Ferri iugum pariter dolosi.
Serues iterum Cesarem in ultimos
Orbu Britannos, & iuuenum recens
Examen Eoū timendum
Paribus, Oceanoq; rubro.
Ebas, cicatricum, & sceleru puder,
Eratimque quid nos dura resugimus
Aetas? quid intactum nefasti
Liquimus? vnde manus iuuentus
Metu Deorum continuus? quibus
Pepercit aris? o visum noua
Incude diffingas retusum in
Massagetau, drab; que ferrum!
K

5

10

15

20

25

30

35

40

Com-

C O M M E N T A T O R .

ODIV A gratiū quer. An. Metru duobus versibus Alcæicā, tertius dūmetēt etiā iambicū hypercatalecticū, qua' tūs Pindaricus. Est autem scripta ad Fortunā, cui Cē aris in Britanōs profectio nō cōmendat; o diua Zugma ab inferiori, o diua serues ituru Cælare. *Antium*, apud Antium Fortunę tēplum era, maximē celebre, multorum eriā principium vi. orum donis exornatū; vnde etiam ciuitas ipsius tutelae addidit la sublimit. *presentis*, parata, potens mutare statu hominum, præiens ad potentiam tuam manifestandam, *vertente*, converte re, mutare, vt, multos mutata revivens lusit, & in solido rursus fortuna locauit. *ambit.* rogat, (uppli cat), veneratur, *follicita*, meticulo lo, ordo est: pauper colonus ruris ambit te, se dominum eq. hoc autem dicitur, quia fortuna vbiq. metuenda est, ita vt etiam à navigantibus inuocetur. *Bithyna*, species pro genere, vt, leuis innata alnus missa Pado, & illam ducit amor trans Gargara trānque souantem Afscianum, pro quo quis fluvio, & monte, *laesit*, nauigat. *Carpathium*, Carpathium māre inter Aegyptum, & Rhodum, dīctum à Carpatho insula. *Dacus* asp. gens iuxta Istrum fluvium degens, aspera bellis. Virg. & cōiurato descendens Dacus ab Istro, *profugis* Scyt. quia fugiendo iacula ntur: Deinde quod, nusquam habent certam sedem, in mundi extrema parte constituti. *ferox*, inuidum. Virg. gens dura atque aspera cultu de bellanda tibi Latio. *regimq. mat.* est enim matrum timere liberis. *purpurei*, purpuratis, purpurei propriè est quod ex purpura constat. *inuiso*, inui riam inferente, iracundo. vt ibi, cum Turni in uiria matrem admonuit, potest & fortuna contra iustitiam grassari: quod Terentius bene protulit, tu nunc id laudi tibi ducas quod tunc fecisti inopia, iniuriam est. *prorussa*, prosternas, deicticas, stan tem col. præsentem felicitatem, incolumentem regni, *frequens* ad ar. bellicosus, *cessantei*, coaci, intermeis commoueat. *frangat*, concutiat & perdat. Virg. fracte vires. & alibi, traxi bello fatigū, repulsi ductores Danaūm. *anteit*, precepedit, quasi necessitas ministra sit & ancilla fortunæ, quia aut fortunæ imperio obediat, aut quod eam seruire compellat. *clausos*, gepsus tormenti. *trabales*, forteis & magnos ad rescidendam prosperitatem, hæc autem instrumenta omnia Fortunæ, accommodat, quia vehementer cogit, torquet & implicat res humanas. *aena*, forti, dura; vt, ærea puppis, serues vnci, quo puniebantur damnati. Iuuenal. Serenus ductus vnci. Cie. vncus impactus fugitivo, qui C. Marij nomen inuaserat. *liquidumq. plumb.* Nam & resoluuo plumbō rei puniri consueue-

rant, resps. quæ sperat, meliora durat. *Virgo*, spem vultu simulat, premitaltum corde dolorem. hæc autem fortunam colere dicitur, quoniam quæ in aduersitate sunt, spem habent futura prosperitatis; vt qui in prosperitate me tuū aduersitatem futuram, *rara fides*, quæ à paucis colitur. *albo panno*, quia albo panno caput velabant, qui fidei sacrificabant, quia ea debet esse arcana, testa, & pura sic Virg. Cana fides & Vesta, Remo, casm fratre Quirinus iura dabant: nam & à semibus maturis honestisq. colitur; deinde quia canos nimia cura & pauperiores efficit amanteis sui: contraria autem quæstus est perfidia & minimè cana, hinc Iuuenal. criminibus debent hortos, prætoria, *cultus* amplectuntur. nec comitem abn. nam Fortuna relin quenq. diuities, etiam fidem secum auferit. vt Iuuenal. Quantum quisque sua nummorum seruat in arca, tantum habet & fidei: Nam potentibus & diuitibus, qui aut dignitatibus aut opibus ex cederunt, nec fides habetur, nec seruatur. ordo autem est: nec abnegat comitem vicumque ini mical inquis potenteis domos mutata veste. *muta vesta*, aut iniuria aut pauperie. *vulgus infidum*, hoc scite dictum est, uam fortunæ euca: um subire cum amico nolunt vulgares & homines ne quam. hinc Iuuenal. Sed quid turba tremens? sequitur fortunam vti semper, & odit damnatos. *periura*, quæ de fidem seruaturam promiserat, quam abnegat. *cadu*, lagenis, diffugunt, per allegoriam docet vulgus amicorum necessitati nolle coniungi. vt, omnes me noti atque amici deserunt, *casu*, fecerunt epotaris. *inuagis*, adiutatis, *dolosi*, fraudulenti. ordo est: amici dolosi diffugiunt ferre iugum pariter cadi, siccatis fecerunt. *serues iterum*, per hyperbaton ad initium reuocandum est, hoc modo, o diua gratum quæ regis Antium, serues iturum Cælarem, &c. *suuenum recens*, omnibus enim milibris veteranis per ciuilia bella cæsis, ab Augusto delectu habitu nouis fuerat collectus exercitus: quem pulchrè examen vocavit ab apibus sumta similitudine. *Eo si mendip.* Eois, orientalibus, nam Parthi in oriente erant Oceanique rub, occidentalibus scilicet Britannis. Virg. & duo rapta manu diuerso ex hoste trophaea, bī q. triumphatas diuerso à sit ore gentes. Heij cīca, sic enīa bellorum ciuiliū pendente ci carices sunt, vt in bellis extensis gloriøsæ. *sceleris*, quod ciuili bello in nos admisimus. *pudet*, tædet nos. *fratrum*, interfectorum. vt, ille locus fratres habuit. *nos dura etas*, stolidi & elegans syllēpis. *dura*, ferrea, aspera, inficierat data; aut dura, sine misericordia, intactum, intentatum. *nefas*, nefas, *nefarij*, sup. nos liquimus, reliquimus. vnde à quo scelere, manum inueniū, quia nec à parentū cedē, nec à filiū.

à numinum violatione temperatum est. Luca. numina miscebat castrensis flamma monetæ. quibus peper. hoc est, quæ non spoliauit tempia deorum aut sanguine polluit. Luca. stat crux in templis. ~~etiam~~ nouæ mœræ. vtinam pararentur & restituenterunt noua tela iustis hostibus expectanda experiūdāquæ; nec ciuilis sanguinis pollutæ piacula, quæ iustum victoriam mereantur, & omnime careant in felicitatis, ut est, ipsorum clypeos & non felicialela. diffingas. reformes ò Fortuna rerum, bellis ciuilibus fractū recudendum. in Mssages. Mafagætæ iuxta Gothos incolut, vnde & Gorhi Mafagætæ aliquando dicuntur: vocantur etiam aliis nominibus Ostrogothi, id est, orientales, & Vehgothi, id est, occidentales Gothi.

C R Y Q U I V S.

O diagramm que regn Antium. Cæsar fortassis Antrij in Britanios expeditionem medi tabatur: id namq. oppidū ad utrum, & à rebus urbanis vacationem concédebat viris principibus, inquit Strabo lib. 5. itaq. Fortuna supplicat Horatius Antium, ut rebus Romanis iam post ciuilia bella constitutis, imperio securitatem præster, & ciuium nunc inter se contentionibus sedaris, obsecrat eam, ut Cæsar iuuet, etumq. in Britanniam cum noua iuueniam manu iturum conseruare dignetur. ò Dina. ab oppido, ubi tutelaris colebatur, Fortunam intelligimus, quam in fine præcedentis odes id. exequi facit quod de rebus humanis statuit Iupiter. Nam decretum, seu Iouis voluntatem ex euenu cognoscimus, qui certus est: at eius causam nobis plerumq. incertam & incognitam Fortunam nominamus, quæ nihil est aliud quam Iouis subministra quædam, in eius fato per euentum, seu voluntate, quam necessest vocat, declaranda. de cognominibus autem Fortunæ & variis eius tēplis legitio Alexan. Alexandrinum lib. 1. cap. 13. ò Dina. iuxta graum. quod in sacris ei gratias agat, suiq. tutelam cōmendet. regu. præfides & tutaris. prefens. m̄q̄s, r̄o d̄wari. est autem hellenismus, præfens seu potens tollere, &c. Est hoc idem argumentum diuinæ omnipotentiae cū eo quod odes superiori diximus ex Hesiodo summum. tollere. ἀπάγειν. pro extollere de imo gradu, id est, de ima plebe mortale corpus, id est, hominem abieciſſimum, qui id solum habet hominis, quod inter homines numeretur: cuius fortis vieti sunt & in bello capti: Quod de P. Ventidio pubere, à patre C. Pompej magni in triumpho suo populi oculis subiecto scribit V. Max. superbos. ab effectu, nam vicitoriatollit animos. venter fun. & principia lata sepe tristem habent exitum: nam Pindaro teste in Pythiis, ἀλλος δ' ἔντει μαργαρίτη.

¶ p̄t̄ iex̄, id est, felicitas autem mortaliū non venit diu inanitura. ~~repauperabit~~. Fortunæ præconium ab omniū hominum studio in eius ope imploranda, quod quidem splendidius efficit & ornatius. ~~αιαφορη~~ prouocabuli, te. hue facit illud Plin. lib. 2. cap. 7. Totoquippe mundo, & locis omnibus, omnibusq. oris omniū vocibus Fortune sola inuocatur, vna nominatur, vna accusatur, vna agitur rea, vna cogitatur, sola laudatur, sola arguitur & cū conuicis colitur, volubilis, à pleriq. vero & cæca etiam existimata, vaga, incōlans, incerta, varia, indignorū faurix, hinc omnia exp̄sa, huic omnia feruntur accepta, & in tota ratione mortaliū sola vtramq. paginā facit. haec Plin. *fortuna*. est enim de futura frugis perceptione inter spem & metū dubius. *Scythæ*. de Scytharū antiquitate, origine, & nomine legitio Beccanū nostrum præcipue in Am. zonicis: Scythes enim ab arte sagittandi à prima ætate hominum ait nominatos: nam scythen, & vera prolatione yper u Cimbricum, scutter vocabulum est plaaē Cimbricum. purp. met. tyr. Phrygij, Atlyrij, Medi, Persæ, &c. qui non tam à purpura dicti sunt purpurei, quidam à molitie, quasi molles & delicati ut purpura; cererò qui purpuratos dixillet. *mario*. magnis & inuidio subruas & pessimedes. *stantem col.* Columnæ dicitur quod culmina sustineant, inquit Festus: itaque per Columnam stantem puto designari Cælarem, à cuius salute & incolumente vult dependere, sustinenteque culmen imperij Romani. *neq; pop. f. d̄p̄s* bellorum ciuilium, quæ recentiæ fororum proscriptorumque memoria cūctis erant horri. *frequens ad ar.* in armis exercitatus, putè milites veterani & equites. *cessanteis ad arma.* quietos honestiores, forsique fociq. amanteis, turbarum pugnacumq. perritos, iterum prætextu libertatis recuperandæ prouocent ad seditionem & imperium, quod iam diu multumq. nutauit, nūc prorsus exhaustis viribus consumtisque frangatur & collabatur. Huius autem interpretationis, quæ dissentit ab aliis, mihi causa fuere. Commentarij Blandinij, in quibus offendit, frequens ad arma, id est, bellicolus: nec dispergit expositio; quanquam non improbum vulgarem, quæ vult hæc ep̄zeuxin, ad arma, ad arma, pertinere ad acuendos animos. dīpiciat lector doctus. *Seneca Necessitas*. has ne Fortunæ statuas, Necessest, Spem & Fidem Antij in templo sitas, an ei in tabella suis adictas coniiciam, paruo discrimine distat: Atqui scribit Strabo lib. 8. Post euerlam Corinthum imperatore L. Mummiō, qui animi magnitudine præstantior, quam tabellarum aut πλαστικῶν amantis fuit, plautissima hinc & aspectu suavissima, tempistiisque

K 2 apposita

apposita dona profecta fuisse: adeò ut & vicinæ Romæ ciuitates nonnulla acceperint: Mummius enim rogantibus amicis ea facile largiebatur. Lúcullus itaq. ædem Fortunæ & porticum quādam cū exterrixisset, statuas, quas habebat Mummius, petivit ad ornatum templi, & ostentationem, quas accepit; deæq. dona posuit. Sed Rómæ ne in suis ædibus, an Antij hoc Fortunæ templum cum sua portico struxerit, nec Strabo, nec alius, quod sciam, posteritati tradidit. Quare ob presentis argumenti commoditatem, singamus Antij à Lucullo his statuornacæ fortunam. *serua Necesitas*, sic vulgati codices, quibus consentiunt scripti duo Mart. & Maldeg. cāmq. lectionem comprobant Lamb. Ceterū 4. Bland. Diuæ & Sil. habent serua Necesitas, sed eam reiectat Lamb. at Bland. codicum vetustas non nihil me nutrita facit, quorum adnorationes (in aliis certè inconstantes) hic vno consensu de seruitute loquuntur, quam necessitatibus debere nos volūt. Sed nec aliud arbitror Sophoclem in suo Aiace velle per *άνεγνασιν τοξίων*, quam suentum, Fortuna ducere, necessitatibus, quibus humana vita subiecta est. Inuenies quoque apud antiquos Fortunam necessitatibus gratia *τοξίων δαδεκτών* nuncupatam, nimirum propter vim qua mortales à necessitate grauiter afficiuntur. Certè nec clavi trabales, cunei, vinci, liquidum plumbum, nobis aliud comminatur quam, vel iniurias, necessitatis incurvabile iugum. Non me fugit & Lambinum & Turnebum in alia esse sententia, clavosq. trabaleis, cunei, &c. potius gestare necessitatem, ut se constantem firmet, quam tamen est constantissima, quam vim faciat, quod & Pierius in Hieroglyphicis assertit; verum enim uero quando tota ferè hæc ode in gratiâ Cæsaris nihil quam deprecatur *τὸ δυρυχίας*, malim hic minacem mortalibus esse necessitatem, quam præ se affectum ferre benigniorrem: Clavosq. trabaleis & cunei aenamq. manum (si commentarii licet) maioris cuiusdâ Fortune vis potentiæq. esse indicia, nimirum quia viri principes regiq. concurriunt, deq. suo statu mouentur: vncum autem severum & liquidum plumbum, puniendis inferioribus sceleratisq. subseruire: verum iudicium esto penes lectorum peritum. *claves trabales*, clavi ingentes arq. adeò trabes ipsæ sunt inquadram seu teretem cuspidem exentes, qui cunei sunt ligaci quam clavi, & findendis rectius per medium corporibus, quam configendis idonei: sunt enim, meo iudicio, pali acuti ab imo corporis ad summum usq. capitii adacti. *φίλης* Aeschylus in Prometheus. *γέμφει* in Equitib. Aristoph. Et hoc aper- tè ostendit Arnobius lib. 2. contra genteis, Metus

ille vos habet, inquiens, ne velutir trabalibus affi- xi, corporibus hæcreatis. Alexan ab Alex. lib. 3. cap. 5. Noxij tunica fomentis igneis illita ad palū deligati adurebantur, vel grandi stipite ab imo ad summum adigebantur. Quia etiamnum hodie, pri dolo, Turcas in Christianis captiuis m'scere suffigendis hoc tormentum genus exercere, notius est omnibus quam lucretius. Quarè per *τὸ ιχθύας* crediderim claus hic & cuneos, ut Græcis γόμφους καθερόν, idem esse tormentum genus: Clau- os quidem nominatos, quod adhuc statu clavorum cuspidem haberent; cuneos vero, quod ut lignum cunei, ita corpora per medium finderent eiusmodi clavi. Itaq. non videntur mihi claves trabales ex ferro confecti, ut existimat alii qui, sed ex li- gno, cum nihil sint quam prægrandes pali ad formam clavorum, noxiis & impiis putredinis para- ti. Sic apud Maronem Aeneid. 2. telum trabalo- logēs, quasi trabs ipsa: Et apud Statium Thebaid. 4. Dextrāq. trabalem hastam intorsit agens. Nec non Ammianus lib. 16. trabalibus telis capita di- scissa, pro palis seu stipiibus acutis suffixi corporis per caput eminentibus. *aenia*. sic Bland. non etiam ahena, ut vulgat. *seruus* *τοξίων*, vel hoc epitheton argumento est vncum non hic esse hamum fer- reum, axis adfusio plumboli quefacto deuincien- dis, sed humano gutturi impingendo fabrefactū, quo sontes vel in igne, vel ad Gemonias scalas tra- hi, inq. Tiberim deuoluī dampnabantur, ut hono- re sepulturæ carerent: quod supplicij genus erat acerbissimum, hinc illud est Iuvenal. Qui fixo gut- ture fumant. & Propert. Ut bene cum fixum mé- to discusseris vncum, nil erit hoc, rostro te premet anfa suo. *liquidamq. pl.* Bland. cod. antiquiss. ha- bet expuncto q. liuidum. Quod monere volui lectorum, ut secum deliberet, an contra *περιστράδιον* *ποδομῆν* velit Antibacchium conuenire Alcma- nio dactylico tetrametro acatalesto. *τεσπες*, & *al- bōvara*. *Fides* &c. Synchysis, ut Saty. 8. lib. 1. Lanca & effigies erat altera cerea. ut sit ordo, te spes albo velata panno, & rara fides colit: alludit enim ad candidatos, qui sperant se *τορυχεῖς* futuros. Hæc figura, ut arbitror, imposuit Seruio, ad eum versum, *Cana fides & Vesta*, &c. qui τὸ velata tribuit voci fides: quam etsi non infiter à Numa institutum à sacerdotibus coli debere, eiq. sacra fieri albo panno velatis; tamen huic loco non videtur id opus esse, quando altera tententia simplicior & apertior sit. *rara fides*. eiusmodi epitheta, rara fi- des, pura, nuda, perpetua, simplex, sincera, veræ fidei naturam elucidant. nec comitem abriegas: id est, comitatum respuit pei & fidei. Sic poëta Aeneid. 12. de Marte, Circuq. atq. formidinis ora iraq. in- sidicq. dei coquatus agitur. *τεραq.* id est, quavis, com-

compositum pro simplici. *interea lingua*. hoc est non manes amica & secunda. Sensus autem est, Nec spes, nec fides deserunt te, licet ex magnifica facta sis vilis, ex potente impotens, ex secunda aduersa, ex amica mimita: Nam vir bonus & fortis, animo praesenti feri omnem euuentum, nec cum habitu vili vile fecit ipse fitque alius, sed omni ex parte fibisq. & aliis, quantum in se est, fidus est & aequus, pro nihil habens deserit ab infido vulgo, merecere periura, assentatoribus & amicis dolofis. *as vulgo infidam*. ex opposito *in Drunenq. nō s* p̄t enumerationē demonstrat, non quæ passim datur potentibus diuitibūsq. esse fidem, sed perfidiam cum suis comitibus periurio, dolo, fraude, proditione, &c. vt quæ *irrōgat* è propinquo quidem consequentur, sed auerterunt fugiantq. *Duxi*, quod non est vera fidei, quæ neutrām defert. *infidam* cui non est fidendum, propter imperficiam quæ parit inconstantiam fidei contrariaam. Infidus autem media longa à fido verbo, & perfidus media breui à fides, in codem sunt virtus perfidiae. *meretrice peritura*. de periurio meretricio diximus ex Plato. suprà ode 33. cui hoc addicione ex Menand. *εὐγένης γενεῖσιν οὐκ εἴσεσθαι*. hoc est, in milieribus non est inuenire fidem, retrò *peritura* co. tmesis, pro retrocedit. *ferre ingens* prouerber. Idem iugum trahere, pro eo quod est, idem negotium tractare & sustinere ex aquo. sumum à bobus in arando subiungatis. *ferre partus dolos*. hellenismus. dolosi ferre pariter, id est, dolo circumvenientes amicos in ferendo iugo, id est, onere pariter, hoc est, æquali lucro & damno: amici dolares, qui ratiōne per adiūta, assentanturq. dum ad fecem vñq. dolium sit exhaustum, id est, dum re perdita nomen etiam venit in periculum; fidēmq. anteà dolosè datam nunc mutant in perfidiam. *seruēs stārum*. post prolixam *stāgīas*, retin ad institutum, precaturq. fortunam, vt adesse dignetur, ab omnīq. infortunio seruare Cæsarem in Britannos iter insituentem. *in vñ. or. Br.* imo ab ultimo orbe separatos: Virgilio namq. orbis ultimi & extermi hominum fuere Morini: quod & Tityto ait, & penitus toto diuisos orbe Britannos. itaq. Britannos ultimos orbis, id est, tenet continentis esse dicēmus cuius ad septentrionem, vel Caurō portius, Gallici littoris ora finis est. de Britannis amplitudine, splendore, divitias, aliisq. & loci & natura beneficiis, post Polydorū Virgilium vel pauca dicere est soli tenebras offundere. *Heijcicatkum* *in tāpānq. p̄tā* dñe. dixit enim in Britannos iturum Cæsarēcum recenti manu iuuenū, nūce ius causa eritam exercitaturq. tantā bellorū ciuilium impicit, quæ solius ambitionis, nullius ceterē vel re-

gni cōquirendi vel imperij limites extēndendi gratia tā forteis viros & veteranos milites conciderit, quibus nunc Cæsari in Britannos opus esset. Heij, habent omnia scripta præter Diuæ. *scelus* scelus vocat bellum ciuile, quod omne scelus, omnem impietatem, turpitudinem, religionis contemptum, iustitiae, fori, æquitatis, legum neglectum, deniq. omne malum secum trahit & turatur, nulla patris, fratribus, vxoriis, liberorum, amicorum, nulla ciuium omnīs habita ratione. *metu deorum*, honore & reverentia, quæ metum quandam in se complectitur, vnde primus in orbe deos fecit timor. *vnde manū iuuentus*. sic habent omnes cod. præter Diuæ. & ea lectio mihi magis placet quam vulgaris. *o vitam, iugis*. qua fortunam precatur vt mutato vultu aduerio, quo multos annos Romanos aspicerat, mutuāq. in vulnera exerceretur, eos nunc sereno placidōque iuuet in Britannos à fide & feedere descendentis. *diffigas resum*. hanc lectionē habet vñus cod. Bland. duo vero cū Diu. & Sil. diffigas retusū. Maldeg. & Mart. defigas retusum. Canterus ex veteri lib. legit defigas. quē Lamb. ex cod. Ful. Vrsini subsequitur, omnino reliquias diffigas, p̄iōq. retusum dicit se reposuisse reculum, emendatissimq. hūc locū. Turnebus in suis Aduersariis, diffigas interpretatur; aliter singas. Evidē quod sentio paucis vt dicam, d̄ singas seruandum duxi, cūm propter cod. plurimi consenserunt & antiquitatē, tum quod in scriptis adnotationibus offendim, ferrū consulum & cōmassatum, quod quidē diffigendū est, id est, variè & in diuerla arma singendum formandūmq. ex massis siue ferri laminis, non etiam deformādum, vt vult Lambinus, & corrum pendum: Nam di, siue dis, præpositio addita partibus alijs nō semper dissolutionē perniciēve, vt 29. vñde lib. 3. notar, verū etiā per vatde, variè, iterum, multūmq. exponitur, vt in his verbis & similibus, disputet, distāder, dispono, diligo, diffringo, distringo; &c. & eādem ob causam reculum (quod Lamb. sibi ad cōribit) præulerim ei quod est retusum; nā cōmassatum, siue in massam redactū, eudimus recud. mūsq. & ad incūdē diffigimus, id est, variè formamus. *nova incude*. Incus est hieroglyphicū constantis & fortis animi: quare precatur fortunā vt ferrum reculum diffigat noua incude, id est, vt nunc secunda sit & cōstantis in conatus Cæsaris prosperē dirigendis. *Massagetas*: ultra mare Caspiū scribit Straboli. i. 1. Sacas & Massagetas incolere. Sed Beccanus noster in Gotodanicis: Prima vero, inquit, Massagetarū regio in Margiana fuit pauliō supra Daas. Quod autē Grecis quidē Massagetae, Latinis vero Massageti idem sit populus à Cimbrica voce *Massagenses* nominatus, legitio Beccanum in Gotodanicis.

Arabiq. f. Strabo lib. 7. eo autem tempore, inquit, Bycio solitas Getarum tenebat imperium, aduersus quin Diuus Cesariam inst. uixit exercitum. videatur autem lyricus d. Arabibus non illis quidem felicibus iugere, sed Getarum desertio, quia Ammianus Marcell. Arabiam vocat, quo loco Hunnorum. A norumq. dectribit in Gothis imperii: Strabo lib. 1. 6. vtria Arabes Scenitae deserta sunt, ab iis tenentur qui felicem Arabiam incolunt, cuius septentrionale latus faciunt antedicta deserta. Orientale, Persicus sinus, Occidentale, Arabicus, Australe, Mare magnum, quod extra utrumque sinum est, idq. totum mare rubrum vocatur.

DEREDITV PLOTII NUMIDAE.

Ode xxxvi. ēuχεριστὴν.

- Et thure, & fidibus innas
Plicare, & vituli sanguine debito
Cu stodes Numida Deos:
Qui nunc Hesperis si spes ab ultima
5 Curis multa sodalibus,
Nulli plura tamen diuidit oscula,
Quam dulci Lamia, memor
Actæ non alio rege pueritæ,
Mutataq; simul toga.
10 Cressa ne careat pulcræ dies nota:
Neu promte nodus amphora,
Neu morem in Salium sit requies pedum:
Neu mulri Damalu meri
Bissum Thracia vincat amyslide:
.15 Neu desine epulu rose,
Neu viuax apium, neu breue lilium.
Omnes in Damalim putreis
Deponent oculos: nec Damali nouo
Diuellerur adultero,
20 Lascivis ederis ambitiosior.*

COMMENTATOR.

E. t. thure, & fidibus innas. Metrum primo versu Glyconicum, secundo Alcibiadeum. In redditum Plotij Numidae, pro cuius salutre ex Hispania reversi vota per soluit, lætitiamq. conuiuiorū per sacrificia se exhibere commemorat. fidibus. carmine lyrico. fidicines etiam factis adhiberi consueverunt. vt Virg. inflavit cū pinguis ebur Tyrrhenus ad aras. ēuχε. placet, delectat. placare. placare hic non posuit pro irata aut mitigare aut reconciliare numina, sed aut pro gratias referre, aut vota perfoluere. propitij enim dij. reduxerant Numi-

dati sospitem. vituli san. deb. id est, votis pacis: debetur enim hostia du votis susceptis promittitur. Numide. Plotij Numida genitius est. Qui uer. H. Hesperia autem ab Hespero dicit, quam ab occidentalī plaga ordo est: qui nūc sospes reuelus ab ultima Hesperia diuidit multa oscula caris sodalibus, nulli tamen diuidit plura quam dulci Lamiae, memor pueritæ actæ non alio rege & simul mutantate togæ. diuidit largitur, distribuit, hęc est amicorum consuetudo du longinquō reuertuntur. non alio. sed eodē. regem autem dicit diuitem patrōnum, æstatis rectorem & gubernatorem. isses, optimā silvarum interea pelagiq. vorabit rex horum. actæ. peractæ. pueritæ. pro pueritæ, per syncopeū: actæ autē ait, quia deposita pueritæ adolescentes accipiebant togam virilem. & hac commemoratione quod simul togas mutauerint, vult significare æstatis æqualitatem augere amicitiam. Virg. mea quem spatiis propriis ætas insequitur, &c. toge. pro pueritæ. Cressa nota. C. ctenis. hoc est, lapillo candido. Gretenibus enim moris erat dies latetis albis lapillis, contraria autem nigris notare, & ex lætorū dierum numero vice tēpus metiri, malos enim nullo numero duebant. promte. prolatæ. modus. mensura: per cōtinens intelligitur id quod continetur, id est, vinum prolatum expeditatur cōtinuata lætitia. non mor. in S. Salij. sacerdotes Martis dicebantur & Herculis, qui sacra saliendo celebrabant. vt, sum Salij ad cantus. Nam Salij à saliendo propriæ dicti sunt. multi Damalum. multibib. meri vorago: Damali à Numida amatibus, unde his sensus est, cum Numida certamen bibendi sit Damali, nō cum Basso nouo amico. Thracia à loco. amylide. amystis poculi gen. apud Thracas instar phiolæ, quod clausis oculis epotabatur uno ductu. amethystus autē gemmæ nomen est, que vino addita fugat ebrietatem. viuax. diu vires, etiam hieme. breue l. brevi tempore durans. putreis. nimio. potu marcescenteis, & libidine resolutos, quos Virg. facileis appellat. laxæ. crescentibus, id est, suis amplexisibus ambitionis adhæret amatoribus, quā edera circa se possit arboribus. diuelleret. separabitur, disiungetur.

C R V Q V I V S.

E T thure, & fidibus innas. Iubet Horatius ante reus nūc voti compos ob reducē Plotium Numidæ ex Hispaniis amicos secū diem festū celebrare, dius promissa soluere, dein hilariter viuere, nihilq. omittere quod ad lætitiam facit animiq. gratitudinem declarandā, non oscula, non salutis, vina, comissiones, non odoratos flores ad suauitatem: sed inter ceteros Aelio Lamiae cōgratulatur, ob antiquā cum Numida vitæ consuetudinem: & Damali, quā vult ceteris valere iussis, via adesse Numidæ. Pro Pomponio Numida, in Epigraphic

Epigraphe reposui Plotiū Numidam, ex uno cod.
Bland. quod in his verbis, custodes Numidæ deos,
&c. scriptū inueni, ut videt licet in cōment. *ritus
fan.* d. voti reus pro felici Numidæ profectio[n]e
reditūq. *custodes*, ἀληγορέας Castorē & Pollucem
dioscurorum, nauigationis p[ro]æsidens. *nō abo*, sed sub
cod[ic]e. hoc modo inueni in cod. Bland. expressum:
Nō est ergo cur Lamiā hic Numidæ patronū in-
telligamus, ut volunt alij, quādō vterq. cuncte se-
cuti sunt, *p[ro]eritie*. sic habent expressè omnia scri-
p[ta]: quare crediderim syn[ecdoche]cūm ponūs quām syn-
copea esse, sicut in voce pituita obliterari solet in
earmine Horat. nisi cūm pituita molesta est, sed
quantitas i[nt] ante t[em] mihi su[per] p[re]cta est. *Cressa nota*
Cretensi lapillo, qui natura cādīdus, à regione per
i[st]o, *χλω* creta dicta est. cōtroversum autē solet hic
est Cretāne an Thressalēgendū sit, quod Thra-
cibus sollemne fuerit, non etiā Cressis siue Cre-
tonibus dies faustos albo lapillo notare, ut scribit
Plin. lib. 7. cap. 40. Evidēt nihil mutu propriet
cōsensum omnii[us] codicū manus. nec magnopere
puto referre, quod Asiatica creta in oblongandis
tam publicis quā priuatis litteris vñ sunt veteres,
potissimum Cymoia, nec nō à Thracibus antiquissimi
populis notatio illa dierū fortassis ad Cre-
tēs[em] polita defluit. *morem* in Sal. de Saliis Pala-
tinis à Numa, & Collinis ab Hostilio inservitis,
vide Hilicar. lib. 2. vbi inter cetera, torū id Salio-
rū genus, inquit, saltatores quidā sunt & laudato-
res deorū bellū præsidū, *requies pedum*, hoc salrandi
genus *τετράσπιδον* nominatū est, quod mira pedū
celeritate peragatur: aliud autē erat *χειρος* & *τε-
τραγραμμος*. Hec culi sacrum. vide Iul. Polluc. lib. 4.
cap. 14. *Timentia amygdalæ*. *δερπια τετραγραμμος* erat enim
amygdalis potandi genus, in quo maioribus poscitur
poculis uno hauſtu sine interspiratione exsiccans-
dis, non etiam minoribus cōcūrtatur illiq. roran-
tibus hinc est *ἀποτίκειον*, *ἀπογύνειον* *ἀπονεισθίειον*,
Plutarch. 2. *Si* in p[ro]p[ri]o. auctore, id est, cōfertim & si-
ne respiratione bibere, d[omi]nchen fonder snupv[er]m
huic forbillare oppositū est. *vixit opium*. de apio
legito adnotata in 2. 1. odē lib. 4. nec nō de edera.
p[ar]vus, molles, laxos, in Venerē resolu paratos: eo
certe modo quo Virg. art. vere nouo gelidus canis
cum mōtib[us] humor liquitur, & Zephyro putris
se glicba resolut. *deponens*. de fident, coniūcient. *nee*.
per ellip[si]n tamē. *adultero*. amatore Numida. la-
scivus. ed. vide Adagiu[m], edera lascivior.

AD SODALEIS DE ACTIACAE VICTORIAE

Ode xxxvii. *τετραγραμμον*.

Nunc est bibendum, nunc pede libero
Pulsanda sellus: nunc Salutaribus

Ornare puluinav Deorum
Tempus erat dapibus, sodales.
Antebac nefas depromere Cacubum
Cellis auiis, dum Capitolio
Regna demente ruinas,
Funus & imperio parabat,
Contaminato cum grege turpium
Morbo virorum: quidlibet impotens
Sperare, fortunaq[ue] dulci-
Ebris, sed minuit furorem
Vix una fōspes nauis ab ignibus:
Mentemq[ue] lymphatam Mareoticō
Redegit in veros timores
Casur, ab Italia volantem.
Remis adurgens: accipiter velut.
Molleis columbas, aut leporem ciens
Venator in campis niualis
Aemonia: daret vi catenis
Fatale monstrum, qua & energissus
Perire querens, nec muliebris crux
Expavit ensem, nec latenteis
Clisse circa reparauit oras.
Ausu & iacentem visere regiam
Vultu sereno fortis, & asperas
Tractare serpenteis, ut atrum
Corpore combiberet venenum,
Deliberas a morte ferocior:
Seu Liburni scutet inuidens,
Priuata deduci superbo
Non bamilis mulier triumpho.

COMENTATOR.

NUNC est bibendum. Metru duobus versibus Al-
caicum, tertius diometer iamb hyper. quartus Pin-
dar. Post ciuile bellū imperiū Romanū in treis vi-
ros diuisiū est, ita ut Antonius Orientē, Augustus
Gallias, Vrbē Lepidū obvierteret. Antonius Augustū
sororē habuit vxorē, qua repudiata Cleopatra Pro-
lemaī sororē habuit meretricis eius blanditiis in
amorē illūtus: Quod indignatus Augustus, & ut
solus imperaret, ei bellū indixit: apud Aeg[ae]tū autē
Epeirī promotoriū praefecto clausis. A[ug]r[ic]ppa u-
perauit Antonium p[ro]elio nauali; quod victo &
Alexandriam cepit. hac ergo ode latitiam suam
significat ob victoriā Augusti. nunc post ade-
piam victoriā. pede libero. autā per culis, autā
fuga securō, aut laetūienti. pulsanda tell. pedum
plaustru ferienda. Salutaribus. sacerdotalibus. Salia-
re. *et*, quas Salii face. dotes faciebat, dicuntur
amplissimi.

amplissimi sumptus fuisse: vnde & in prooerbio erat. *Saliares* coenas dicere opiparas & copiosas. ordo est: Nunc tempus est ornare puluinaria deorum. *Salaribus* dapibus. Puluinaria erant lecti deorum cum puluinariis, in quibus dij accumbebat, aut tabularia, in quibus itabat ad aras, ut eminentiores videbatur. aliter, ornare puluinaria, id est, mensas vel templis, que puluinaria dicuntur propter lectisternia que ibi fiebant, præterquam in templo Herculis, qui numquam quieti assuetus erat. erat. pro est. *dapibus*, post consecrationem enim & conlationem hostis epulabatur. vt, luco, vocat hostia pinguis in altos. *ante* *hac*. ante victoriam, hactenus. *nefas*. sup. erat. *Cæcubum*. vinum. celi austus. vinarius; id est, vinum aitum seu vetus. *regina*. Cleopatra. vi, terro illa suo, si fas, Capitoliu sistro. ordo est: dum regina impotens sperate quidlibet & ebria dulci fortuna parabat funus & dementes ruinas Capitolio & imperio cum grege turpium virtutum contaminato morbo. *dementes* *rui*. hypallage, pro ipsa demens. *funus*. exitium. *imperio*. Romano. *turpium*. eunuchorum euiratorum, qui erant in latellitio Cleopatrae. *sperare*. tentare, aggredi. *ebria*. plena, elusa fortuas successu: ob hoc demens, inconsulta, improvida, sicut ebrii solent. dulci. prospera. *vix* *una* *na*. qua fugit Cleopatra. *lymphatam*. ebriam, infanam. *Mareoticu*. vino. *Mareotis* in Aegypto palus est, iuxta quam vinum optimu nascitur, vnde nomen accepit. vt, sunt & *Mareotides* albæ. & *Mareotica* fumat comitos, *in* *veros*. iustos. id est, veru timorem ei incusit. est enim & fictus timor. *volans*. Cleopatra: volante dixit, vt fugae celeritate ostenderet. vt, pelagoq. volamus aperto. &, pedibus timor addidit alas. ordo est: Cesar adurgens, id est, insequens sup. volante ab Italia velut accipiter virgo molleis colubas, aut citrus venator leporum in campis triualis Hæmonia, vt fatale monstrum daret catenis. *mollen*. imbellicis, aut propter renitendi vireis, aut captu facileis. vt Virg. quam facile accipiter saxo sacer ales ab alto consequitur pennis sublimem in nube volantem. *Hæmonia*. Thracia, ab Hæmonia, minu rigidæ & nivosa. *fatu*. fati sibi seruatum. monstrum. animosius quam sexus exigebat. *generosum*. nobilior. mulieriter. more mulieru. *ne* *latenti* *oras*. oras, id est, fineis regni: id est, non colligit denuo exercitum ex intimis regni partibus sibi fauentibus. Perditis enim: Cleopatra rebus, dum omnis in eius auxiliu Aegyptus confiparet, ne aur reparato bello ad inferiora descendes, aur geti sua existeret grauis, aut occasione mortis gloriae effugeret, conquisit amor et studium suæ gentis. quod Virg. dans regioni in fluminis appellatione retulit Nilu auxilia offerat, inquietus, Pâ-

dentemq. sinus & tutu veste vocante ceruleum in gremiu lacrymosaq. flumina vicos. classe cua. nauigio celeri. iacentem. regnū suum desperatum & deieclum. *valens* *ser*. interrito, & veluti læto. vt, spē volu simulat, premit altu corde dolor, id est, simulat vultu lætitia. *fortis*. validu. *erat* *ser*. sibi adhibere, cōtingere. Cleopatra meru capta ne duceretur in triumphu, corpori suo serpentis apposuit, quoru veneno interiret. vt, ne cum etiam geminos à tergo respicit angueis. *atrum*. quia aetos facit, combibores attraheret. deliberata statuta, quia diu p̄meditata fuerat qua morte se interficeret. decreta, vt, decreuinq. mori. *seu*. fortibus: vt, saeuus Hector, saeuumq. tridente. *invictus*. scilicher Augusto, ne sua captiuitas illi speciosiorem saceret triumphu: Nam Liuius refert Cleopatra, cum ab Augusto capta, indulgentius de industria tractaretur, dicere solitam. Nō triumphabor. ordo est: non humili. mulier inuidens priuata deduci superbo triumpho. *priuata*. sola indecenter subtrahi. *superbo*. nobili. non humili. superba, non ignobilis. mihius dixit, & plus significauit. *triumpho*. Cæsaris.

C. R. V. Q. V. 14. S.

Nunc est bibendum. Post Actiacam victoriæ (nescio an propter iudicatas à Senatu supplicationes ac lectisternia) sodales inuitat Horatius in morte Salium ut bibant, saltent, comissentur, epuliscq. indulgeant opiparis, iubens omneis esse secutros. à metu & minis Cleopatrae, cuius in imperij perniciem bellicu apparatus, & persequente Cæfare fugā, animiq. in consicenda sibi morte audiaciā præsentiamq., ne viua duceretur in triumphu, ita graphicè depingit, vt quasi in tabella hæc delineata videaris intueri. *nunc est bib*. videntur hec ad supplicationes Augusto à Senatu decretas: aut certe ad ritu triumphalē perire, quādo populus vniuersus pro felici reru successu diis gratias ageret, publiceq. letaretur. de sacrificandi epulandis. ritu videto adnotata ex Athen. ode suprà 27. *pede lib*. nullis compedibus impedito: fuerat enim Cleopatra Romanis minata catenæ: est autē Synecdoche. *nunc Salier*. alludit ad pompa triumphantē, in qua ad tempora deorum patentia, tricliniis passim stratis effusa multitudo inter vota precēsq. ad aras diis libabant, hostias mactabant, conceptramq. lætitia cantu, læris acclamationibus & salutationibus significabat: postea magnificissimum epulum, oblonis omni apparatus genere. uberrimis amplissimisq. ac sumru magnifico publicè dabatur, viñaq. præcipua exhibebantur. de Salariis autē dapibus, quas coenas esse vult Erasmus opiparas & delicatas, vide Adag. Salaires coenæ. *tempus*

tempus erat. nunc tempus erat, præsens cum præterito, loquendi modus antiquis non infrequens; nec opus est, rō erat, exponere per rō est, vt Commentator & alij. Cic. ad Attic. Nunc reuserat apud Cratium diuitem. Quid, nunc erat auxilijs ista tuenda tuis. Capitolo. vrbī & Recipubl. Rom. imperio. Luc. Florus lib. 4. cap. 11. Quippe post Parthos, inquit, cūm exoluta arma in otio ageret, captus amore Cleopatrae, quasi bene gestis rebus in regio se sinu reficiebat: hæc mulier Aegyptia ab ebro imperatore pretium libidinum, Romanum imperium petit, & promisit Antonius, quasi facilius esset Partho Romanus: igitur dominacionem parare nec tacite, sed patriz, nominis, rogæ, fascium oblitus, totus in monstrum illud, ut mente, ita animo quoque cultuque desciuerat &c. congre temp. mor. vir. qui tam corpore contaminati & turpes erāt, propter cinadēcam fœditatem, quām animo virtiosi propter mollitiem, qua pati & peditonibus ancreticari gaudebant, mulierib[us]q[ue] lingua impudica obsequi. Luc. Florus eiusmodi vocat portenta virilia. In tribus cod. scrip. Mart. Maledig. Sil. legitur, congrege coniunctim; quam lectionem seruauit tamquam genuinam, vt per synchysis cam sic exponamus, congrege virorum turpium, id est, congregibus viris turibus, morbōq[ue] contaminatis parabat funus imperio &c. vulgaris certe lectio propter nescio quid obuiæ claritatis omnibus haec tenus imposuit, qui minus aduertebant rō congrege virorum, in le cōtinere congreges viros meliori cum sententia, adeò ut vix dubiem lectorum doctū mīhi assenturum si pressius locum velit examinare. impotens sper. valde in quiduis sperando potens, sibi quiduis persuadens se & seipso posse, & moderata in sperando, modū non habens &c. Namque rō im. πρόδοσις ἀξέπται οὐς ἀσεπτανά, auger, non minuit hoc loco. fortunāque d. eb. sic Anacreon apud Philostratum eum dicebat amore ebro, qui sine modo & intemperanter amaret. sed minus. aduersatia, à fortuna in peius cōmutata, iuxta illud Publiani, Fortuna vitrea est, quæ cūm splendet frangitur. furorem. temeritatem, in sperando insaniam. vna s[ic] L. Florus, Prima dux fugit, inquit, Regina cum aurea puppe, veloque purpureo se in altum dedit, mox fecutus Antonius, sed instare vestigiis Cæsar. mensaq[ue] lyp[er] fanatical, sua sede motam, inflatam, & se alienam. Mareotica. Commentator & alij omnes quos vidi, subintelligunt vino: à quibus disfento; non enim vinum eius mentem, sed Mareoticum regnum, hoc est, regni Aegyptiaci opulentia, potentia, splendor & amplitudo dementiarat; fortunāque dulcis inebriarat, qua elata se in uitam subique Romanum imperium pollicebat-

tur; ante tempus ex promisso Antonij Romanorum imperatrix à suis consulatata de Marea, & Mareotide palude ad Alexandriam, vide Strab. lib. 17. veros. verus hic non opponitur ei quod falsum aut fictum est, sed quod parvum est: ita ut verus timor sit ingens, magnus, & grauiter mentem concutiens: quo ad sc rediens Cleopatra, cœpit videre periculi magnitudinem, & que vana spe delusam. *anticiper* v. iuxta appositiissima. Hæmonia. Hæmonia Thracia, vel ab Hæmonie monte, vel, ut habet Strabo lib. 9. ab Hæmonie à eius filio Theſſalo Theſſalia vocata est. hunc legit. daret ut ea. Hypallage, pro monstro catenas iniiceret, viuumque triumphum duceret. generosiss. generosè: ne amissa libertate, seruaque iam facta turpiter extra regnum periret; sed more patrio εὐαγγελίον, Antonio fortunaram comes esset & calamitatum, si fatale quippiam aut eventus diri alteri contigisset: tale namque fatalitum vita & mortis Aegyptiis visitatum fuisse memoriam proditum legimus; Solduriisque Gallis, ut Cæsar lib. 6. Com. bell. Gall. expausit ensem. Plutar. in Antonij vita: illa Proculeium conspicata, inquit, gladio, quem accincta erat, scipsum necare contendit &c. nec latentes. contrà tamen scribit Florus: itaq. nec preparata, inquietus, in Oceanum fuga, nec munita praesidia utraque Aegypti cornua Pæthonium atque Pelusiaceum profuere, propè manu tegebatur. fortu tractare. Hellenit. impauida ad serpentis manibus conrectandos, brachiique ad mouendos, auctore Plutarch. que super hac morte consulto in vita Antonij. deliberata morte, propter deliberatam decretamque mortem animosior & minus perterrita: hic enim versu quasi per acclamacionem cauam complectitur, cur generosè perire quereret, cure ensem non expauesceret, oras regni non repararet, regiam læto vultu viseret, fortis esset in conrectandis serpentibus. Mortis autem decretæ & constitutæ causam continent: versus subsequentes, nimis rūm, seu Liburni inuidens. hoc est, nolens ad triumphum Cæsaris Romanum deduci suis Liburnis, id est, inimicis & hostilib[us], ut quorum opera turritas Antonij nauis Augustus in nauali pugna dissecarat viceratq[ue]. Hic inior supra modum in anprobanda Petri Viñt. sententia, in interpunkione carminis, deliberata morte ferocior, hære Lambinum de Liburnis, eam ne vocem de nauibus liburnicis, an de Liburnis populis interpretetur; quando vel mediocriter eruditus faciliter iudicet, suis Liburnis, ablatiuos esse instrumenti: Noluit enim, imo mori magis optauit Cleopatra, quām liburnis imposita nauibus Romanum vehi, aut eas hostileis habere in suo comitatu. inuidens. φθονῶν. denegans, in inuidiam triumphi,

triumphi, refugiens, nolēs deduci. *priuata*. Dio histor. lib. 5. i. inter tātas calamitatis regni memorīa retinebat, ut mālet nomine & ornamētis eius retentis mori, quām priuata vita frui, &c. *non humili*. litore. de liburnis legitio ad aotata in. i. Epopon.

AD PVERVM DE APPARATV non magno.

O D E X X X V I I . προφαντην ἐπεστησαν.

PERSICOS. *odi*, *puer*, *apparatus*.

Displacent nexa philyra corona:

Mitte seclari, rosa quo locorum

Sera moretur:

§ *Simplici myrto nibil allabores:*

Sedulus curo, neque te ministrum:

Dedecet myrtus, neque me sub arta:

Vite bibentem.

C O M M E N T A T O R.

PERSICOS *odi puer apparatus*. Puerū suum alloquitur, quem mediocria iubet sibi apparare, negans ad vo.uptatem opus esse magnifico apparatu & opimo. *Persicos*, regale. Persae autē reges ob nimias diuitias in sumtuosissimis deliciis degere dicuntur. *od.* olio habeo. *apparatus*. delicias. *displacent*: sup.mihi. *nexa philyra*. floribus: tales enim conuiuiis a thibebantur operosius facta. Aliud autem φύλασσι. foliam, aliud philyra. i. cortex tilia arboris. *mitte*. omittit. vetat puerum rosas studiosē quæcere, quæ non nisi peracto vere solent inveniri. *sera*. tarda. vt astatem incepit seram. *simplici*. singulare, cui nihil additū est: neque mixta est aliorum colorum floribus aut herbis. *nibl.* sup. amplius. *sedulus*. studiosus, officiosus. hoc est, sufficit myrtlea corona & tibi ministrum & mihi cōdēnti sub vmbraculo vritis. Myrtle autem coronabantur antiqui in conuiuiis, quippe quæ & flexilis est & Veneri consecrata. *dedecet*. myrtle sue rosa diuincta non facit te minoris esse gloria. *subarta*. humili, densa.

C R V Q V I V S.

PERSICOS *odipuer apparatus*. Instruit Horatius puerum tuum seu ministrum τρέπεται. a lornatum conuiuij præter myrtum nihil aliud pro sua frigalitate sibi esse curg, nō ferta, non rosa, nō vnguenta, non myrrhatū vinū, nec quicquid Persicas redoleret ille. ebras. *Persicos*. *Apparatus Persico*. νέρ' ιζωχώ hic posuit pro quo quis. ornatu & pompa, quæ magnificis splendidiisque conuiuiis adhiberent solita, non palati modo, sed & oculorum, nariam, aurumq. delectamēta; obsonia delicatissima, vasa aurea, argentea, gemmata, mundas upplex, succincti ad mensam pueri;

odores, vnguenta, tibicines; quainte Persæ, Medis superatis, facili ceteras nationes antebant: Qui cum antea vimineis in toris discumberent, postea auctore Plutare, lecticas auro gemmisque præfulgidas sibi construxere. *ad* in antiquis cod. Bland. hic suprà notatum est, sperne. quod in im- perandi modo, an antiquo more cū verbo sequenti, mitte, conuenire possit, lector dispiciat. *nexa philyra*. in conuiuiis solim moris erat cū poculis corollas accipere, ferti q; diebus epulari fertis coronatos cunis lemniscis: Quin & Indis vsuperatum erat, ad familiare quoq; conuiui coronatos accedere. Non permitit itaq; suo puer elegantiō, ex lectissimis floribus, qualis est rosa, florida ferta concinnare (philyraq;: que cortex est tilia interior, delicatoq; vnde etiam nō hodie funes parantur ad vſus varios flores floribus anneccere: quod id. esset operosius & splendidius, quām pro moderato, suoq; viuendi modo. *rosa que loc*. Nolito ad maiorem gratiā inquirere quo in rosario tardius. rose succreant, ex quibus adornatae coronæ sint. eo gratiōres, quo serius natae & inueniū difficiliores. *simplici myrto*. hoc est in sola myrto conuicta, nobisq; ex ea, seu ramis, seu seris portigentis laborē ponas tuum, sedulus id curo & ago: Veteres enim inter vina ad hilaritatē, myrti ramū, alter alteri, porrigebant, quo in manuus accepto circumlatiōq; singuli discumbentium canendo suas parteis agebant, auctore symposiacis Plutarchos. *sedulus curo*. ad imitationem Græcam μίλω, pro, μίλη, η οι πριτάρα. i. hoc mihi cura est. hoc ago. neque minimi. αἰνολεύεια cōdicatione ministrū & facultatibus Horatij quæ satis erant tenues. *Hec autem*. Ode licet pulilla, plus tamen habet energiæ, quām prima fronte cuius est obvium: Nam Horatius vbiique fere sui similis voluptate quidem seculatur sine strepitū, pompa & inuidia, sed eam quæ à Veneri non multū sit aliena: quod per. myrtū, quasi aliud agens, significare videretur: nam neglegit hic floribus, atque adeo rosa ipsa, quod momentanea propè si eius voluptas, nec à spinis, id est, periculis molestiisque vacua, puer suo mandat vni myrto. operam dandum: nāque ea plautula delicatissima, molliissimaque delicatulæ molliq; Veneri ab antiquis consecrata, tam folliculū odori que suauitate grata est, quām perperuo virore spectandas: qualem vult esse suam Venerem: Nec eam arbuseculam dicit auersari debere suum ministrū, quasi vilem, quod facile parabilis, nullus esset ornatus florū condecorata, quando ea sibi esset gratissima; vt qui sub arta vite bibere gaudeat, id est, tenuiter & arte viuere, sinēque intermissione latari. *subarta*. sic habet Cod. Bland. arta, sine cibique: quos secutus sum.

Q. H. O R A.

Q. HORATII FLACCI
ODARVM LIBER SECUNDVS.
AD C. ASINIVM POLLIONEM.

ODE I. πρεγματική.

NOTVM ex Metello consule ciuiū,
Belliq; caussas, & vitas, & modos,
Ludumq; Fortuna, graueq;
Principum amicuas, & arma
5 Non dum expiatis vñcta cruxribus,
Periculus a plenum opus alea
Tractas, & incedis per ignea
Suppositos cineri doluso.
Paulum feruere Musa tragédia
10 Desit theatris: mox, rbi publicas
Res ordinariū, grande munus
Cecropio repetes cothurno,
Insigne mafis præsidium reū,
Et consulenti Pallio curia:
15 Cui Luris eternos honores
Dalmatico peperit triumpho.
Iam nunc minaci marmure cornuum
Perstringis aureis: iam leuif strepunt:
Iam fulgor armorum fugaces
20 Terret equos, equitemq; vulnus.
Audire magnosiam videores duces
Non indecoro puluere sordidos:
Et cuncta terrarum subacta,
Preter atrocem animum Catonia.
25 Iuno, & Deorum quisquis amicior
Afri, innula cesserat impotens
Tellure: victorum nepotes
Retulisi inferias lugurtha.
Quis non Latino singuive pinguior
30 Campus sepulcri impia prælia
Testatur, auditemq; Medis
Hespcris sonitum ruine?
Qui gurges, aut qua flumina lugubris
Ignara bellis? quod mare Daunia
35 Non decolor auere cades?
Que carei ora cruento nostros?

Sed ne relictis Musa procaxiocis
Cea retractes munera menia:
Mecum Dioniso sub antro
Quare modos liuere plectio.

40

COMENTATOR.

NOTVM ex Metello consule ciuiū. Metellum Alcaciū duob. vers. Tert. iamb. sedimet. hyp. car. Quart. Pindar. Scribit ad Asinium Pollionem virū contularem, Poeticæ & Rhetorice peritum, scribendarum etiam Tragediarum studiosum: Et quoniam civilis beli inter Pompeiū & Cæsarē gesti Tragediam scribere cœperat, admoner, ut sciret rem se inchoasse periculū, & in ipsa ad nonitione bellorum ciuilium calamitatem referat à Lentuli & Marelli cōsulatu cœptam, quam altius repetit à Metello Celere & Afranio consulib. ex Metello. eo qui fuit Syllę collega, ciuiicum pro ciuile, sicut hosticum pro hostile veteres dixerunt. belli caussas, originem: quia Cæsari triumphus negatus fuerat. viuu. nostrī temporis. modos. temporū qualitates. ludumq; Fort. quæ ludibrio habet res humanas, in quibus quodammodo iocatur, hinc exaltas, alterum humilians, ut lūpi à dixit, hinc apicem rapax, hic possuisse gaudet. graues intolerabiles, perniciose, infidas; primum inter Pompeiū, Crassum & Cæsarem; deinde inter Antoniū & Augustum & Lepidum. Luca. Tempus ad Augusti mansit concordia discors, paxque fuit non sponte ducum. vñcta. infesta. expiatu. à bellis ciuilibus. cruxribu. de quibus nondum loti cruores sunt, quo cruxre velut expiatentur deluto: vult ergo intelligi adhuc in manibus esse arma ciuita, nec sicut solebant, peracto bello deposita. periculose opus alea. i. res bellicas exponis quæ sunt plenæ periculo: Aleam autem, qui ludus propriè tabularum est, pro bello periculoso labore, ut Terent. vita, inquit, humana talis est, qualis qui telesiris ludit, id est, periculosa. ut cogit aëla bellii. suppositos. sōpitōs. Allegoricōs. ad hac odiā belliciū, sub pacis specie latere ostendit, nec centum esse, propter historię veritatem, eorum animos offendit qui ea gesserunt. feruere. tripli. quia

L 2

stus. quia

sis, quia tristia ferè sunt argumenta Tragediarū. *desit.* absit, nō cantetur in theatris. *max vbi.* deinde postquam. *publicas res.* ciuilia digesseris. *grande munus.* tragediæ descriptionem. *Cecropio car.* sublimitate eloquentiæ & stylo tragico, scilicet morē secutus Thespis Cecropidæ, id est, Atheniensis. Thespis enim apud Athenas primus tragedias egit vñ cothurnorum, vt, sola Sophocleo tua carmina digna cothurno. *presidium,* quia reis frequenter patrocinabatur. *consulenti.* consilium à te expertenti. *laurus.* victoria Dalmatica. Salonas enim Pollio Dalmatarum ciuitatem cepit: vnde & filiū suum Saloninum appellavit: Pollio autē laurus dupli nomine parit eternos honores, & quod viator esset, & Poëta, vt Virg. Pollio & ipse facit noua carmina, *eternos hon.* immortalitatem, perpetuam memoriam. *Dalmatico.* Salonino. *iam nunc minaci.* horum versuum hic sensus est: cùm tu, inquit, describis sonitus tu barum resonantium in pœlio, videtur mihi sonus ille potius audiri quā describi. Solent enim nobiis Poëta ita res gestas describendo exprimere, vt agi potius videantur quam narrari. Virg. tu Phæthontidas multo circumdat amaræ corticis &c. *minaci* pleno minarum. *parstringi.* vulnera, aut non leviter tangis. *fugit.* splendor armorum. *fugaces.* veloces, paucicenteis splendorem. *non indecor.* glorioſo scilicet bellico. *subatla.* imperio Romano, à Cæſare scilicet. *atrocem.* constantem. Portius enim Cato apud Uticam elegit potius interire quam in hostium potestatem venire. *Iuno & Deorum.* ordo est: Iuno & quisquis Deorum amicior Afriſ impotens cesserat, innita tellure retulit inferias Iugurtha nepotes victorum scilicet Romanorum. Quasi ciuitia bella quæ gesta fuerint in Africa, ea Iunonis ira vel Deorum fuissent commota. *impotens.* sup. existens. *tellura.* Africæ. *victorum.* Romanorum, qui Carthaginem vicerant. *retulit inf.* immolauit in obsequia sepulturæ ducis Iugurtha, vel quæ sine inferiæ. *Iugurtha.* sub Iugurtha Annibalem quoque intelligi voluit & omnes Afros, quia in Africa tēpore belli ciuilis multi Pompeiani cæsi sunt. *qui non Lat.* quis non Romanus sanguine vel cadaveribus campus repletus. Luca. Totóque exercitus orbe te vincente perit. *audi.* *Medis.* pro cladis magnitudine dicit ciuilia bella etiam Persis & Medis audita. Virg. Europæ atque Asie fatis concurrit orbis audiit, & si quem tellus extrema refuso summovet Oceanu. *impia.* ciuilia. *Hesperie.* scilicet superioris Italizæ. *soniūm.* *neg.* vñ pœdaliū. *qui gurges.* que pars fluminis gurges per meanderū aliquando ponitur pro mari. Virg. apparent rari nantes in gurgite vasto. *ruine.* cladis. *Iugubris.* ciuilia. *Daunia.* Apulizæ, à Dauno iegē. sed per A-

puliam omnis Italia aceipienda est, in qua sanguis Romanus fusus est; quia per Adriaticum mare de Brundisi Cæſar profectus est sequens Pompeium. Luca. Brundisium decumis iubet hanc attingere castris. *declarauerit.* sanguine infecere, à proprio colore mutauere. Luca. tum primum rubuit ciuili sanguine Nereus, *et* pars regionis auct terra terminus. *sed ne relicti.* hoc est, ne cùm Lyrico carmini aptiores sint ioci, improbè facias ô Musa, si lugubria misceas. ordo est: sed. tu Musa procaꝝ ne relictis ioci retractes munera neniz. Cæſ, quære mecum sub Dionœo antro modos leuiore plectro. *procaꝝ.* petulans, inuercunda, quæ alterius inuadis numeros, *retractes.* recites. *mynera Cea n.* quæ sunt planetus inutiles & vani. Neniz, carmen lugubre quod mortuis dicebatur, nunc Græcis īpius dicitur dictum: quod Simonides Græcus Poëta Lyricus primus instituit à Cea insula oriundus, vnde Cæſ Neniz appellataꝝ de qua Virg. cui pingua Cæſ. & Ouid. Cingitur Aegæo, in insula Cea mari. *Dionœo.* Venereo, à Dione Vener. *modos.* Lyricos, carmina Lyrica. *leuiore p.* faciliiori stylo.

C R Y Q U I V S.

MO^TV M. ex Metello consulo. A tuto suadet Pollio ne Romanorum ciuium principumque virorum dissensiones inter se, dēque pri- maru contentiones & arma scripto prius euulget, inq. theatrum producar, quām respublika sit omnino compōsita, suōque consilio prudentiāq; cōstituta, eo quod omnium animis iam pacatis, & offensio minor sit & tutius id fieri possit. At interim Pollionem à benignitate, fortitudine, rebus gestis, ingenij excellentia, scribendisq; dexteritate ita deprédicat, vt agires ab ipso scripta, clarissimisq; cerni videatur, quām audiri recitata: sed id nō sine dolorum plena commemoratione facit effusi Romani sanguinis per vniuersum orbem terra marique: qua in re longius ab instituto Lyrici carminis egresius, vt sit in eo quod nobis cordi est, Musam & luctu reuocat ad amores. *motum ex Metello.* scribit Pollionem bellii ciuilis narrationem iam inde à consulatu Metelli esse exorsum: verū de Metello res controverſa est & plena dissensionis inter enarratores quis is sit. Commentator bellorum ciuiliū, inquit, calamitatē refert à Lentuli & Marcelli consulatu (anno 704. ab Urbe cond.) ceptam, quam altius repetit, id est, à Metello Cæleste & L. Afranio consl. (693.) Huic Lamb. assertur. Qui annus certe propter trium inter se virorum conspirationem Pompeij, Crassi & C. Caesaris, licet opprimendæ libertatis publicæ non obscurum dededit initium, tamen quod multò anteac Romani.

Romani principes sibi inuidere inter se, ambitio-
seque tumultua ri cœperint, Horatū malunt alij
relicere consulatum Q. Cœciliū Metelli Numi-
dici cum M. Iunio Silano, anno 643. ex fastis vi-
xi dicitissimi Caroli Sigonij: Quorum sententiae
sine controvëria subscriptum iudico, eò quod
in Diuti cod. litteris veritate propè oblitteratis
scriptum offendit, ex Metello, id est, ex eo tem-
pore quo Metellus fuit consul contra Iugurtham.
Et hoc profecto tempore ex ambitionis impuris-
simō fonte, quasi riuiū seditionum paullatim di-
manare cooperunt in perniciem publicas tranquil-
litatis libertatisque: Primum inter Metellum cō-
sulem & Marium eius legatum, propter subreptū
cōsulatum: Postea eodem bello Iugurthino inter
Marium consl. & eius Quæstorem L. Cornelium
Syllam, propter Iugurthæ capiendi interceptam
gloriam: Bocchus enim Mauritaniz rex ex pacto
Iugurtham generum suum Syllæ tradidit in ma-
num: vnde tam crudele natum inter eos est odiū,
vt ex eo post paullō res Romana extremo ferè pe-
niculo concusa fuerit. legitio Plutar. in vita Marij.
Vellecium Paterculum lib. 2. Luc. Florum lib. 3. de
bello Iugurth. motu. bellum ciuile per ἀντίρριον
motu nominat magis apposite ad inuidiam
nominis vitandam, qui reuera quoque ab initio
tantum motus erat: bellum namque propriè cum
hoste geritur, inter ciueis autē sunt motus, com-
motions, iræ, contentiones, inimicitiae, seditiones:
sic & πόλεμος ὁ τῶν ἀλογῶν. ή. σάσις, ἡ ιμ-
φύλος, inquit interpres Thucydidis. iccirco Luca-
nus lib. 1. seditiones intestinas vocat bellum sine
hoste. Tela manūisque Romanæ nescientacies, bel-
lumque sine hoste est. bellisque causam. hic per
ἀντίρριον exit motus ciuilis in apertum bellum,
nimis inter Pompeium & C. Cæsarem: Nam
hoc senatus consultum, Si ante certam diem Cæ-
sar exercitum non dimitteret, cum aduersus rem
publ. facturū videri. Item quod ante 7. Id. Ianuar.
factum est, nimis Darent operam Consil. Prä-
tores, Tribuni pleb. quicq. Consulares essent ad
urbem, ne quid Re:publica detrimenti caperet,
quid aliud inquam hæc senatus con. quam C. Cæ-
sarem hostem declararunt? & hec fuere causæ: quo
ex partis initis non aliud tristius affecit imperiū
Romanum: Quare non iniuria Herodot. in Vra-
nia, σάσις, ἡ φυ. ίμφύλος, πολέμος ὁ μορφεύσιονς έ-
σάτηρ κακοὶ εἰσὶ, ὅσῳ πόλεμος εἴρηται. id est, Seditiones
intestinae, bello malum tanto est grauius ciuibus
conuentientibus, quanto bellum pace. vita, ar-
rogantia, auaritia & ambitio: Pompeius enim no-
luit habere parem; C. Cæsar non tulit superiorem.
et modos ludorum: fort. euentum varium & incer-
tum, quibus, putat, modis fortuna lusit in his con-

tentionibus, nunc aduersa, nunc prospera, nunc
blanda, nunc tristis, nunc amica, nunc inimica, vt pa-
ret ex historia belli ciuilis apud Appianū & Dio-
nem. *νότια.* quasi adhuc redolentia recentem,
cūque in plurimis iucentem sanguinem, in-
primisque expiadum, vt dij propitij libertate
restituta tranquillitatē firment & pacem. Hæc
allusio est ad Triumviratum. *οψια.* poësin, vbi &
res gesta, & principum tumultus nō raro plusquam
Tragici describuntur. Quare id genus poëmatis
nō iniuria nominatur hic ab Horatio seuera Tra-
gedia, non à minis, vt arbitror, sed ab argumenti
grauitate seueratque. Quare mihi persuaserim
Pollio iustum aliquod poëma ab Horatio le-
ctum esse, complectens seditiones principiū à Me-
telli Numidici consulatu ad sua usque tempora:
In quo fortasse pro suo candore Pollio & rerū ge-
storum fide, cūm non ubique pro decoro, vt vñus,
res, locus & tempus exigebat, poëtam ageret, mo-
nuvit Horatius, vt id tantisper apud se premeret,
dum constitutis omnibus in republica, sedatisque
rerum potiretur Augustus, itaque mihi planè vi-
detur hic inutile, ne dicam ridiculum, adducere in:
controversiam, Tragediam ne Pollio, an historiā
rerum gestarum litteris mandat, quando poësi
suo argumento sit opus etiam in nuda fabula.
incedu per ig. allegoria amoenissima: namque vt
ex scintillis reconditis, si moueantur incautius,
maxima sèpè flammæ, omnia qua sunt obvia, se-
cum rapiunt: ita principum virtus vel minimæ, si
minus caute notentur, mox recrudescit memoria,
& id vel ipsa morte grauius ferunt. *paulum seueru.*
hoc est, tuum poëma nec audiatur, nec legatur in
publico, ne vulgatum tibi tragicas turbas. i. horri-
bilem & funeritum concitet exitum. *ybi pub-.*
res ord. miror non patrum Lambinum hic anticipa-
tis esse sententiae, ad historiam ne belli ciuilis ora-
tione conscriptam à Pollio siut hæc verba refe-
renda, an ad reipublica dispositionem; quando vel
mediocriter aliquis in magistratibus Romanis ex-
ercitatus, facile iudicet hic denotari officium eius,
qui praefectus viri dicebatur, quem penes summa-
rerum relinquebatur, quique omnia crimina per
totam Italiam admissa intra centesimum usque
lapidem (vt in Epistola D. Seueri ad Fabium Cy-
lionem cautum est) sibi vendicat. Sed hec latius in-
Pandet. de offic. præfec. vrb. iccirco Pollionem
virum consularem hanc ab Augusto potestatem
acepsisse, & fortasse maiorem, docent etiam sub-
sequentia, nimiū, *insigne mestis sub fidium rei,*
et consulenti Pollio curie. quæ non tam pertinent
ad forense patrocinium, vt vñst alij, etiā si fue-
rit orator eloquentissimus, quam ad recreandos,
Augusto que reconciliandos & Senatores & alios.
L. 3. quæ

qui pro Antonio steterant, remque publicam pertarbarant, eos omnes crediderim ad Pollio nem confusisse, tamquam ad tutorem publice libertatis; & curiam, id est, senatores in consulendo, id est, iudicando statuendoque de republica, ut erat sapientissimus prudentissimusque, eius tententia expectasse. Dalmatico pep. trium. Conlul fuit Pollio anno Vr. cond. 714. post C. Caesarem interfectum annos quinque, ipse annos natus 37. Vixit enim annos 80. vt in Chronicis Eusebij notatum est: mortuus autem est 12. annos ante Augustu Vrb. cond. 756. à natali Iesu Christi redemptoris nostri. In suo consulatu de Dalmatis triumphauit. de quo L. Florus, Dalmatas, inquit, Marcius insula Delminio quasi detrunauerat, postea Afinius Pollio gregibus, armis, agris multauerat. Dio in describendis hoc anno gestis, eodem tempore inquit, Parthini mouerunt, quorum conatus armis compescuit Pollio &c. Parthinos Plin. in Macedonia collocat, Stephanus autem Parthum scribit esse oppidum in Illyria, vnde civeis Parthinos dicitos. Seruius in Pollio de Salona concinit Commentatori. iam nunc laus & commendatio poëeos Pollionis ab ἀποκράτεις, quæ est, definitiore Fabio lib. 9. propolita quedam forma rerum, ita verbis expressa, ut cerni videatur potius quam audiatur. minaci, tristi, mortem minitanti, morsu rauco sonitu in ordinando peditatu. lenti, in equis concitandis. fugaces, in fugam propendenteis. audire mag. altera διατύπωσις amissa victoria magnos. fortasse Pompeium in acie Pharsalica, T. Labienum, Afranium, Iubam in Africa, Pompeij filium Cn. in Hispania apud Mundam, cuius frater Sextus à Corduba in Siciliam euadens, hinc in Asiam postea effugiens ab Antonianis cæsus est. Strabo lib. 3. magnos, inquam, audite video subactos, ingemiscentes, tristem bellum exitum deplorentes. non indecoro. lito: e, glorio: s, qui fortiter pro patria pugnando cecidere. de puluere vide olen 1. & 6. lib. 1. & 6. lib. 4. atrocem. ἄργεντον, ἀνίκην, inuidum, ita vt atrox veniat à τρίχᾳ τὸ μέτωπον, vincō, supero. Catonis. Vicensis, minoris. vide Plutar. in vita Catonis. Iuno & deorum q. ἀπελόγια amissæ victoria, exsique Romani exercitus in Africa per purgationem à necessitate: non enim eò contigit viætorem in Africa fuisse C. Caesarem quod duces Pompeianæ partis parum fuissent fortes & strenui, quod milites imbellies & ignavi, sed quod hoc fuisset in fatis, vt qui dij Afris amici, in expugnatione Carthaginis, in capiendo Iugurtha, non potentes resistere majoribus Romanis, cœlissent inulta Africa: Nunc, vt est rerum omnium vicissitudine, minores seu nepotes victorum Iugurtha & Afrorani manibus in inferias mactari voluissent.

Hæc pertinere videntur, præter cetera, ad eā stragem miscribilem quæ in Africa ad Thapsum contigit; vbi tres hostiū myriades vna die ceciderunt, paucis Caesarianis desideratis. legitō Comment. Caſa. retulit. per vnicum t̄ in omnibus scriptis. quia non Lat. ſang. Sp̄eros effusii ſanguinis ciuili bello ἐπανμεγνεῖς ad maiorem commiſſerationis effectum inouendum. impia. quod in civeis, parēteis & patriam, id est, quæ natio, quæ regio nō fuit particips Romani ſanguinis? qui gorges, lamentatio bellii naualis. ignata. expers belii, ſed ne relicta. Epilogus per θρῆσκον ab indecoro; reuocat enim Mufam à luſtu & lamētis, quod lyram decet minime, ad id quod ei proprium eft, nempe, ad amicos iocos, ludos & amores. Cee. ſic ſine diptibō go in principio, Cee, ſcriptum eft in omnibus nostris scriptis.

AD C. CRISPVM SALLV-

ſtium de contemtu pecuniae cum laude liberalitatis.

ODE II. προσφερετικὴ ἐγκωμιατικὴ καὶ δικαιωτικὴ.

NVLVS argento color eft auaritia
Abdito terri, ininice lamna
Cripe Sallusti, niſi temperato
Splendeat vſu.
Vivet extento Proculeius euo,
Notus in fratres animi paternis:
Illum aget penna metuente foluē
Fama ſuperfites.

Latiu regnes auidum domando
Spiritum, quam si Libyam remoris
Gadibus iungas, & vterque Pænus
Seruiat vni.

Crescit indulgens ſibi dirus hydrops,
Nec ſitum pellit, niſi cauſa morbi
Fugerit venis, & aquosus albo
Corpoſe languor.

Redditum Cyri ſolū Phraaten,
Difſidens plebi, numero beatorum
eximit virtus, populumq; falſis
Dedocet vni

Vocibus, regnum, & diadema tutum
Defirens vni, propriamq; laurum,
Quisquis ingenteis oculoſirretorio
Spelat accensos.

5

10

15

20

Com-

COMMENTATOR.

NVLLVS *argento color est.* Ode hæc est di-
colos scripta ad C. Crispum Sallustium historio-
graphum equitem Romanum Augusti amicum,
qua liberalitatē laudat & animi magnificentiam.
argento abdito. - argentum abditum pro pecunia in
thesauris recondita dixit. Sensus autem hic est:
diuitiarum splendor nullus est, nisi in vsu fuerit
honesto: auaritiae autem recondendo crescit sola cu-
piditas: vt Luvena. Crescit amor nummi quantum
ipla pecunia crescit. vnde & hydropi morbo com-
parat hoc vitium, quod nimietate sitis & potandi
desiderio crescente ægritudine intus augetur. *co-*
lor. splendor, pulchritudo & utilitas. *abdito.* in ter-
ris defosso. *auaritiae terræ.* diuicuntur, cùm
id in se recipiunt quod non reddunt cum sc̄one.
auaritiae. vocatus est. *lamme.* pro lamina, per syn-
copen. lamina autem rudis est & infabricata ma-
teria quæ obscuratur auaritiae celata: & vult intelli-
gi Sallustium non occultare diuitias. *temperato usq;*
moderato. hoc autem dicit, ne credereur prohibe-
ndo auaritiae suadere luxuriam. *extento euo.*
prolōgato, id est, in perpetuum. Proculeius eques
Romanus, amicus Augusti, rarissimæ pietatis erga
fratres suos Scipionem & Murenam fuit, adeò vt
bona iua ex integrō æquis partibus eum, eis diui-
serit eum quibus antea patrimonium diuiserat,
quo illi bello ciuili erant spoliati. *notus.* celebris-
auami paterni. quod paternum fratribus impen-
derit animum & amorem. *aget penas.* laudabit,
extollebit. sensus est: Proculeius propter liberalita-
tem in fratres, & iernam sibi memoriam paravit, &
per omne æxum fama eius extenta est, per quam
semper volabit per ora virorum. *fama superstes.*
quoniam bene facti fama non moritur, nec peccata
eius metuit solui, id est, diuulgat ad posteros, quia
semper eum agit famam autem habere pennas
& volare etiā Virg. ponit, fama volat pulsum reg-
nis ceſſile paternis Idomenæ aducem. *latinum.* dif-
fundit; latius, inquit, regnum extende, compe-
scendo cupiditatem, quām si viuierū orbi pos-
fides. *avidum.* cupidum. *remans.* diuiliſ. *Gubibus.*
Gades oppidum & insula inter Africam & Hispaniam: hinc fretū Gaditanum. *vterq;* Panus. oriental-
is & occidental, id est, Phœnices & Africani.
Aliter. vterq; Pœnus, quia alia fuit Carthago in
Africa condita à Didone, alia in Hispania ab Al-
drubale, quam Spartiam vocant. *vni.* tibi. *in-*
dulgeus. concedendo potum. vt, indulgent vino, &
ver, ut crateras ænos. *durus hydrops.* Hydrops mor-
bus est subcutaneus ex virio intellinorum natus
cum anhelitu forido, & inflatione turgente. Hy-
dropsico autem proprium est, vt quanto plus bibe-
nit tanto amplius sitiat. *durus.* perniciſus. Diffusus

enim humor per omne corpus hominē perdit &
necat, sensus itaque est: sicut sitis non tollitur nisi
ægritudine fugata, ita auaritia & cupiditas haben-
di non satiatur, nisi prius animo ad sanitatem re-
vocato. *agrus fuligineus.* id est, pallido, pallen-
ti. vt Pers. Turgidus hic epulis aque albo ventre
lauatur. *Phraaten.* Phraates restitutus in regnum.
Persarum, vbi Cyrus regnauit, non est de numero
beatorum propter suas diuitias & splendorem, vt
vulgus sentit, nam dinitia non adferunt beati tu-
dinem, sed sola virtus. *disidens plebi.* id est, discre-
pans à plebe, nec habens aliquid cum plebe com-
mune. *solio.* regno Persarum, vbi Cyrus regnauit.
ordo est: virtus dilidēs plebi eximit numero bea-
torum Phraates redditum solio Cyri, & virtus
dedocet populum vii falsis vocibus, deferens vni-
regnum & tutum diadema & propriam laurū ei-
qui spectat ingenteis aceruos oculo irretorto. ex-
imit. separat, segregat. *dedocet.* desufacit. *vocibus.*
opinionibus. *tutum.* quod nemo auferre possit.
vni. ei sibi, scilicet sapienti: Nam is solus diues,
securus, rex est, & diuitias alienas non concupiscit.
propriamq; laur. veram gloriam. *irretorto.* irreflexo,
inconcupiscibili animo. *aceros.* pecuniae cumulos.
Virg. ac velut ingente formicæ tartaris aceruū.
cūm populant.

CRVQVIUS.

NVLLVS *argento color est.* Dum suo more
ludendo notaat Sallustium, quod is vt volu-
ptati genioque indulget, se jaeter odisse pecuniā,
nendum amore vel cuius splendore capi, docet nos
auaritiae esse, num ni pulchritudinē nosce, vt qui nihil
quam d: foſſum teneat; nō prodigi, qui tam
quam suam perniciem, vt sati corpori faciat, eum
à ſe proficit profundique: sed vnius id esse fruga-
lis hominis liberali: que, vt qui temperato eum-
modi: ratō, que vnu contrectet, dijudicet æſtimetq;
Qua ratione & splendore & eum virilem esse facit,
cum ſibi, tūn aliis viris bonis fortibusque bene-
faciendo impertiendō que. Quod profecto bene
vendi liberali: que animi nomen tam præclarum
demonstrat esse & magnum cum Proculeij ex-
emplu, tūn virtute continentia, perque confuta-
tionem popularis opinionis, que diuitias & opibus
omnia tribuit, vt is solus securam vitam viuat, singu-
larem gloriam mereatur & regnum, d: nique
solus ſi beatus, quem non auaritia odiosum &
obscurū facit, nō ignominiosum profulso & per-
ditum, videtur in hac Ode ī παρόδῳ non nihil al-
ludere ad dogma hoc Stoicum, ēn πίεις ὁ στοιχεῖον
πάντας, nullus argento color est auaritiae abdito terri. Ma-
gno profecto velim Lambinū pro sua eruditione
fuisse non tam præcipitis ingenij in emaculandis
auctoribus sine auctoritate veteris alicuius scripti
codicis.

codicis: et si namq; certò credā id eū fecisse polygraphiæ studio, tamen eo nomine nemo vñquā effugit audaciæ crimen, ne stuporis dicā, qui quod rectum est, deler, inq; eius locum substituit quod minus conuenit. Quid enim venerit ei in mentē quando pro, abdito, contendit acriter legendum esse, abditæ, sine exemplari scripto, profectō mē latet: nam meo quidem iudicio, perit Venus, pērit Horatianus Genius in illius voculæ mutatione. Proinde, vt rem pressius excutiamus, illiusque vtamur exemplo in elucidatione argenti Horatiani: Nemo certè dixerit, inquit, mulieris deformis vñlam esse gratiam aut venustatem nisi formosa sit: Aſtentior; hoc enim perinde est, aſcidas, mulier deformis est formosa, quod esse reuera nequit: verūm mulierē deformem fieri formosam, quis nisi demens, ausit infitari? Sic Horatius argentum terris abditum non aſſerit splendere: Qui namque id dicat, cui colorem adesse negat: Atqui argentum terris effodi, igne purgatum manibus contrectari, in vñlum venire, vñlumque splendere, quis id non det Horatio? qui nil minus certè voluit hīc quām παρελθοντά, id est, fucū alicui facere, ne Sallustio quidem, quem pecunia clare facit inimicum: tametsi non me lateat iis in verbis aliquid subesse notar. At si quis vel in epiſtire contendat Horatium, quod argento fōſſitio colorē deneget, quando non paucis in argentiſodinis Germaniæ eruatur argentum purum colo- ratumque, vel Lambini lectionem esse genuinam. Equidem Lambini lectionem non grauatim cō- ceterim non esse aptam, vt iam dictum est: At Lyricum nostrū aberare nequaquam, vt qui hac in re non ignorauerit quid ſenſerint veteres, quid ſcripſerint, quibus non erat inexploratum in argentiſodinis aliud in venis argenteis inueniri quām terram aliam rufam, aliam cineraceam, Plinio teste, sine vñlla vel ſpecie, vel argenti ſplendi- dentis ſcintillula, quam prius addito plumbō nigro necesse erat excoqui, ablui, purgari, inq; la- minas transfundī, quām ſumeret argenti colorē. Quod autem nunc in Germania Schnebergum, Annebergum, Gairum, Volagi mōtis Liberia val- lis &c. gignunt argentum purum, hoc ne veteri- bus erit vitio nescire & criminationi Lyrico no- stro? Ceterum quis non videt huius diſtioniſis, argentum terris abditum, puritatem & energiam planē esse naturæ, non etiam defodientis auari? vt omittam epitheton, auari, quod hīc omnino na- turæ proprium est, quæ in terra viſceribus ita me- talla tenet abdita, vt & inuidere nobis, & communi- carē nolle videatur. Quid? quod eo dicendi mo- do ferē ſint vñl vñteres? ſic Cic. 2. natu. deor. Nos teris, argēti, auti venas penitus abditas inuenimus,

ad vñlum aptas, & ad ornatū decoras. Iterum 2. offic. Nec ferrum, æs, aurum, argentum effodere- tur penitus abditum ſine hominū labore & manu. Lucret. 6. Denique vbi argenti venas aurique ſe- quuntur terri penitus ſcrutantes abdita ferro. Postremò ſi abditæ legamus, an non erit neceſſe fateri Sallustium contra Cic. Varro. & Agellij te- ſtimonia, non prodigum ſed avarum fuſſis, vt qui pecuniam huini deſollam feruaret, quo nomine ſit ei inimicus, qui vñl nolit eam ſplendere? Quā ob rem ne tædio ſim lectori, penitus arbitror auti- quam lectionem eſſe veram & genuinam, & ho- rum vñlum eſſe ſententiam, neque argentum impurum, neque argenti laminæ, hoc eſt, (vñ in- formis materia pro ea poſita ſit, quæ iam exculta eſt artificis manu) pecunia, calices, ſcyphi, pateræ &c. ſplendidum, id eſt, ſplendidum, laudabile, vi- rum deniq; bonum efficiunt niſi vñl temperato, id eſt, temperantia, modeſtia, continentia duce & magistra. inimice lamne. notat Sallustij luxum & profuſionem, quæ tanta erat, vt odiſſe pecuniam, prōque inimicilima pefte eam habuifle videatur. legit̄ orationem Cic. (vt fertur) in Crispū Sal- lūſt. Arbitror autem Horatium de industria hac voce lamina vñlum, quod eam Sallustius fortassis in contemnum argenti, auri, pecunia, ſemper ha- buerit in ore, laminâſque & crustula nominaue- rit. extenso Pr. eno. Exemplū liberalitatis; vt doceat Sallustium in profundendis bonis paternis (patriſ enim ædeis vendiderat cum ſumma ignominia) eis nec vñl, nec vñlum eorum noſſe. Proculeij quo- que meminit Plutarch, in vita Antonij, vbi Cleo- patra ſuader vni Proculeio ſe crederet. extenso eno. viuet æternum, fama nomen Proculeij ex- tendet, propagabit ad posteros, efficiet immortale. metuente. nolente, per metathesin; nam qui me- tuit, renititur, recuſat, refugit, non vult. In eadem ſignificatione Ode 11. lib. 5. meruitq; tangi nu- ptiarum expers. & Ode 5. lib. 4. inuſile putant aliqui hic addendum rō haud, vident enim hic ſignificari æternitatem, quæ neque perit, neque perire meruit. iccirco negationem partipio adi- ciendam cogitant, cūm non aduertant aliud in partipio contineri. ſuperfles. perennis, perpetua. latiſſ regnes. ſuprā Sallustio prodigo oppofuit Pro- culium benignum & in fratres liberalem: hic ex auaritiæ vitio docet quām ſit laudandus Proculeius, qui animo ſuo imperauit fratres ſibi in bo- nis exæquari: & quām vituperandus Phraetes ob auaritiæ regno eiectus. regnes. modi potentia- lis, pro regnare poſſis: auaritiæ proprium eſt, quo- cumque modo rem facere, regna regnis addere, latē imperare; & vulgi hæc eſt opinio. Contrā Ho- ratius, ſi vis, inquit, diues eſſe, & longè latēque imperare,

imperare, te ipse rege, tibi impera, & omnia pos-
sederis: animus enim hominis, non arca diues ap-
pellari solet, quamvis illa sit plena. *remoin Gadibea*,
procul sitis Celtiberis, quos per Gades accipe, qui-
bus viciniores adiacent quam Africanis: Praeacet
enim Europe, inquit Strabo lib. 2. insulæ, extra
Columnas quidem Gades & Cassiterides, intra
Columnas vero Gymnesiae, aliaeque Phœnicum
insulæ &c. *tres in indulg.* appositissima comparatio,
nam malum malo, caufa causa, curatio curationi
respondet: verum quò id quod afficitur est excel-
lentius, eò malum malo grauius est & detestabilius;
alterum corporis viuis pernicies est, alterum
regna subvertit: Nam hydrops quidem corpori, a-
uaritia vero adhæret animo penitus insita. Sitis
habendi cruciat, hinc pecunia, illinc liquoris: tolle
causam, fugiat aquosus humor, præcipue iecinori
succurre infirmato, & morbum sustuleris: A uari-
tate tolle matrem luxuriam, animu doma, & ma-
lum diis, hominibusque execrabile eieceris: At si
neglexeris, tandem nascitur audacia, sceleru om-
nium & maleficiorum mater. Ceterum hydrops
tria genera, Tympanites, quando vento venter ita
distenditur (qui est inter peritonem & intestina)
vt pulsatus tympani bombum referat. Alterum
genus *æsopus*, ab utre similiter humoribus colle-
ctis distento ijsdem in locis. Tertium *æsopæs*
(quale hic ab Horatio describi videtur) hoc est,
aqua subtercus, quād pituitosus humor inter cu-
scum per corpus dispergitur. De curationibus ho-
rum trium legitio Cornel. Cels. lib. 3. cap. 22. Ga-
denum, 9. *gratitius* 3. De hoc morbo & eius cau-
sus scribit Q. Serenus Sammonicus. Corrupti ie-
coris vitio, vel splenis, acerbo crescit hydrops, aut
cūm siccata febre medullæ, arq; auidæ fauces ge-
lidum traxere liquorem, tum lympha interioris
vitio gliscente tumescit secerens miseram pro-
prio de viscere pellem. *indulgens*. indulgere, Valla
teste, est cōcedere obsequenter & delicate tribue-
re: est autem in vitio, sicut & indulgentia, mollis
educatio & delicata, quæ nervos omneis & mentis
& corporis frangit. *æsopus*, quasi dei ira natus, in-
quit Festus. Codex Bland. 1. & Maldeg. habent,
durus. *venus* venas quasi riuulos sanguinis ab
hepate dimananteis pro ipso fonte, putâ, hepate
infirmato: vel, si mavis, pro arteriis intelligere li-
cket, vt veteres non raro, in quibus semper, quam
sanguinis plus inest humoris. *reddicuum* Cyri sol. Phr.
Seneit vulgus eum esse beatum regnoque dignu,
qui id tutari, ampliare & conferuare possit; quod
beni cūm vix queat sine diuitiis, iudicat idem, vel
amplissimas, quo iure, quaque in iuriu coaceruan-
das, quod hz folie id præstare valeant, eoque infi-
rita rapina opus esse. Contrà docet Horatius ex-

emplo Phraatis (quicumque is sic) quem nō om-
nes Persarum splendores & opes in regno tutari
potuerunt, contra plebis imperia stupidam sententiam, non à fortunæ bonis aliquem dici & esse
beatū, sed ab unica virtute, eique regnus, imperia,
summos, tutos, q̄ honores deberi & immortalem
gloriam; non qui cumulandis, sed utendis libera-
liter opibus incumbit, quod non avaritiae, nō pro-
digalitatis est, sed continentia temperantiaque.
Phraaten. alij Phraorten legendum putant: Equi-
dem fecutus sum manuscriptos codices omnes,
atque non temere, vt arbitror, coniectare licet huc
Phraaten (cuius fortassis historia intercidit) ex
Parthis aliquem suis opibus & amicis regnum in-
uasisse Persorum, eiectumque propter rapinas &
bonorum studia: rursumque postea in regnum re-
stitutum: propter quam *Fortunæ* mobilitatem,
scribit Horatius eum numero beatorum exem-
tum, à virtute quoq̄ sola constans regnum & tutum
largiri potest, & veram gloriam: Cur autem id cō-
iectem, præter tacitam hoc loco ei rei significa-
tionem, facit Strabo lib. 1. 5. qui Parthis, Herodes,
Phraates, & alia priuata nomina suis scribit, re-
gēisque Arsacidas nominatos. Omnes Bland. &
alij 4. cod. habent Phraates per aspirationem in
medio: atque eam iudico genuinam lectionem,
eò quod barba sit dictio: Non solent enim Græci
mediam syllabam aspirare, vt nec Strabo, nec
alij Græci hanc aspirant. *dissidens plebi*. verior, meo
iudicio, lectio est codicum Bland. dissidens plebis,
ita vt s̄ dissidens verbale cū genitivo plebis,
perpetuum quandam & quasi naturalem discessionē
a plebe denotet. iudicet lector doctus. *oculo irrato*,
continenti, qui ad aspectum pecunia non
magis mouet quam lapis, quales sunt liberales,
frugales, continentes, abstinentes, moderati qui
norunt vsum pecunia. Hic malum virum quen-
dam doctissimum pro verbosa sua in re manifesta
disputatione, nobis edisseruisse, uter sit constan-
tior & magis irretrorsus habendus, siue qui viam
pecuniam fortiter contemnit, an qui non viam
nihil facit?

A D L. G E L L I V M : D E A-
qualitate mentis seruanda tam in pros-
peris quam rebus aduersis: quia mors
est omnibus æqua.

O D E I I I . *mægistrum kai τραγουατην.*
Æ V A M *memento rebus in arduis*
Seruare mentem: non secus in bonis
Ab insolenti temperatam
Leticia, morisue Dellis,

5. *Seu magis omni tempore vixeris,*
Seu te in remoto gramine per dies.
Festos reclamatum beatiss.
Interior nota Falerni.
Quæ primus ingens, abrigit populus
10. *Vmbram hospitalem consociare amans.*
Ramus, & obliquo laborat.
Lympha fugax trepidare rivo.
Huc vina, & rvguenta, & nimium breue.
Flores amarae ferre iube rosea:
15. *Dum res, & aetas, & sororum.*
Fila trium patiuntur atra.
Cedes coemtis saltibus, & domo,
Villaque, flamus quam Tiberis lauit:
Cedes, & exstructis in altum
20. *Diuitiu potietur heresi,*
Diuesne prisco natus ab Inacho,
Nil interest, an pauper, & infima.
De gente sub dno moreris,
Victima nil miserantis Orci;
25. *Omnes eodem cogimur: omnium*
Versatur vrna: serius, ocyus
Sors exitura, & nos in eternum.
Exsilium impotitura cymbe.

C O M M E N T A T O R.

AQVAM memento rebus in arduis ser. m.
 Metrum Alcaicum duobus vers. tert. iamb. di-
 met. hyperca. quar. Pindar. ad Gellium, quem vult
 omnibus in rebus æquitatem seruare, ita vt nec
 aduersa eum conterant, nec prospera extollant:
 neque enim minus est necessaria modestia in pro-
 speris quam in aduersis. *quam.* id est, & qualem,
 immutabilem, ita vt semper habeas in animo mo-
 derationis propositum, & in aduersis talis sis qua-
 lis in prosperi. *arduis.* difficultibus, aduersis. non;
secus. sup. quam. *ab insolenti.* subito orienti.
temperatam lat. non in moderaçè latam. *mori-*
tute Gelli. ò Gelli, moriendum est enim seu terax
 seu largus vixeris. *remota.* secreto nemore. *re-*
clinatum. resipuum & soluto à curis animo te
 beatu feceris, & ita vias semper, quia festos dies
 cœbres. *interiore.* supp. de. interius enim vina
 seruanda reponuntur, quibus ad vetustatis indicia
 tempus q. o. conduntur adscribitur, seu in interior,
 re alio vasis habentia notam. *quo.* supp. in gra-
 mine vel loco. *pinus ing.* quæ sua magnitudine
 exstet amoenitatem portantibus. *albague pop.* in-

teriora namque populi foia sunt alba. vt, bicolor
 cum populus vmbra. *vmbra.* refugium epul-
 tibus propter astum gratum & delectabile. *confor-*
ciare. condensare & opacam facere. *rarus.* per-
 plexus inter se. *quid obliquo.* tortuoso, flexuoso.
trepidare. festinare. vt, ne trepidate meas Teucti.
 defendere naueis: vel, trepidare, id est, tremebun-
 de currere, & fluendo defecari ad vsum & delecta-
 tionem hominum: deus enim condidit omnia, vt
 in eis homines acquiescerent. *fugax.* cito & celerr.
buc. ad nemora. *nimium breue.* brevis, genitivus.
 est, id est, citò transeuntis & temporaneæ, vt supe-
 rius dixit breue lilium *amoenos.* delectabilis. *fer-*
re iube. ad voluptatem. *atas.* iuuentas apta lati-
 tis. *res.* patrimonium. *fila trium.* ipsæ. forores
 per periphrasin, quæ mortis admoneant & minē-
 tur. Virg. extremaq; Lauso Parc fila legunt. *atra.*
 crudelia, minimè placabilia. *cedes.* locum dabis.
coemtis. comparatis. *saltibus & domo.* omnibus
 diuitiis & amoenitatibus, morte carendum dicit. ve
 Iuuen. dum taxen à figulis muniram intrauerit
 urbem sarcophago cōtentus erit. *villaque.* coem-
 ta. *lauit.* lauat, præterfluit. *extructi in alt.* com-
 positis, magnis & amplis. vt, qui forte tapetibus
 altis extructus. *potietur her.* hoc est, si diuitiis tuis
 in vita non fueris vñs, relictis hæredes fruentur.
dives ne p. hoc est, nihil interest post mortem v-
 trum diues fueris & generosus, an pauper & hu-
 milis genere. *ab Inacho.* Inachus rex Argivorum.
 nobilissimus fuit, à quo & fluvius in quo mersus
 nomen accepit. Vnde Virg. pro generis nobilita-
 te dixit. Et Turno si prima domus repetatur o-
 rigo Inachus Acrisiusq; pater. & Iuuentus, de quo-
 cumque voles proavum tibi sumito libro. *an pau-*
per. nulla enim distantia est mortis inter nobilé-
 & ignobilem, diuitem & pauperem; quia mors,
 neque pauperem eligit, neq; diuiti parcit, sed om-
 nies in commune rapit. *sub dio.* suprà pro diuitiis
 domum dixit, ideo hic sub dio, hoc est, nudor
 celo posuit mansionem pauperis. *victima.* tu sci-
 licet ipse. *nil miserantis.* implacabilis. Virg. igno-
 scenda quidem. scilicet si ignoscere manes. Orci.
 Plutonis. *omnes eod.* omnes enim nascimur, &
 oranibus vna certa fe pulcrum. præstat. *eodem.* ad
 eundem Orcum. *cogimur.* compeliimur. vt, Tity-
 re coge pecus. *omnium mo. vrna.* vrnam pro for-
 te poluit: versatur enim omnibus vrna, aliis ad
 diuiniorem vitam, aliis ad præsentem mortem:
 in vrna enim solent recodi fortes ad suffragia ho-
 norum, & inde extrahi. vrna etiam erat in qua ci-
 neres recordabatur, vnde Luca. numquid plenas
 plangemus ad vrnas? Virg. de vrna fortium dixit.
 Quæstor Minos vrnam mouet. *sors.* sortem di-
 xit propter vrnam. ordo est, sors omnium exitura
 serius.

serius vel ocyus, & nos impositura cymbæ in æternum exilium versatur in vrna. *cymba*. Chatoris, ut in æternum dirige exilium.

C R V Q Y I V S.

AE Q Y A M. *memento reb. in ard.* In antiquissimo codice Bland. ex apicibus, lituris & alterius Bland. collatione in quo scriptum reperi ad Bellum, facilè deprehendi in locum litteræ. *G*itrepisse litteram D. propter affinitatem; ita ut pro voce Gellius, hac tenus legatur Dellius. Quare vulgaram inscriptionem ad Dellium curauit mutandam in hanc, ad L. Bellum; tūm quod in ea mutatione parū sit periculi, tūm quod eo quo scripsit Horatius tempore offendam L. Bellum, l.f.l.n. poplicolam cum M. Cocceio Nerva gessisse confulatum, anno putat V.c. 717. auctore Sigonio. is Gellius, ut refert Dio, fuit M. Cornelij Mellalle frater, ab euseatu fortassis adoptionis poplicola nominatus: Non enim Gellij, sed Valerij poplicola cognomen accepunt: huic autem communis consilio condemnato, ut habet L. Flori Epitomælib. 122. à M. Bruto antea quām consul esset, venia data fuit. **Q**uem fortasse propter eventus fortunæ dubios, reique publicæ statum varium, suis rebus patrum confisum mox Horatius, ut præsenti semper erectoque sit animo & in lœtis & rebus tristibus, genio indulget, bonaque cōsulat quod fors fert: id autem quod faciat cōmodius, iubet eum extra tumultum popularem rus secedere, cōque collatis omnibus quæ voluptatem iuvant iucundè viuere, nulla vel hæredis vel mortis cura, quæ cunctis ex aequo mortalibus semel imminet. **N**ox infiior Q. Dellij quoque meminisse Dionem lib. 49. & 50. sed quod is exoletus fuerit Antonij, inque Actiaca pugna defecerit ad Augustum, mihi non persuadeo eum scripto suo dignatum Horatium. At suum tamen relinquo omnibus arbitrium liberum. *quam memento.* à necessitate mortis moneret Gellium rebus tam lœtis quam tristibus aīimi bene constituti, non queruli propter inquiratam fortunæ improbitatemque, & fortassis in sollicitias collegarum in sua condonatione: non etiam fastuosi elati que in aduersarios propter honoris consularis amplitudinem. *Aqua mens Budæo Græcè dicitur αὐγενούσια,* mens tranquilla, beneuola, composita; cui contrarium est *ἀγραυστίν*, mens morosa, improba, perfida, iniqua, &c. *insolenti lœs.* qualis esse solet in bonis, quæ plurimum parunt stultitiam, superbie, & omnium malorum martem. *meftus.* nullis in rebus acquiescens animo tuo, semper querulus, semper morosus, ut plerumque solent quibus vita

gravis est: Quare monet Euripides, ἵνεται πάντας οὐδέποτε εἰδίνει τοῦτο, φίρεται τὸ συμπιεῖσθαι μὲν παλαιόκοτες, hoc est, hoc ante omnia discendum est primùm, ut eventus rerum non ægræ aut iracundæ feramus, per dies festi, quibus à foro licet absesse republika. *reclinatum.* recembentem: alludit ad antiquum ex triclinio conuiuandi morem quo prius. topographia villæ Gellianæ ex situ ad Tiberim, amoenitate loci, opacitatęq; ex constis arboribus implicitisque ramis. omnia scripta habet, quo quod interpretatur Comment. per relationē, id est, in quo gramine. Lamb. legit, quæ, & fortasse rectius, iudicet lector. *hosptalem.* te suo hospite dignam. *confaciare amavæ.* quasi amabili societate inita cōlificant, ut beneuole te accipiāt, ob umbrenique, metaphor. non placet autem, ut amant, hic sit solent, ad Græcam phrasin φίλοις φιλίαν, quale est illud Thucydidis lib. 2. ἐπει φίλοις φίλοις φιλίαν, id est, quod quidem solet vulgus faceret. I mō portius amant confaciare, hoc est, amanter confaciunt, seu complicant connectutęq; suos ramos ad vmbram gratam hospiti suo faciendam. *quid obliquo.* sic legitur in duobus Bland. in antiquis, non sine turpi litera, in altero expreſſè cū suppositis punctulis sine litera. & hanc veram lectiōnem iudico, in qua vide vim τοῦ quid, & energiam, quæ per interpr̄nationem distincta particula, per interrogationem, à τοῦ obliquo, cum attentione mouet admirationem, quod ut arbores amant seu gaudent sociare ramos ad vmbram vētuero hospiti texendam, ita lympha quoque laboret in obliquo riuo trepidare ad hospiti suo grātū murmur concitandum, leni tremulōque strepitū per laxa defluendo: perinde acsi velit cuncta certatim ruris eius & villa, arbores, saltus, fontes inter se contendere, quo iucundum aduentanti Gellio præparent hospitium, beneuolumque offerante ministerium. *fugax.* præceps, namque vnda superuenit vnde. *buc vina & vng.* ad eam quæ à natura est, amoenitatem loci, ut nihil desit hilaritati voluptatique explendit, iubet adferri vina & vnguenta, quibus incalcat animus: ad id enim neque facultates decēs & cōtēs desiderare. *vnguenta.* ab Ionibus vnguenta, corona & mense secundæ Romam delata sunt ab exercitu Asiatico. *brevis flores amenos.* variant hic scripta: sed plurium consensum sequor. *dum res est.* Hortatur Gellium ad animum exhilarandum à facultatibus & ætate. *cedes coēm.* expolitio, qua suaderet vitudinem bonis dum tempus datur, non etiam concumulandis & aggerandis operam dandam, quibus hæres fortassis ingratus frui possit. *coēmis.* coēmere, in alcum diuinias extruere, est diuinias augere, amplificare, bona bonis in alcum, id est, in infinitum adiunctis

accumulare. quam Tiber. amoenitas villa à situ loci. cedes. e.g. elegans anaphora ad memoriam refricandam, ne differat ut bonis dum licet per mortem, néue ab eorum vsu impediatur coemendo parvendóque ingratis heredibus. diuinesne. p. eximit curam familiaris rei & facultatum coaceruandarum ab æqualitate mortis. an pauper. ornatum carmen sibi oppositis, diues, pauper, natura ab Inacho. i. ex antiquissima familia nobilissimæque & ex infimagine, id est, plebeia & minimè nobili, sic suprà, Pallida mors pulsat æquō pede pauperū tabernas regumq; turreis. sub die. sub apero, nudoque calo. moreris. habites, siue expectes: à morari, quod propriè est detinere, victimæ, supp. tu existens, ad imitationem Græcam r. Victimæ propriè ceditur victimis hostibus, vt haber Festus: Sic Agellius, à morte victimus est victimæ futura Plutoni, siue Vrago Deo; sic enim nominatus est Orcus ab antiquis, vt ait Verrius apud Festum, quòd is maximè vrgeat. omnes eodem. hinc ait Euripides, οὐαὶ ἀποι κρεβάτων ὁ φίλος τούτου, εἰς τὸ δικτύον ἐστρατεύεται τὸν πόλεμον, id est, cunctis mortalibus mors debetur, & nullus hominū certò nouit an victimæ sit dient crastinum. vna, fatalis, in quam vitæ mortisque sortes cōiectu fabulabatur antiquitas: Sed nos fatuas eiusmodi, & plusquam anileis fabulas, de sortibus, de fato ineuitabili, magno animo respuimus: & huic piæ sententiæ subscrivimus, nimirum, omnia ab Iesu Christo seruare de nostro, æternōque Deo gubernari conseruarique. prius, ocy. alsyntheton aut, vel, siue.

AD XANTHIAM PHOCEVM sodalem, amare ancillam non esse crimen.

O D E I I I I . προσφωνητικόν.

ΝΕ sit ancille tibi amor pudori,
Xanthia Phoceu: prius insolentem
Serua Brisie niveo colore
Mouit Achillem.

§ Mouit Aiacem Telamone natum
Forma captiuæ dominum Tecmessæ.
Arte Atreides medio in triumpho
Virgine rapta.

Barbara postquam cecidere turma
20 Theffalo victore, & ademus Hector
Tradidit Iesu leuiora tolli
Pergama Graice.

Nescias, an te generum beati
Phyllidis flava decorent parentes.
Regium certè genus, & Penates
Maret iniquos.

Credo non illam tibi de se celestæ
Plebe delectam: neque sic fidelem,
Sic lucro auersam potuisse nasci
Mare pudenda.

Brachia, & vulnus, teretesq; feras
Integer laudo. fuge sufficari,
Cuius oclauum trepidauit atlas.
Claudere lusitrum.

C O M M E N T A T O R.

N E sit ancille tibi amor pudori. Metrum Sapphicum cum Adonio. Afferit ancillas amore domino nō esse erubescendum, quod ostendit idem à adicibus & magnis viris esse factum, quibus turbitudini non est datum in amorem trahi captiuatum. pudori. verecundia. Phœbus. vocatius Græcus, sicut Pentheu. prius. antea. insolentem. superbum, arrogantem, factorum suorum superbia claram: Superbia autem Achillis etiam in suo filio Pyrrho Virg. meminit inquietus, Stirpis Achilleæ factus. Insolens etiam crudelis, vt superius, exercitus insolens. serua. iure bellii ancilla. vt, Olli serua datur operū haud ignara Mineruæ. nives colore. candido, digna amari ob pulchritudinem. vt, & erat tum dignus amari. mouit Aiacem. ingenita dona naturæ mouentanum, maximè ad voluptatem & libidinem. Telamone. ideo dicit Telamone natum, quia fuit alias Ajax Oilei. de quo Virg. Et furias Ajacis Oilei forma. specialiter forma pro pulchritudine ponitur. vt, formæ conscientia coniux arsis. impatienter amavit. Aristedes. Agamemnon. medio in trium. in ipsa victoria. Capta Troia quæ sita ex captiuis amica est. per Emphasim hoc dictu est: tunc enim arsis quando per triumphum minimè licet. virginerapta. Cassandra scilicet, quæ ex templo rapta est à Græcis. turma. Troianæ. Theffalo vieti. poterat hoc de Pyrrho intelligi, qui excidio Troiano interfuit: sed quia subdidit, & ademus Hector, ad Achille dirigit excidij causam. ademus. vitæ. sublatus morte. tradidit. sua morte. feffis. longo bello. leuiora. imbecilliora. vt, decimū quos distulit Hector in annum. beati. nobiles & diuites. flave. pulchrae. Phyllis enim capta fuit. maret. recordatione sui generis. vt, qualis populea inæret philomena sub umbra. celesta. seruili. auersam. lucrum abhorrentem, despicien tem pecuniæ. quod ideo dicit, quia pecunia corrupti non poterat.

rat. Auerſus idem eſt quod contrarius, vt, auerſa deq; mens. & diua ſolo fixos oculos auerſa tenebat. **poſuiffe mifti.** ex habitu, moribus & iſtitutione Phyllidis, colligit parentum ipſius nobilitatem. **ſec Virg.** quem leſe ore ferens, quām forti pectore & armis. **pudenda.** erubefcenda. Virg. pudendis vulneribus pulſum aſpicies. **integer.** hoc dicit, ne ſuſpicetur eam amare, & ſe caſtuia iactat. **teretes ſpas.** roſundas tibias cum longitudine. **fuge.** deſine ſuſpicari me tui tori corrūptorem eſſe, aut ea me amare. **cauia ſcta.** ſignificat ſe eſſe quadragemarum per octo quinquennia. Virg. veniet luſtris labentibus ætas. **tropidauia.** festinauit, vt, ne trepidare meas Teuci defendere nauicis.

C R V Q Y I V S.

Nisi ſe ancillabibi. Ne fortaffe Xanthiā Pho- ceum pudeat amare ancillam Phyllidem, eum ad id hortatur exemplo virorum principum Achillis, Aiacis & Agamemnonis, quibus amare ſeras minime vitio datum eſt, quibus ait Phyllidem non natura, neque natalibus inferiorem, à fi- delitate & morum viſeque probitate, non deminu- forma corporis, à vultu, brachiis & tibiis. Sed vi- detur ſuo more iocari, quod Xanthias cum Phyl- lidē fortallis alibi ab ipſo ex inopinato deprehenſus ſeſe magno studio ei ab amore excuſauerit. ne ſe ancilla. exorditur ab exemplo à maiori. ne. os. pu., vt non. quemadmodum Ode 3. lib. 1. ancilla. ab anculando. id eſt, ministrando, veruſto more: hinc Anculi dij, & Anculæ deꝝ, quali ministri; vel ab Anco Marcio ſunt anculi & ancilli, ita ab Anca Marcia ſunt anculæ & ancilliæ. videto Festum. de amore autem matronæ, ancillæ & togatæ, lege no- tata in Saty. 2. lib. 1. prius insolentem. hoc eſt, antea non amare ſolitum, quali primos Achillis amores veſtis fuſſe Briseidis; curen im- terpretabitur ſuperbum & arrogantem, quando anxe raptam ab Agamemnone Briseida nullam aut ostenderit elationem animi, aut id Homerus declarauerit, vt arbitror: ſerna Briseis. ex Lyrmesso capta fuit. Ilia. 6. vñl. in λυρίας ἔξαιρε. i. hanc ex Lyrmesso exceptit, in cuius captiuitate Myneſet & Epistrophum cecidit, quod Briseis Patroclum lu- gēs declarat Ilia. 7. οὐδὲ μὴ ἔτι ταῦτα, ἀλλὰ πάντας ἄγγελοὺς εἰλέσθητε περὶ δὲ πόλεων θεούς ποντίκους κλαιεῖ. i. nec me dure meum voluisti flere maritum, quem ecclere vita quondam ſubmouit Achilles ſuaditus euerſa diuinis ſede Myneſet. **mo- noſe color.** laus formæ à candore corporis. **monis.** amore ſui ob niueum colorem, per hyperbole. **Aiacem Tela.** de Aiace Telamonio vide odē 7. lib. 1. **dominum Tecum.** nimirum ipſa Tecmella per cap-

tuitatem ſerua: haꝝ autem voceſ, dominus, ſerua, ſunt Aristot. **μέτρος τὸ τέλος.** m littera liqueſcie metri cauſa, in uno cod. Bland. ſcriptum eſt Tecmella. Ouid. Tecmellam diligit Ajax. Ipla enim ex Aiace ſucepti filium Eurilacē. Facit autē hic quod & ceteri Poëtae, taleis captiuas & valde a- mare ſuos dominos, & magni pariter ab eis fieri. **arſit.** metapho. ab igni: amor enim ignis eſt inter- nus. **virgine rap.** hoc de Cassandra Priami filia in- tellige, quæ rapta e templo Palladiſ Agamemno- ni forte contigit. At medio bellī tempore Chryſa direpta Smiſthei Apollinis ſacerdotis filia, Aga- memnonique dono data eſt. Ilia. a. **καὶ τὰ μῆνα τὸν δέκατον μῆνα εφίστεις ἐπὶ τὸν ἑκατονταρχὸν.** id eſt, hęc inter ſe partiti Chryſeida ſolum excepero duces Agamemnoni munus Attri- dæ. Sed hanc dimittere coaſtus eſt propter peſtem qua dicitur Apollo affixiſſe eius exercitū in vi- dictam rapta virginis. **Barbare.** pura, Phrygiæ, quia Phryges propriæ barbari dicebantur. **ſeffi.** ſic Virg. Aeneid. 2. ſaepè fugam Danai Troia cupiere relicta moliri, & longo ſeffi diſcedere bello. **teniora tolli.** faciliora ut tollerentur, id eſt, delerentur, ſupertarentur, non caret hoc hellenismo. **neſciis.** **ἀ- γαριφόρος,** ne Xanthias ei occurrat, illis quidē ho- nestè licuisse ſeras amare nobileis, ſibi verò non perinde, quod Phyllis eſſet ignobilis & obscuris nata parentibus. Sed hoc in argumento ad finem viſque odes, nihil quām videtur ludere. **generum.** **ἐπανιστάτε,** propter concubitum. **beati.** diuitiae. **ſlau- pulchra;** non à ſauiscribus, vt aliqui exponunt: Nam purpureum, ſlauum, croceum, ſunt apud Poë- tas epitheta pulchritudinis eximiz. **regium genit.** hoc enim ſere nobilibus meretriculis familiare eſt, ut ſuum genus iacent, & Deos accuſent tamquā auctores ſuaeum miſeriarum & infelicitatis. **ceritē.** in Ionia miram vim obtinet & certe, perinde acu dicat, ſi Phyllis non eſt diuitibus beati que, ſaltem maret ſe tam nobilibus ortam maioribus nō habere penates æquiores, id eſt, inopiā familiarem, adeo ut præ paupertate, ſupellecili, cultu, ornatiu que corporis, imaginibus paſtentum, tituli ſique & ſuo ſternmati respondere nequeat. Non me later, iniquos penates alios aliter interpretari, ſed mihi haec ſententia viſa eſt commodior, ut eos iniquos quidem ceneſamus, quibus augenda rei familiari- zis nulla cura eſt; felicis verò & nobis æquos, qui id preſtant, ut domus ſplendeat opulentia. **creden- illam.** ſenſus eſt, ſi dubites de parentum diuitiis & nobilitate, hoc tibi peruafum habero, illam tibi dilectam, id eſt, amicam non eſſe natam de ſceleſta, id eſt, impia, impura & abiecta plebe. Hic vide, num plebem velis accipere pro ſeſe populi, an pro ſeſtis meritorii inſimor fortis, quæ merito ſceleſta ſunt,

sta sunt, quod famam, nomen, corpus, ius, equum, iniquum, omnia denique profligant. *delectam*. sic habent sine villa litura aut macula omnes mei scripti lib. non delectam, quam recidiendam puto: Nā præter id quod Lambinus ex Felto habet, pūta, dilectus militum, & is qui significatur amatus, à legendō dicti sunt: Idem habet, lacus Lucerinus, inquietus, in vēctigalibus publicis, primus locatur erendus omnis boni gratia, vt in dilectu, cœlū ue primi nominantur, Valerius Saluius Statorius. Rursum, Neglegens, inquit, non legens neq; dilectum habens, quid debeat facere. Sic etiam Pandect. Florentini tit. de re milit. cap. 4. neque sic fidel. hæc ad Phyllidis laudē pertinere dicunt; ego contraria, ironicos accipienda puto. *luero auersam*. non auaram, sed frugalem, per Ironiā, hoc enim in militare rarum doaurum est, etiam pudica & matrefamilias, vt quæ modum seruare nequit. Auersam autem habent omnia scripta, nō etiam aduersam, vt cod. vulgati. *matre pudenda*. hoc autem eò referendum est quod supradixit, ne sit ancillæ tibi amor pudori. pudenda namque mater, quæ vitæ turpitudine suis liberis est pudori. *brachia*, an Horatius hīc non agat *rispa*? qui namque Phyllidem laudet à brachiis & tibiis, nisi in Coi's vestibus, vñat Saty. 2. lib. I. eam viderit vt nudā: Nam matronæ, inquit eodem loco, præter faciem nil cernere possis. Cetera, vt in Catia, est demissa veste tegentis. Deinde quām est ridiculum putare Lyricum serio id agere, vt indicet quadragenarium ita frigidum, & ad rem Venereum tam inutilem, vt ad elegantem formam non arrigat, modo corpus non sit multis morbis miserè exhaustum debilitatūq;? Quid ergo de eo censibus qui gaudebat cubiculo speculator? quiq; iam quinquagenarius Venerem precatur exauctorationem, atq; adeo quē mens sobria castaque iam nunc senescentem ab eo ludo vix reuocare potuit? Quare non video in hac Ode quod vehementer nos compellat fateri Lyricum non iocari, non in amoribus exempla magnorum virorum plenè ludicra ad amores accommodare Xanthix, non se Hestora iam Phyllidis amoribus vñctum exaturatumque qui sua Pergama Xanthia tradidit expugnatu facilitiora, postremo non ridere genus, non formam Phyllidis, non ætatem iam sumam & integrum.

N O N E S S E P R O P E R A N-
dum ad immaturæ virginis osculum.

O D E V. *épatnē*.

N O N D V M *subacta ferre iugum vales*

Ceruice: nondum munia comparas
Aequare, nec tauri ruentis
In Venerem tolerare pondus.
Circa vires eius est animus tua
Campos iuuenca, nunc fluvius grauem
Solantis estum, nunc in vdo
Ludere cum vituli salicto
Pregestantiū, tolle cupidinem
Immitis rūa: iam tibi liuidos
Distinguet autumnus racemos
Purpleo varius colore.
Iam te sequetur: currat enim ferox
Actas: & illi, quos tibi demseris,
Apponet annos. iam proterua
Fronte petet Lalage marium
Dilecta, quantum non Pholoë fugax,
Non Chloris, albo sic humero nitens,
Vt pura nocturno renidet
Luna mari, Cnidiusque Gyges;
Quem si puellarum insereres choro:
Mare sagaces falleret hospites,
Discrimen obscurum, soluis
Crinibus, ambiguoque vulsu.

COMMENTATOR.

N O N D V M *subacta ferre iugum vales ceruice.*
Metrum duob. verl. Alcaicum, tert. iamb. dimer. hyperc. quart. Pindaric. Agit *άληγενος* hac ode vt intemperatam mentem à cupiditate & desiderio immaturæ virginis reuocet, quam per comparisonem iuuençæ designat inhabilem viro. nullóque per ætatem calore sollicitari, vt ei ludo esset dedita, sed magis gaudere puellis & vitulis paribus. *subacta*, subiecta, supposita. *iugum*, metaphorico. pro coniugio viri. *vales*, id est, nondum potest virum sustinere per ætatem, simulq; ostendit quod Teret. dicit, Pares cum paribus melius congregantur. *munia*, officia, obsequia lege debita, vñoris munus explere. *comparas*, socij. *equare*, pari affectu & virtute ferre. vt, æquarque *Sichæus* amorem. *ruentis*, impatienter amantis. *circa vires eius*, circa ludos tantum, nec adhuc cōpenſare sapit ætatem. *iuuenca*, iuuençæ mulieris. *solans*, refrigerantis, recreantis. vt, ripaque æstus viridante leuaret. Virg. Pasiphæn niuci solatū amore iuenci. Ordo est: Nunc est animus tuus iuuençæ solantis grauem æstum fluiiis circa vires eius campos, nunc est animus tuus iuuençæ ludere cum

etum vitalis in vdo salicto. *vdo. aquoso*. & salicibus
apo. *vitula*. pro pueris, vt, si ad vitulam spectes.
progefiens. valde cupientis, properantis, gliscen-
tis. *immaius* *vne*. acerba, immature. *luidos*. sub-
nigros, ac per hoc immatuos: quo indicat matu-
ritatem iam instare; autumno enim omnes fru-
ctus maturè colliguntur; hinc autumno est col-
ligere. *distinguere*. variabit, & racemos colligendos.
demonstrabit: & per translationem pueras matu-
ritatem & etatem docet expectandam. *purpureo*
pulchro. nam purpureum pro pulchro lèpe pon-
tar, sicut & croceum. *cavitem* *f. rex*. non est lo-
gum expectare aptam puellæ etatem ad conser-
vandum. Nam adolescentia per se ad id prona-
est ut virum ferre valeat. *deserit*. abstulerit. an-
nos. etatis vigorem & voluntatem, ut sensus sit,
quantum tibi iam vrgentibus annis voluptatis ad-
emerit, tantum-matura voluptatis reponit. *proter-
va*. inuercunda, petulante. *dilecta*. amabilis.
quæcumque non-p. fug. fugiens ac vitans amatores, ut
per hoc plus amerit. *albo*. candido, pulchro. *nitens*,
splendens. hæc autem nomina, Lalage, Pholoë,
Chloris, pro exemplis posuit; quæ cum antea viros
se vitare simularent, postea eisdem sunt vtrò se-
cuæ. *pars soñor*. habens sereno cælo lumen in-
tegrum. ut Virg. splendet tremulo sub lumine
pontus. Cyges. nomē pueri ex Gnidio insula Ve-
neri sacra. ut suprà, ò Venus regina Gnidii Paphi-
que. huius autem pueri pulchritudinē laudat et-
iam Ouid. *quem*. Cygen. *infantes*. sociares. *fa-
gaces*. sollicitè inquirentis. falleret. deciperet.
hospiites. suauiter ponit hospites pro ignoris & ad-
uenis, qui puerum non noscent propter ambi-
guum pueri vultum. *discrimen obs.* discretio sexus
latentis & difficilis cognitu, ipie videlicet puer
obiturum discrimen. *ambiguo*. dubia.

C R V Q V I V S T

NO N D Y M. *subacta ferre iugum*. Monet ami-
cum virum grauem & etatem iam maturum,
ne coniugi adolescentulæ suis moribus ante tē-
pas accommodandæ, seueriisque instituendæ cu-
m, studio & sollicitudine nimiū lete affligat ma-
ceretque, ut quæ delicatus à parentibus, indulgē-
tiisque habita, imperij sit impatiens, nec assueta
molctiis coniugalibus diu noctiisque subeundis,
sed pro educatione mollicula familiaribus curis
omni:bus longè posthabit, nihil quām cum la-
sciis suisque equalibus, quib:bus assuevit, adolescenti-
bus nunc domi, nunc foris amet deliciari, aprica-
ri, saltare & ludere. Suadet itaque ut hoc modestè
prudentiisque rateret, donec suæ iuencula ma-

turuerit etas: Quod certò iam iam futurum pol-
licetur propter etatis florem, caloremq; iuuen-
tæ dicitur citius labilem: Quæ vbi:mentem expli-
querit, vel vtrò iam naturæ vigore paullatim flac-
cescente, manitique prudenti moderatione man-
suscens, ipsa tandem nihil magis quam marito
abbl:ndiri, placere, in omnibus gratificari, ab eó
que diligi studebit, idque plus lèpe faciet quam
vel Pholoë vel Chloris, vel nobilissima quæque
meretricula suo solet amasio. verum intereadum
ipsa animo suo obsequens cum æqualibus se re-
creat, sùm mo artificio, quasi aliud agens, hortatur
maritum, ut Gygem ad escentulum delicatum,
quasi ècho puellarum, vnum sibi adsumat, eó
que & vroris tædium & tempus fallat. Hæc no-
stra de marito est interpretatio, quæ puto ab Ho-
ratio hic institui. At qui malint de innupta intel-
ligere, per me licebit. Ceterum hanc oden omnes
allegoriam facile videant esse perpetuam de viran-
do immaturæ virginis osculo, sed eius artificium,
verborumque energiā non perinde; quæ meber-
cule tam sunt diuina, ut hæc vna inter ceteras sit
non postremo loco digna. *nondum subacta*. pre-
sentissimum consilium saluberrimumque coniu-
gibus maritis in moderandis vxorum iuarum af-
festibus, si quando eas saevis adolescentulas dux-
rint, educataque molliter. *subacta*. subacta sunt
quæ parent imperio: bos subigitur verbis verbe-
ribusque & inedia nonnumquam, ut iugum ferat:
Vxor autem iuencula ferocior, non perinde, sed
præceptis moderatis, exhortationibus, laudibus &
exemplis matronarum, virtutis lèpe & probata
conuersationis propositis præmiis, ut iugum ma-
riti, id est, imperium ferat, & cum eo quæ sunt fa-
miliae, & quis animis consensuque pari admini-
stret. At si ab educatione laxiore, formæ persua-
sione, diuiniarum potentiaque opinione, nec non
auita nobilitate, sit adeò dura ceruice, ut neque
subigi valeat, neque imperium pati, quæcum via,
quöue modo sit opus ut parere discat, nin: si quā
eleganter maritis his præcipit Horatius. *subacta*
ceruix. huic est contrarium ceruix intacta, nimi-
rum indomita, ferendoque iugo nondum fa-
cta, ut in Epodo nona, tu moraris currus aureos.
& intactas boues. &, intacta totidem ceruice iu-
uencias. si intacta ceruix coniugis dicitur indocta,
& mariti monitis minus obtemperans vxor.
nondum munia com. eq. quæ nondum est iugalis, quæ
non æquo & pari labore concordiaque cum suo
pari, id est, marito iugum & munia mollesque
tractat familiareis. nec tam ridentis, quæ ob na-
ture teneritudinem & corporis mollitiem non
fert toros iugaleis, seu pro molli educatione non
patitur.

patitur, sed respuit coetam, respuit imperatam
Venerem, non nouit iugalia iura; sed blandi-
mentis quibusdam & verborum lenociniis, quasi
poppyfmis, cupit iuicari: memor scilicet iuicu-
tionis maternae, ne vehementi Venere ad mariti
robusti & integri mandata, ante tempus ætatis
flos intercidat, forma corporis pereat, valetudine
gestationeque vteri immatura elanguecat emo-
riaturque. *sauri*. viri robusti, solidi, succulentique,
ductu naturæ veros amplexus appetentis,
non illecebrosos & ludicos teneriulculosque.
pendas. molestias difficultatesque & pericula: cum
tamē sit indubitatum viripotentem iuenculam
ad patiendum, quam virum ad agendum esse
valentiores, sed vterum veteretur, formæ perniciens
& corporis elegantiam habitudinemque ad oscu-
la viuida euanescere: & hanc ob causam, ut hæc
integra maneant, potiaturque iuuentæ delicias
subiicit Horatius. *circa vrente est animus tue can.*
in. cupit exhilarare mentem dum patitur ætas
floridæ, querit amoenitatem in molli teneroque
gramine prostrata, hortos adire, inuisere prædia,
nunc in sole apricari, nunc opacitare siluarum ge-
lidisque fontibus æstum leuare, saltare, cantilla-
re, ludere, non cum tauris morosis, seueris & gra-
uibus, sed cum iucundis, hilaribus & lætis vitulis
vitulari lascivirique. *pregesti*, gestu mortuq;
corporis lascivo prius se ludere velle significan-
tis. tale est illud in Polemone Virg. malo me
Galatea petit lasciva puella, & fugit ad salices, &
se cupit antè videri. Priscianus hunc locum adduc-
ens lib. 1. 5. dicit prægestire esse valde gestire. Mi-
hi certè videtur rō præ, non tam ad augmentum
pertinere, quam ad gestum puellarum præcedentem,
iuxquæ libidinis iudicem, quasi dicat, gestientis
præludere &c. *sole cupidinem*. dat consilium mari-
to iuenculæ in amore contumacis, & imperio
minus obsequantis: tolle, inquit, cupidinem im-
mitis vuze degustandæ, ne dentes acerbitate stupe-
scant: valeat amor & cupido iuenculæ tangendæ,
sine illam sibi, quando aliter fieri nequit honestè,
tolera consulto suis obtemperet affectibus, donec
deflorent cum æqualibus ludi, ioci, risus, deliciae:
Menses æstui singuli cruditati detrahent aliquid
dum veniat autumnus, quò purpureos racemos
colligas: tua prudentia, tuum consilium &
modestia dement paullatim aliquid immoderatis
moribus tuæ iuencula; accedunt anxi, accrescit
menti melior sententia, voluptatis non perpetuæ
odiosum tedium, desinet cum suo vigore corpo-
ris agilitas, in grauitatem mutabitur hilaritas, &
tandem eictis ex animo ludicris, te sequetur, tibi
dabit operam, te amabit, te amplexabit: & ne
te mora diuturna cruciet, detineatque ab hoc con-
silio, iam iam te sequetur: non tarda est ætas, cur-

rit, cito pede labitur: & vt sine molestia tantillo
obdures tempore, ipsa ætas apponet annis illius
tuos annos quibus non obtemperavit votis tuis,
id est, fieri maturior, & quicquid in voluptate tibi
decesserit, id omne tibi reponet dilecta tua Lalage,
id est, iuuenca adamata, quæ tantum proterua
fronte, id est, odiosi pænèque lasciva te petet, id
est, sequetur mar tum, quantum non Pholoë, non
Chloris petulantissimæ puellæ fugaces, id est,
quarum gratia citò fugit & interit. Hic monitura
velim doctum lectorem vt dispiciat hæc epitheta,
ferox ætas, & Pholoë fugax: num suis locis aptè
sit posita, num rectius commutari possint, ita vt
ætas fugax, & Pholoë ferox potius dici debeat.
humero nitens. synecdochicôs pro toto corpore. At
non inferior tamen in pectora, collo, cervice &
humeris candore aitoremque præcipue com-
mendari. *pura luna renida*. puro & sereno celo,
nullis nebulis obfuscata, immaculata resplendet
accommodissima comparatio mulieris candidæ
ad lunam puram in aquis resplendentem, quæ vel
quouis lacte candidior apparer. *Candidus Gyges*.
à pulchra Gygis pueri & molli forma collatio,
qua puella quatuor non erat inferior, si vel cri-
neis solutos, aut vultum contemplaret delica-
tum peregrinus aliquis: verùm aliud quid agit
Horatius, quam vt formam forma dumtaxat
comparat: qua in re enarratores eos credide-
xim hic esse hospites, qui non agnoscent pro puel-
la hoc scortū esse suppositum Romano more.
infereres. inter puellas prostitueres: hic infereres
non caret sua vi propria, sed latente. *falleret*.
lateret, *λάγη*. *solitus crinib.* alebant enim co-
mas instar puellarum meritorij pueri. *ambiguo
vultu*. de quo ambigeres ad obrutum masculus
ne esset an puella.

A D S E P T I M I V M D E

Tiburtinæ & Tarentinæ regionis
amœnitate.

O D E VI. ætopomornia.

SEPTIMI, Gades adiure mecum, &
Cantabrum indoctum inga ferre nostra, &
Barbaras Syretis, vbi Maura semper
Æstuas vnda.

Tibur Argeo positum colono
Sit mea sedes vinam senecta:
Sit modus lasso mari, & viaram,
Milius ag.

Vnde f

Vnde si Parca prohibent iniqua,
10 Dulce pellitus ouibus Galesi
Flumen, & regnata petram Laconi
Rura Phalanthro.
Ille terrarum mihi prater omnes
Angulus rideret: vbi non Hymetto
15 Mella decadunt, viridique certat.
Bacca Venafro:
Ver ubi longum, tepidisque prabes
Iupiter brumas, & amicus Aulon
Fertilis Baccho minimum Falernis
Inuidet vuis.
20 Ille te mecum locus, & beata
Postulans arcem: ibi tu calen: em
Debita sparges lacryma, fauilla
Vatis amici.

COMMENTATOR.

S E P T I M I , Gades aditare mecum . Metrum Sapphicum cum Adonio. Alloquitur autem hac ode Septimiū equitem Romanū, amicū & commilitonē suū, quem sibi tanta gratia necessitudine dicit astrictū, vt, si velit, vel ad ultimas secum mundi parteis proficiē possit. hortatur tamē ut loca secum gratissima deligat Tibur & Tarentū, quorum & amoenitatem laudat & fertilitatem. **Gades.** insulae sunt Hispaniae in ultima ora ad Oceanum. **Cantabrum.** Cantabri gens Hispaniae, Gallis ad Oceanum vicina, tandem à Romanis victa. de qua Luca. Si tibidurus Iber, vel si tibi terga dedisset Cantaber. hanc Augustus superauit. **barbares.** inhospitaleis; propter incertum maris aestum. Virg. Et Numidæ infreni cingunt & inhospita Syrtis. **Maura.** Africana, quia Mauritania etiam est in Africa, & vtrqua Libya. **aestus.** refringitur cedirurque & alliditur. **Argo.** Argiuo seu Greco. vt, Argiuā iuuentus: Tibur enim à Tiburno conditum est & Arguiis colonis. **positum.** conditum. **colano.** cultore. **sedes.** terminus **vix.** & quies meæ senectæ. **modus.** modum finem dixit laborum, vt in eadem domo & senectam ageret & vitam finiret. **lessonari.** & vias noua locatio, id est, naualis, terrestris & militaris expeditionis. **vnde.** à quo scilicet Tibure. **prohibent** sup. me. **iniqua.** immutables. **pellitus.** lanatis, villosis. **Galesi.** Galesius flutius est iuxta Tarentum, vbi præ pasturæ copia vel dulcedine molliores ouibus lanæ sunt. de quo Virg. qua niger humectat fluvientia colta Galesius. & Titurius, Tarentiorum

horrorum qui geris odores, scilicet florum. **regnata.** participium sine verbo visitato. vt Virg. Thracæ arantaci quandam regnata Lycurgo. **petam.** adibo. **Laconi Phalanthro.** supp. à Phalanthro Laconeensi: dicitur enim Lacon, ônis, & Laconetis, nomen patrium. **Phalanthro Phalanthus.** Lacedæmonius fuit electus patria; hac de causa, quod absentibus Lacedæmoniis coru filiæ ex seruis grauidæ pepererat, quos filios tali culpa genitos, reuersi à bello Lacedæmones patria eiecerunt, quorū dux Phalanthus fuit, qui Tarentinā cōdidit civitatem. vt fertur, octauus ab Hercule. **ille terrarum.** posuit angulum pro loco. ordo est, ille angulus mihi ridet præter omnes supp. angulos terrarum. **rideret.** est voluntati, est latus. vt Virg. mixtâque ridenti colocasia fundet acantho. & omnia nunc rident. **vbi nunc Hymetto.** Hymettus mons est Atticæ regionis melle abundans. laudat autem Apuliam & Calabriam prouinciam, in qua & Tarentū situm est, cuius se amoenitate & deliciis delectari dicit, nain & melle & oliuetis præcellit, hiemes quoq. mitiores & magis apricas habet. **decedunt.** inferiora sunt. **certat.** abundat, contendit. **bacca.** oliva. **Venafro.** Venafrum ciuitas est Samnij oleis abundans optimis. **vbi.** Tarenti. **ver.** temperies aëris. Virg. hic ver perpetuum atque alienis mensibus æstas. **tepidas.** sine nimietate frigoris. **Iupiter.** aëris. **amicus.** largus. **Aulon.** mons Calabriæ iuxta Tarætum ferox optimi vini. **minimum inuidet.** non est impar vuis Falernis. inuidere enim sibimet solent impares in virtute & felicitate. **Ille te mecum.** eleganter se cū Septimio & in laudatis locis optat viuere & eum habere superstitem, defunctoq. sibi iusta persolueret. **ibi tu calentem.** ordo est: ibi tu sparges calentem fauillam vatis amici debita lacrima. **calentem.** propter recentem corporis exustionem: Antiquorum enim mos erat mortuorum cadauera concremare, ideo dicit defuncti fauillam. vt, bulbam lauere fauillam. **vatis.** tui Horatij.

C R Y O V I S.

S E P T I M I , Gades aditare mecum . Multū me suspensum tenet hæc ode, in ea ne censeam Horatiū iocari cū Septimio, an gratias de benevolo ipsius erga se animo verè agere, eo quod viri nobiles, quales erat equites Romani, nō raro soleant magnificè multa polliceri, vt splendidi videantur, idq. præcipue viris doctis, à quibus suas laudes creditū immortalitate donari posse; sed calido plerumque solet id non carere fuco: Quem fortassis, vt erat naris non obesse, subodoratus Horatius, obsequiū & comitatum ad terras vñq. ultimas, terra mariq. à Septimio sibi oblatum cōmemorat quidem, sed non

ren eo quo solent amici grati modo : imo eontra, fatetur aperte id genus vitæ quod in latitudine positum est, & periculo non mediocri, quale est militare; sibi amplius non adlubescere: Quare tamquam per diatropen aequicentem suis rebus magis idoneam sece optare: quæ si aliquando dabitur, aut in Tiburtina se victum sperat aut Tarentina regione ad Galefum; quòd forsitan vteclauum clavio pellat, cū militari viro nihil sit ingratius otio & tranquillitate) inuitat Septimum, vt secum vitæ traducat amicè, mortuq. vatis in vnam cineres condat; eas regiones mirabiliter deprædicans cum propter amenitatem loci, tum propter rerum omnium laudabilem abundantiam cū aëris & celi grata temperie. *Septimi, Gades.* exorditur à cōmemoratione sibi à Septimo comitatus oblati. *Gades.* de Gadibus oē 2. huius lib. *aditure.* si res ipsa requirit, si opus est. *Cantabrum.* de moribus & vitæ genere Strabon lib. 3. De victoria Cæsar in Cantabros, Astures, &c. per Antisii, Firmium, & Agrippâ legatos. I. Florus lib. 4. cap. 12. & ultimo sub finem. *iuga ferre.* vinci & seruitum pati, alludit ad iugum militare, sub quod mittebantur hostes capti, discinctisque vide oden 33. lib. 1. *inductum iuga ferre n.* nondū dœctū, id est, nondū à Romanis dominū, intuctum. Hac autē oden arbitror ab Horatio scriptā quando Cæsar cum Agrippa esset in expeditione Cantabrica, quinto vix anno peracta, quòd Septimi⁹ eques invitabat Horatiū, vide Orosiu. *Syrtibus fabulosis* hæc opinor intelligenda, vide oden 22. lib. 1. *Maura, exp.* vide nū legēdum sit, Malua, quod flumen est maximū ab Oriente ad Mauritaniā Tingitanā, qua Africæ est ultima. legitio Orosium lib. 1. cap. 2. *Tibur Arg.* aliter Argiūo, in codic. Blād. verutissimo. seitua digressio ad quietem: nam non satis æquo fert, vt appareat, animo, sibi à Septimio oblatum militare obsequium. *sit mea sedes.* iuxta, qua precarū & optat Tibur sibi à diis immortalibus dari sedē quieti suę senectutis. *sit modus.* Tibur sit suis omniū laborū, qui pro republica sunt à me suscepiti, peregrinatio, nauigatio, militia; quæ me delassarunt ad naufragia vñq. *unde si Parca.* iniquæ, aduersæ rebus nostris. videtur Horatius subuererit, vel nouū aliquem tumultum absente Cæsare, vel in milites agrorum. Tiburtinorū futuram distributionem, vbi Cæsar domū reuersus rerum potiretur: qualē Virgilius deplorat in Tityro suis Mantuanorū: Nam Italiā fermè totā excepisanti quis posse floribus, & ciuitates integras Antonius & Augustus se daturos militibns promiserant. Plutar. in Bruto. *pellitus ouibus Galeſi.* vapulat hic immerito Porphy. vulgatus à Glareano, vbi dicit oueis Tarentinas

pellibus regi: quæsi crediderit, inquit, aliquas oueis esse absq. pellibus: quod recipi ita est, nam quæ lanā habent dumorem, nō sunt pellitæ, id est, non reguntur pellibus; quales sunt montolæ, pasciales, hirtæ, foloces, vt haber Lucilius, quæ passim pascuntur: At Tarentinæ quæ mollioris sunt veleris, sunt pellitæ, reguntur enim contra aëris incommoda; quæ Polybio dicuntur μάλαγας. *peccata.* De quibus Mæc. quoq. Tercius Varro lib. 2. cap. 2. ad finem, pleraque, inquit, faciendum in ouibus pellitis, quæ propter lanæ bonitatem, vt sunt Tarentinæ, & Altinates, pellibus integuntur, ne lana inquietur, quo minus vel infici rectè possit, vellauri ac parari: harū præsepiæ ac stabula vt sint pura maiore adhibentur diligenter quām hæc. Insuper Columella lib. 7. cap. 4. Græci pecus, ait, quod pleriq. Tarentinū vocant; nisi cum domini præsentia est, vix expedit haberi, &c. ex omnibus est molliissimū, &c. legitio id caput de ouibus rectis. Plinius lib. 8. ca. 47. Oviū summagenera duo, teclum & colonicum; illud mollius, hoc in pascuo delicatus, quippe cū teclū rubis vescatur. Operimēa eis ex Arabicis pasci pua. *Galeſi flumen.* flumen Galeſi dixit, vt Saty. 4. lib. 2. herba lapathi, id est, larathus. *Spontia Latij,* id est, Latiū. *petam Lacon.* r. P. periphrasis Tarētiā conditore, quòd se dicit abiurum, si fata non permittant Tiburi senectute. *Phalantho.* Paulanias lib. 10. Tarentum quidē, inquit, coloniam Lacedæmonii deduxere duce Phæantho Spartano, &c. *angulus.* L. Florus, Tarentū, inquit, Lacedæmoniorū opus, Calabria quondam & Apulæ rotiūsq. Lucania caput, tum magnitudine & muris portuque nobilit, tum mirabili situ; quippe in ipsis Adriatici matis faucibus posita, in oras nostras, Istriam, Illyriam, Epeirum, Acharam, Africā, Siciliam vela dimittit, &c. *ridet.* simplex pro composito arridet, placet. laus à lutu loci. *vbi non Hymæ.* In Hymetto Attica monte præter ceteras herbas odoriferas thymus abundat, vnde mel suauissimum colligunt apes. *decedunt.* decedere propriè est loco cedere honoris causa: mella autem Tarentina non decedunt, id est, sunt in eadem estimatione & honore cum melle optimo & suauissimo: non sunt deteriora. *Venafro.* de oleo Venafranio, Saty. vlt. lib. 2. & Strabo. *ver ubi longum.* lans ab aëris benignitate & temperie. *amicus Aulon.* Strabo lib. 6. post Sagram, inquit, Caulonia extat, prius Aulonia, quasi Vallonia, à vicina conualle nominata, ab Achivis ædificata, nunc autem vacua, &c. hanc autem urbem ab Aulone monte vel potius promontorio puto nominaram in Tarentino tractu sitam. *fertili Baccho.* metonymia pro vite fertili. *non insuetis.*

estudet non cedit, æqualis est in nobilitate cum vino Falerno. cod. duo Maldeg. & Mart. habent, serulis Baccho: quam lectionem Lambinus non omnino dissentens à Passeratio videtur non rejicere ex eo versu Martial. nobilis & lanis & Baccho fertilis Aulon; seque ait in uno etiam codice sic inuenisse scriptum: quam certè vt non reprobem, ita sequè malim alteram. Ille te mecum loc. ne sit ingratius Horatius in Septimum propter oblatum sibi comitatum in Cantabriam Cælarem versus, nunc vicissim eum inuirat Tareninam vt secum adeat regionem, ibique secum viuat hilariter, ibique mortuo pro amicitia iusta cœlebat.

AD POMPEIVM VARVM ei gratulans redditum in patriam.

Ode VII. πραγματικη.

O SÆPE mecum tempus in ultimum
Deduce, Bruto militia duce,
Quis te redonauit Quiritem
Dis patris, Italos, calo,
Pompei, meorum prime sodalium?
Cum quo morantem sepe diem mero
Fregi, coronatus nienteis
Malobathro Syro capillos.
Tecum Philippus, & celerem fugam
Sensi relicta non bene parmula,
Cum fracta virtus, & minaces,
Turpe, solum retigere mento.
Sed me per hostie Mercurius celer
Denso pauentem sustulit aere:
Ter rufus in bellum reprobens
Vnda freta rulat astuosis.
Ergo obligatam redde Ioui dapem,
Longaque fessum militia lasus
Depone sub lauru mea, nec
Parce cadii tibi destinatis.
Oblusio solenia Massico
Ciboria exple: funde capacibus
Vnguenta de conchis, quis vdo
Depraverare apio coronas,
Caratue myso? quem Venus arbitrum
Diceb bibendi? non ego sanius
Bacchabor Edonu: recepto
Dulce mihi futere est amico.

COMENTATOR.

O sapemecum tempus in ultimum. Metrū duobus verbi. Alcaicu, tert. iāb. dimet. hypercat. quart. Pindar. Scribit ad Pompeium Varum gratulans ei in patriam redditum: Quem etiam sibi commilitonem in castris Brutianis fuisse commemorat) & belli civilis iam evasisse pericula Augusto viatore: Qua gratia liberalius se conuiuum exhibiturū promittit. ordo est: ó Pompei prime meorum sodalium, sēpe deducēt mecum in ultimum tempus Bruto duce militia quis redonauit Quiritem te diis patris & Italo calo: in ultimum. periculofum, in extremum vitæ, in finem & periculum mortis: est enim mors ultimum vitæ tempus. quis. supp. Deus. redonauit. reddidit te patriæ: inuit ut redires in patriam. quiritem. ciuem Romanum. notandum Quiritem singulariter positum, cum pluraliter tantum veteribus sit virupatum Quirites, teste Donato, sicut manes. Italo quo calo. calum pro Itala regione posuit. ut idem alibi, calum, non animum mutant qui trans mare currunt. prime. præcipue, id est, cuius amor omnis alios superat. morantem. longum æstiuum, qui quasi cunctando spatiū suum decurrit. mero. bibendo, vel ad bibendum merum. fregi. diuisi. Romanorum consuetudo fuit, ut post nonam conuiuarentur: hic autem significat cum morem sēpe se fregisse cum amicis, & hora sexta vel prius se genio induluisse. Malobathro. Malobathrum genus est vnguenti pretiosi. Philippus. Macedonie campos, aut urbem à Philippo rege conditam, ubi ab Augusto Brutus victus occubuit: vnde & Luca. video iam Phoebe Philippus. Virg. Romanas acies iterum videre Philippi. relicta non bene. indecorè. quia fugi inultus. parmula. scuto abiecto. fracta virtus. Bruti cæsa potentia, ad nihilum redacta. minaces. milites, quæ se de sua virtute & fortitudine jactando minabantur aduersariis. turpe solum. seddarum crux, cruentatum. mento. suo. sed me per hostie. iucundè dicit se à Mercurio liberatum, quod furitum fugisset & celeriter pauentem. ob multitudinem armorum. aere denso. nube. vt, nube caua eripiam. & per hoc fugi latebras voluit significari. reprobens. reuocans, reducens ad partes Bruti cum impetu quoddam mentis correptum. vnda. impetus animi. freta rul. astuos. ebullientibus tulit in freta densa, id est, bella feruentia. obligatam dap. promissum ac debitū celebra Ioui epulum, quia liberatus es. fessum. fatigatum. depone. colloca. sub lauru mea. hic Tityrus Melibæo, hic tamen hac mecum poteris requiescere nocte fronde super viridi. nec parce cadii. nec desiste à bibendo.

N 2

cadii.

cadis. vasis vinariis. *tibi destinatis*. ad tuum redditum referuntur. vt, vina bonus quæ deinde cadis onerarunt *Acestes*. *obliniſa Massi*. id est, vino quo cura pellicitur, & labor in obliuionem venit. *Mafſio*. Campano. *ciboris exple* imple. Ciboria sunt Alexandrina poma, quæ habent similia colocasiis folia; in quorum similitudinem facta pocula eodem nomine appellantur. Ciboria etiam sunt vase in quibus nauigantes soliti sunt ferre suos cibos. *funde cap.* largius utere odoribus. *conchis*, echinis concharum. *quis vdo*. cum exhortatione interrogat. *vdo*. humido, quod in locis aquosis nascitur, viridi. *deproperare*. valde properare. sic, floribus atq. apio crineis ornatus amaro. *quem Venna arbit.* *exhorſorū* significat, id est, tesserarū iactu datum in bibendo primum. Veneris autem iactus latissimus dicebatur, qui habebat numerum ter senarii. *non sanus*. non minus. *Edonis*, Bacchis Thracibus. *fareſe*. ebrium esse, saltare.

C R Y Q V I V S.

Oſepe mecum tempus in ultimum. Pompeio Vāro commilitoni gratulatur in patriam reduci, ex militia & cū grata cōmemoratione præteritæ vite tā in adolescentia mediis in deliciis Romæ, quām sub imperatore Bruto in castris Philippicis sibi propè lethabitibus, inuitat ad hilarum conuiuum liberūsq., quo possit ad æqualeis haustus sub archiposis debachari, suāmq. testari lætitiam de felici eius, & iā ferē desperato reditu. ò. exultantis hic est interiectio cum gratulatione. *deducto*. qui mecum deductus fuiti à Bruto: Nam bello Philippensi excitus à M. Bruto imperatore tribunus militum meruit: Itaque deductē comitatus & officij gratia. De Bruti & Cassii intercessorū Iulij Cæsarīs, exercitu in campis Philippicis contra Augustum & Antonium, Appianus, Plutar. in Bruto, L. Florus, &c. *qui te*. erotema cum admiratione seruati adhuc Pompeij præter opinionem; vt cui non satis fuerat cum Brutovinci ab Augusto, quin obfirmatiore animo fese adiungeret reliquis Brutianis in oppugnando Cæſare. *qui*. quo patrono tu proscriptus, electus patria, ciuitate exutus, iterum ciuis factus, patria donatus es? *redonans*. alludit ad proprietatem verbi dono, quod est largiri magnifice: quale beneficium est, donare ciuitate, & multò amplius donare salute & cunctitate: quod Pompeio ab aliquo triumvirū cōcigit. *Pompei*. per synæresin. *prime*. amicissime. *morantem*. tardum, noctis, putā, desiderio, quando licet more patrī liberius indulgere genio, insanireq. iucundius, quām de die. tale est illud Epist. 1. lib. 1. vt nox longa quibus men-

tet amica, diēsq. longa videtur opus debentibus, &c. *fregi*. interrupti poculis, non sum passus, non tolerauit totum & integrum ad noctem vñq. præterire diem, sine voluptate iucunditatēq. *coronatus capillos*. habens capillos tertis floreis redimicatos, & comitos ornatōsque, nitenteis Syrio Malabathro, id est, vñctos vnguento odoratissimo, spēdidōq. Sic & Anacreon, ιψοι μίλει μύγαστι κρητέρισιν ὑπάνθιον, ιψοι μίλει γεδαῖοι τολεστέριφεν κάρηνα. id est, sed euro delibutam vnguento habere barbam, sed implicate euro meos tosis capillos: hic autem coronarum & vñguentorum mos in conuiuis, ab Ionibus primum ad feminas Romanas delicatores, Gātēno teste, translatus potissimum Malabathro, quod foliatum vocabāt: postea corruptis antiquis moribus, & mascula illa suorum maiorum fortitudine in mollietem luxumq. cominutata, cœcepit apud viros inualeſcere, quoties indulgentius operam dare animo, cūmq. poculis exhibitare: quod cūm de die sine nota fieri nequeret, tamen Horatius amicis ſepe plus tribuens & animo quām famz, nonnunquam dici parēt dedit latitiz. hic autem monēdus est minus prudens lector, vt rō Malabathro iungat participio nitenteis. *Malabathro Syro*. Malabathron aut Malabathrum dicitur à regione Mālāber apud Indos vbi nascitur, & bethrum vel bathrum, ve loquutur Indi, Latini folium, Græci autem φύλλον, simpliciter, aut cum adiecto μαλαβάθρη φύλλον, σχιδής φύλλος, Arabes Tembul nominant: Est autem pretiosissimum folium in Indicis paludibus nascens absq. radice. Plin. lib. 12. cap. 26. dat, inquit, Malabathrum Syriæ arborem folio conuoluto, albido colore, ex quo exprimitur oleum ad vnguenta fertiliore eiusdem Aegypto: laudatius ex India venit: in paludibus illic gigni tradunt lentis aquatica modo, odoratus croco, nigricans, scabrumq. quodam salis gustu, &c. Ex hcc autem folio seu Malabathrum vnguentum siebat dictum foliatum: sicut à nardo spicatum, vt habet Mart. lib. 11. at mea me libram foliati poscit amica. Sed & ipsum vnguentū hic Malabathrum dicitur mutuato nomine ab ipso folio seu malabathro, quem madmodum & nardum vnguentum dicitur ex nardo confectum. Horatio ode Epidica 5. quam legit. *sensi*. vidi & expertus sum. perstringit sub Bruto suam cum Pompeio militiam, turpem quidem quod fugisset relicta parvula, sed risum tamen captat, quod Marti neq. militaret, neque id esset solum vitæ genus, licet à Bruto esset electus ad Tribunatum militarem, quod honoris & studiorū potius gratia, quām rei militaris peritia factum est; quo nomine dicit à Mercurio se hostibus erexit. *relicta non bene perm.* fatetur

faretur se fuisse *pollicis*, id est, clypeum abieciisse, statione in acie defensu se fugisseque: quod militi quidem tanto probro dabatur olim, ut ei non liceret in cōcione quicquam agere: verū in hoc Lyricus secutus est exemplum Archilochi qui ad lyram quam pugnam erat instrūctior. *cum fracta vir.* Sed postquam oppresi ordines, inquit Appianus lib. 4. bellorum ciuii, passim dissoluti sunt, loquens de Brutis exercitu, celerius vertere gressū, & tecunda post eos, tertiaq. constituta acies loco cessit. ipsi interim permixti, nullo ordine, à scipiosis & ab hostibus assidue incubentibus fecide conculantur, donec aperte arripueret fugam, &c. turpe. ex sententia Appiani videtur, turpe, accipi aduerbiatur, ait enim fecide conculantur. *mentore,* id est, cæsi procubuerunt, terrāmq. mordicus tenuerunt, quod conculcati erigere in pedes se nequirent ad vescindam suam mortem. Idem scribit Cæsar in suis Comment. suos milites iam prostratos mortuosq. in vultu crudelitatem seruasse. *Mercurus* *celer.* fortuito & præter spē seruatam sibi salutem vitamq. celeri occulaque fuga Mercurio refert acceptam: quod nobilioribus poëtis ferè proprium est, ut quicquid alicui boni præter opinionem contingit, eius Deum ali. *nam* *axiōz* *cazoz*, velint esse auctorem largitorēmque. sic Pandem Menelai manibus à Venere erexit scribit Homer. Iliad. 9. sic Aeneā liberauit Venus, sic Hectorem Apollo Ilia v. *terris*. laus Pompeij à constantia & animi fortitudine, quem nulla pericula tam undosi maris exæstuatis, id est, tam difficilis, vehementis, ancipiñq. belli ab instituto semel militaq. cursu, & proposita sub Bruto reipublice libertate salutēque, potuere diuellere subtraherēq. ne vel repugnante fato, sequeretur exercitus Brutiani reliquias. ergo *obligatam* red. clausula *vite anteactæ*, qua dilabitur, primum ad Iouilandum pro more maiorum, à quo seruatus fuerat Pompeius, idq. non promisi aut voti alicuius, sed gratitudinis ergo: deinde ad exhilarandum animum: hoc enim moris erat prisci inter epulas & pocula primum libare diis dapes, benēq. precati conuiuis, deinde dapibus vesel: hortatur itaque Pompeiū, ut primū calicem misceat Loui seruatosi ob vitā seruatam; deinde moneret parcat cadis exhaustiendis ei destinatis. *obligatam* nō voram aut promissam, ut vult Priscianus, hunc locū adducēs, sed gratitudinis ergo debitam, quod vitam eius conferuauerat. *latu.* pro corpore: Latera namq. corpus vtrīmq. ut vaidi muri sufficiunt: hinc ad sanitatis conseruationem & corporis firmamentum monuerunt maiores lateribus parcendum. *sub laurus* *mes* sub custodia, tutela, patrocinio meo. Hoc autem videtur dicere Horatius, quod ei for-

tasse cum Augusto non satis conueniebat: Quare ei praesidium apud Augustum pollicetur, ita ut ei tuto apud se esse, & lepidè viuere liceat. Sic & Titurus Melibœus vna à militibus Cæsarianis nocte apud se tutam recipit inquiens, hic tamen hac mecum, &c. fronde super viridi; quod de lauro intelligendum credo, quæ incolumitatis est & custodiæ symbolum: scribit enim Proclus veteres eam tutelæ sacram dicasse, tam in sacrificiis, quam locis vbi vel fata vel affixa fuerit: hinc illud est Ouidij: mediāmq. tuebere querū, quod vtrīmq. querui tu laurus assita (quod in arcu triumphali seu fornice ante Augusti ædeis intelligendum suspicor) querū tutaberis, id est, gloriam, maiestatem, libertatēmq. ciuilem: Nam ex querū coronis ciuicis donabantur milites ob ciuicis seruatos. de fornicē meminit Dio lib. 51. *obligatō*. ab effectu, quod velit Pompeium eiicere animo omnem curam, sollicitudinem & metum Augusti, quasi securitatem ei pollicetur: hanc autem obliuionem solet efficere vinum largius sumptum, iircō iubet expleri ciboria, id est, pocula capacious: Est autem ciborum *ποτηρία γινόσιον οὐραφίον* Athen. vocatur etiam Diolcordi lib. 2. faba Aegyptia, quasi arculari interpretari, quoniam madefacto luto condita demittatur, seratürque: est enim Græcis *κύπελλος*, *capsa*, *arca*, hinc *κύπελλον* seu *κύπελλον*, *capsula*, *arcula*, qualis est calix Aegyptiæ fabæ. Fland. *de schelpe van een Turcche boone*. videto Dioscor. in faba Aegyptiæ lib. 2. & in eum Matheolum cū ipsius fabæ pictura. *expl.* ad puerū; infunde ad summum visque. Quid enim opus est aliorum trahere quod domi natum est, & explore interpretari, ebibere, exhaustare. *capacibus*, maioribus: vult enim ut in vino largus, ita & vnguento fundendo videri non avarus. *conthi*. alludit ad onychen conchylij tegumentum ceteris id genus amplius. ode 12. lib. 4. Martialis lepide Fabullum ludit, qui conuias plus odore, quam ciborum deliciis oppletos dimittere solebat. Vnguentum fateor bonum dedisti conuiis here, sed nihil scidisti: res falsa est bene olere & esurire: Qui non coeat & vnguitur Fabulle, his vero mihi mortuus videtur. *quis vdo*. vide quodam quasi gradus ipsius luxus: in conuiuis maiorum hilaris primum vino incalescentibus animis, ad vnguenta, ab vnguentis & odoribus ad ferta florea, ab his ad bacchatones & saltus ventum est; ut & intus & foris totus homo insaniret. *apio*. de apio, ode 11. lib. 4. *Venus*: cui talorū iacta Venus atridebit, ut is sit arbitrus bibendi, legēque prescribar poculorum, hic arbitrus, alibi magister & dominus, parochus. de Nasidieno Saty. vlt. lib. 2. vide oden 4. lib. 1. *Venus* autem in tessellario ludo,

ludo, tribus tesseris, ter senarius erat expletus, superius & faustissimus. At in talario ludo, qui talis quaternis constabat, Venus erat quando singuli tali diuerso vultu apparebant: Canis autem contraria vide Pollucem, dicit, dabit, vt, da, nonnumquam pro dic, non sanum. latum se futurum ait ad insaniam vsq. recepto. prater omnem spem mihi redditio recuperatoque.

AD I V L I A M B A R I N E N

periuram & rapacem
meretricem.

Ode VIII. ἀρσεταρετική.

VILLA si iuris tibi peierati
Pœna, Barine, nocuissest vngquam:
Dente si nigro fieres, vel vno
Turpior vngui:
5 Credarem. sed tu, simul obligasti
Perfidum voris caput, eniescis
Pulchrior multo, iuuenumq[ue] prodid
Publica cara.
Expedit matris cineres opertos
10 Fallere, & toto taciturna noctis
Signa cum calo gelidaque Diuos
Morte carentis.
Rider hoc, inquam, Venu ipfa: ridente
Simplices nymphæ, serus & Cupido,
15 Semper ardenteis acuens sagittas
Cote cruenta.
Adde, quod pubes tibi crescit omni:
Seruitus cresci noua: nec priores
Impie rectum domina relinquent
20 Sape minati.
Te suis matres meruent iuuenias,
Te senes parci, miseraq[ue], nuper
Vergines nupta, tua ne retardes
Aura maricos.

C O M M E N T A T O R .

VILLA si iuris tibi peierati. Metrum Sapphicum cum Adonio. Scenicum principium in Barinem meretricem. Intelligendum est enim per hanc ineuctiuan aliquos praecessisse sermones, quibus noctem ei Barine iureiurando promiserit, dehinc

postquam fecerit, cum in haec verba velut amicam prorupisse, iuria peierati. periurio violati: ut enim dicitur iuris iurati, ita posuit iuris peierati, quod ipsa fallens nulla poena percussa sit. *nocuisse vngquam*. dij autem vindices sunt periurij. *dene si nigro*. supp. saltē. magna poena est meretrici si corporis deformatitate piniatur. *credarem*. aut tibi iuranti, aut deos esse vindices periurij. *simul*. supp. ac, postquam *obligasti*. periurio deuoisti, non implendo promissa. Contraria autem sunt deuovere & vota soluere. *pulchrius*. quam ante periurii. *prodidi*. procedis. *publica*. quam omnes prestantem obseruant, & pulchriorem fieri dicunt: quasi dicat periurio, *sacrilegium*, perfidiam promerita deorum fauorem, & apud eos religionis & pietatis nullam haberi curam aut rationem. *expedit*. vtile est tibi. *matris cin. opert.* sepultura tectos, id est, matris tuæ manes. *fallere*. periurio. *noctis claræ*, secretæ, silentis. Virg. tacitæ per amica silentia. Lunæ. &c. sidera cuncta notat tacito labentia cælo. ac si diceret, expedit omniem mundi maiestatem iuramento violare. *morte carent*, immortaleis. *gelida*, vt, cum frigida mors. *rides*. deridet, derisioni habet, pro nihil habet suum periurium. *Venus*. quæ amantibus facilis est. *simplices nymphæ*. mites, non iracundæ, sed exorribiles, perdidit amoris indulgentes, ad ignoscendum faciles. vt, & quo, sed faciles Nymphæ risere facello: sunt enim Veneris comites, quæ meretricibus fauet. *ferus*. crudelis, immitis, & implacabilis, quia nescit ignorare, nisi Veneris consensu & voluntate. vt, ibat dicto patens, & dona Cupido, &c. *semper arden*. *et impetuosa*, aut semper ardoreis, aut temper acuës. *sagittas*. iacula. *cote cræta*. Venerea delectatione, ad augmentum amoris; acuit enim vt occidat: immoderatus enim amor maturat exitu & mortem. *adde*. adiunge his quæ tibi accreuerunt ex periurio. *pubes*. iuuentus. *servitus*. semper accidunt noui, nec priores relinquunt te, quamuis se relikturos minentur. *tectum*. lupanar, domum tuam. *iuuenias*. iuuenibus, adolescentibus. metaphora à virtutis. *senes parci*. propter bonorum suorum dilapidationem, quæ meretricum incitamentis s[ecundu]m contingit. *miseraq[ue]*. timore repudij. *nuper virgin*. nam recens amor maiorem sollicititudinem & dolorem parit vxori. *retardet*. in amore occupatos detineat. *aura*. fallacia, blanditiæ, odores, vt superius, auræ fallacis.

C A R Y V I S .

VILLA si iuris tibi peierati. Iuliaz Barinæ cedum putaret vel peieranti, si de forma cederet ei vel tanillum pulchritudinis: verum quando

quando perieritum cedat ei ad maiorem elegan-
tiam, & apud omnes gratiam commendabilem,
iudicat id esse vtile, ad eo ut non caput modò, ve-
rum etiam omnia perfidie faciat obnoxia, supera-
& infera: hoc enim & Venerem velle cura suis
Nymphis, & Cupidinē; vt qui nihil quā sagit-
tas acuat, quo vulnerati eius amore plures quoti-
die currant, nec ab ea deciscant priores amato-
res, vel in iuris matribus, maioribus, vxoribus
eius nuper nuptis. *Villa siur.* hoc est, si non es-
se impuniti tibi perieritum, turpitudinis aliquia
nota dij faciem tuam fodarent. *iuris peier.* pei-
reare, periurare, deierare; est fidem religiosè &
sancte datam non seruare: hinc perieritum, peier-
atus, perfidus, deieratus, periurium, deuriurum, per-
fidia, eodem iugo & significacione comprehensa.
Est autem Peierare Ciceroni non iurare falsum,
sed quod ex animi tui sententia iuraveris, sicut
verbis concipitur, more nostro, id non facere. ve-
rum in amore peierare lusus est, vt suprà ex Pla-
toone. hinc illud est Catulli, Nulli sed dicit mulier
mea nubere velle quā mihi, non si se Iupiter ipse
petat, dicit, sed mulier cupido quod dicit amanti,
in vento & rapida scribere oportet aqua. huic con-
cinit ad agnum, Aphroditiūm iuramentum, pro va-
no & tutili. *pœna.* periurij pœna diuina exitium,
humana dedecus. Cīc. 2. de legibus. *Barine.* in
codicibus Bland. huius odes incriptionem inde-
ni ad Iuliam Barinen, &c. vt videre est in Epigra-
phe. *nocuisse.* damnum corpori aut formæ attu-
hisset. *dente si nigro.* Expolitio eiusquid maximè
obest formæ in facie & manib;: quæ solæ cor-
poris partes vt semper in oculis sunt omnium, ita
speciem mirè vel commandant vel dampnant. de-
dentibus, est illud Martial. Misi, vt peristi, mun-
duras detinam, nitelas oris. ex Arabibus frugibus,
tenuem, candidum, nobilem puluisculum, com-
planatorem rotundulæ gingivulæ, sartitorem pri-
dianæ reliquæ, ne qua visatur terra labes sordium
restrictis forte si labellis riseris. *sed tu simul oblig.*
Enthymema ex oppositis, tantum abest, vt periur-
ium tua formæ noccat, vt indies pulchrior om-
nibus nitidiorq. iuuenibus appareas. *votis oblig.*
dolis omnibus deouisti perfidum, periurum, per-
fidia plenum caput tuum; & conceptis certisque
verbis consecrasti. Caput autem apud maiores sa-
lutis erat symbolum. Itaque illud adiurare, id de-
vouere & commendare in extremo periculo, in
fide præstanta receperunt erat: unde apud Home-
rum non infrequens est, *in id est in iusto rægo.*
expedit matris ciner. illustrat peierandi consilium
ab augmendo pulchritudinis, hortatürque tacitè
vt in incepto perget, ita vt non in suum caput

tantum, suāmque salutem & vitam sit impia, sed
& infera superaque deo que immortaleis suæ
perfidiæ testeis habeat: expedit enim, hoc est, id
tibi est vtile ad forniam, quæ quanto est veniu-
stior & oculis gravior, tanto tibi lucrum maius
ab amatoribus accedit. *matrum cineres.* vt per
parentum cineres iurare sanctissimum, ita peier-
are erat maximè exercendum: at hic per manus
matris iurare, quod erat mulierum fere, vt per
patrum maiorūmque cineres, virorum, credo
designari inferos omnes, ait enim, *& toro ta-*
citura noctis, quæ sunt cœlestia omnia diuque
immortales fallere. peierare. sic & Plin. alij, in-
quit, in ipso Capitolio fallunt, ac fulminatè
peierant louem, & hos iuuant sciera. *ridet hoc*
Venus. argumentum à maiore dialecticos, aut
à maiore rhetoricos: Venus gaudet perieritum,
gaudent Nympha Veneris comites, gaudet
Cupido, quid hoc miri est Barinen peierando
sieri formosiorum nitidiorumque? explicat a-
moris vim violentiamque, quæ tanta est, vt eie-
tos amatores, exclusos, lusui à petulantibus puel-
lis habitos, saepè etiam periuros redire compellat.
simplices Nympha. faciles, Veneris affectæ, nimi-
tum iocus, ritus, flertia, imo periurium ipsius,
&c. ode 5. lib. 1. muratolique deos flebis, &c.
ferus Cupido. *άγριος ταΐζειν*, crudeliter ludit.
Molchus in amore fugitiuo, *τάζει μη ταΐζειν,*
τάζει. ardenteis sag. nā Cupidinis arma *ταξιά*
ταβιστραται, id est, igne tincta sunt omnia. Mol-
chus *cote cruenta.* Non quævis co. amoris crenata
est, nam varij sunt amores & multiplices; sed
ea cruenta censemur in qua acuit sagittas, quibus
ad intima penetret, milleque periculis & gladiis
mille, miseris amatores obiciat: qua gratia
quoque disparibus iaculis armatus singitur, ni-
mitum acutis & obtusis, auratis, plumbeis, igni-
tis, &c. *adde quid pub.* adhuc ignara dolii mere-
tricij. *scrutus.* quæ patitur amoris dominium:
iccirco Barinen dominam nominat, quod multos
amoris vinculo irretitos & captiuos, se facta-
ri faciat, quasi de iis triumphum agens. *sepiemini-*
nari. sic Phædrta Terentia. de Glycerio, excusit,
reuoçat, redeam? non, si me obsecrer. *te suis ma-*
tres. hi versus præcipue (nam tota ode est allen-
tatoria) continent insignem fortæ commenda-
tionem ipsius Barines, à rumore publico: ma-
tres enim liberis metuunt ne corruptantur:
senes, ne à liberis exhaustantur; & virginis nu-
pæ, ne à maritis deferantur: sic enim inter-
pretor auram pro fauore publico rare pulchri-
tudinis, quam omnes spectare gestiunt, laudans
& amplecti student.

A D V A L G I V M , V T
tandem definat deflere mortem
sui pueri Myſtae.

Ode ix. *apauystika.*

N O N semper imbr̄es nubibus hispidos
Manant in agros, aut maxe Caspium
Vexant inaequales procelle
Vsque : nec Armeniis in pris
5 Amice Valgi stat glacies iners
Mensu per omnes: aut Aquilonibus
Querceta Gargani laborant,
Et foliū viduantur orni.
Tu semper vrges flebilis modis
10 Mysteriū adēmum: nec tibi Vespero
Surgence decedunt amores,
Nec rapidum fugiente Solem.
At non ter euofunctus amabilem
Plorauit omnes Antilochum senex
15 Annos: nec impubem parentes
Troilon, aut Phrygiae sorores
Fleuere semper. define mollium
Tandem querelarum & potius noue
Canemus Augufti tropaea
20 Casarū, & rigidum Niphaten,
Medumq. flumen gentibus additum
Vicit, minores voluere vertices:
Intrāque prescriptum Gelonus
Exiguus equitare campū.

C O M M E N T A T O R .

N O N semper imbr̄es nubibus. Metrum trib. vers.
Alcicum, tert. iamb. dimet. hyperca, quart. Pindar. Hacode Valgium consularē alloquitur a-
amicum suū; quem consolatur Myſta pueri sui
delicati mortem grauiter ferentem; indicans ma-
la hominib⁹ non debere esse continua. hispidos.
senticulos, herbosos, inaequales, procellosæ,
tempestuosæ. vsque. semper. Caspium. Scythicum.
species pro genere. *Armenia in ori.* Armenia regio
est in Asia. glacies iners. aut quæ gelata cursum
non habet. vt, concrescunt subitæ currenti ipi flu-
mine crustæ. aut quæ frigoris nimietate pigros ef-
ficiat & torpidos. mensu per omnes. per totum an-
num. querqueta Gargani. vt pineta, ascleuta, vi-

neta, sic & querqueta dicuntur loca ubi mulce-
quercus nascuntur. *Gargan.* Garganus mons est
Apulia, in quo quercus alte nascuntur, quæ quā-
to sunt altiores, tanto plus laborant, id est, ventis
agitantur. & foliū viduantur. supp. non semper.
itaque tu ô Valgi continuare luctum non debes,
si in omnibus rebus sint vices temporum. tu sem-
per indeſinenter fles. vrges. in memoriam reuocas,
nec requiescere te hincis. modi. versibus: quia
poëta erat Valgus, & mærorē solabatur luctuo-
lis carminibus. adēmum. tibi & solatio tuo. Vesse-
ro. stella: hæc enim oritur occidente, & occidit o-
riente sole. ter euofunctus qui ætas treis, id est,
annos nonaginta vixit: nam æuum, id est, ætas,
tempus est triginta annorum. dicit ergo senem
Neftora non fleuisse filium suum Antilochum
quam diu vixit. impubem. ætate inferiore. paren-
tes, pater & mater propriæ parentes nominantur;
hinc dicit Phrygiae sorores. Troilus. Priami filius.
de quo Virg. parte alia fugiens amisit Troilus
armis infelix puer, atque impar congressus Achili,
quem parentes mortuum non semper fleuerūt.
define mol. noui locutio, pro define à molibus
querelis, cessa conqueri. mollium, muliebrium &
equiratorum: illi namq. affectus sunt nimis teng-
ri. canemus. quasi dicat, melius est amoto luctu
canere gesta Cæsaris. rigidum. frigidum. Niphaten.
Scythis fluum: pleriq. putant Armeniæ mon-
tem. Medumq. flumen. Euphraten. additum. adia-
centem, adiunctum. minores voluere. poëticæ: quasi
& flumis se vicuum sentiat. vt, & pontem in-
dignatum Araxes. &, Euphrates ibatius mollior
vndis: unde gente istum viciss vult intelligi, quæ
circa flumina habitant. ordo est: canemus Me-
dum flumen additum vicit gentibus, voluere
minores vortices. vortices. vndarum globos. intrāq.
prescrip. intra constitutum & designatum termi-
num. Augustus enim fineis Gelonis staruit, quos
victi transgredi non auderent, sed prescriptis li-
mitibus continerentur, cum ante quod libipisset
excurrent.

C R V Q Y I Y S.

N O N semper imbr̄es. Ab omnium rerum vicis-
itudine quæ mutationi subsunt alteratio-
nīq. solarum quidem Valgium, sed hortatur magis,
vt tandem definat morte pueri sui. Myſta: Non enim cælum, non aër nobis tristia sem-
per minatur, non mare procellosum, non tellus
ipsa semper incris & honore suo viduata iacet: ve-
rum triste gelu, ignauamq. sequitur ver hiemē, ver
amœnum, ver viuiscum; quando terra latè flo-
ribus, odoraisque frondibus ornant arbores.
Agè ô Valgi, non immemor vitæ caducæ, nunc
tandem

tandem eifice ex animo luctum, mætorem, querimonia; facessat mollis ille animus nimis effemianus: Non Nestor Antilochum, non Priamus Troilum filium luxit perpetuo: Obliviscere Mystra: subeat nunc animum letitia, superauit Augustus Medium, debellauit feros illos Gelonus. Age, gratulcmur victoriae, Pæanâque decantemus. *non semper imbræ.* primi versus octo, nihil quâm continent ab adiunctis, hiemis inertis & penitus inamoenæ descriptionem, ita ut eorum sententia sit, non semper est hiems. Quo argumento & ordine naturæ vult monere Valgium, non semper esse dolendum, nisi credat cum natura esse pugnandum. *nubibus.* ellipsis est præpositionis, è, vel ex. *bifidis.* horridos & asperos hiemis horrore, glacie, gelu, grandine. *manant.* decidunt, ex liquefcentibus calore nubibus. vide Festum. *inequalis.* ab effetu: quod aquas maris inæqualis efficiat: quod ubi contingit, mare fratum nuncupatur vndis effervescentibus, & vi ventorum agitatis. de repentinis & ventis procellosis, ἐπιφεγματοι Aristotelii de mundo, vide Plin. lib. 2. cap. 48. insuper de vi & natura ventorum Aquilonis, Austræ, & Afriæ in vndis maris concitandis, Agellius lib. 2. cap. 30. *Armeniis in oris.* nimirum Borealis partibus Tauri montis, gelo & nitibus rigidis: sed aliud latus Armeniæ magis est Australe, quod calidù habet temperatus: Nam Armenia duplex est, maior & minor, sicut & Media, nimirum maior, & Atropatæ, ab Atropato duce nominata: verum & Armenia & Medianam, cuius sunt Caspæ portæ, intra Taurum Strabo collocat lib. 11. laborant. cœcutiuntur, eradicantur: Nam, ut de se fatetur Aquilo, nodusque robora vero. 6. Metamor. querquæta. sic scripti habent Bland. quod magis probbo, quam quercta, ut vulgo. viduantur. spoliantur, nudauntur. metaph. *tu semper urg.* Apostrophe ad Valgium cum exhortatione ad mentem saniores: ne velit naturæ cursum accusare, cum videat omnia tempore mutari, si nihil aliud, saltem obseruet dici & noctis continuas vices: reueraetur sidera, solem, vesperum nunc orientem nunc occidentem, qui eum, præter omne decorum, semper offendunt Mysteriis deploranteim. *vrgues.* totus es in modis scribendis, quibus nihil quam deflies Mysteriis, nihil agis, nihil meditaris aliud. *Vrgues.* habent Bland. *Mysteriis.* v. sacris aliætius nominis initiatus erat hic puer, nimirum Venetis. *ademnum.* mors ademit Mysteriis numquâ reuictum: propriè dixit, nā adimimus id cuius partem nullam relinquiimus alteri, sed demimus particulariam. *vffero surg.* post occasum solis apparente, cum solem subsequitur, id est, per totum diem delicias tuas, quas cum pucio exercebas,

decantas flebiliter. *fugiente solem.* hoc est, ante solis ortum illucescente. de quo Planeta Cic. 2. de nat. deorum, infima est, inquit, quinque erratum terræque proxima stella Veneris, qua φερθίσσεται Græce, Lucifer Latinè dicitur, cum antegreditur solem: cum subsequitur autem, οὐ περιεγένεται, at non temporis. Elegans Nestoris periphrasis à vita diuturnitate: cuius exemplo dico: tatur Valgium à lamentis. Nestor filium, cùmque amabilem sibi morte eruptum, non semper plorauit: Nec Priamus Troilum tenerum adhuc & impuberem: senex veroque senectutis præsidium & solamen: Quanto tu Valgi minus esse mollis & lugere debes ob ademnum tibi puerum Mysteriis à minori, dialecth. *Phrygia sorores.* filiæ Priami, sorores Troili, Polyxena, Hélona, Cassandra, Lycaste &c. *desire mollium querel.* Græcius, λύγε τῷδε ὁδηρων μολλάκους cantemus Augusti. suader ab honesto, vt mutatis animis, lamentationib[us]que longè valere iussis Augusto gratularentur de victoria ab hostibus Armeniis, Medis, & Gelonis fortiter parta; inque eius honore. επινικιον πυγμα decantent. *trophæa.* *μετατελεια.* vexillum, statuam, signum de victis hostibus positum. *Niphaten.* Niphates mons est Sollino, Melæ & Straboni 11.lib. Quare non ausim dicere fluum. Strabo namque vndeclimo, hic ipsæ mons, inquit, in initio Taurus vocatur, Sophenam, ceteramque Armeniam disternitans à Mesopotamia. Sunt qui Gordyços monteis vocant: in his est Masius mons, qui supra Tigranocertam seu Nisibin iacet, postea magis magisque elatus Niphates appellatur. hoc in loco sunt Tigridis fontes, ad Australe montanæ regionis latus: deinde iugum à Niphate magis ac magis extensum, Zagriū montem efficit, qui Medos Babylonioſc; distinuit &c. itaque Niphaten rigidum, horridum niue, & inaccessum. *Medumq[ue] flumen.* de Medo flumine Strab. lib. 1. s. in Araxem, inquit, ex Parætacis descendente Medus influit ex Media delatus &c. *gentibus viciis.* Stra. lib. vndec. ij validos vicinos habent, inquit, Armenios & Parthos, à quibus sèpè aliquid circumciduntur, resistunt tamen, & ablata recuperant, quemadmodù Simbacem ab Armeniis receperunt, qui sub Romanis erant, & ipsi ad Cæsaris amicitudinem accessere: loquitor, ni fallor, de Medis Atropatiis. vide Strab. *minores vol. vort.* vortices per prosopopiaciam significat Armenios, Parthos, Medos iara debellatos à Cæsare, non futuros, ut anteā, tam arrogantes & iactabundos. *Gelonus.* Geloni Neuris, quos Ptolemaeus Nauaros, & Budinis, quos Bodinos idem nuncupat, sunt proximi: à Gelono Herculis filio sic dicti: qui postea Getæ, & nunc Tartari vocantur: hic autem Gelonus fratres habuit

huit Agathyrsum & Scytham, à quibus Agathyrsi & Scytha populi nominantur. Beganus nosferia Gotoda, pincis Gelonos Budinis in agricolatione & patione mercenarios suis scribi, dum illi praedarentur: & inde nomine eis, datum, quasi ghesponden, nam loon Cimbricæ, merces est Latinæ, hunc legit. De gentibus ab Augusto deuictis Virg ad finem lib. 8. Aenei. Ouid. lib. 15. Metamor. Quid tibi barbariæ &c. Item 2. Trist. Horat. 14. 15. Ode lib. 4. Appianus in Illyrio circa medium. exiguus equitare cam. M. Didius vaganteis Thracas reprellit. M. Drusus intra fines proprios continuit. S. Rufus. Thracibus autem Geloni sunt finitimi & Scythis, quos hic vno nomine Gelonorum significare videtur. Lyricus.

A D L I C I N I V M D E M E diocritate in vitaque fortuna seruanda:

O DE X. προτρόφων παν.

RECTIVS. viuos, Licini, neque altum.
Semper vrgendo: neque, dum procellas.
Cautus horrescū, nimium premendo.

Litus iniquum.

5. AV R E A M. quisquis mediocritatem:
Diligit, tutus caret obsoleti
Sordibus tecti, caret inuidenda.
Sobrius aula.
Sapius ventus agitur ingens.
10. Pinus, & celsa grauiore casu.
Decidant turres, feriuntq; summos.
Fulmina montes.
S P E R A T infestus, metuit secundis,
Alter amorem bene preparatum
15. Peccatum, informe hiemes reducit
Iupiter: idem
Summouer. non, si male nunc, & olim.
Sic erit, quondam cithara taceat et
Suscitat Musam; neque semper arcum.

20. Tendit Apollo.
Rebus angustis animosus, atque.
Fortis appare. sapienter idem
Contra hæs vento nimium secundo.
Turgida vela;

COM MENTATOR:

RECTIVS. viuos. Licini nec altum. Metru Sapphicum cum Adonio. Scit it ad Licinii Crastifam monens optimum esse medium. vita statum:

& periculorum esse semper magna appetore; nec contraria in angustijs & humilitate vita lordide contumeliam, sed allegoricō docet nos debere sequi mediocritatem, quam seruare dicit. nauiganteis. ordo est: ô Licini dum caurus horrescīs procellas, rectius viues, neque semper altum vrgendo, neque nimium premendo litus iniquum. alterum. appetendo & perseguendo sublimia, caucus. sollicitus. premendo. tangend. iniquum. nauigantibus periculum propter saxa. auream. pulchram, beatam. Virg. Aureaque, vt perhibent, illo sub rege fuerunt sœcula. tutus. securus, defensus. obsoleti. sordidi, squalidi, veteris, antiqui: ab obsoleto, es, id est, veterasco. sordibus. spurcitia. tecti. humili casæ. sobrius. lapiens, temperans. inuidenda aula. quia mediocritas caret inuidia, quæ ex magnis & splendidis ædibus oboriri solet. sapius. ventus. pulchra comparatio ab arboribus & ædificiis: dicit in alto posita, & subiunctiora semper subiacere maioribus periculis & casibus. vt Iuuena. Numerosa parabat excelsa turris tabulata, vnde altior esset casus & impulsus præcepit immane ruina. agitur. quia ingens, ideo agitur, id est, cōcūtitur: humiles enim arbores non ita ventis obrunntur. decidunt. ruunt ex alto, labunntur. summos montes. quemadmodum Acroceraunia, quibus à frequenti fulmine nomen est datum. alteram sortem. fortunam bonam aut malam. infestus. aduersus. secundis. prosperis. bene prepara. instructū, & formatum, temperatum quæ ad quemuis insultū fortunæ. ordo est: peccatum bene præparatum, id est, sapiens, sperat infestis alteram sortem, id est, prosperam, & metuit secundis alteram, id est, aduersam. vnde dicit Sapiens, in die malorum, ne immemoris bonorum, & in die bonorum, ne sis immemor malorum. informis. turbidas affiduis imbris. summouer. aufert, remouet. dat diuinatis exemplum per mutationes temporum, vt semper speremus in adversis & fortis simus: Nam si ut diuinæ dispensatione nunc ætas sit, nunc hiēs, ita diuinæ nutu adueſtas & prosperitas sibi vicissim succedunt. non si male nunc, & olim. generalis sententia, non temper candens manere fortunam. vt Virg. Nunc olim quo cumque dabant se tempore vitæ, sic olim pro futuro tempore posuit. & hunc tu olim celo spoliis orientis onustum accipie. neque semper arcum. id est, non semper est infensus. dat aliud numinis exemplum, quo eum monet non semper bellis, tristibus occupari debere, sed misere læra mastis. tendit Apollo. Nam Apollo pharetratus depingitur cum cithara, quam cum pulsat, dicitur placidus; sed cum arcum tendit, censemur iratus. Est ergo sensus, non semper Deus arcum in acundia tendit, vt mortaliibus,

tafibus aduersa tribuat, sed aliquando citharā suscitat, lætitia & prosperitati indulgens. idem quisquis es. contrahes. supprimes. Allego: ia à nauigantibus: Nam sicut naurū pelagus est incertum, ita sapienti nec in aduersis desperandum, nec cōfidendum fūder in prosperis. appare. obtempera. turgida vela. inflata vento nimium secundo, id est, numia felicitate.

C R Y Q V I V S.

RECTIVS viues, Licini, neque altum. M. Licinius Crassus prætor Roma, ut populo fortale & nonnullis ex senatoribus, quibus L. Antonius M. frater in Augusti perniciem multa preclarè fuerat pollicitus, gratificaretur, cum Sexto, & Antonio sentiebat, sperans eo fauore prætura defunctum le consulem iri designatum: verum quādo se postea ea spe frustrari grauiter indiactetur, moneret Horatius mediocritatem rebus in omnibus esse tuti simum viræ beatæ præsidium; ab eaque vel latu vnguem, vt aiunt, sursum, deorsum discedere stultitiam esse maximam: Nam sublimis honoris gradus, ut multis inuidiae telis obnoxius est, ita nihil asserit eum habere securi, nihil tranquilli. Contrà, humili reperi, & nullo in honore versari nimis esse folidum, contemtumque & conuicis non carere. Quare iuber eum magno semper esse animo constantiique, in aduersis quidem, ut enitatur ea fere fortiter, & sperare meliora. Ita prosperis vero modestè prudenterque leque suaque gerentem meminisse instabilitatis fortunæ, semperque deteriora formidare; neque enim Iovem semper irasci, neque renidere perpetuò. *rediviu viues.* Exorditur allegoricôs, à remotione viræ in republica nimis splendide, propter amulationis pericula; & omnino abiecit, & propter cōuicia: hortaturque Licinium viam viæ mediam ut ingreditur, si voler bene tutoque vivere. Huic Ode perelegante concinit hoc Epigramma Bassi,

μη τι με κακοστόντος ἄρτος θεραύς, ὃδε γαληνώ
ἄργυρον διπανθέμω τὸν πολυτελεῖον· αὐτὸν στόντες
ἄρχεται, ἐπειδὴ πρήξεις ἀνδρῶν, τοὺς μάλα μέτρον
ἔχον τὸν πόνον ποταμέων. τὸν ἀγάπη φίλοι λάμβει,
τρυπάει ἔχθραι ποιῶσσι, τοῖς ποιεῖσι τοῖς δέσμοις

quod Latinè reddidi: Ne ferus incertus Pōtus nos iactaret vndi, nec ferat incautos aura lerena nimis; Optimum id est, rebus cunctis mediocriter vti, amplectisque modum qui satis esse queat. Hoc gaude mecum, & nigras fuge Lambi procellas, sic nobis zephyrus s̄pē benignus erit. *rectius.* turius, commodius, malī que minus obnoxius, tranquilius. Non arbitror enim eam amiresticudinem notari quæ respectu alterius di-

citur, qualia Stoicis sunt καθάρισμα καὶ δέψημ. altum. πίλαις, mare pro. undum, quali τελαις, quod sit τοῦ τῆς γῆς, id est, procul à terra; vbi vndarum procellæ & voragine præcidunt omnem salutis & euadendi spem, si nauis in soluta tēpestibus submergatur. ita in πόλεσι qui summus est in honore, si cadat inuidiae iaculis, ut sit, vel sua culpa deturbatus, postea nihil eum manet præter summum malum. *semper vrgendo.* indefessè petendo. vrgendo habent Cod. Bland, quos sequor propter dictionis plenitudinem. *cautus.* tibi tuuīque cauendo, ne in periculum & dilectionem aliquod incidas; quod non est prudentis: Num dum vitant stulti-vitia, in contraria currunt. *litteris iniquum.* nimis amans securitatis appetentis, quæ repla tamen nihil est aliud quam labor, dolor & miseria sine gloria: Naucleus enim qui nihil quam littora legit, euadit quidē pelagi procellas, sed non raro ita hæret in scopulis & inquis rupibus sarcisque præruptis miserabiliter, ut felicius iudicet in pelago perielitari & perire protinus. videtur autem alludere ad illud Pythagoræ, οὐδὲ γῆς οὐ τάπει, id est, circiter terram non esse nauigandum, hoc est, sic in humilibus iebu & humanis curvis animum occupandum, ut numquā ad subi-mia immortaliaque extollatur. *auream quisquis.* laus mediocritatis ab adiunctis extreis orum triusque incommodis: nam qui in imo vita statu vicitur, is sorteſcit inglorius: qui sublimem sestat, is quasi in specula cōstitutus obseruat ab omnibus, vnde que expotus inuidiae spiculis, itaque medium viræ viam ingredi est tutissimum. is autem viræ mediocritatem diligit, qui eam tamquam serum suarum principem ducem comittatur è propinquio: Alij quidem eam quoque diligunt, sed hos magnificentia, spendor & vanitas rapiunt obsecratos in suum precipitum; alios inedia & iniqua paupertas sic d. tinent præpeditos, ut ad desideratam mediocritatem nequeant euadere inuidique. Alij ita sunt in bonis accumulandis solidè auari, aliij in profundendis turpiter, ut mediocres & esse & haberi nolint, adeo ut id viræ genus tamquam malum vitare gaudent. *obsoleti.* cariosi. Caries enim multas soideis adfert & pulueres, inuidenda, quâ propter magnificentiâ splendoreq. comitatur inuidia. *aula.* Aula propriè est sumtuosa domus pars anterior vento perfabilis, ut habet Athenæ lib. 1. ἀντερός τόπος, perfabilis locus. Quis & apud Homerum per aulas intelligimus loca subtilia: hinc factū est, ut virorū principum & regum palatia sint aucte nuncupatae, quod in inglesi loca sint apula & subdia!ia. *sobrius.* hic adverta lector non in sulcus duo hæc epitheta tutus, sobrius, quo modo in mediocritate libi ancilletur

mutuo: quæ tutæ quidem est, hinc à contemtu conuicisque, illine ab inuidia obtræctioneque, idque extrinsecus: lobria verò ab interno animi bono, nimurum temperantia modestiaque. atque ita & extrinsecus & intrinsecus in secura tranquillitate est qui mediocria sectatur. *sepius ventis agitatur*: hæc metaphoræ per quam elegantes ab arboribus sumitæ turribus & montibus, quasi ad oculum demonstrant incommoda, quæ cernimus. extrinsecus accidere rebus excelsis & in arduo positis. *pinus*, καὶ ἴξων pro quavis arbore procera, propter miram eius & pinastri altitudinem. *fulgura monteis*. sic habent omnes scripti lib. non fulmina, ut vulgari. Per ventos autem & fulgura facilè quiuis intelligit inuidiam, obtræctionem, dolos, & infidias, quibus periculose laborant qui sunt in summo honoris gradu constituti. *ſeras in festis*. hæc bona sunt interna, quibus erigitur animus viri boni tam prosperis in rebus quam aduersis. Tacutè que solatur Licienium, si non sit ordine consecutus honoris gradum sibi debitum, per Iosem subindicans Augustum, à quo si prohibitus sit ad ipsi dignitatem consularem, fururum aliquando ait ei propitium, auctoremq; eiusdem acquirendi: quod & contigit; ipse namque Licienius cum Augusto consulatum gessit anno Vrb. cond. 723. *informes hie*, red. *Iap. id. sub.* in consolationibus plurimum potest vicisitudinis commemoratio, τάχις ἀγρεσούς ταῦτης ἀμενεις. in Elect. Sopho. *non si malè nunc*. hæc connexa negativa pollicetur Licinius dolorem præsenis mali commutatum iri in spem opinione meliorem propter vices rerum. *quondam*, aliquando, nonnunquam, interdum. *suscitat*. ad cantandum provocat, inuitat. *rebus angusti*. clausula parænetica. contâria in veraque tortu: his autem verbis correspôdent illa Cebetis in tabula, ybi de moniti, seu princeps ille naturæ lex, rectâque ratio iubet eos quæ in vita ingrediuntur nullam fidem habere fortunæ; nec eius dona stabilia & quodammodo propria purare, quæ & largitur hominibus & auferit temerem, καὶ διὰ μετελεύθεν, ἵψη, αὐτίκα καὶ πάντα τριπάται τερπνός δόρυς ἡ τελεία γένεσις, καὶ μέτρα τείχους, ὅπερ. Αδην, μέτρα ἡ τείχους, ὅπερ. ἀφίσταται. id est, & ob hæc sane causam, inquit, precipit ad eius munera submissos esse, seu minus alacres, & neque gaudere quando ea dederit, neque dolere vbi abstulerit. Quod idem monet Horatius, pimirum in aduersis non debere abiecto esse animo sed forti, nec in prosperis elato arrogantiq; sed contracto & submisso. Quod egregie quidem sed obscurè signant hæc verba ἡ τελεία γένεσις: sumta metaphora à nauis, qui vento vehementius incumbente vela contrabunt, ut tuius nauigent.

A D Q. HIRPLINVM, CVRIS omissis ut vivat hilariter.

O D E X R οὐ μένοντιντα.

Quid bellicosus Cantaber, & Scythes,

Harpine Quincti, cogite, Hadria

Diuisus obiecto, remittas

Quætere: nec trepides in vsum.

Poscentis cui pauca. fugit retro

Lewis luentes, & decor, arida

Pelle te lasciuos amores.

Canitie, facilem q̄z somnum.

Non semper idem floribus est bonus

Vernu, neque uno Luna rubens nitet.

Vuln. quid eternis minorem

Conflixi animum fatigauis?

Cur non sub alta vel platano, vel bac

Pinu iacentes sic temere, & rosa

Canos odorati capillos,

Dum licet, Assiriæque nardo.

Potamus vñcti dissipat Euius

Curas edaces, quis puer ocyus

Reslinguet ardenti Falerni.

Pocula prætereunte lympha?

Quis deuium scortum elicet domo.

Lyden? eburna, dic age, cum lyra.

Maturer, in comitum Lacano.

More comam religata nodum.

C O M M E N T A T O R .

Quid bellicosus Cantaber.. Merrum duobus versis. Alca. terci. iam. dim. et. hyper. quart. Pindar. Hirpinum monet, ut omisssis curis alienis sibi consulari, commodisque vita sua studeat celerius fugientis. ordo est: ó Q. Hirpine remittas querere quid cogite bellicosus Cantaber, & quid cogite Scythes diuisus obiecto Adria. Cantaber. gens est in Hispania bellicos. Scythes. gens est Septentrionalis, postea dicti Hunni. obiecto Adria. supp. mari. id est, Adriatico mari. diuisus. interfuso mari à nobis seiuunctus. remittas. omittas, desinas. nec trepides. dicit humanam naturam, si tantum quærat quæ sufficiunt ad vsum, & breuitatis vite sit memor, paucis posse esse contentam. nec trepides. nō timeas, quia pauca sufficiunt in vsum tui. fugit retro: ordo est. Lewis luentes fugit retro, & decor, arida canitie pelle te lasciuos amores. & lam-

& somnum, id est, recedit à nobis & emanat procedente vita in senectutem. ut est, optima quæque dies misericordia mortalibus æui prima fugit, subeunt morbi tristisq; senectus. *Lewis.* velox. decor. pulchritudo iuuentutis. *arida.* secca. hoc est, parum in suum usum impendere per nimiam parsimoniæ senectutis: aut arida, minus in Venerem callente. *pellente.* abigente. *laetius.* flexuosos. *fatualem somnum.* qui lenibus tardus est. ut, pendebat somno iam deteriori senectus. non semper idem. naturalibus exemplis docet, nihil esse perpetuum, ut nec homo in flore semper permanet. *vernus.* vernalibus. neque uno. eodem, sic nec flos iuuentutis idem semper est. *quid æternus min.* ordo est, quid fatigas animum minorem æternis consilij, id est, quam sunt æterna consilia, quæ sunt infinita & perpetua. *fatigas.* laceras. cur non sub alta. ordo est, cur non potamus dum licet, sic temere iacentis, vel sub alta platano, vel sub hac alta pinu, & odorati canos capillos rosa, & vngui Aſſyria nardo. sic temere passim, ut habeat laſciuiam ipsa. licentia. *rosa.* oleo rosaceo. *odorati cap.* id est, habentes capillos odoratos, figura Græca. *dum licet.* dum sumus iuvenes. *Aſſyria nardo.* Aſſyria pro Syria. notandum quod nardum genere feminino posuit. *dissipat.* remouet, discutit vinum. *īvies.* Liber pater, sic dictus, quod cum dñi cum gigantibus bellum gererent, primus in leonem conuersus occidit Gigantem: quo facto cum Iupiter ita laudavit, sū q̄, id est, euge fili. Græcē nam que q̄s, Latinē filia dicitur. Sed hæc vox etiā est baccantium, sū Bacche strenens, *edaces.* eō quod attinent & consumant. quis puer. quasi iam sit in conuiuio. *refringues.* refrigerabit, temperabit. *ardens.* austeri. *prætereunte lym.* decurrente aqua scilicet fontanæ tamquam potu sit lenior. ut fontes liquidi atque excita flumina cursu. *deuimus.* deuimus autem dicitur, quod est à publica via remotum: Scortum deuimus quod non prostat publicè: Scortum autem dictum putatur à calceamentorum solo subiecto omnibus etiam vulgaribus. elicit. euocabit. *eburna.* ordo est: ô Hirpine, ago, die Lyden cum eburna lyra, vt religata commas maturerit in comitum nodum more Lacenze. *eburna.* ebore ornata. maturet. accelererit, festinet. ut, maturate fugam. in comitum nodum. in compositum: festinantes enim mulieres perum tantum capillum in nodum colligere consueverunt. *Lacenze.* Helenæ. ut Virg. Non tibi Tyndaridus facies iniulta Lacenze. *incomitum.* in prepositio apposita est, non composita.

Cav. Q. v. 1 v. 5.

Quid bellicosa Cantaber. De bellis in Romanos exteris quotum euadant, sollicitum.

Quintum Hirpinum moner, cura futurorum quæ possint accidere ut ne se fatiger, néve præsenti aliquid grati distractum putet in venturam necessitatem reponendum, sed potius memor æui brevis naturæque benignæ, suadet ut iucundè viuat, genioque & amoribus indulget & amico somno: hoc enim & desiderare iuuentutem, & corporis cum vigore venustatem: Quod quidem ut faciat, quasi ex te præsenti, locum designat, ubi in umbra resupini inter odores & pocula, curis omnibus omisis, possint adesse inbore Lyden & cithara canendo saltandoque sibi operam dare. Ceterum huius odes Epigraphe est ad Q. Hirpinum. Quid si pro Hirpino legamus Crispinum? tunc temporis enim inuenimus apud Chronographos T. Quintum Crispinum consulatum gesuisse cum Druso Nerone, quando Tiberius Nero, Drusus frater cum Dalmatis & Pannoniis, quos per Scythas hic intelligere licet, bellū gerebar. *Cantaber.* de Cantabris Ode 6. lib. 2. & *Scythes.* Ode 35. lib. 1. cogitet. machinetur, molietur: futura quidem prudentiæ aliquam partem sibi vendicat, sed conjectaneam: Quare ex his ordinare disponeret que præsentia, quasi iam certis, ut hominis est parum sani, ita monet Quintum ne hoc faciat, sed præsentibus utitur genialiter, ei satis esse bono: ut ad vitam iucondam, etiam si nihil accedar: Nam vitabrevis paucis est contenta, paucis hilariter toleratur. *Adriadiuſus ob:* loci intercapedo & Adriatici maris interfusio inter Romanos & Scythas seu Dacos faciunt ad securitatem Quintio promittendam, ne ita sollicitus sit ad quemuis rumorem. *remittas quer.* ne anquieras, ne tam sollicitè queras, sis in querendo remissior. indicat Horatius Quintum animo fuisse parvo, vnde nascuntur affectus non viriles, anxietas, cura, metus, parcitas &c. nec trepid. in usum: ne formides, ne quid tibi desit ad vnum vitæ pauca poscentis, id est, quæ paucis est contenta: Ipsa namque per se est inops, ei pauca desunt moderate, ut contra, luxurig omnia. Quare diuinitus Tobias senior montu iu niorem, Noli, inquiens, timere fili mi: Pauperem quidem vitam gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus Deum, & recesserimus ab omni peccato, & fecerimus bene. nec trepides. arguit ex metu parcitatem ante tempus: Nam iuuenem, quidem naturæ ductu decet esse liberalē & hilarem, senem verò parcum & leuerū: hic de ciu sa rectius, meo quidem iudicio, rō trepides, expremens felines querere in hac arata inueniri, parcendo in usum anni, id est, vitæ totius, etiam senilis, quæ paucissimis est contenta. Iuiciet lector doctus; huic enim responderet è aīdō rō mīrēs rō ādīpōtīs Zōns, id est, humanae vitæ spatiū & curriculum:

Q. 3,

curriculum: vnde Herodot. *πλευρας τοις αταρας*, id eit, *θεσσαλονικη*, finire vitam, mori. fugit retrò. suadet lætitiam à celeritate iuuentæ, qua præter opinione citius *leuis iuuentas*. volucris & acer, nō etiam imberbus aut mollis, vt volunt alij, sic enim ei parum congeniret & fugit. nec opus est vt & leuis per & diphthong. scribatur, vt prior sit longa; quando & iambus in eo genere metri nō raro primum locum teneat. *arida pellente*. ab incommodis ætatis senilis quæ eis ex uce, frigida, calore paullatim & naturali vigore euanciente. *canities*. canities pro senio: id enim ætatis solet ea per naturam accidere, ceterius, citius, pro nativa caloris tegerie. *facilem̄ som*. qui gratus & utilis est membris reticillandis, & viribus corporis augmentandis. At senibus caloris defectu difficultas est, interrupitusque & irquietus. Legito Aristot. de part. animal. lib. 2. cap. 7. non semper idem. à forma pereunte per senectutem, gratiaque & venustate. legito rosas Virg. *quid eternis ipsorum apes τοις αδιάντοις*. Nequit enim fieri, vt pars sit humanus animus Dei consilijs æternis cognoscendis, nedum cogitadis: iccirco iure dicitur, minor, inferior, impotenter, quam ut futura Dei consilia comprehendar, sicut si ipse æternus & immortalis. *cur non sub alia loci διατάσσονται* vbi velit latè conuari, cum adiunctis, voluptati odoribus, poculis, cantionibus, amasis. *vel hac pinu*. locum quasi demonstrat hilaritati. cominiodum, vbi in umbra iaceat, sic temere, sine ullis ceremoniis, *ἀντρας διατάσσονται* epulentur. Pinus morteis amat, sed etiam in piano crescit, auctore Plin. *rosa canos odor. cap. Quid?* an Horatius sui parum memor, velit Hirpinum in iuventa, in ætatis flore canescere, & ad amores hortari à quibus abhorret arida canities? an canos capillos interpretabitur vnguento delibitos & candidos resplendentisque? an per lynchian alludat ad *λυγνόδας*, id est, canam seu albam rosam, qua capillos velit internecti, quemadmodum dicimus quoque *λυγνός ιαπ*, id est, ver canum, ver album, propter flores? Eniūs. sic inueni in Bland. vetus isti. ed à sciolo supraposita nota aspirationis. alij omnes habent Euius, contra Græcæ compositionis, quam notat Comment. rationem, quæ medium syllabam non aspirat. Est autem Euius, nomen Bacchi, quasi bonum pharmacū, vt mihi videtur, *ιος* enim Tzetzi est medicamen, *μαρπα τοις ιαπ*, id est, medicor: vinum namque dissipans curas animi, est contra eas præsentissimum remediū: qua ratione quoque à solutione tristitia dictus est Lyxus. *curas edaces μεταρριθμός γυανόπερ*. *τεττας ιαπ ιποδως τα μέν ιδιότατος φερτίδας*; nam curæ corpus adcedunt adūque satietatem. *qui puer ocyus*. hæc omnia ex compoito: quasi res ipsa nunc aga-

tur, & recumbentibus vinum propineret. *deum* *scortum*. non publicum, sed secretus pauci: que cogniti: quod genus nuncupamus *slippertens*, *slippertens*: Quod quidem deuium dici arbitror ab Horatio, ion tam quod l coleret domum semotam à via publica, quān quod deuiando, domos cognitas oberrando, corpore merendo, cithara canendo quæstum faceret. *elicet*. opima luci spē proposita. *cum lyra*, erat enim *l. dicina*, *κιθαρίστης*, *χάρτερα γυνών* maturet. hic locus nō parum torquet Larinim, ad quem lectorem remitto. Mibi certè sic orsinandus apparet: Age, dic ut Lyde religata comam cū lyra maturet incomatum nodum more Lacenæ, hoc est, ipsa quidē caput ornat & comam religeret, sed corporis cinctum ne curet; sicut Lacenæ puellæ, qua olim incedebant discinctæ interdiu, & sine tunica, *ἀχιττός*: supparo tantum fibulis astricto ex humeris, quod in incelsu femora nudabat: vnde Callimachus, *λοκας ὁτις ἀγορος, χατύποντος*, id est, incinctus, & fibulis astrictus ex alterutro latere. & Anacreon, *ἐνδόντος γυναικας δεξιάς*, id est, incedit Doricè, exuta tunicam. Ad hanc modum volebat Horatius adesse Lyden, ut dum lyra caneret, etiam saltaret lasciuius. vide adag. *λυγνός*. Sed & D. Clemens pedagog. lib. 2. Lacenæ virginis more *ιαπ γυναικας*, id est, supra genu reductis vestibus incedere ait parum esse decorum.

A D M A C E N A T E M, R E S graeis lyrico carmine non esse dicendas, sed leueis & amatorias.

O DE XII. προστυλίσκη.
N O L I S *longa fera bella Numantia*,
Nec dirum Hannibalem, nec Siculum mare
Pæno purpureum sanguine, molibus

Aptari cithara modis:

Nec seuos Lapithas, & nimium mero
Hyleum, domitōsque Herculea manu
Telluris iuuenes, vnde periculum
Fulgens contremuit domus
Saturni veteris: tūque pedestribus
Dices historius prælii Cesaris
Macenas melius, ductaque per vias
Regum colla minacium.

Me dulcissima Musa Lycynie
Cantus, me voluit dicere lucidum
Fulgentius oculos, & bene mutuus
Fidum pectus amoribus:

Quam

Quam nec ferre pedem dedecuit chorus,
 Nec certare ioco, nec dare brachia
 Eudentem nixidi virginibus, farre
 Diana celebris die.
 Nam tu, qua tenuit diues Achæmenes,
 Aut pinguis Phrygia Mygdonias opes,
 Permisere velut crine Lycymnia,
 Plena aut Arabum domos?
 Dum fragrantia detorquet ad oscula:
 Cervicem, aut facilis sanitia negat,
 Que poscente magis gaudet eripi,
 Interdum rapere occupet.

COMMENTATOR.

Nolis longa fera bella Numantia. Metru tribus versi. Aiclep. quart. Glycon. Ad Mæcenatem, significans historiam & res graeis non conuenire carmini lyrico, sed remissis potius & iocis aptas. Itaque dicit Mæcenatem gesta Cæsaris melius oratione prosaica executurum. Ordo est: nolis aptari mollibus modis cithara lœga bella fera Numantia, nec dirum Annibalem, nec Siculum mare purpureum Peno sanguine, nolis non velis, dirum, fortis, qui summa difficultate vicitus est. fera Numant. bellicos, crudelis; propter longa bellum: Nam decem annos cum Numantinis pugnatum est multa clade Romanorum. Siculum mare, quia ibi primum naualium certamine Romani Carthaginensis deuce L. Lutatio vicerat. aptari cit. modis. id est, nolis fortia facta herorum lyrico carmine describi, sed potius res ludicias. Peno. Africano. mollibus. dulcibus, remissis, dissolutis. aptari. à me. modis. lyricis. nimium merito Hyl. intolerabilem ebrietate. Hylæus Centaurus invitatus à Pirithoo ad nuptias, visa puella permotus est: cui dum vim inferre conaretur, à Lapithis, qui simul nuptias intererant, prohibitus est: hinc in certamenitum est, & vsque necis pericula dimicatum: postea ab Hercule sunt superati. hac de re etiam superiorius ipse commemorat. Centaurea mouet cum Lapithis rixa &c. Virg. & magno Hylæo Lapithis craterem minantem. telluris issue. gigantes qui bellum numinibus indixerunt. unde. à quibus Terent. è prædonibus unde emerat, se audisse dicebat. Saturni vet. antiqui. dom. celi, regia Deorum. vt, Panditur inærea dom' omni potenteris Olympi. pedestribus. orationis soluta v. ritate, me iùs quam equestribus, id est, metris. regum colla. reges quos subiungauerat: reges enim. v. Qui in triumpho catenati ducebantur. Ly-

cymnia. Lycymnia aut vxor Mæcenatis, aut ipsius Horatii amica: adolescentum more qui amatas dominas vocant. ordo est: Musa dominæ Lycymniae voluit me dicere dulceis cantus, & oculos lucide fulgentes & pectus bene fidum. murui. id est, alternatis, jugalibus scilicet. lucidum. lucide, uomen pro aduerbio. vt, sublime volantes, pro sublimiter. horridum stridens, pro horridè. fidum: bene fidum pectus, id est, fidele. fidus Achates it comes. ferre pedem. conferre, id est, quana nec saltare dedecuit. metidis virginibus. cum pulchris virginibus ludentem in luctu die Diana celebris: Naturalis enim Diana à virginibus colebatur, sicut & Apollinis; ut superius, Dianam teneræ dicite virgines: nam tu. ordo est: numquid tu permittare velis crine Lycymnæ supp. regna vel bona que tenuit diues Achæmenes, aut Mygdonias opes pinguis Phrygiae, aut plenis domos Arabi, cum detorquet cervicem ad flagrantia oscula, aut negat facili saevitia, quæ magis interdum gaudet eripi, supp. à poscente, interdum occupet rapere? Achæmenes. nomen regis Persarum: Luca. Achæmeniis decurrent Mæd'ca fusis agmina. pinguis. fertilis. vt, pinguis habet terris habiles. Mygdonias à Mygdone rege Phrygiae. plena. diuinitatu supp. id est, divites; & est hic sensus: non pores tu regum opes Lycymnæ amori præponere. detorquet. inflectit. describit fastidium mulieris detorquentis se ab osculis amatoris ut magis incitet. vt. & fugit ad salices & se cupit ante videri. gaudet eripi. tollit. artem designat meretriciam, cum velut irata aut negaram aiori oscula, aut interdum vltro expedit, sic satisfaciens indignanti. Terent. Nolunt vbi ve- lis, vbi nolis, cupiunt vltro. rapere occup. amoris ostendit affectus. occupat. expedit.

CRIVQVISS:

Nolis longa fera bella Numantia. Fingens Horatius Mæcenatem velle modos lyricos apari rebus grauioribus, nimirum gestarum rerum describendis historiis, & id genus alijs quæ continuam narrationem postulant, mirabiliter ei circuni præcordia ludit: id enim negotij magna cum laude in oratione soluta ei cedens, vt cui & principum virorum & res à Cæsare gestæ, triuimphique: essent perspecti proprius, se transferr ad amores lyra cani solitos: quod eum vehementius amare, nec nō amplecti, quam laboriosam quandā præliorum decantationem, non ignorabat. Quale ve id m' ori cum benevolentia ipsius & gratia voluptatē que faciat, Lycymniam eius, vt arbitror, amicam miris laudibus effert, ab oculorum lucido splendore, fidis amoribus, Ionico saltandi motu, iocis,

locis, amplexibus & gratis osculis; adeò ut vel maximis opibus regiisque diutius ea non redimat quæ vel negat ipsa libi eripi, vel affigere gaudet vltro. *nolis*, nolle debes, te nolle est æquum; nolis enim est modi potentialis. Præoccupat animum Mæcenatis ab iniquo; quippe quod bellorum descriptio lyricis versibus minime cœueniat, propter molitatem facilitatemque. *longa*. L. Florus lib. 2. cap. 18. Oros. lib. 5. cap. 6. per annos 14. Straboni per 20. durauere. hos legit. & Plin. cap. 58. 59. de viris illust. Europium lib. 4. cap. 3. D. Augustinū de ciuitate Dei lib. 3. cap. 21. Val. Max. lib. 2. cap. 2. lib. 3. cap. 3. lib. 7. cap. 6. *fere*. inhumanae, impia in patriam, quam cum diis, parentibus, uxoribus & liberis igni deuastarunt, tandem ad extrema coacti à Publio Scipione Africano minore; qui propterea quoque Numantinus est appellatus, anno post deletam Carthaginem 14. Vrbis autem condite circiter 620. *dirum Annib.* Bland. 4. Sil. Maldeg. Diuæ lib. habent durum, *vnu* Mart. *dirum*. De tribus autem bellis Punicis omnes meminere qui de rebus Romanis ex professo scriperunt. *Siculum mare*. de Annibal's ienioris nauibus 70. quibus oram Italæ maritimam vastabat; de C. Duillio consule, qui citius opinione 130. nauium classem cōtra Annibalem munitam habuit, vide Orosium lib. 4. cap. 7. L. autem Florus lib. 2. cap. 2. Duillij classem fuisse scribit 160. nauium. Primo hæc bello Punico gesta sunt. *Pæno purp. sang.* à Duillio namque 31. naues captæ, 13. merita, tria hominum milia cæsa, 7000. capta narrantur. Ab Atilio Carthaginenses cōseruo nauali procello in fugam versi 64. naues perdiderunt. Postremo à C. Lutatio Catulo Vrb. cond. 511. naues 64. Punicæ captæ, 125. demersæ, 22. milia hominum captæ, milia 13. cæsa sunt. hæc Oros. Eutrop. Epitom. 19. Polybius autem Pœnorum nauis scribit submersas 50. capitæ 70. hominū milia amplius 10. capitæ. *mollibus*. amatoriis, non virilibus, quales sunt Epici, classici; inepta namque bellis decantandis est cithara, nisi ea sint virginū, ut suprà Ode 6. lib. 1. *nec seuos Lapit.* à minori. Quo pacto cithara rebus gestis virorum fortium pollit accommodari, cùm ne fabulis quidem aptè concinnandis sit idonea? *Lapithas*. de Lapithis ab Hercule superatis cæsisque Apollod. lib. 2. Fuere autem Heroës Thessalici Centauris inimici. de quorum controuersia inter se causa vide Palæophatum. *Hyleum*. Centaurum à Theseo interemptum: vel Apollodoro auctore lib. 3. ab Atalanta virgine sagittis cum Rhoco perfostrum. *telurus iuvenes*. terræ filios Gigantes ab Hercule occisos Apollod. lib. 1. contremuit. nam & saxa in cælum & accensas arbores iaculabatur, int̄ quos

principes fuere Porphyrius & Halcyonius: quibus interfectis ab Hercule, terra Tryphonem progeniuit, quem cùm dij prospiciunt in cælum irrumpentem, in fugam actriu Aegyptum proferant: cùmque in sequentem eum vidente, in varias formas animantium se quisque transmutat, &c. vide Apoll. lib. 1. *Saturni vet.* Qui cum Ioue & fratribus Plutone Neptunóque de totius orbis imperio annos decem bellum gessit. Tandem Iupiter matris Telluris consilio, liberatis è Tartaro Cyclopus, qui Iouem tonitru fulgetrāque & fulmine, Plutonem galea, & Neptunum tridente donarunt, Saturnum vicit. Titanasque: ijs telis armati fratres, vincitos inaque Tartarum detrusos, Centumanis custodiendos dederunt, orbis tortus imperii inter se partiti sunt. Apollod. lib. 1. *sæque pedestribus*. hæc faciunt ad laudem Mæcenatis à stylo seu charæctere sc. ibendæ historiæ rerum à Cælare gestarum. Pedestribus autem dixit historiæ, quod prorsa oratio numeris quidem & pedibus, sed non certa lege strictis constet, vnde numerosa sonorâque dicitur. Verum Saty. 6. lib. 2. Musa pedestris alia ratione censenda est, vt ibi docimus reclamantibus aliis. *per vias*. Quando triūphans imperator vrbem per portam triumphalem ingressus, cum omni apparatu per medianam vrbem & Velabrum, perque Sacram viam in Capitolum ascenderet, vbi tauros in pompa ductos, in Louis Opt. Max. templo immolabat &c. videto Alex. ab Alex lib. 6. cap. 6. de triūphi cærimonii. *minacium*. sic habent cod. Bland. omnes, quos fecerunt sum. Mart. Maldeg. Diuæ habent minacium. *me dulcis dom.* argumentum amatorium modis aptum molibus, lyricisque versibus. *Lycymnia*. sic cod. Bland. antiquiss. Alij duo Licyniæ. sed Diuæ, Mald. Mart. Sil. Liciniæ, vt vulgati. videtur alludere ad Lusciniam auem. subdit se debere dicere *dulcis cantus Licinia*, id est, eius in canendo melodiam, vocisque cù varietate suavitatem, qua pellicit amanteis derinetque. *dicere*. canere, laudibus celebrare. *lucidus*. *ærnuspia*. *petitus bene fid.* cuius est idem velle & nolle. Hæ laudes Lycymniæ sunt ab ijs bonis que natura dedid. *quam nec ferre ped.* id est, cum puellis saltando, gesticulando Ionicæ, id est, molliter & laciuæ, decorū seruavit, iocata est, risit, brachia manusque dedit colludendo pulchris virginibus &c. *num tu qua*. *ipomps* ad exprimendam amoris vim potentiamque qua præfert amator regis opibusque maximis amicæ osculum. *flagrantia*. *iripyra*. fraudis artisq. meretricie in osculis dandis negligens, quo magis amore sui inciteret. flagrantia, omnes habent scrip. lib. præter Diu. in quo est scriptum fragrantia, quod plus probat Lamb. quæ aliud;

Shiud: at plureis tamen codices sum secutus, quod
odoribus quidem prouocata oscula, ut minus
mascula ita pigra saepe sunt repentiq. post pri-
mum impetum. ad oscula. ab amatore petita.
facili saevia. leui luctamine: nam lewiter & pae-
de iponte se viaci patitur gaudetque.

IN EXCRATIONEM arboris, cuius casu repentino pene extinctus fuerat.

Ode xiiii. μεμητικα.

ILLE & nefasto te posuit die,
Quicumque primum, & sacrilega manu
Produxit, arbos, in nepotum
Perniciem, opprobriumq; pagi.
5 **I**llum & parenti crediderim sui
Fregisse ceruicem, & penetralia
Sparsisse nocturno cruore
Hospitiū: ille venena Colchi-
ca, & quidquid vsquam concipitur nefas,
10 **T**ractans: agro qui statuis meo,
Te triste lignum, te caducum
In domini caput immarentis.
Quid quisque viset, usquam homini fatis
Caveum est in horas. nauita Bosporum
15 **P**oenus perborescit, neque ultra
Ceca timet alunde fata.
Miles sagittas, & celerem fugam
Parbi: catena Parthi, & Italum
Robur: sed improvisa letibi
20 **V**is rapax, rapietque genteis.
Quā pene furua regna Proserpine,
Et iudicantem vidimus. Acacum,
Sedesq; discretas piorum, &
Aeolis fidibus querentem
25 **S**appho pueris de popularibus,
Et te sonantem plenius aureo
Alcae plectro dura naxis,
Dura fuga mala, dura bellis!
Vtramque sacro digna silencio
30 **M**irantur Umbra dicere: sed magis
Pugnas, & exactos tyranos
Densum humerū bibit aure vulgus.
Quid mirum, rbi illis carminibus stupens

Demittit atras bellua centiceps

Aureis, & intorti capillis

Eumenidum recreantur angues?

Quin & Prometheus, & Pelopis parens
Dulci laborum decipitur fonte:

Nec curat Orion leones,

Aut timidos agitare lynxes.

35

40

COMMENTATOR.

ILLE nefasto te posuit die. Metru duob. vers.
Alcaicum, tert. iamb. dimet. hypercat. quar. Pin-
dar. Execratur arborem cuius calū in agro Sabino
deambulans de vita periclitatus erat: eam fune-
stam & insitorem eius dicens. ordo est: arbos, ille
quicunque produxit te primū in nepotum per-
niciem & opprobrium pagi, posuit nefasto die &
manu sacrilega. nefasto. iniquo & ab omni inando,
inominato. sacrilega. violatrice. produxit. insitum,
planuit. nepotum. posteriorum. opprobrium. in-
famiam: nam ad pagi illius, imo totius regionis
ignominium pertinuisse, si famulos ager morte
domini sui fuisset. parentia. patris matris. cre-
diderim. credere possim. fregisse. noua dictione
execratur parvicidam. penetralia. domus interio-
ra, in quibus hospite necato, ius hospitale fu-
set violatum: minus autem diceret, si homicidium
diceret illic perpetratum; quia ius hospitii viola-
re, pro maximo crimine habebatur, maximōque
suppicio luebat, quod Iupiter precepit illu-
lud in primis seruari. sparsisse. maduisse. noctur-
no. clandestino. Colchica. species pro genere: Col-
chos enim Scythia prouincia est, ex qua Medea
orta fuit venenis & arte magica potens. quicquid
vsquam, nefas pro quoquis criminis. triste lignum.
ab effectu quod tristis faciat. caducum. ruino-
sum. immarentis. innocentis, vel male parentis.
quid quisq. viset. ex hoc loco incipit disputare de
diuersis casibus vite humana, adeo ut via aliquis
eo casu moriatur: de quo magis est follicitus; qui
dum de gladio sibi cauet, incidit in morbum aut
aliud malum, quo abripitur ē medio: quare dicit
imprudentias hominum menteis nulla fatis obvia-
re cautela, nec metuere periculum nisi cum fuerit
proximum; cum tamen multi imprudentis oppri-
mantur periculis. certum est. constitutum per
horas singulas. nauita Bosporum. aut Bospor-
um pro qualibet freto poluit, aut Penum pro
qualibet nauta: Multum enim diuisus est Poenus
a Bosporo; Bosporus Ponti sunt fauces, ubi
propter angustias assidua naufragia fiunt: Nomē
autem dicitur accepisse, quod id mare Iupiter in
bouem mutatus transierit ferens Io. quam postea

P

viciatam

viciatam transformauit in buculam, volens suum furtum cesare Iunonem, iude *sōs p̄q̄e* dictus. *cēca*, improposita, occulta, aliounde, ex alia parte. & celerem fugientes enim Pārthi in sagitando sunt vcheinentiores. Virg. aut misilam Partib⁹ post terga sagittā. *vix*, violentia, mortis necessitas, quæ rapit vnumquemq. nūc hoc nūc illud timentem. quām pane, acsi diceret paruo interstitio mors abicit à nobis. *furia* r. P. furua mystico nomine dicitur Proserpina, id est, iugra vel aura. *Aēcum*. Achillis auum, qui pro iustitiae bono etiā apud inferos index esse est meritus. vnde Iunenal. quas torqueat umbras Aeacus. *sedeisq. discretas*, id est, separatas: significat autē campus Elyios. Virg. Sed amicena piorū concilia, Elysiūmq. colo. hoc autē dicit, vt ostenderet se pāne vidisse inferos propriez imminens periculum. *Aēolis f. Gratias* chordis admurmurantē: propriez Sappho poētiā, quæ dialecto Aeolica in carminibus vslā est. *popularibus*: vulgaribus. Querebatur autē Sappho de puellis, suā gentis quōd amarent Phaonem, quem ipsa amabat. ordo est: & quām pāne vidimus Sappho Aeoliis fidibus querentē de popularibus pueris, *pleniū*, fortius. *Alcæo*. Alcæo nomē poēte lyrici, à quo & metrū Alcætū dictū est. ordo est: & pāne vidimus te Alcæo plenius sonantē plectro aureo dura mala nauis, & dura mala fugæ, & dura mala bellī. *plectro aur. meliore*, *dura mala*, *saeuissima*, *nauis*, luę nauigationis, dū fügeret tyrannoz Mitylenēscis. *utrumq. aut Sappho & Alcæo*, aut fugam & pugnas, aut certē carmina de vitroq. quæ sic facta sunt, vt adyti aliquius putarentur digna secreto, quibus res bellicas & nauigationes suam scripsit; dum à Pittaco tyrranno ciuitatis suę pulsus esset, eō quōd Mitylenensis amorem libertatis sua-deret, quos poete collecto exercitu superauit. *den- sum*, frequens & stipatum ad audiendum pugnas. vt, hæret pede pes; *densusq. viro vir.* ordo est: sed vulgus densum humeris magis babit aure pugnas & exactos tyrranno. *exactus*, expulso amore li-beratatis. *bibit asse*, audit audiissimè. *quid mirum*, si vulgus vmbrae miretur pugnas & exactos tyrranno. *demittat*, mitigat. *bellua centic.* Cerberū notat, propter multitudinē anguium qui ē capite eius eminebant. sinitum autē pro infinito posuit. vt, tibi nomina mille. ostendit autem non immērito vulgus vmbrae carmine delectatum, dum Cerberus eius amoenitate mulcetur. *recreantur*, delectantur: anguis autē naturaliter cātu delectatur. *Prametbeus*, raptor perferulam ignis diuinij, qui vulturem sua viscera depascitent obliuiscitur detentus oblectatione carminis Alcæi. *Pelopis p̄ay*. Tantalus. *dulci*, delectabili. Virg. At qui ipse stupore domus atque intima leti tartara. *dulci*

laborum de. Figura Græca, pro eo quod est labōnū amicitiē sensū dū cantu delectatur. *Orion*. Orion venator fuisse narratur. huius vmbra dicit venatio ni carmina præferte, vigintē apud inferos eo studio quod habuerat in vita. vt Virg. quæ sura nitenteis pascere equos eadem sequitur tellure repositos. *agitare*, insequi. *lynxas*. Virg. Quid lynxes Bacchū varix, & genus acre iuporum.

C R V Q V I V S.

Ille & nefasto te posuit die quicunque. Execrans Horatius arborem cuius ipse inopinato calu, forte deambulans in agro suo Sabino, pāne fucrat enectus: eique scelitissima quaque. *Squinias* exprobrans, qui eam plantauerat, certo definis, non esse cognitum quid periculi vitæ quis in vita, quidve tuō sequatur; adeo vt hic eo quem minime timuit calu, pereat: ille contrā vitæ discrimen euadat præsentillimum, quod neutquam fore sperauit. Quod me herculē Horatius hic sibi dicit vslū venisse: cui mens ipla ex repentina in seruentis arboris nictu vel lassione ita fuit alienata, vt apud inferos le pāne vidisse fabuletur regna Proserpinae, nimirum pōnarum locum, & beatorum sedeis; adfuitq. Sapphoni & Alcæo, qui dulcibus suā lyrae modulis partim sopiebant infera monstra, partim mitigabant damnatorum supplicia. Verūm lector hic obseruet, quanto artificio, quamq. lepidē quasi obumbret, nimio & paurore raptum in ecstasi mentiq. alienationē fuisse, ita vt mortuo similiis appareret. Ille & nefasto te. Exordit ab execratione arboris, à tempore, & auctore plantationis, cuius exo dī hic sensus est: ô arbor, quicumq. primum produxit te, id est, auctor fuit vt cresceres, ille posuit, id est, plantauit te, & nefasto, id est, iaus/picato dicque detestabili, & manu sacrilega in nepotum perniciem, & opprobrium pagi. hoc est, ô arbor, quia sacrilegus & impius aliquis plantauit te nefasto die, iccirco producta es seu execrasti in magnum aliquid malum. itaque execratur arborem non ob eius naruram, sed ob alienū malum. *nefasto dī*, die's nefasti *de opere adiis quicunque*, tristes & atri, quibus ne prætori quidem publice sua verba profari licuit, Do, Dico, Addico, in reū dominio transferendo: & qui N notantur, toti nefasti sunt: qui verò N & P, priori diei parte nefasti. vide Joseph. Scalig. in Festum, de nefasto autem & religioso rite vide Angelium lib. 4. cap. 9. *nepotum*, nepotes pro posteris: sed ob hoc alibi latius. *Illū & parentis*. Expolito eius quod iam dixit, & sacrilega manu, &c. quid enim magis sacrilegum atque impium quām particidium, xenoclonia, & veneficium, quibus & priuata amicitia,

amicitia, & tranquillitas publica violatur & tollitur: crediderim. credidisse possum; est enim praeteritum tempus modi potentialis. vt & alibi, non rameo hoc tribuens dederim quoq. cetera, id est, de disce debeo. fregisse cervi. hæc dictio habet auxilium ad maiorem exortationem: levius est enim auditu, parentem occidit, sed & hoc est æquè exercitandum. sparsisse penetrat nocte. crux. mitius enim est, hospitium de nocte nunc tunc. De hospitiale, quod uniuersus est humanitatis argumentum, dicebatur olim cognoscere Iupiter, iulq. hospitij violarum punire grauissime. hinc est illud poëta, Iupiter hospitibus nam te dare iura loquitur, &c. venena Colcha. sic habent duo cod. Bland. antiquiss. sine villa litura, alter per lituram. sic & Maideg. cū singulis punctis. lūb 1 & c. & Diuiz. per lituram. Quare sic legendū iudico. ut non impabo tamen Colchica; per reiectionē vltimā syllabā ad principiū alterius versus, sed aliud magis est Horatianum. Venena autē Colcha pro presentissimis accipienda sunt à Colchide regione Scythia, κατ' ιζηχλι. & quicquid usquam conseru. post enumeratioē partiū genus subiicit, omne nefas, petinide ac si velit eum tuuisse omnium hominum scelestissimum: nimurum quicquid animo conceptū à quoquā perficitur, id ē tractasse. te tristis lig. apostrophe ad arborē contemtim id lignu nominans. quid quisque vit. in dūmā ab incertitudine fati omnibus impendentis. Diuiz. cod. habet, quod qui:que reliqui, quid. *nauita Bosphorum*. Enumeratio exemplaris, qua docet aut ignoratione, aut longinquitate, aut infamia nobis horrenda vide ri quædam, vnde minus sepe periculi sentimus. contraria, quæ nobis tutia paramus, ea plerumq. esse perniciosa. *Bosphorus*. sic habet omnia scripta, alia per ph. alia per litteram: quam lectionem seruavi, nō ignarus Græcē scribi *Bosporos*, non enim vidi in magnopere cur eam mutem: quid enim vetat dicere *Bosporos*, bos ferens, si dicere liceat *asprophētē*, ventus ferens, pro vento secundo, quod 4. Aeneid. expressit Virg. expecter facilemque fugam, ventolique ferentes: hic omittit Latinos, non ita semper ad amussum, vt aiunt, Græcissimi suos characteres exigere, vt nihil immutari posse judicent, vt vide et in voce *egreto*, quod iam dudum obseruamus in antiquissimis scriptis semper per ph. notatum trophæum. Sed nec in lexico Rober. Constantini virumque ad expositionem vocis Græca aliter inuenio. vulgatum quām bosphorus, trophæum; quod tamen impratum fuisset, vt credo, si id tantū esset, vt nonnulli clamant, at si quis tamen obstipio quodam capere malitiam aliud, per me quidem licebit, vt qui nō lim de lana capitina, vt aliae, grauier contendere.

Sunt autem Bosphori duo, alter Thracius, iuxta Byzantium, qua Thracium mare per angustias fricti fluit in Propontidem; quem hic notari puto: Alter. Bosphorus Cimmerius in introitu Mæotidis paludis. vide Pin. lib. 6. nec ultra aliunde. id est, nūquā aliunde, επειδήσις, εδαμένη, siue ἀράδιο τοῦ θεοῦ, id est, aliunde cumque. miles sagit. κατ' ιζηχλι, pro Italo milite. Parthi. qui inter lugendum polterga iaculantur, incautioisque iaculis conficiunt sublequentes, qui se vicite crediderant. sed improuisa. γρόμητιλογία de incutabili fato, incerto tamen & occulto. gencie. τὰ Ιωνία, hoc est, genus humanum populūm, plebeciumve, sine delectu, matrīne feminainve. quām panē furua. αναβόσις παθητική, propter arboris in suum caput inexpectatum calum, subindicans à sua perlona, tum maximè nobis esse vigilandum, ne mors incautos nos opprimat, quando tuta nobis omnia maximè pollicemur. per regna Proserpinæ lectorem præparat, nescio quo modo, ad narrationem cuiuidam quasi insomniū. furua. funestæ, quasi supere & cade gaudentus: furus enim color tristis est, & aspectu ingratus, qualis est crux. regna Proserpinae. Virg. Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti. Eacum. Plutarchus in Thelœ Graecorum pierate & religione virum præstantissimum fuisse scribit: fuit autem Louis & Aeginæ filius. à poëtis singitur interorum ianitor. Lucia in Dialogo Menippi & Acaci, οὐδα ταῦτα καὶ οὐ, οὐτι πυλασθῆ, id est, noui hæc, & te quod sis ianitor: primus enim ianigrelli ad inferos iudic erat, & per hunc damnatorum locum denotat. sed ei que def. signat campos Elysios, Hesychio quati εὐ λύτοι, οὐτε οὐ διαλύσαις ἀπὸ τῶν σωμάτων αἱ Φύσι, id est, vbi non liberantur à corporibus animæ. Virgilio Insulæ nemorum fortunatorum. discriptas habent 2. cod. Bland. alter purè, alter cum litura. Mart. descriptas. alij omnes, discretas. iudicet lector. ego discriptas seruandū puto. querentem Sapphō. Leibii Erelfisi: nimurum quod sibi in amore non responde rent: Nam post mortem Cerclopæ mariti, tanta infamia promicuè nunc pueros arsit nunc puel las, vt vulgo Tribas sit nominata: quo nomine quoque ab Horatio masculam dictam credo. suere autem pueræ ab ea adamatae tres, auctore Suida, Atticus, Telefilla, & Megara: sed plures ab aliis recitantur, Pytino, Mnais, Anaactor, Cydno, Gyrene, &c. *Janussem plect.* De Alceo Leibio poëta lyrico sic Sappho apud Ouid. Nec plus Alceus, consors patriæq. lyraq. laudis haber, quāuis gradius ille sonet. *aureo Alc. plectro.* Quintil. lib. 10. Alceus, inquit in parte operis, aureo ple-

Et ro meritò donatur, quia tyrannos insestatus est &c. aureo itaq. propter libertatem aureā populi, quā ipse turati conatus est. ode 9.lib.4. *vtrumq. sacro digna silentio.* hic locus multo antē tempore me tenuit occupatum, vt iam ante annos sedecim testari possunt auditores mei, quā Lambinus erotemata sua de sacro silentio euulgaret, quae certe propter vmbras minimè probari mihi poterat, ad quas hoc silentium directum est. Quare antiqua mea sententia non discedens sic hunc locū interpretor: vmbrae mirantur vtrumq. Sapphonem. putā, & Alcæum canere digna, id est, grata, audituq. iucunda sacro silentio, id est, silentū sacro auditorio, hoc est, diis manibus; vmbrafq. silentibus: silentium autē dictum est pro silentibus, quo modo rutum præsidium dicere solemus pro præsidariis qui nos tutantur. sic sacrum silentiū, id est, dij manesq. silentes qui sacri sunt & admirandi, &c. Ouid. i. 5. Metamor. cœtus dixit & sedeis silentum. Fastrorum 5. Mox etiam lemures animas dixerunt silentum. Virg. 6. Aeneid. concilium silentiū. sed magis pugnas & exact. indicat Alcæi versus, quibus tyrranis expulis libertatem patriæ restituuit, vmbbris fuisse gratiiores amoribus Sapphonis. *densem humeris volg.* hoc est, volgus vmbrae robustiorum, minūsq. delicatarum: alludēs ad vmbras virorum militarium, quibus ferendis armis, vallis, palīsq. validiores humeri fuerant robustioreq. effeci: iij omnes auditi attentissime pugnas & bella decantari audiebant, ut queis in vita classico nihil fuerat antiquius. at vmbrae molliores, eorum qui vitam peregerat omainbus in rebus delicatulam, magis amatoris versibus oblectabantur à Sapphone decantatis. *quid mērum.* argumentū à maiori: Nam si Cerberus demittat suas aureis, & carminibus, feritate deposita, mulcetur, quanto magis vmbrae, &c. *bellus cœticeps.* Cerberus Sophocli in Trachiniis dicitur *άδυτος τρικέφαλος ουδαέζ,* id est, Orci triceps canis. Ille fame rabida tria gutta pandit. Hesiodo vero *πεντάκοντα κέλευθος*, id est, quinquaginta capitum. hic autem dicitur cœticeps: sed apud hos arbitror numerum finitum pro infinito positum, idq. propter angues à capite ipsius loco crinum dependēteis, quod mihi parum probatur: crediderim potius ab etymologica compositione natam esse multitudinem capitum varietatēmque; videtur enim Cerberus dici quasi *κύνης φίλεας*, per metathesin & syntōnem, fatum ferens: sicut *βρογγίτης* seu *βρογγίτης* lingua Macedonum, pro *φρεγγίτης*, lingua communi, quasi ferens pacem: Nam & *βριλλίτων* pro *φριλλίτων*, dicunt Macedones. itaque cum alij alio mortis genere descendant ad Orcum, Cerberus primum diutus est triceps à triplici mortis genere,

nimirum naturali, violento, & fortuito, quæ tria rursus cum fiat innumera, locum dcdere poësis vel plura affingendi Cerbero capita, vel pauciora. *atras aureis dem.* definit irasci, horrendq. latrati maneis terricare, sopitūq. lyra dulcedine. *intarsicapilli Eum.* Eumenides sunt furiae tres infernales, *ἄληκτρα, μίγαρος, τοιχόφων,* sic nominatae ab Atheniensibus, *κατα ινφημούσα,* id est, propter boni ominis captationem, *ινφημίαν* namq. significat placidum, benignum. Sunt enim *έγαρις*, dea vtricis flagitorum, horrendæ asperctu propter capillos capitis serpentibus intortos, quæ flagellis & scabibus impios sceleratosq. infestat. vide Phornut: *quid & Prometheus.* exornatio sacri silentij. *dulci laborum decip.* sono. si rō laborum spectat cruciatum apud inferos, non absurdē, vt arbitror, erit hellenismus, decipitur laborum, id est, obliuiscitur pœnarum dulci sono lyra. At si rō laborum notet ea qua Prometheus vel Tantalus geslit in vita, vel ipfmet Alcæus quoque in patria libertutetutanda, malum sic exponi: Prometheus seu Tantalus decipitur, id est, obstupet, & quasi est extra se dulci sono laborum quos in vita toleravit. Sic & Orion desinit meminisse suæ venationis qua mirificè delectatus in vita fuerat, ad dulcem lyre sonitum: Nihil enim magis vmbras apud inferos cruciare scribit Lucianus quā memoriam τῶν ἄρεων, id est, eatum terum quibus in viuis gaudebant apud superos. rō laborem, vt haber Lambinus, in nullis scriptis inueni. Promethei autem & Orionis fabulas videre est apud Phornutum & Palæphatum. *lynxas.* Lynx ex genere luporum ceruariorum est maculosa fera, de qua Aristoteles, Plin.lib. 8. ca. 38. Oppian.de ventation. lib. 2. *λύκας βασιλεὺς lynxes maculosi*, Euripidi.

A D P O S T V M V M D E vitæ breuitate morūsque necessitate.

Ode XIIII. παθητικὴ καὶ προσφυτικὴ,
καὶ λεζητικὴ.

E R E V fugaces, Postume, Postume,
Labuntur anni: nec pieras moram
Rugis, & instanti senecta
Afferet, indomitaq. morti.
Non si trecentis, quotquot eunt dies,
Amice places illacrymabilem.

Plinio-

Plutona taurū: qui ter amplum
 Geryonem, Tuyonq̄ tristi
 Compescit vnda, scilicet omnibus,
 10 Quicunque terra munere vescimur;
 Enamiganda, siue reges,
 Siue inopes erimus coloni.
 Frustra cruento Marte carebimus,
 Frat̄isque rauci fluctibus Hadrie.
 15 Frustra per aurumnos nocentem
 Corporibus metuemus Austrum.
 Ffendus acer flumine languido
 Cocȳus errans, & Danaigenus
 Infame, damnatusque longi
 20 Sisyphus Aeolides laboris.
 Linquenda tellus, & domus, & placens
 Vxor: neque harum, quas colis, arborum
 Te præter inuisas cupressos.
 Villa breuem dominum sequetur.
 25 Absumet heres Cacuba dignior,
 Seruata centum clauibus: & mero
 Tinget pavimentum superbo,
 Pontificum potiore cenuo.

COM MENT ATO R.

E H E V fugaces, Postume Postume. Metrū duobus versibus Alcī. te: t. lamb. dimet. hypercat. quart. Pindar. Patheticē queritur apud Postumū de vita breuitate, quodq. nullus quantumuis iustus vel pius mortem possit evadere, nec imminētem mora quantacūq. differre: itaq. dicit supervacuē timeri, quod non potest evitari. *fugaces*. celeres. *labutar*. fugiunt. vt, sed fugi interea, fugit irreparabile tempus. *pistas*. etiam si pius fueris. *morsam*. tarditatem. *ruggit*. peli rugoꝝ: *infanti*. vigenti. *indomiteq; morti*. inexorabili, quasi ferocissime, à qua nemo exoret indulgentiam. sic & illacrymabilem postea Plutonem subiungit. *quotquot*. per singulos dies, quotidian. *cunct*. transcurrunt, prætereunt. *places*. exores dolore mortis. *illacrymabilem*. durum, implacabilem, qui nulla hostia ne diurna quidem placari possit: nam homines nulla ratione mortem vitare possunt. *ter amplum* Ger. trino corpore monstrorum, quem Hercules intercepit. Virg. Geryon extinto Tirynthius arigit arua. &, ter gemini nece Geryonis. ordo est: qui compescit ter amplum Geryonem & Tiryon tristi vnda omnibus enamigan-

da, quicumq. vescimur terre munere, siue erimus reges, siue erimus inopes coloni. *tristi vnde*. inferna. Virg. tristiq. palus innabilis vnda alligat. *enamiganda*. quia omnibus est moriendum. vt, nauita sed tritis nunc hos, nunc accipit illos. *compescit*. coëcerit. *quicunque terr. mun.* qui nati pauci- mur. *inopes*. pauperes, quasi sine opibus dicti. *coloni*. propriè dixit. nihil enim quam terram colimus, non diutius nobis propriâ aut nostram quam colimus. *frustra*, incalsum, *cruento*. horrido. id est, frustra vitamus pugnas & navigationes, & pestiferum timemus autumnum, cum necesse sit omnibus mori. *fractisq. collisis*, tempestuosis. Virg. quibus omnis ab alto frangitur, inq. sius scindit se vnda reductos. *ranci*. sonori, tempestuos: propter raucum sonum quem efficit vnda in scopulos incidens. vt Virg. tum rauca aliud longe sale faxa sonabant. *metuemus Austr.* Austro enim hante in ipso autumno varij morbi generantur: vnde & Iuuenal. iam letifero cedente pruinis autumno. *vifendus at*. videbinus umbras damnatorum, quas beati quidem prætereunt, scelerati verò nequam, sed eis adiunguntur. *languido*. tristi, siue deformi, aut pigro. *Cocȳus errans*. flexuolus. vt, *Cocytusq. sinu labens circumuenit atro*. *infame*. famolum à facti crimine: Danai enim filiæ vna nocte iussa patris occiderunt suos maritos. vnde Virg. sub vna nocte iugali cæsa manus iuuenum. hinc pro vltione triminis apud inferos vrmis pertus aquam indefensè perhibentur haurire. *damnatusq. longi*. damnatus laboris dixit, sicut damnatus capitus vel iniuriarū. hæc autem poena apud inferos manere Sisyphum dicatur, vt saxum centra mōris verticem voluat, quo semper relaps⁹, finem numquam metetur laboris. de quo Virg. Saxum ingens voluunt alij: Tali autem poena punitur, quod Aeginam Asopī filiam Jupiter adamamat, & clam custodiz patris surreptam Sisypho est confessus: quod factum Sisyphus humana levitate cum tacere non posset, patri filiam querenti dixit, cāmq. prodidit. *linquenda tellus*. mortientibus, à quibus & dulces relinquuntur affectus. *neque harum*. ordo est: neque villa harum arborum quas colis sequetur te breuem dominum præter inuisas cupressus. *inuisas*. rogis & luctibus consecratas. Virg. & fatales ante cupressus consternant. &, Cæruleis mæstæ vittis, atraque cupresso. *breuem dominum*. parui temporis. vt breue lilyum. *absumet heres*. hæc inuestigie dicuntur in eos qui nimia parsimonia consenserunt ea quæ hæredes prodigè consumunt. Iuuenal. vt locuples moriatur egentis vivere fatu. *dignior*. honoratior, amabilior. *tinguit*. madefacit, perfundet. *pavimentum*. soluta triclinij.

potiore, meliore quam pontifices bibunt in decorum conuiuio. *superbo*, pro ipse superbus, per hypallagen.

C R V Q Y I Y S.

Eheu fugaces, Postume. A fuga temporis, mortisq. uicissitate, quā non virtus exorare, non robur corporis, non potentia, deniq. nō ipsa deorum progenies euincere potuit, suadet Postumo, ut in eis vigore, metu mortis neglecto, quo modicumq. tandem ea contingere possit, ne sit animo tam pusillo, ut suis vti bonis non audeat, vinōque hilariter indulgere genio, quod tam sollicitē ab eo conservatum, suis hāres aliquādo tam turpiter si magnificè comisando profūsūrus, adeò ut paumenta, parietes, atria, domus denique tota vino madeat, vinum redoleat. Eheu. dolentis, èpius. Exordium patheticum cum Anadiplosi ad effectum maiorem. *fugaces anni*, pro genere species, anni pro tempore, lyneodochicos, sed tempus alii quidem fugax est, aliis verò tardum: sunt enim *τάχις τίς*: sicut breue & longum. hinc est illud Publian, ò vita miser longa, felici breuis! pietas. innocentia, & qua Gracis iudicētae propriè nominatur. Stoicis autem, καὶ οὐτε φύσης, id est, cautio & declinatio cum ratione, quæ hic nullum locum habet: non enim cautio, non ratio, aut senium retardare potest, aut indomitam mortem superare. non si trecenti. non remoraberis senectam, non evitabis mortem, etiam si ô, amice Postume, places, id est, tibi propitium reddere studias Plutonem quotidie oblatis victimis innumeris. hæc autem est altera pars τῆς ἡλικίας, quæ nascitur à metu mortis: an malis enim fugiendis, vbi rationi non est locus & prudentia, ad alia consilia remediāq. confugere solemus: Quod si nec ea nobis proficit, iam concilatum est. Sic Cic. 4. Tusc. A malis natura declinamus, quæ declinatio si cum ratione fieri, cautio appelletur; quæ autē sine ratione, metus. Codex vnuus Bland. habet trecentis; quem sequor: alij omnesticenis, præter Maldeg. qui habet, trecentis. *qui ter amplum Geryo*, amplificatio à maiori de Geryone, vide Palæphat. & Apollod. lib. 2. *Tityónq.* de Tityo Louis ex Elara Orchomeni filia nato, magnitudinis immensa, atq. ab Apolline intererito, propter Latonam abreptam, cuius ob id facinus apud inferos cor perpetuò vultures. depascuntur, vide Apollod. lib. 1. *tristī unda* petiphtasis etymologica Stygis, ἀπὸ τῆς συγίων, τὸ λαπήνου, id est, tristior. scilicet omnib. γνώμων, à communi lege naturæ, quæ morti debemus nos nostrāq. *terra mūnere*. hinc terra dicta Ceres est. Cic. 2. de nat. deor.

quasi Geres, à gerendis fructibus, quibus resci-
mūr; & Græc ὁμίλη, quasi γῆ μήτηρ. hinc est il-
lud Orphei quoque in hymnis, γῆ μήτηρ πάτηται,
δημήτηρ πλεύσθετη. fruſtrā cruentio Mart. vult
in vita nihil esse merendum propriè mortis ne-
cessitatem, non bella, non maris vndas, non mor-
bos; & proinde nihil nobis obesse ad lætitiam:
Quod omnino lopit Epicurum; qui hoc quoque
nominis suos interdixit reipubl. munis suscipien-
dis, ne qua moleſtia parte voluptas interturbata
periret; led ut essent tolum fruges consumere na-
tū, kinderkenſen ſonder ſorge, eifans ſans ſoucy.
fructibus Adria. vide Adag. iracundior Adria. Ar-
bitror autē (pace Erasm) Mare Adriaticū Aquilo-
ne potissimum in ipsum incumbente non minus
eſt tempestuosum & ſcopulis infame, quam hoc
noſtrum B. itannicum. *autumnos nocens*. au-
tumnalis Auster καὶ ἤχολος ponit, ſemper e-
nim corporibus, arboribus, floribus, ſatis Au-
ster est peſiſer & noxius; ſed propter poros
corporis æstatis calore patenteis, cibumq. minus
ſolidum, herbarum terraque fructuum, quæ plus
corpus humectant, quam nutriunt & corrobo-
rant, Auster in autumno eſt periculoflumus. vi-
ſendus ater. necessitatibus fatalis amplificatio poë-
tica, ab inferorum damnatorumq. locis. *Cocytus*.
κακότον, lamentatio, luctus, ploratus: quo nomi-
ne vocatur fluiuſ apud inferos ex Styge habens
ortum: Quod icirco à poëtis ſingitur, quia ma-
ritoris comes eſt, luctus & ploratus: ἀπὸ τῆς κακού τοῦ
κακού, ploro, lugeo: quod verbum ficticium eſt
ad Galli vocem. *Danai genus*. filiae 50. Danaides dictæ à patre Danao. Beli, ex Anchinoe Nili
filio, à quo & Belides ab auo nuncupat. Apol-
lod. lib. 2. *longi. aterni*. *Sisyphus*. Sisyphus Aeo-
li ex Enaretē Deimachi filius, Ephyra condita,
eui poſtea Corintho nomen fuit, ex Merope At-
lantis Glaucum genuit, qui ex Eurymede Belle-
rophontem Chimæracidam ſuſcepit. Apollod.
lib. 1. *linquenda tellus*. Amplificatio pathetica
ab effectu, quem duce natura propensioneque
quam habemus erga patriam, familiam, uxorem,
liberos, & agros horitoſq. nostros, à quibus non
ſin magno dolore per mortem auelli necesse eſt.
qua de' legit perquam facetum Charonis &
Menippi Dialog. Lucianicū. *cupressus*. κυπρεῖος,
παρεῖος κυπρικός τῆς ἀργείας. de huius
autem arboris natura conſule Plinius, & ex eo
in Chiliad. legitio adag. Cyparissi fructus. Quod
autem hæc arboe in ſignū funeris ante ædeis diui-
tum ſolita ſit ponit, ſignificabatur hæc vita ſemel
amifa numquā recuperari poſſe: Nam cupressus
ſuccida ſemel, numquā regerminat. Ad hunc
autem ritum alludit Ouid. de Cyparillo puen-
to in cu-

ist cupressum adstat, ingenuis triflisiq. Deus, lugebere nobis, lugebisiq. alios, aderisiq. dolentibus, inquit. Quod cupressus ante adeis diuitum tantum ponit sic solita testatur hic versus Lucani. Et non plebeios luctus testata cupressus: ita versus à quibusdam exponitur, sed nescio an rectius, & non plebeios, per litotem explicabimus, id est, in genteis luctus. *absument her.* dissuadet in conservandis opibus nimiam sollicitudinem ab hærede digno, id est, luxurioso, lepidiorēq. futuro. *absumes.* alludit ad verbum *δαμνιζειν*, & *λαυτησειν* ξύρωσθαι, id est, splendidè vivere & helluvi; iccirco apponit *dignior*, id est, commendatior omnibus & plausibilior te ob luxum magnificientiamque; & per antiphrasin, tanto te melior in profundendo, quanto in congerendo tu fueris audiōr. ita namque ferè natura comparatum est, ut qui in coaceruando ad contentum vslq. vilescit, is nanciscatur hæredem in dissipando se multò digno, hoc est, *xer' arrīφεγεν'* modis omnibus vilorem nequiorēmq. tinguer. hoc est, non madefaciet modo, verum etiam diurna continua profusione ita inficit, ut neque color, neq. odor, vini possit elui. alludit ad verbum *βάπτω*, imbuo, immergo. tinguer habent cod. Bland. *pauimentum.* de variis pauimentorum generibus, lithostrotis, cerostratis, asarotis, barbaris, Peccatis Plin. lib. 36. cap. 25. *superbum.* magnificum. superbo, habent omnes lib. scripti sine villa liuta; Lambinum tamen exprimo, veteribus, vtait, aliquot libris fretum: quod profecto non facerem, nisi videarem eam lectionem satis esse vetero consonant. dispiciat lector doctus. *pontificum.* hæc pontificum cœnæ dictæ sunt adiciales, sive adipales, quando, putat, ad sacerdotum collegium noui admissi inaugurauntur, eo die auguribus, pontificibus, regi sacrorum, & Vestalibus virginibus opipara cœnæ magnificè apparabantur.

I-N-S VI SÆ C V L I.
L V X V M.

Ode xv. μυρτική.

I-A M paucaratto iugera regia
Moles relinquent: vndisque latius
Extensa risentur Lucyno
Stagna lacu, platanusque celebs
Eminet rimos. tunc violaria, &

Myrtus & omnis copia narium
Spargent oliuetis odorem,
Fertilibus domino priori.
Tum spissa ramus laurea feruidos
Excludet istus: non ita Romuli
Præscriptum, & intonsi Catoniū
Auspiciis, veterumq; norma.
Priuatus illa censu erat brevis,
Commune magnum: nulla decempeda

Mitata priuatis, opacam
Porticus excipiebat Arcton:
Nec fortuitum spernere cessitem
Leges sinebant, oppida publico-
Sumtu iubentes, & Deorum
Templa nouo dator are saxo.

C O M M E N T A T O R.

I A M paucaratto iugera regia. Metrum Alcæcum, quale præcedens proximum. Antiquorum hic leueritatem & continentiam laudat, & queritur de sui luxuria seculi, quo tanta omnis inuasit ædificandi libido, ut ædificia latius porrigo, vel amtentatis aspectum captando, brevi dicat agros arationi defuturos. *moles regia.* ædificiorum amplitudines magnitudinēque. undique. ex omni parte. *latius.* in latitudinem, extenta. producta stagia. *platanusque cal.* plus res, inquit, erunt platan quām v. m., quæ in frugifera magis ad amtentatorem de ambulationis ponit solent. *celebs.* sterili. *vimos.* quæ ad utilitatem viribus maritari possunt. *exantes.* superabit. *tum violaria.* notat luxum sui temporis, quod myrtus & violaria anteferantur oliuetis, plisque odorum copia, quām fructus amentur. *copia narium.* luxus odorum. *domino priori.* quia præsenti nulla cura est fertilitatis. *spissa.* aut ad excludendos umbra sua solis ardore, aut quod feruidis fulminum istib[us] credebatur esse contraria. *laurea.* laurus. *istus.* solis aut fulminis. *non ita Romuli.* contra maiorum laboriosam frugalēmque vitam Romuli & Catonis dicit luxum esse præsentem. *præscriptum.* institutum, præceptum: à magistris ludi tractum videtur, qui præscripta dant pueris quæ imitantur. *intonsi.* quia dicebat iniunctione ficeretur, si quod tegumento, capitis datum fuerat, amputaretur. vnde & Lucanus, intonsos rigidam in frontem descendere canos palpus erat. *auspiciis.* legibus. *norma.* pro recta

vitæ via; metaphora à fabris qui normam vocante ad quod opus dirigunt. *priuatus*. proprius. *commune mag.* res communis erat illis magna, vt, in commune bonqm: ita commune magnum. *decempedius*. decempeda regula est decem pedum, ad quos artificibus fabricæ mensura colligitur. *porticus*. id est, nulla priuatis domus erat, quæ porticum haberet tantæ latitudinis, vt posset sufficere vmbram, sole vicino septemtrionali plaze, tunc enim paruissimæ sunt vmbrae: Nam hiemali tempore latissimas etiam porticus solis occupat radius: & iccirco veteres ad cæli clima temperatum porticus seu ædificia constituebant. vnde & Iuuenal. de membro hiemali; & algentem rapido scenario solem. *metata*. mensurata, disposita: Nā metari dicebantur castra, magna cura ducum petriq. constitui, quod augmentum lux us æditicio priuato dedis, ita vt metari porticum diceret. *forruuum*. sine labore partum inueniuntq. hoc est, non licebat aut neglectum horrere, aut ridere eum qui super herbam recumberet aut dormiret: per quod significat simplicem ac sine ambitione vitam veteribus Romanis fuisse, nec magna cura opes priuatas desiderasse, dum studium omnne publico ornati imponderetur & templis. *pono*. pulchro.

C. R V Q V I V S.

IAM *paucæ urato ingera*. Vehementer insurgit in mores sui sæculi luxu perditos, quando profusè Romani in structuras ingenteis, latiores piscinas, hortos floridos, topiariaque totis viribus propendebant: quem luxum, immoderatūmque sumum negat eos à maioribus accepisse, à quibus degenerare vt minus est humanum, ita certè non minimam continet ingratisudinam notam: Quid enim est aliud, eorum qui vitæ auctores fuere, precepta bene viuendi non sequi, quām eos habere neglectui? qui non amplum censum priuatum, publico præponendum, non vmbrosas in omnem cæli faciem septemtrionemque porticus producendas, denique non à maioribus relictum hæredio-lum spernendum, sed omnem vitæ conatum studiūmque docuerunt in ciuitates oppidaque publicè constituenda exornandaque impendendum, deorumque templa novo opere decoranda. **iam paucæ urato**. deplorat Romanos sumtuosis ædificiis operam dare, contra maiorum præcepta institutaque; ij namque deuictis hostiis, rēq; publica in tuto constituta, ne perirent otio inuidiaque, colabant agros vñi necessarios. Ceterū lectorum celatum nolui, hanc odem à superiori indiuisam legi in codicibus Blandiniis. *arato*. arationi, culturæ, sementi. *regia moles*. moles regias

interpretantur alij domos & ædeis regibus dignas, magnificas, superbæ & splendidas, in quibus luxus summus est. Ego certè per moleis intelligere malim structuras operolas & summus infiniti, quales non cuius è populo, sed reges, potentissimi; principes ferre possint: Quale est illud ad Pilones: Siue receptus terra Neptunus classis Aquilonibus arcet Regis opus &c. sic hoc loeo moles regie siue opera regia sunt aggeres altissimi latissimi; stagnis oppositi: muri vndis obiecti: claustra stagnantis aquis perq; tubos deducendis idonea, vbi contracta, vt ait, piscis æqua sentiant iactis in alcum molibus. testatur hoc ipsum Valer. Max. de C. Sergio Orata, qui ne gulam Neptuni arbitrio subiectam haberet, peculiaria sibi maria ex cogitauit, æstuariis intercipiendo fluctus, pisciumque diuersos greges separatis molibus includendo &c. insuper ad opacitatem porticus regia decempedius metata, septemtrionalem vñque protensa, ad prospectus amoenitatem in sublime crecta: his adiuncta dirutis vinetis, planeta; horti floridi pro oliueticis majorum: ex lauris fruticibusq; odoriferis topiaria in suas areas deambulationis ergo, nec non ad vmbras captandas, sumtu regio digesta: has, inquam, nomino moleis regias arationi relinquere pauca iugera: Quando suos agros certatim singuli, more regio, & hortum, maiorum suorum succidiam alteram, conuertere student in stagna latiora, viuaria, piscinas & opacos hortos amœnosque. *vndique visentur*. ex omnibus locis concurretur ad videndum. sic hunc locum ordinandum crediderim: Vndique visentur stagna extenta latius lacu Lucrino, quæ omnia faciunt ad hyperbolam, ad excrandum luxum plus ferè quam regium in stagnis & hortis struendis, qui nimis effusæ siebat passim à ciubis Romanis. *Lucrino laca*. Strabo lib. 5. Lucrinus vero sinus, inquit, vñque Baiae latitudinem, qui exteriori pelago per aggerem longitudinis stadi. octo, latitudinis autem vnius orbitæ arcetur &c. sed C. Iulius Cæsar decreto senatus brachis quibusdam exclusit, eam maris partem, quæ suo quandoque æstu, piscium redemptoris erat damnoſa: Servio teste ad eum locū Virg. Georg. an memorem portus Lucrinique addita claustra, &c. *planetusq; celebs*. hoc est, ex vinetis vñlibus, à maioribus multo studio constititis, sicut planeta, iucunda quidem & opaca deambulantibus, sed sine vlo fructu, *celebs*. nō conjugara vñquam vitibus, nec ad hoc vñtilis, propter ramorum & frondium opacitatem. *vltmos*. per vltmos intelligo vineta: gaudent enim vites vñmis maritari. Plin. lib. 15. cap. 17. inter has atque frugiferas, inquit, materie, vñtilumque amicitia accipitur vltmus, &c. huic legito & Terent. Varronem lib. 1.

lib. i. cap. 8. sum violaria. Plin. lib. 21. cap. 4. iam quidam, inquit, hortoru nomine in ipsa vrbe delicias, agros, villasque possident, primus hoc instituit Athenis Epicurus hortorum magister: vsque adeum moris non fuerat in oppidis haberet rura: Romæ quidem per se hortus ager pauperis erat, ex horto plebeij macellum, quanto innocentiore viatu? &c. hunc itaque herbarum hortum, qui maioribus quidem fuerat altera succidia, deplorat Horatius conuerti voluptatis gratia in hortos coronarios, violaria, myrteæ, rosetæ, omnisque generis herbarum floriumque, quæ naribus odorum copiam suppeditent. de floribus Plin. lib. 21. cap. vndec. In Italia, inquit, violis succedit rosa, hinc interuenit lilium, rotam cyamus excipit, cyamum amarantus, nam vñca peruvina semper viret, &c. oliuetis. hoc est, iis in locis vbi oliuæ crecebant ante, vnde oliuæ sunt diæta. **domino priori.** hoc est, maioribus vñlia fructu, iam sunt horti floridi voluptatis odorisque gratia. **myrtus.** non opus est hic metri causa, vt notat Glareanus, dicere, myrtusq; est enim myrtus numeri pluralis quartæ inflexionis. de qua re vide Solipat. Charis. lib. 1. instir. Grammaticæ. **sum spissa rarus.** hæc ad hortos operis topiarij pertinet ex lauro & id genus alijs fruticibus, qui gradatim modicis interuallis inflexi, annecti, & cancellatim pangunt: quod de Idæa lauro Plin. lib. 15. cap. vlt. ramos, inquit, spargit à radice dodiantaleis, topiarij ac coronarij operis, folio acutiore quam myrti, molliore & cädidiore, maiori semine inter folia rubro. Sed de hac lauro quidem flexili, Italia locisque calidioribus non omnino temere construi posunt; verum in Belgica nostra non perinde, vt quæ frigoris impatiens non raro aduritur. **laurea.** Laurea propriæ est folium ipsius lauri. **ictus.** sol namque suis radiis feruentius in caput incidens, meridianus potissimum, laxat, resoluit & emollit. hinc vertigo capititis, oculorum caligo, & præter alia corporis incommoda, summa cerebri noxa prouenit, nec minor offendit neruorum. Commentator videtur hic propendente in eam sententiam, vt ictus feruidos fulguris laureæ velit impediri; quod est nō sit à vero discentaneum, ramen alia interpretatio multo sanior est. Plin. autem lib. 15. cap. vlt. lauream non ici fulmine scribit: & quia manu satarum, inquiens, receptarumq; in domos, fulmine sola non icitur, ob has causas equidem crediderim honorem ei habitum in triumphis, &c. non ita Romul. Castigatio Romanæ luxuriaz ab auctoritate & institutis maiorum, apud quos religio erat inauspicato quicquam fieri citraq; modum. **intonsi Catonis.** Epitheton severitatis & continentiaz, veterumque

norma. norma, vt à Valla vertitur Græcè propriæ dicitur γράμμα, stylus qui medio stans anulus ad solis umbras indicat horas; qui & στιλλέγε nominatur. vide Vitruvium in architect. lib. 1. cap. 6. at hic norma vitæ recta ratio est, & lex naturæ, quæ luxum fugitans gaudet omnibus in rebus mediocritate. **priuatus illis.** expolitio à comparatione boni proprij, quod maiores propriæ negligebant ad communem bonum seu publicum, quod nihil quam studebant amplificare & ornare. **priuatus cens. bre.** propriæ facultates & copie erant exiguae, quibus plu quam contenti bene beatæ eq; viuebant, omni cura in amplitudinem magnitudinemque communem collata. Cen. us breuis, πτερός τιμητα; vnde centores dicti, q; vñ rem suam quisq; tanti solitus habet amarum, comitum illi censuerint. **Fetus.** vide Artonium q; de diuinat. Cic. & ciu. idem lib. 3. de legibus. **a tempus metata.** q; porticus centenaria & milia natræ diecebant à origine pæsuum. Sed a variis porticibus vide Alex. ab Alexandro lib. 3. cap. 23. Item Vitruvium lib. 5. cap. 9. & vndec. de ouplicibus & stadiatis porticibus. hic nota: o hypallagen, decempedis priuatis, pro portico priuata, metata, seu dimensa decempedis. **porticus extipiebat.** Porticus antiquo more, pro portu seu domo; maiores enim non ampis magnificisque, sed angustis ædibus gaudebant. **Arton.** vrnam, astrum, pro plaga cæli sepremtrionali. **fortuitum.** fortuitum pçnult. longa pronunciandum est, sicut gratuita in illo Plauti Cistell. At pol ille quidem, mulier in nulla opera gratuita est. **cespitem.** cespites, Festo auctore, terra est in modum lateris cæsa, cum herba siue frutex recisus & truncatus est, ξπτώμανθος, ξπτόσαλος θάλιθος. hic autem per misam accipendum puto cespitem pro hæredio à maioribus reliquo, in quo acquiescere, non etiam id dilatare legibus cautum erat: quem Saty. 2. lib. 2. nominat agellum metatum: & sequenti ode, parua rura, quæ spernere, id est, ampliare leges & instituta patrum non sinebat: Quid enim est aliud quam sua quodammodo spernere, in ijs non acquiescere, aut ijs contentum more maiorum vivere non frugaliter, quæ fortuæ sunt, vt hic cespites siue agellus, & quæcumque à maioribus hæreditario iure ad posteros peruenient? video adnotata in Saty. 6. lib. 2. **oppida publico.** lex xii. tabul. Salus populi suprema lex esto.

A D P O M P E I V M G R O S P H V M
omneis optare otium & vitam tranquillam.

O D E X V I . ὑπίθιπη.
O T I V M Diuos rogat in patenti

Prensus

- Prensus Aegaeo, simul atra nubes.
Condidit Lunam, neque certa fulgent
Sidera nautis.
- 5 Otium bello furio sa Thrase,
Orium Medi pharetra decoris,
Großphe, non gemmis, neque purpura ve-
nale, nec aura.
- N.O N. enim gaza, neque consularis.
- 10 Summouer lictor miseros tumultus
Mentis, & curas laqueata circum
Tecta volanteis.
- V. I. V I T. V.R paruo bene, cui paternum.
Splendor in mensa tenui salinum:
- 15 Nec leuei somnos timor, aut cupido
Sordidus auferre.
- Q. V I D brevi fortes iaculamur aeo.
Multi? quid terras alio calenteis.
Sole mutamus? patria quis exsul
- 20 Se quoque fugi?
- S C A N Q I T. eratas virtiosa nauem:
Cura: nec turmas equicu[m] relinquit
Ocyor ceteris, & agente nimbo.
- Ocyor Euro.
- 25 L A E T. V S in praesens animus, quod vlt̄a est;
Oderit curare: & amara leto
Temperet risu. N I H I L est ab omni
Parte beatum.
- Abstulit claram citia mors Achillem:
- 30 Longa Titbonum minuit senectus:
Es mihi forsan, tibi quod negarit,
Porriget bora.
- Te greges centum, Siculaq[ue], circum
Mugiant vacca: tibi tollit hinni-
- 35 tum apta quadriga equa: te biu Afro.
Murice tincta
Vestimenta lana: mihi parua rura, &
Spiritum Graiae tenuem Camena,
Parca non mendax dedit, & malignum.
- 40 Spernere vulgus.

C O M M E N T A T O R.

O T I V M diuos rogat in patentि. Metrum
Sapphicum cum dipodia. indicat hęc ode otium
aemini non esse gratum & optabile; assertique à

dīis id homines stulte precari, cūm ipsi sibi id pra-
flare possunt, si cupiditatibus modus ponatur, nul-
lis præterea diuinitis aut opibus parari posse. ordo
est: ô Pompeij Grosphe simul vt atra nubes cog-
didit lunam, neque sidera fulgent certa nautis,
prensus in patentи Aegaeo rogar Diuos otium non
venale gemmis, neq; auro, neque purpura. *simul*:
sup. ac, hoc est, mox vt. *patenti*. lato mari & vbi-
que diffuso, sine littoris alicuius aspectu. *prensus*:
bene prensus, quasi nauigati mare sit insidiatum
celo sereno. *Aegaeo*. Aegaeum autē mare, ab Aego
Theseli patre dictum puratur. *certa sidera*. nota,
aut certe fidelia, quorum clāritudo pernox sit, ut
merito eis credatur, id est, septemtrio. vnde & Lu-
can. Miseros fallentia nautas sidera nō sequimur,
sed qua non mergitur vndis, Arcton. *otium bello*.
optabile etiam dicit otium bellicosis nationibus.
Thrase: Thirax bellicosus optat otium. *pharetra*
deco. quia sagittarum vsl & armorum splendore
decori sunt Medi. *non gemmis*, affirmat otium
naturale animi bonum nullis posse diuinitiis, vel
honorum splendore potestatē conquiri. *decori*.
ornati. *gaza*. diuinitiz. vt, Troia gaza per vndas.
sensus verò est, quod neque diuinitiz, neque hono-
res ab inquietadine liberent, sed semper laudata
medio critas. ordo autem est: non gaza, non con-
sularis lictor summouer miseros tumultus men-
tis & curas volanteis circum laquearia tecta. *lictor*.
minister publicus: lictorem autem pro dignitate
posuit & honore publico seu magistratu qui otium
denegat. *miseros tumultus*: non alibi grauiores
curas esse demōstrat, quām vbi maiores sunt opes.
curas. sollicitudines. *laquearia tecta*. laquearia.
Virg. summiq; ferit laquearia tecta, laquearia autem
dicuntur opera camere in lacus collecte: Virg.
dependent lychoi laquearibus aureis incensi. *car-
cumulante*. disurrenteis. Virg. arce animum
nuichuc celere, nunc diuidit illuc, in parteisque
rapit varias perque omnia versat, sicut aquae tre-
mulum labris vbi lumen aenis sole repercussum
aut radiantis imagine lunæ omnia perulitatis latè
loca, iamque sub auras erigitur, summiq; ferit la-
quearia tecta. *vinitur pauro*. approbat in pauper-
tate beatè vitam agi. Luca. ô vita tua facultas pau-
peris angustique laris! *tenui*. pauper. *salinum*.
pro vase fictili mensē pauperis posuit. Iuuena. Sed
nulla aconita bibentur fictilibus. propriè verò sa-
linum est patella in qua diis primitis cum sale
offerebantur. *leueis*. quia tutis & securis sunt fa-
ciles. *expido*. acquirendi aviditas. *timor*. pro cu-
stodia censu. Iuuena. misera est magni custodia
census. *sordidus*. quod sordidum reddit hominis
animum. *fortes*. validi, laboriosi. *breni aeo*. vi-
cturi. *iaculamur*. appetimus. *alio calen. sole*. fē
Virg.

Virg. atque alio patriam querunt sub sole iacentem. *quis exul* f. quis poterit à vitiis suis avaricie fugere, qui relicta patria, commigrat aliò propter diuicias acquirendas. *scandit arata*. ostendit neque mari neque terra militiaue posse quemquam curas suas effugere & sceleris. *relinquit*. deferit. sensus autem est, etiam in equestri pugna laboriosissima, non esse aliquem sine suis cursis. *ocoy. velocior. agens. precipitante*. *latus in pra. plus* præsentि latitia dicit animum iuuari quām spe futuri. *lento temp. ris*. Philosophicum præceptū exhortans ad patientiam, ut aduersa temperentur letitia, & non minus prosperis credatur, maximè cùm vita sit incerta, nec pro voluntate ad omnia constet felicitas, nec sint aduersa continua. sensus autem est: aduersa moderatio, & hilaritate vite amaritudinem lenito. *clarum. insignem. Asbillum*. ostendit duo inter se contraria exempla eorum qui opinione felices sunt: Achilles enim virtute præclarus, cito morte periret iuuenis; Tithonus verò maritus auroræ tardè mortuus est, ætate omnino deficiente, adeò ut nimis diu viuendo in cicadam conuersus dicatur: atque ita docet nihil homini esse certum, quando illum iuuenem mors præuenierit, alterum verò vix consumserit senem. *porriget hor. horam pro tempore posuit*. sensus est: variabilis est fortuna, mihi quidē prospera, sibi verò amara. *tibi quod neg*. vt est, licet sperare timenti. *centum*. finitum pro iofinito. vt, mille meæ Siculis errant in montibus agnæ. & est umelis, pro circum re. *Sicula*. Sicilienses. *bis* *Afro. r. e.* purpura dibapha. *Afro. Tyrio. mihi par. rur.* dicit pro diuertitate ingeniorum diuersa esse studia & fortunas, alios quidem diuitias & honoribꝫ claros, se verò gaudere mediocritate, eamque carmine illustrare. *Graia tenuem cam. ordo* est, parca non mendax dedit mihi tenuem spiritu. *Graiz camenæ*, & spernere malignum vulgus: id est, dedit mihi humile ingenium *Graecæ* muīæ, scilicet, vt possim lyrice cantare à Græcis primū inuenta, quos Horatius imitatus est, scilicet Sapphonem & Alcæum. non mendax. immutabilis: vult enim fataliter sibi tributum hoc ingenium. *malignum. inuidum.*

C R V Q V I V A.

OT. 3. v M diuos rogat in parenti. Ab ijs quæ extra nos sunt temere pendere, docet non esse tranquillitas: Non enim pecunia studium, dis etiam votis nuncupatis, à metu liberat, non militia à periculo, non ambitio à sollicitudine inuidiaque; postremò magnificenter splendorque & ornatus suas curas habent & cupidines: verū eius

optimè cōstituta est hominis vita, qui paucis gaudere, iisque ruit vii modicè, potissimum contentus ijs quæ à maioribus relicta sunt: is profectò qualem depingit hic Horatius se optare, ecce Grossum; qui ita vitam instituit, in se uno, quæ ad lecuritatem spectant, sita habet omnia, et non tenacitas ipsa, non majorum frugalitas villas molestias, sed latitiam ferunt & alacritatem; nam satis amplè viro bono sunt diuitiae, vel modicæ, sine dolore partæ. Quām stultum est itaque foris petere quod intus habemus à natura insitum! nimisrum simplicitatem, puritatem, tranquillitatem, harumque præsidem, rationem, si officio eam suo fungi, perturbationibusque volumus & immoderatis affectibus imperare. Quod si ita est, hæc amoto metu iubet hilariter rebus vti præsentibus, hæc futurorum securitatem, hæc accisis iurta ac integris, hæc denique ut ampliæ ita & angustis latitudinibus attemperat, quietemque beatam. *otium diuos*. Exorditur ab enumeratione studiorum, ex quibus tandem peractis passim omnes sibi temere pollicentur tranquillitatem, quæ certè plus exagitant animos quam sedare valent. Proponit autem navigationis nomine mercium tractationem periculosa quidem sed non parum lucrosa, si bene cadat ale adiutor fortuna. *otium diuos*. primū mercator precatur diuos maris tranquillitatem, deinde incolumitatem vitæ, postremò domum reversus austusque opibus vitam quietam sine villa molestia negotiationis alterius obeundæ. tale est illud ode 1. lib. 1. Luctantem Icareis fluctibus Africum mercator metuens orium & oppidi laudatura sui. Meminerit autem lector Horatium velle non id otium ab omnibus excepti quod turpitudini coniunctum est, de quo non minus verè quam sapienter loquitur Euripides, ἀπὸ ποδίτας κύρου, ὃς τράχελος γ' ἄνη, id est, idem malus ciuis & otiosus est: verum de eo otio agere quod in honesta actione iucundum est. *diuos. διορύξ*. Caistor & Pollucem de quibus ode 3. lib. 1. & Plutarch. in Theseo: Item in Numa referit eos ab Atheniensibus nuncupatos τάρακας, ἀπὸ τῆς δεινῆς ἀναγίρων, id est, tristium depulsione. *prensus. caput*, vndis agitatus ex inopinato. Codex Diuui habet pressus. *Aegae*. vide Festum. *simul atria nubes*. postquam suborta tempestas nubiloſa Lunæ lumen & astrorum eripuit ex oculis. Virg. 1. Aeneid. Eripunt subito nubes cælumque polumque. *otium bello*. milites quoque fortes & bellicos, quamcumuis sint armorum studiosi, tandem ramen spoliis hostium & rapinis beati, rogamant diuos pacem & vitam securam. *Thrace. Spina*. de Thracum studio, vita & moribus, Strabo lib. 7. & 13. Sic & de Medis & Persis pharetratis,

Q 2

pharetratis, lib. vnde. non enim gaza. Gaza nomine tamquam toto, complectitur omnis diuiniarum parteis: Nulla gaza venale est hoc otium, frustra igitur terra marique periclitantur. omnes ut gemmas, purpuram, aurum conquerant huius comparandi gratia, vitamque quietam viuendi. neque consularis. sed nec honores amplissimi, quos tamen qui assecuti sunt, super omnes eminent, seque beatissimos iudicant, vita aliquem tranquilla, & ab omni sollicitudine libera donare possunt: itaq; temere diuos otium rogaunt, donec ea persequimur quæ nihil præter infinitos, miserisque mentis tumultus in se continent. lictor. pereleganter ostendit magistratu, principi, regi, subesse quidem corpora, inque ijs castigandis, puniendis, vendisque potestatem declarare eos posse, verum ut animo dominentur, aut ijs que sunt animi non perinde: lictor namq; magistratu de via decedere iubere potest, sed ex eius mandato denunciare menti, ut curis, doloribus, perturbationibus omnino valere iussi tranquilla sit & hilari: ne quamquam potest. lictor autem p[ro]b[us] x[er]s ἡ φασθόρες. Græc, virgifer Latinè, virgas tenens. vi. ior Eralmo in act. Apostolorum, & Budæo in Pandect. lictores enim fasces, id est, virgarum fasciculos magistratu præferebant, intra quas virgas securis erat obligata, ita ut ferrum in summo fasce extaret: cur autem id siebat. Plutarc. habet problem. miseros. ab effectu, quod mentem miserè vehementerque afficiant. curas volantes. curis affingit corpora per omnes resūnior. sensus autem est, diuites in ædibus magnificis, laquearisque deauratis, curis infinitis urgentur. testa laqueata. synecdoch. pro domibus tabularis seu contignatis, laqueat, laquearium, lacunar, lacunarium, testa laqueata, lacunarâve, eadem sunt: een verwesel van houdt oft ander materie: lambruschements des voultes. Hæc autem aliquando cælata fuere, nonnumquam verò auro & ebore splendentia; ut videre est in versiculis Ennij fortasse ex Andromacha, ô pater, ô patria, ô Priami domus, septum altisono cardine templum, vidi ego te astante ope barbarica testis cœlatis, laqueatis, auro, ebore, instructam rectificè, hæc omnia vidi inflammari, Priamo vi vitam euitari, Iouis aram sanguine turpari. Seneca epist. lib. 14, antiquum luxuriam inquit versatili co[n]iunctionum laquearia fecisse, & ita coaugmentasse, ut subinde alia facies atque alia succederet, & roties testa, quories fercula mutarentur. vivitur paruo. ἀπόδοσις in θυμητηρίᾳ, qua planius explicat, si non in diuinitis, opibus, honoribus, quibus tandem in rebus sita. sit vita tranquilla beataque, nimirum in tenui, eoque paterno vita & frugalitate. perno. modico, frugalique ci-

bo. bene. supp. bea: éque. viris enim bonis apparatus facilis non modo satis est, sed & beatior est dicitur quæ luxuriosis epulacionibus vel sumtuosissimæ delicie; hoc enim satis innuit inquietis, cui paternum splendet. qui splendor non tam ad valculi magnificentiam quam ad salem pertinere debet: tenuibus enim & suo cibo contentis salis condimentum in primis est délicatum, & splendifissimis potentum ferculis non inferius. mensa tenui. non hic mensa est, quæ Virg. 1. Aeneid pars epulis ouerant mensas & plena reponunt poculas; quæ Saty. 3. lib. 1. mensa tripes; sed quæ Martialis coniuctus facilis, sine arte mensa; & Saty. 2. lib. 2. tum penitus sua secundas & nux ornabat mensas cum duplice sicu. ponitur itaque pro cibo apposito, ubi salinum, id est, sal, metonym. est obsonium. sapidissimum, atque adeo delicatus obsonium obsoniorum. vide Adag. Qui circa salem & fabam. &, Salistudo non inest illi. nec leueis sommos. hoc est, cui paternus apparatus tenuitate cōdirus satis est, suauiter dormit quieteque, sine meco perdendi, & cupidine quæstus faciendi; id est, nulla cruciatur avaritia. huc facit illud Leonidis Epigramma, φιλοτέχνης ἐν τραγῳδίαις μους. ὅτι ποιησάντες σπάντες οὐδὲ λαούδια. ἀντάρρητος ἡ στίσσους ἔχουσα ἄλλα, τοῦ δύο κριτα, τοι πατέρων ζύγια λίτευαρθρος ζετεῖται. τοῦ τι μικραίστας τύπον μυχὸν ἡ φιλόλυχη, ἡδὶ ἀποδινοδίαι γειράθρος συκηάλας; σπάντοις ιτεῖται, τοῦ ἀμφὶ δι λίτρα ὡς ἀπὸ τοι επιτρίπτων ζεταὶ ἀργετίλαι. Quod sic Latinè reddimus: Hinc subterfugite ô mures, paupercula namque pascere vos nollet mensa Leonidea: lingere namque seni satis est salem & duo liba quæ patris victus vitæque parca iuuat: Sed quid in effossa quæris cella ô philolychine, ecenula quin poti? sint tibi reliquiae? Quate alias inquire domos, mea tenuia linque, ingrebasque sunt hinc mihi delicia: quid breui fort. Stomachiosus exploit superiora de nauigatione, mercatu, militia: perinde acsi dicat: Quaadoquidem vitæ tempus breve est, quo viuere, valere, & fortiter agere licet, quid iofinitis malis nos obruiamus, emaciamus, enecamus? fieri enim nequit alicer, quām, ut ait Homer. Odyss. 7. Ταῦτα γὰρ ἐπιστότητας ζεγρῖς κατεγγυησάσκεται, id est, namq; repente homines cuiusque malis que senescunt. alio calenteis sole. quid alium celi prospectum, aliud clima inquirimus, quid peregrè proficisciemur, aut relicta patria migramus alio? Quod alibi dixit expressius, Impiger extremos curris mercator ad Indos, per mare pauperiem fugiens, per saxa, per igneis. patria quis exul. an qui patria profugus est, mutato solo, mens quoque sit ei mutata, ita ut peritæsus vita peractæ sceleræ rectius vitam instituat? quasi dicar, id fieri minimè; nam cælum, non animum,

animum mutant qui trans mare currunt. Quid si exul non sit turpitudinis nomen hoc loco, ut sententia sit, quis exul patriæ, id est, ex solo patriæ existens, exuat quoque & obliuiscatur natalis soli dulcedinem? hoc enim viderur esse fugere se, suos affectus, & naturæ propensiones valere iubere: Quod iamē nisi in viris fortibus nō inuenies, quibus omne solum patriæ est. *Scandit aratas vitæ*, *omnium tamen quicunque*, cum eo planè consentiens quod Ode 1.lib. 3. Sed timor & mina scandunt eodem quod dominus, neque decedit erat atremi, & post quietem sedet atra cura. *aratas*. rostratas. *vitiosas*. ab effectu, vitiatis enim & mentem perturbat. *occurrit cervus*. *anadysia itinerat*. *letus in presentia*. *istrophymus isthymus*, in laudem vitæ tranquillæ, quæ facit rebus ut presentibus vtiam cum ieiunia & securitate. sic & Hipparchus Pythagoricus apud Stobæū: *χερούμιδη παρεσιατῶν ἐξα-βολῆς οὐ δέ τάς φιλοτρόπιαν καλῶν καὶ σπουδῶν καὶ τῆς τὴν φάνταστὸν ἀπολυπόμεθα ἀπληγίας*. i. vt amur bonorum prætentia, eorum que per philosophiam decora sunt & honorifica, atque ita insatiabili malorum cupiditate liberabitur. *quod ultra est od. cur.* futuron penitus est securus. Ultra nos sunt quod non peruenimus, putat, futura, quemadmodum retro quæ nos sequuntur, nimisrum præterita. *antra lento temp. ris.* nam mala semper sunt vicina bonis; quibus ita temperat vtitur animus tranquillus, ut neque bouis nimium effatur, neque malis deiciatur supra modū. *Nihile est ab omni parte bona*. *γνώμη*. Sententia verè aurea; de qua legitio Adag. oportet omnibus corydalis, seu galericis omnibus oportet inesse cristam. *ab fulcit claram*. Illustratio eius quod dixit, quod ultra est, oderit curare, perinde aesi dicat, futura omnia sunt incerta; nil ergo iuuat lætitiam præsentem eorum cura interturbare, sollicitudinēq; perdere: Achilles præter naturæ ductum iuuenis mortuus est. Tithonus viviendo superauit naturæ. cursum: ille vita dulcedine vsuque ante tempus priuarus est, quo i apud moarem deploravit, scilicet *μωνάδιον* natum esse, id est, breuis & ui hominem vehementer est conquestus, Homero auctore; hic longævitatem accusavit morosam, insuauem, voluptatibusque & corporis oblectamentis minus idoneam, adeò ut eius tempore tandem opauerit in cicadam transformari. Et mihi forsitan Grospho quasi aliud agens, pecunia studium tranquillitatē mentis ait: obesse; sibi vero nequaquam, ut cui satis sit habere parua rura. *se greges centum*. explicatio diuinatarum Grosphi in gregibus, armentis; magnificenter in quadrigis; splendoris ornatusque in velitu purpureo, quibus stulte se estimabat beatum fecute vivere. *Siculae circum*. *Siculae vaccæ*.

ηρχετ pro pinguisimis & optimis. *quadrigis*. de bigis, trigis, quadrigis, de curulibus certaminibus, Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 8. Ode 1. lib. 1. Sunt quos cutriculo &c. *mibi parua rura*. ut amplis in diuinitatibus Grosphus sibi plaudebat tamquam beatissimo, ita ex opposito sibi parua rura gratulatur Horatius, vbi non hinnicus quadrigarum, sed Musæ cantentes audiuntur: vbi non dibapha purpura, vulgi mendacis plausus & fauor captatur, sed magno animo contemnitur. Nunc conice lector interpretationem eius versus, Et mihi forsitan tibi quod negarit porriger hora, vtr velis horam porrigeri aliquando vitam tranquillam, securam, & verè beatam, non etiam, ut vulgus sentit, Grospho ne diuiti, an Horatio pauperculo suis Musis hilariter accidenti?

A D MÆ C E N A T E M , Q V O
mortuo negat se velle viuere.

O D E X V I I . *παρεγνετηκε, ή συμβουλευτική*.

C V R me querelū examinas tuis?
Nec Dis amicum est, nec mihi, te prius:
Obire, Mecenas, mearum
Grande decus, columenq; rerum.
Ah, te mea si partem anime rapit
Maturior vis, quid moror altera,
Nec carus aque, nec superstes:
Integer? ille dies vtramque
Ducet ruinam. non ego perfidum
Dixi sacramentum; ibimus, ibimus,
Vt cumque precedes, supremum
Carpare iter comites parati.
Me nec Chimere spiritus ignea,
Nec si resurgat centimanus Gigas,
Diuellet vnguam, si potensi
Iustitia, placitumq; Parcis.
Sen Libra, seu me Scoprius adspicit:
Formidolosus, pars violentior
Natali hora, seu tyrannus:
Hesperia Capricornus vnde:
Vtrumque nostrum incredibili modo
Consentit astrum. te Louis impio
Tutela Saturno resulgens.
Eripuit, volucrisque fati:
Tardauit alas, cum populus frequens.

L. 3.

Letum:

*Letum theatru ter credidit sonum:
Me truncus illapsus cerebro
Sustulerat, nisi Faunus ictum,
Dextralcaasset, Mercurialium
30 Custos virorum. reddere victimas,
Aedemiq; votiuam memento:
Nos humilem feriemus agnam.*

COMMENTATOR.

CVR me querelis exanimas tuis. Metrum duob. versi. Alca. tert. iamb. dimet. hypercat. quart. Pindar. Mæcenatis scribit conquerenti de periculo suo, & pro præsenti statu optanti mortem: pro cuius affectu & amore, dicit se ei mortuo nolle superuiuere, sed quodam quasi sacramento deuinatum in morte lociadum cui fuerat in vita coniunctus. ordo est: ô Mæcenas grande decus & columæ measurum rerum, cur me exanimas tuis querelis? nec diis nec mihi amicum est te prius obire supp. quām me. querelis. lamentis. exanimas. occidis. amicum. gratum, placens. columen. firmitas. ab. te. interieccio dolentis. mea si part. ani. eo sensu quo superioris dixit; & seruas animq; dimidium meæ: amicorū enim vna est anima in duobus corporibus existens. maturior. celerior. vix. mors violenta. altera. supp. pars ego. nec carus. non sum futurus ita mihi carus vt antea. nec sper. int. nec sum vitam habiturus integrum, parte mei altera in te extincta. utramque duc. vnius casu dicit ambos perituros. ille dies. ultimus. non ego perfidum. fallum. ordo est: ego non dixi perfidum sacramentum, ibimus, ibimus comites parati carpere supremum iter vtcumque præcedes. significat autem se ei sacramentum iurasse amicitiz. vtcumque. quando cumque seu ætate, seu forte, eum se comitarum dicit, in supremo mortis die. supremum. ultimum. me nec Chimara. nullorum metu monstrorum ait societatem disiungi posse, quæ nec mortis terrore separatur. Chimara. Chimera monstrum triforme, quod fingitur igitur flatum emittere. centimanus gigas. Briareus. de quo Virg. qualis centum cui brachia dicunt centenásque manus. diuellet. separabit. sic potenti iustit. acsi diceret, faro decretum est, & a te separari non possum. seu Libra. ordo est: vtcumque nostrum astrum consentit incredibili modo, seu aspicit me Libra, seu formidolosus Scorpius pars violenter horæ natalis, seu aspicit me Capricornus tyrannus Hesperia vnde. Per genituz commemorationē horoscopos simileis esse, & inter se asserit conuenire, in quibus virtuz finis appetit: vnde dicit quod tempore illo quo Mæcenas laborabat, se casu ar-

boris esse periclitatum. *formidolosus*. formidans naturaliter. Sallust. etiam potentia Gn. Pompej formidolosa erat. *violentior*. ceteris iniquior natalis horæ. Infestus enim fertur Scorpius præ aliis genesiuxta matthesin: ecce dicunt Physici, qui iub Scorpio nascitur, citò moritur. vult amorum genesis conuenire, dicunt, seu horoscopum, id est, horam qua natus est, in Libra haberet, seu in Scorpione qui iuxta Libram est, contrarius illi Saturnus erat, seu in Capricorno, in illis diameter erat, hic quadratus sicut & Mæcenati, quem Iupiter illic positus temperavit. *tyrannus*. Capricornum tyrrannum dixit, quia hemicale signum est: ostiit enim 16. Kal. Ianuar. & occidit 18. Kal. Februar. *Hesperia vnde*. occidentalis, videtur significare occulum huius signi magis esse tempestuosum quām ortum. *te Louis impio*. Martem dicit submouisse Louis beneficam stellā respicientem Saturni maleficam. ordo est: te eripuit tutela Louis resulgens impio Saturno, & tardauit volucris alas fati, cum frequens populus ter crepuit latum sonū in theatris. *refulgens*. suo aspectu subueniens. *populus frequens*. ostendit populum in gratiam Mæcenatis ter plausum dedicat in theatris, cum comperisset eum mortis euallis periculum, congratulans eo signo ipsius saluti. *me truncus*. arbore. illapsus cereb. sust. necauerat. *Faunus*. Deus agrorum, amator sapientiz. lassasset. sustinuisse. *Mercurialium*. Mercurius Deus facundiaz dictus est & sermonis. *reddere victimas*. hortatur vt memor sit yoti soluendi, quia ædem si euallis saluti promiserat. *votiuam*. voto debitam. *humilem*. pauculum, agendo diis gratias de salute reddit: humilem autem dicit, propter Mæcenatis potentiam, qui pro salute sua ædem voverat.

CVRQVI.

CVR me querelis exanimas tuis. Obiurgatione tacita Mæcenatis significat non decere eum tantoper lamentari; at eum tamen solatur ab amicitiz mutua, quæ vt in vita ita & morte debet esse indiuidua, vbi se comitem quoque pollicetur: air enim fieri non posse vt alter à sui parte erupta, totus & integer, vt antea, valeat, placidæq; viuat, vtpote semifepultus. Quare assert nihil in vita tam horrendum, nihil tam violentum, quod illud amicitiz vinculum, vitæque & mortis fidem ei datam dirimere possit: id enim neque iustitiam permittere, & Parcas eiusmodi scelus amicitiz violare postea graibus vindicare suppliciis: id etiamnum velle idem vtrique genituz sidus natalitium pollicens vtrique omnia in vita & morte nō multum dissentanea. *Quod ita esse docet ab eventis:*

Eum

Eum nimurum à Saturni malignitate minantis extrema, Iouis benignitate creptū; se verò Fauni beneficio, ab incidenti in caput arboris truncō liberaturam: Proinde iuber Mæcenatem quidem pro sua salure Pouli soluere adē votivam, se verò promittit pro sua tenuitate Fauno immolatusum agam. *cum me querel.* à querimoniis nimiis arguit Mæcenatem animi parum virilis: Nam viri foris est non conqueri, sed ferre constanter quicquid fors ferr. Crediderim sanē non de valetudine minus fausta, ut vult Acre vulgarus, sed de infortunio Mæcenatem vitaque discrimine conqueri, in eo fortasse populari tumultu, propter quem Agrippa Romā ab Augusto praefectus est, ei Iuia forore in uxorem data. *nec diis amicum.* spem facit à deorū voluntate eum ante se non moriturnum. Amicū esse hic ad phrasim Gr̄ecam dictū est, *οὐκ ἐσφίλος,* id est, non placet. **mearum grande dec.** commendatio Mæcenatis ab accepti beneficij memoria, quod est grati animi signum. **deces.** Odē t. lib. i. & præsidium & dulce decus meum. Nam principibus placuisse viris non ultima laus est. **columē.** præsidium. Eo quoque modo nominamus faciā anchoram, unde nostra salus dependet. *ab te mea si par.* Exclamatio pathetica ex hypothesi, alludēs ad illud Pythagoricum, *σώμα μὴ δύο, ψυχὴ δὲ μία,* id est, duo quidem corpora, sed una est anima; in eis qui veram colūt amicitiam: *τὸν δὲ, τὸ φάρδον,* & *φύλακας ἵνες οὐδὲ.* i. est enim, ut dicere solemus, amicus alter ego. Corporibus plures, mentibus unus homo. **maturior.** intempestiuā. *quid moror als.* quid est in vita boni, quod me detinere possit ut te non sequar, ut diutius vivere velim semiuius. *integer.* integrum est quod omib⁹ suis partibus constat: Mæcenas autem si moriatur, Horatio perit altera sui pars, non ergo viuet integer eo mortuo. *ille dies.* quo tu morieris, ducet utramque ruinam, id est, ecclē die uterque nostrum ruer, cader, morietur. Norāda locutio ducere ruinam, prouerte: per mortem namque corpora concidunt. *perfidum dixi sacra.* allusio ad militare sacramentum, quo milites adigebantur iurare in verba sui imperatoris; Gr̄ecis *ἰχθύος:* hinc auctorati milites, sacramento obstricti; & exauctoriati sacramento liberati. Erasm. in Adagio, Naera & Charmione. videatur hoc velle ad Aegyptiorum morem referre, quem *τὸν σωματικόν τοντον,* id est, commorientium nominabant, quo amicus amico sic erat obligatus, ut alteri mortuo, alter vltro ei se sociam adiungeret: non incommodē certe meminit huius loci in eo adagio, sed an eo sacramento ubi inter se devincent essent, non facile mihi persuaserim. lector dispiciat. *ibimus; ibimus.* *āradī-* *adā;* ad animi proutitudinem significandam,

qua paratus est in morte comes esse Mæcenati. **Chimera.** Enumeratio monstrorum quorundam ad afferendam fidem Mæcenati datam, quæ nullo mortis metu violari potest. de Chimera, præter alios, legito Apollod. lib. 2. *centimanus.* *ἰγράτηχεγ* Ilia. & Aeolicē pro *ἴγρατηχεγ.* *Gyas.* sic habent sine vlla litura aut macula omnes lib. scripti quos mihi videre contigit. Lamb. & Muret. ex Apollodoro restituerunt Gyas: quod non improbo quidem, sed vndecim aut plurimum consensum codicū mutare nolui, præsertim cum parū referente videam, hoc ne an illo modo legatur, quando omnes tres Briareus, Gyas, & Cœus singuli manus habeant centum, & 50. capita. *infiria.* cuius fundatum fides est; ea itaque non seruata, necesse est iustitiam subuerti. *placitumq;* cum eo conuenit quod initio huius dixit, nec diis amicum est Parcas: hoc enim fuit antiquitus persuasum, ut invocatis fatis, qua quis natus erat hebdomadis ultima die Parcas in vitam eius statuerent, qua sorte futurus esset: vnde est illud Maronis, Talia fata suis dixerunt currere fusis. *seu Libra.* *seu me Scorpius.* ab eodem horoscopo docet animos, ingenias, naturam, propensionem, mores, fausta, infaustaq; omnia inter se consentire, fatōque ita decreterum esse, ut ambo simul & viuant & viuere desinant. *seu Libra.* pender animi, *ἱδραιδής,* Venerem navelit utrique statuere genitūrē sidus, hoc per Libram indicans, idq; ut arbitror, propter amores viriisque & animi mollitię; an Martem, quē per Scorpium signat sibi formidolosum & violentissimum, anquies, *seu me Scorpione af.* fortasse propter bella Philippica cum Bruto contra Cæarem dimicanti, vbi relictis armis vix easist incolmis: An Saturnum statuat genitūrē sidus, qui Capricorno subuebitur & Aquario, inquiens, *seu tyranus Hesf.* *Capr.* De Capricorno certè dubitare in primis cum dixerim in Augusti gratiam, qui Capricornum quoque habuit natale sidus, ut testatur nummus eius Capricorno insignit⁹: qui natalitus pollicetur suis amplis honore, dominatus & imperia: itaque ut in victoria Cantabrica tacitē gratulatur Augusto eā siderationem esse felicem dominatāmq; vndis, id est, bellis Hesperiis; ita Mæcenatem quoque gaudet eodē horoscopo in spēbūculis theatralibus euasisse fata Saturni tristia numine Iouis, hoc est, vel conspirationem aliquā tacitam, vel theatri fortasse ruinam. h̄c nostra est conjectura. *natalis hore.* dñi cod. Bland. habent, letalis horæ; quæ lectio, meo iudicio, non est leui, ut aiunt, brachio prætereunda. dispiciat lector peritus. *utrumque nostrum.* post *ἰδιαυτὸν* afferit consensum sideris utriusque natalitij mirabilem, quem demonstrat ab euentis, *te Iouis.* Iupiter prosper.

prosper est & salutaris Ciceroni in de somnio Scipionis, quem hic ait defensorem Mæcenatis esse; eius enim tutela, id est, numine, præsenti periculo fuit eruptus, cuius fulgore Saturnus hebetatus, id est, malignitas aduersaria repressa fuit, qui præsentem ei mortem intentauerat. *impio Saturni*. Saturni namque sidus malignum est, perniciosum & pestilens suo frigore & fecitate, qualis erat Mæcenatis aduersaria tyrannis. *voluerisq; fati tar. al. moynos*. Quæ fictio satis indicat vi quad im repentina Mæcenatem ferè sublatum è medio, sed eam ab amicis repulsam. *ter crepus*. in signum letitiae, et autem dixit, finitum pro infinito, id est, sepius. *metruncus illap.* narratio casus similiter inexpectati, qui sustulisset Horatiū è medio, nisi Faunus impediuissest, ad fati paritatem cum Mæcenate declarandam. *nisi Faunus iit.* mirè decorum personarum seruatū in Mæcenate viro principe & politico in vrbe à Ioue maiorum quoque Deorum principe velocibus fatis eretto, vel inuito Saturno: & Horatio in prædio suo Sabino rusticanti ab irruente in caput arbore, à Fauno ruris rusticorumque Deo prælide, conseruato. *dextra*. ipse Faunus dexter & propitius. *custos*. fautor & amicus viris bonis doctissime: hinc enim Faunus nominatur, quod faueat, vt & Tellus Fauna. *reddere vicit*, reddit victimas qui voti reus est, quas vbi reddiderit, voti damnatus est. Victimæ autem sacrificia sunt diis facta ob victimos hosteis: Merito ergo moneret Mæcenatem victimarum Ioui reddendarum, vt cuius ope vicerit hostem. *ademeris votiuam*. Ioui seruatori. *nos humilem ferie*. agnopro condicione & statu nostro tenuiter oblata Faunum placabimus agna. duo cod. Bland. legunt nos humiles, quod non displicet quidem, sed humilem malim, cù quod videatur alludere ad sacrificandi morem, qui diis terrestribus humili fieri solebat, non etiam in aris erectis.

AD AVARVM: SE QVID EM
sua sorte contentum, illum verò diuitiis incumbere, quasi perpetuò vietum.

O D E X V I I I . παρεγγενηκή, ή ὑποθετική.

No n̄ ebū, neque aureū
Me arenidet in domo lacunar.

Non trabes Hymettia
Premunt columnas ultima recisas

5 Africa: neque Attali
Ignotus heres regiam occupauit:

Nec Laconicas mihi	
Trahunt honesta purpuras clienta.	
At fides, & ingenii	
Benigna rena est: pauperemq; diues	24
Me petit. nihil supra	
Deos lacesso: nec potentem amicum	
Largiora flagito,	
Satis beatus vnicius Sabinus.	
Truditur dies die,	
Nouaq; pergunt interire Luna.	15
Tu secunda marmora	
Locas sub ipsum funus, & sepulcri	
Immemor, struis domos,	
Mariq; Baijs obstrepeniū vrges	
Summouere litora,	
Parum locuples continentे ripa.	
Quid, quid vsque proximos	
Reuelus agi terminos, & ultra	
Limites clientium	
Salis auarū? pellitur paternos	25
In sinu ferens Deos	
Et vxor, & vir, sordidisque gnatos.	
Nulla certior tamen	
Rapacis Orci fine destinata	
Aula diuitem manet	
Herum. quid ultra tendū? & Q V A tellus	
Pauperi recluditur,	
Regumq; pueri: nec satelles Orci	
Callidum Promethea	
Reuexit auro captus. hic superbū	30
Tantulum, atque Tantali	
Genus coercet: hic leuare functum	
Pauperem laboribus,	
Vocatus, atque non vocatus audit.	40

COMMENTATOR.

NON ebū, neque aureū mea renidet. Metrum Hipponactium. Primus versus est Trochaicus dimeret catalecticus, vna enim syllaba deficit, vt sit plenus dimeret: scanditur autem hoc modo, non e. bur nē, qu'aure. um. Secundus iambicus trimeter catalecticus. hoc modo, mea. reni. det in. domo. lacu. nar. appellatur hoc metrū quoq; aliter Euripideū: nō quod ipse Euripides sit eius invenitor, sed quod frequenter eo sit vīsus. Trochaicū autē metrum

anctum in locis imparibus recipit trochatum, tribrachum & interdum dactylum: in locis autem paribus, trochatum, tribrachum, dactylum, spondenum, anapatum: Dimeter habet heptemimem-
rim, Tamerer Pentemimerim. Continentiam suam laudat, quam prefert omnibus diuitiis, culpans eos qui oblitii breuis vita, cupiditatibus suis & diuitiis student. non ebur. pro deriuatio eburneum. ordo est, neque eburneum neque au-
teum lacunar renidet in domo mea. *Hymettia.* tra-
bes marmoreas ex Hymetto monte Attice excise: hoc autem marmor Thebaicum dicebatur. *ulti-
ma Afri.* Numidia, quæ interior est pars Africæ, neque Attali. occulte notat Romanos non iure factos Attali heredes. *Laconicas.* laus à loco. *tra-
bunt.* carpunt. *clienta.* familiares: ostendit votum clientum, quorum uxores iuuent matronas car-
pentis purpuræ, cum nobilibus fiunt togæ præ-
textæ ad spem magistratum gerendorum. vnde dicit, dum sibi ista desunt, fide se & ingenio diuitem. *benigna.* larga. sic, si non ingentem foribus domus alta iuperbis mane salutantum totis vo-
mar ædibus vndam. *me petit.* mea gratiam appetit. *nihil suprà.* supp. quam nunc habeo. *Lacefso.* prouoco expetendo largiora. *potentem amicum.* Macenatem prædiuitem. *flagito.* expeto. *vnicis Sabini.* vnicis fundo in Sabini à Macenate ac-
cepto se satis diuitem & beatum predicat. *trudi-
tur dies die.* pellitur: nam posterior pellit priorem: & dies & mēsis & annus: per nouas Lunas mensiū recursus intelligimus. *pergunt interire.* non de-
sinunt accrelcere, decrecere & defectum pati. *tu
fecanda.* præcendita ad ædificiorum strūturam. *locas.* statuis. *sub ipsum funus.* iam capularis. or-
do est. tu parum locuples continentे ripa, & im-
memor sepulchri locas secunda marmora sub ip-
sum funus, & struis domos, & virges submouere
Baiis littora obstrepentis maris. *struis domos.* ædi-
ficas. *Baiis.* Baianis littoribus. *obstrepentis.* cir-
cumsonantis. *virges.* properas. *submouere.* re-
mouere: culpar profusionem nimiam eorum qui in Campania tactis in mare molibus affectant vndas maris excludere. sic Sallust. Qui diuitias suas profundunt in extruendo mari & montibus æquandis. *parum locup.* minus diues, nisi etiam alienum inuadas elementum. *usque.* semper. *re-
nelli.* remoues. *clientium.* vicinorum. *salu.* exilis. *pellitur.* eliminatur. ordo est, & vir & vxor pelli-
tur ferens in sinu paternos deos & sordidos natos: Evidenter exprimit acerbitudinem facti, in eo quod dicit pauperes suis sedibus violenter pulsos suos penates secum ferre, & natos sordidos, ad grauiorem pellentium inuidiam. *nulla tamen cert. sede.* ordo est: Nulla aula manet diuitem herum cer-

tior destinata sede rapacis orci. *rapacis.* cuncta ra-
pientis. manet. expectat. *ultra tendit.* amplius cu-
pis. *recluditur.* aperitur æqua. iter ad sepulchrum diuiti & pauperi, quare si uirtræ spolias, auare, pau-
peres: & diuitiarū moleis congeris, cùm sis mor-
talis, & sepeliendus æquali terra mensura cum paupere. hic & Iuuenal. mors sola facet ut homi-
num corpuscula. *pueris filiis.* vt, Ne pueri, ne tan-
ta animis asthœfite bella. *satelles.* filii, felicet Cœberus. *callidum.* subdolum. *captus.* deceptus,
flexus; ostendit nullis innumeribus flecti manus, vt remeare quis posset ab inferis. *hic.* satelles Ori-
ci. ordo est, hic vocatus arque non vocatus audit leuare pauperē functum laboribus. *coercet.* com-
primit. *leuare.* recteare. *functum.* confluntis la-
boribus. *audit.* exaudit, bene audit: quia vt mors est necessaria omnibus hominibus, ita etiam est requies perpetua laborum.

C R V Q V I V S.

Non ebur neque aureum. Contentus Horatius modicis, iniunq. ad splendorem lu-
xumq. excultis ædibus, gaudet ingenij benignitate se pauperein ab amico diuite potenteq. ad grati-
am expeti, Sabinis suis vnicis iatis beatus. Qua occupatione vehementer inuehitur in eos, qui iam capulares mortiq. proximi, quasi mortalitatis immemores, nihil quam domos edificatas magnificè auro student ornare eboræq. & marmore, a-
grisque suis amplissimis, agios quoque proximos addere vel cum summa vicinorum iniuria: quos vbi possessionibus autis eicerint, non aduentunt infelices æquali cum eictis lege, se non plus cis ad sepulchrum terræ accepturos, vnaque ad inferos descenduros auro nullo exorabileis. *non ebur
neque.* per quandam τεγρατάλην, contineat, arguit Romanos præcipue senatores (quod indi-
cat in primis Attali captata hæreditas) nimij luxus in ædificandis domibus, opero & que exornandis. *lacunar.* de Lacunari vide oden 16. huius libri. *Hymettia.* Cn. Domitius, L. Crassus collegæ suo altercatione orta obiecit, quod columnas Hymet-
tias in porticu domus haberet. Val. Max. lib. 9.
cap. 1. Plin. lib. 17. cap. 1. & 36. cap. 3. videretur
hic non nihil alludere ad Alcinoi domum apud Homer. *neque Attali.* Romanos insimulat tacitè doli mali in Attali regis Pergameni opulentissimi hæreditate adeunda; docens nihil te tale concupiscere, neque esse hæredipetam, vt qui malis artibus ditari nolit, non ignarus eius quod dici solet ὡς ἐν τοῖς ταπεινόσι ἀγαθοῖ, id est, sedmodum diuites non esse bonos, ignotus heres. non legitimus, non instituens, sed alienus & pere-
grinus;

grinus; & blanditis fortasse dolioq. mala factus.
regiam. regias opes, regni opulentiam. Scribit autem Plin. lib. 33 cap. vnde Asia donata multò etiam grauius affixit mores, invictiorque victoria, illa hereditas Attalo rege mortuo, &c. *Laconicas*, non amo clientelas magnificas, non ambio magistratus, ad quem gerendum purpurcis opus esset indumentis, quibus apparandis, prius invigenda purpura pretiosissima, deinceps trahēda nēdāq; ab honestis nobilibusq. clientū matronis, quas nec habeo nec appeto: mihi namq. ad honestā trāquilātāq. vitā fatis est integritas ingeniiq. benignave na. *Laconicas* purpuras pro pretiosissimis posuit, de quibus Plin. lib. 35. ca. 6. & lib. 2 r. ca. 8. vnuis cod. Maldeg. hic habet *Laconicas*, cui in *Lucret.* subscrribit Gifanius vir in primis doctus, idque ex veteri lib. *clienta*. sic legitur in duob. *Bland.* sine villa litura: in tertio autē sciolus aliquis deleta diphthongo, post e vocalē posuit s consonantem. Meminit eius quoq. vocis *Charisius* lib. 1. Gram. inst. Sed & Plutarchus in *Romulo* scribit ipsum Romulū nominasse clientas Græc. è πελάτης, sub vtroq. genere, ut arbitror, ὁ οὐ πελάτης, ciliens & clienta; aut, ut alij volunt, πελάτης, id οὐ, οὐ, clienta. iudicet lector doctus. Clienta autem fuit clientis vxor etiā togati: clientela namq. apud Romanos nō modo tenuiorū fuit, à quibus obseruantur patroni quotidie & colerentur, comitatūq. frequentiad forū deducerentur honoris causa, sed etiam togatorum, quos defendebant, atq. ope sua iuabant. *at fidēs & iug. damnatis per contentionē fortunę bonis, nūcait te bonis animi gaudere, p̄rēt̄q. vſum rerum moderatū nec deos nec amicos amplius quid poscere. benigna vena. dirors, atrogatia vitandi causa, sic alibi, tenui deducta poēmata filo, pro stylo subtiliori, minusque grandiloquo: cui contrarium est cras filo: sic etiam paupere vena, digna vena. Appellant autem venam, vim naturae genuinam seu indolem: sumta mera phora vel à metallis, vel fontibus, quorū aliæ sunt angustiores, aliæ latiores. potenter amicum.* sic Macenati Epist. 7. te dulcis amice reuulet cum Zephyris, si concedes, & hirundine prima. Quos autem serui dominos, eos ingenui salutat amicos. *truditur dies die.* propositio ex interrupto, quasi ἀγανάκτιος inserta, in eos qui velut perpetuo vieturi, nihil quā adificant, rapiunt, congerunt, quo iure, quauis iniuria, agrorum terminis vicinorum reuallis, suos extendere laborant, cum certò tamē ex ortu solis & occasu continuo, & menstruis Luna laboribus cognoscere valeant nihil æctuum hic sublistere posse, nedū suos conarus, sed interire per vices omnia & renasci. *truditur dies die.* *noīk̄t̄o species, perinde acī velit, quid deos,*

quid amicos plura flagitem, quando pro mortali tatis meæ condicione mihi abunde suis est vnicis Sabinis. Quanto verò tu peius facis ó Rómane, qui parum memoz humaræ naturæ, tenerè perpetuatatem vitæ tuo videris animo polliceri? Hoc autem non multū dissentit ab eo, immortalia ne sp̄eres monet annus & alme in quæ rapit hora diem. od. 7. lib. 4. *locas.* iubes secari, formari, aptari magnificis ædibus erigendis ornandisque. *sub ipsum funus.* hoc non tam ad senium pertinet, quando lege naturæ omnes morti propiores degimus, quā ad incertitudinem fati: *Quis enim fecit an adiungit hodiernæ summa dī tempora crastina?* At non infitior tamen hanc sententiam esse bene commodam, Tu iam senio cōfectus, alterumq. habens pedē, v̄taiunt, in cymba Charontis, neglecto sepulchro, ædificas quāsi non moriturus? Huc autem dixit Plato de Agrigentinis & Megarensibus, quōd ædificarent vt temporis victori, sed epularentur vt morituri. *parum locuples.* iactis in mare molibus, piætoria superædificatio, quod terra continens vel latissima, tuam non valeat explore cupidita: ē: parum locuples, id est, non satis habens locorum, verè pauper in amplissima possessione. Petronius Arbiter in Satyricis: A sp̄ice latè luxuriam spoliorū, & censem in dampno furarentem: Aedificant auro, sedēsq. ad sidera mittunt, expellunt aquæ saxis, mare nascitur aruis; & permutata terum statione rebellant. *Quid?* attentio ad maiorem indignationem fati, ex intentata fraude proximis agri in exarando terrino: *Quod scelus ita puniendū Numa Pompilius lege sanxit, vt qui terminum exarasset, ipse & boves Deo sacri fierent. legitio hac de re pulchram constitutionē lib. ff. 47. tit. 21. salū auarus.* transgredieris cupidus alieni fundi. *pellitur paternos.* exaggeratio crudelis & impij facti per auxilium ex adiunctis personarū ad cōmiserationem. *nulla certior tamē.* hæc è referenda sunt quæ paulò suprà dixit, struis domos; vt sententia sit, tu quidem struis domos magnificas sine villa sepulchri cura, quāsi tibi certas viētū & fixas, at nulla tamen aula destinata, definita fato, & decreta manet diutinū hērum certior sede rapacis Orci, id est, terra ipsa, quæ sedes est, id est, dominus certissima & receptaculum quicquid omnia mortalium. *si* sede, habent cod. Mart. Maldeg. & Sil. &, meo quidem iudicio, multò convenientius quām, fine; agitur enim de domus & mansionis certitudine, quæ quidem strūcta potest esse certa suo domino ad vitæ tempus, sed multò certior est dominus Plutonis, v̄tiorē perpetua, id est, sepulchrū, quæ domus ideo dicitur exilis oīe 4. lib. 1. quōd corpuseculum sibi insclusum

Cūsum dimetiatur tanteum. Est itaq. sedes Orci & regia Plutonis domus ipsa terra, nam Pluto rex est iacerorum, ἔχει γὰς τὰς θαύματα, id est, imperat enim mortuis: hinc Agesilaos dictus Callimachus, πολὺ τὸ ἄγεν τὸν λαὸν, inquit Methodius, id est, à ducendis populis. Quin & sequentia per ἀπόγενος quandam latit ostendunt légēdūm esse sedē, ac enim, aqua collus pauperi, perinde acsi dicat, terra ex quo iedes est omnīu, recluditur enim & recipit intra se pauperes simul & diuites, quae ita certa domus est omnīu, ut nulla possit esse certior: illinc eum nemini vñquam licuit migrare, quantūvis prudenti, potēti ac diuiti. *regum pueris.* per reges apud poetas ferē principes & potēteis viros intellige; vt & illud, equus me portat, alit rex. *Satelles Orci.* satellitem Orci Lamb. interpretatur Charontem, à quo dissentio: non enim Charon tem inuocat viuus aut meruit: quare satellitem Orci rectius explicabimus mortem, hæc enim congregat, hæc militat Orco. *callidum.* propter erexit Ioui vitalē ignem: de quo alibi latius. hic autē Prometheus pro quo quis prudente sapientēq. ponitur. *reuxit auro.* vita restituit: Mors enim satelles Orci quos semel deduxit ad inferos, non reduxit vñquam. Hoc autē verbum reuxit, Lābino & aliis argumento fuit suæ interpretationis de Charonte, sed nihil hoc, aut parum me mouet ut eos sequar; sed Aeschylus posius, cui concinit hoc Horatij, *auro captus.* ait enim, μόρος θάνατος. id est, mors enī sola deūm non amat munera. *superbum.* d uitem, *Abaracia* δ' οὐκ εἴσι, οὐδὲ εἰσιαγόγης τὰ ταυτάλου τάξισται ιανάτης οὐδέποτε, οὐδὲ άπειδαί, οὐδὲ ταῦτα ταῦτα είναι, id est, immortalitas comparari nequit, ne si collegaris quidem infinita talenta, quot habuisse Tantalus fertur, sed morieris, eaque relinques aliui. Menander apud Stobæ. *Tantali genus.* posteros, Atreum, Pelopem, Agamemnona, Orestem, &c. hic leuare funtum p. l. hic locus ab aliis sic ordinatur: hic Orci satelles vocatus & non vocatus audit leuare, id est, vt leuet pauperem funtum laboribus. qui ordo eti non omnino displiceat, malo tamen sic struere, hic vocatus & non vocatus leuare, id est, vt subleuet pauperem funtum laboribus, id est, continuis molestiis & miseriis vita defatigatum perfrumentque audit, id est, præsto adest, *πέργοις,* hoc est, veliz nolit pauper, ei moriendū est; atq. etiam audit vocatus quidem à pauperi, non vocatus vero à diuite: nam βέργοις οἱ πολεῖς αὐτοῖς οἱ περγολαῖς, δυναχωντις δι περγος, ait Apollonius Iuncus apud Suidam: quam sententiam Publianus sic habet, O vita misero longa, felici breuis! Ex hoc autem loco, quod ait vocatus, & non vocatus, iudicet lector eruditus, num

satelles Orci sit Charon, & non potius mors ipsa; quæ à mitēris quidem sèpè & infortunatis inuocatur, vt testis est senex ille Aesopus lignarius: diuitibus verò formidabilis. vnde est illud Eccl. 41. O mors, quām acerba est memoria tua homini habenti pacem in substantia sua! Eras. in Chil. refert hæc verba Horatij, vocatus, & non vocatus audit, ad oraculum Lacedæmoniis redditum, καὶ εὔλογός, καὶ εὐλαβέσθαις πατέσαι, id est, vocatus & nō vocatus Deus aderit; cuius usus est, quædam nobis euenire vñlinus nolimus, ut pote, senectam, mortem, &c.

A D : L I B E R V . M P A T R E M.

Ode xix. ērduas in.

B A C C H U M in remotis carmina rupibus

Vidi docentem, credite posteri,

Nymphásque discenteis, & aureis
Capripedum Satyrorum acutas.

Euae, recenti mens trepidat metu,

Plenōq. Bacchi pectora turbidum

Lætatur. euae, parce Liber,
Parce graui metuende thyro.

Fas peruvaces est mihi Thyadas,

Vinig, fontem, laetiis & uberes

Cantare riuos, atque truncis
Lapsa caui iterare mella.

Fas & beatæ conjugis additum

Stellis honorem, tecq. Penibet

Disselta non leni ruina,

Thraci & exitium Lycurgi.

Tu flectis amneis, tu mare barbarum:

Tu separatus vuidus in rugis

Nodo coerces viperino

Bistonidum sine fraude trintis.

Tu, cum parenti regna per arduum

Cahors Gigantum scanderet impias,

Rhaecum reverfissi leonus

Vngibus, horribiliq. mala.

Quamquam chorici apicis, & iocu,

Ludoq. diuersus, non sat idoneus

Pugna ferebaris: sed idem

Pacis crav, mediusque bellis.

R . 2

Digitized by Google

Te vidis insens Cerberus aureo
Cornu decorum, leniter asterens
30 Caudam, & recedentis trilingui
Ore peles tettigit q̄z crura.

COMMENTATOR.

B A C C H U M in remotis carmina rupibus. Metrum duob. verl. A'caic. tert. iamb. dimet. hypercat. quart. Pindaric. Indicat à se vīsum Liberum patrem in secretis nemoribus carmina docentem; & his visis perturbatus, velut præsenzia numinis furore correptus, exclamat, Euoc. ordo est. vidi Bacchum docente carmina in remotis rupibus, & vidi Nymphas discenteis & acutas aureis capripedium Satyrorum. credite. talia dicenti. **capripedium**. Panas dicit & Satyros, qui caprūrum pedibus & auriculis singuntur. **acutus**. creetas ad audiendum. **Nymphas**. Mutas. Quidam ipsum Solem, ipsum Apollinem, ipsum Dionysium eundem esse volunt. nam vt Apollini nouem Musæ, ita Soli nouem circuli sunt & Dionysio similis Baccharum chorus: hic autem pro Musis Nymphas inducit audire Bacchi carmina: vt Virg. Nymphae noster amor Libethrides aut mihi carmen quale meo Codro concedite. **recenti**. inaudito. **Bacchi**. præsentia numinis. **turbidum**. turbidè. **grauis**. leuero. **thyrsos**. fronde pampini circumvoluta hastæ, qua sibi intestum Deum minari singit. sic suprà dixit graueis principum amicitias, id est, seueras & spæcè pernicioſas. **fas** per uitaceis. protervas, vaganteis, propter bacchantium dilcursus & saltus. **Thyadas**. Bacchus, Bacchi sacerdotes insanas & furiosas, à **q̄z**, id est, sacrifico & insanio. **vinique fontem**. sic & Virg. & passim riuis currentia vina repressit. **lapsa**. delapsa. **iterare**. iterum cantando, iterumq. repeteret, & cantando quasi manare facere. Quod ideo dicit poëta, quia Speleis Dionysio vino, melle, & lacte sacrificabatur. Virg. & dura querens sudabant rosida mella. **fas** & supp. est cantare. **beata coniugis**. Ariadnes filiæ Minois regis Cretensis, cuius coronam nuptialem à Venere acceptam in honorem Dionysij commemorat inter sidera collocatam. Virg. Gnoſiāque ardentis decedat stella eoronæ. **disiecta**. diruta. non leni. præcipiti, maxima perlitotem. Notatur autem fabula Penthei & Agaves eius matris, aqua & Bacchidibus disceperitus est. **Lycurgi**. Lycurgus Thracum rex, cùm videaret per vini temulentiam in mores multa committi, abscedi iussit vineta: quare iracundia Dionysij in furorem versus, vinitoria salee sibi crura amputavit; ideo ad laudem numinis posuit sum-

tum de inimico supplicium. **flectus amnis**. domas, eorum cursus deriuas, id est, accolas amnium subigis. Alter. flectis amnis, id est, muneri tuo immisces aquas, quo ad suauorem vīum flectuntur. **mare barbarum**. Indicum: Quia Indos Dionysius lupi rauit: barbarum autem pro leuo ac violentio, propter subitas tempestates. **separatis**. secretis ac remortis. **iugs**. montibus. **vividus**. viro madidus. **coerces**. contringis. **viperino**. anguineo, species pro genere. **Bistonidum**. Bistonides. Thraces sunt mulieres, quæ in Liberi patris sacra bacchari conlueverunt, angues gestantes in capite. **sine fraude**. sine periculo parentis. **per arduum**. per excelsum, per alta loca. **Rhecum**. Rhecum enim gigantem in Leonem versus occiderat Dionysius. **retorsisti**. deieclisti. **horribilique mala**. terribili maxilla, tunc et leonina. vt Virg. malæ texere lapi cum dentibus albis. **choreis**. saltationibus. **fat**. pro fatis. Virg. fat fatis, Venerique datum. **identus**. aprys. **ferobaris**. dicebaris. **pacis eras**. pacis & bellis porens. **insons**. tibi, quia nocte non poruit, intons, non nocens. **aurocor**. **decor**. pulchrum. Ideo autem Libero cornua assignatar, quia vinolentia protervatem & cötumaciam consuevit angere. **leniter**. blandè. **asterens**. contingens, comprimens. **recedentis**. tergit pedes & crura ore trilingui, vt solent canes ab blandiri dominis suis & notis, aduentantibus & abeuntibus.

C R Y Q V I T S.

B accum in remotis carmina rupibus. Hæc ode frigidi planè primo obtutu, ienunique argumenti, adeo vt ferè neglecta iaceat, tamquam somnium quoddam poëticum, scripta est ad imitationem veterum poëtarum, qui Orphica nobis, Ogygiāq. præcepta fabulis inuoluta tradiderunt de deo & mundo, de honesta vita: de pœnis impiorum apud inferos luendis, deque piorum premiis gaudiisque in campus Elysii: quorum meminit obiter in Epistol. ad Pisones, inquiens: Silvestres homines facer interpretaque deorum, cedibus & victu foedo deterruit Orpheus: dictus ob hoc lenire Tigres rabidosque Leones; dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis laxa mouere sono testudinis, & prece blanda ducere quò vellet: fuit hæc sapientia quondam, publica priuatis fecernere, sacra profanis; concubitu prohibere vago, dare iura maritis: oppida moliri, leges incide re ligno: Sic honor & nomen diuinis vatibus atque catinibus venit, &c. Ad horum exemplum lyricus noster dictorū factorumq. mysteria vestitu quodā poëtico tecta decātar Bacchi furore plenus. Fuit autem Bacchus iste vini quidem inuenitor, sed

Sed non ventricosus illi. Deus ebrietatis præses, ut vulgo fabulosè creditur, sed vir prudentissimus moderatissimusq. & rerum diuinarum peritissimus, Prometheus aliis & Deucalion; aliis Janus. Pindaro vero & Halicarnasseo Sabazius nominatus Dionysiusque; Latinis Liber pater: nobis autem Patriarcha ille Noach habetur: qui singitur hic, vt & Silenus huius discipulus a Virgilio, Nymphae & Satyros in filiis & rupibus arcana quædam docere præcepta: eò quod Noach post vniuersalem cataclysimum, quando filios suos, eorumq. posteros per Asiam, Europam, & Africam longe latèq. per saltus & nemora dispersos (vixit enim trecentos annos & amplius post inundationem) perpetuo iunctore indefessioq. inuisens, vnde Ciceroni Ganus, seu Eanus (vt habent vulgariter libri, sed minus rectè) dictus est à Cimbro vocabulo, gaen, quod Latinis norat ire; non defuit ab ethnicismis, vitiaq. impia reducere ad veri Dei cognitionem cultumque quem mox post diluvium multo eos labore diuque docuerat; eis in inuisiis vbiique desertisq. locis tunc vagabundis iterumq. iteruq. & semper inculcans, unum Deum adorandum, amandum, eq̄. fidendum, seruendumq.; omniū rerum auctori, creatori, seruatoris: vitamque ex eius nutu, non more pecudum, sed honeste & piè transigendam: eique premissam beatitudinem, qui viueret eo modo: contrà, sceleratis & impiis proposita esse æterna supplicia. hæc est philosophia Orphica, Ogygiaque; hæc Pindarica sapientia; hæc Bachica disciplina ab Horatio, veteribusq. poëtis Heliodo, Homero, Theognide, Euripide, suis saeculis Aurea, Argentea, Ferrea per mores hominum vitamq. decantata pastoribus, Faunis, Satyris, Nymphis, auditoribus auidis cognoscendi veritatem, simplicibusq. indicata, declarata, expressa: non etiam callidus, versutis, vanæq. scientiæ opinione superbis, inflatis & tumescientibus. *Bacchum in remoto.* non in strepitu ambitioneq. forensi, vbi nihil diuinis, sed humana omnia dolis, fraudes, iniurias, proditiones, cædes, lerna deniq. malorum, vt aiunt. carmina. diuina præcepta carmine descripta. vidi docens. *orissimæ,* ad fidem dictorum faciendam ab oculato teste. *credite posteri.* credat Iudeus Appella, non ego, inquit Lambinus in suis Comment. quem miror tantum virum non examinasse prefluisse tam diuinum poëtam. *Nymphasq. discentes.* per Nymphas, animos auditorum simplices accipimus, paratos ad discendum; ab omni terrena fecis cupidine liberos, non sordidos, non verisepales, dolosos, sed apertos & candidos: Quales fure pastores illi quoque, quibus in campis ab Angelis primum cælius nuntiata est veri Dei & ho-

minis, Domini nostri Iesu Christi natuitas in Bethleem Iudea, ex intemerata beatissimamq. virginem Maria. **E**aureis cap. saty. acu. hoc genus auditores Bacchi fuere discipuli & comites, ut & Strabo lib. 10. Satyri, Sileni, Fauni, Tityri, quales antiquitas effundit Bacchicæ, Orphicæque & Ogygiaæ Theologiae sedulos auditores, non temere sanè nec sine mysterio: Nam & capripedes, id est, ad discendum velocius & irrequietos: zurticofiq.; id est, attentos, audiendiq. cupidos esse decet diuina musica studiosos: nec nō aureis oblongas habere ad exterorum quoque mores & instituta vitæ cognoscenda: nec eas quidē demissas instar asinorum ac pendulas ad terrena mentis inquimenta, sed acutas & erectas ad cœlestia quoque & diuina præcepta percipienda, ad vitam bene beatitudinæ traducendam. Talis est Virgilij Silenus, non tan vino, quam diuino furore somnolentus & ebrios. Talis Midas ille Phrygius in florentissimo regno suo beatissimus Sileni in amoenis suis horritis discipulus assiduus: non ob id certe auritus, vt nigratur Ouidius cù suis, quod Marsiae de musica cù Apolline cōtendenter primas dederit, sed quod ob ote Sileni Bacchica docentes & oculis, & auribus pendebat attentissimus. Sed an ne simili nos quoque parœmia reges æversas c. le fatemur, id est, habere longas & multas auricis? Quas vitiam in salutem sui populi & defensionem plusquam morigeras sceleratis & impiis aspergitoribus, in eius ceruices propensas exitiumque paratas. Nec ob aliam, mihi crede, cautam Satyri mordaces omnibus odio fuerit formidinique. quam quod hominum vitam, omni vitiorum contagione corruptam grauitate infestando conarentur in melius evendire. Si vero quis curiosius inquietus quid tentilla seu fascina Satyrorum prodigiosa signent: Meherculè, ut instrumenta illa seminalis sunt propagationis semper arrecta, ita Satyros notantem ad docendum, semelq. veri semper & honesti spargendum paratos, quam discedunt. euoe recenti mens. euoe hic interiectio potius admirantis est, quam bacchatis: est **κατάληξ** ex repentina mentis consternatione eius quod viderat. trepidat. subfultat; cordis enim palpitatio non raro subsequi solet euërum minus expectatum. metu. admiratione, reuerentia diuini numinis religioneque. causa pro effectu, primus enim in orbe deos fecit timor. pleno Bacchi. Est Deus in nobis, agitant ealestimus illo: sic Bacchus pro **διδυναμεν**, id est, numinis afflitione. turbidum. turbide, commotè, qualis mens esse solet in alienari a te casu aliquo, **ἀρρωστία**. latatur. cum animi commotione metus, que latititia comitatur, est omnis boni: contrà, tristitia post horrorem,

R

РОЦЕН-

portendit malū & Physisis auctōribus & Theologis, vbi de iafomniis seu visionib⁹ differunt. *enēcē*
parce Liv. *lvx̄*: deprecatur enim Liberi vchementiōrē, sīm in ascēdō suo pectore, ne fortasse *wp̄*
qđn̄t̄, maneat tine spe amentis aliquando recuperandis in vltionem vti numinis, quem ad modum
Acteoni contigile fabulantur poēt̄, in ceruū à Diana transformato, quod eam lauantem
vidisset. *grās̄* *metuende th.* *thyrlum* h̄c non hastā pāp̄inis in uolutā teclāmq̄, vt habet Cōment.
& ali⁹, sed grauē thyrla m̄interpretor (pro argumento p̄fēt̄, vbi nō Orgia celebrari, sed Bacchū docere scribit) venerandā ex thyrlō coronam
capiti induit̄, ad diuinatatem denorabā, quam
refigiat̄ & *veniat̄*. sic Virg. Eclog. 5. insituit,
Daphnis thyrla inducere Baccho, & foliis lentaſ
intexere molib⁹ hastas: *dḡs̄* & enim hasta est
veritā ſi dibus, & *dḡs̄*, corona: quod diſcrimē
nō ita Latīnis ut Grācis per accentū deprehendit̄.
f̄st̄ *pernicieſis*. Nunc certus de Baccho ſibi
proprio, ad imitationē poētarum veterū ſub in-
uocat̄is tabulari canit̄ bonorum p̄mā, rerūm
que omniū cū pace tranquillit̄ utq̄, copiā q̄ Deo
accepta, dām in cultu diuino honeſtē viuerēt̄: &
conū, n̄ aliorū calamitates, miſerīa, ſamē ſup-
pliciāq̄, infinita, corū p̄ſerſtū qui in Deū eſtēnt
impij, enīlq̄, cultum violarent; quos Bacchus ipſe
& index impietatis ad inferos vſque perfecut⁹ eſt.
Thyadas, ſacrōrū ministras ſacerdotes, & ſacra: al-
luid̄ quidem, vel, ſi voles, per Thyadas ponit ob
oculos temulentos & iſanī ſaci malē iānos mi-
nistris, Bacchicos, Mænadās, Thyadas, & ſacra-
rū mattis, & cūm Bacchi coniugis, Curetas, Cory-
banteis, Caberos, Idæos, Dactylos, Telchinias,
Thyias, Mīmallones, & ſi qua ſint alia ſacerdotū,
ſacrif̄q̄, furiosis p̄ſectorū porteſta nomina, que
paſſim apud Ethnīcos omnibus ſunt obvia: Nos
verō, Dei veri cultores pro humana fragilitate
Thyadas interpretabimur Orgiāq. à Baccho no-
stro omniū gentium post diluvium patre Noah
celebrata, qua docuit libros ſuos Cham, Sem, &
Iapheth cū posteris ad verū cultū & honorē veri
Dei, per quē ab inundatione terre ſeruati ſoli cū
vñoribus ſuperſtitēs fuere. quod autē ita ſit, docēt
versus proximi, *viniq̄ fontem lacis* & *vb. can. ri.*
nam veri Dei cultores piē, honeſtē, vñanimiq̄, cō-
ſensu in timore Domini cōuenientes nullis egēt,
ſed in omniū rerū abundantia iucundē, bene, bea-
tēq̄, conuersando Deum venerant̄, & adorant̄:
Quod occulte cauit̄ lyricus, Virg. aliq̄ue diuini
poēta per vni fontes, lacis riuos, & mella cauis
truncis defluentia; que ſub Saturno aurei ſeculi
hominibus, pacis, concordie veriq̄. Dei cultus a-
enanib⁹ parata paſſim promit̄q̄, fuſſe canunt̄:

Qui Saturnus reverā noster Bacchus Noach ex-
ſtitit: qui dum Chamū filiū fugeret, quod impie-
tate execranda ſe genitibus diuino faciſcio colē-
dum proponeret (quod testatur Iōuis Hammonis
templū pro Chammonis; Hebiāris enim Ham,
nō Chā ſcibitur) in Italiā venit, vbi ab Iaphethi,
ſeu Lapeti filiū ſui posteris Saturn⁹ nominatus eſt,
à potentia ſeminis, vel Moſe teſte; à tribus enim
Noach filiis diſeminatū eſt omne genus huma-
nū ſuper vñiuersam terrā, ſas & beat. coniugis. h̄c
ad matrimoniū Bacchi cū Ariadne peſitūt̄; cuius
corona nuprialis diciūt̄ relata inter ſidera; ſed *mu-*
rit̄s̄, ſub Baccho enim non ferino in ſiliis riu-
coiſſe homines denotat, ſed ex p̄ſcripto diuino,
idq̄, docente Noach, vnumquemq̄ modeſtē ſuam
habuiſſe coniuge, liberōſq̄, procreaſſe, inq̄ue ce-
leſti diuinoq̄ cultu exercuſſe: adeo vt Deus id
factū diuino munere ſit abūde remeſitus. Quod
& de Amphione canit̄ lyricus, fuit h̄c ſapientia
quondam publica priuatis ſecernere, ſacra profa-
niſ, concubitu prohibere vago, dare iura maritis,
&c. *teclāq̄ Penthei*. Haſtenus de p̄miis honorū:
nunc ſub fabulis de malorū ſuppliciis. De Pen-
theo vide Saty. 3. lib. 2. ex Apollodorus. Quod eīſā
ſcribit Pausania: in Corinthiacis; in Bœotiacis: ve-
rū cum eſt̄ inſolentior (Pentheus) & planē
impius, Libero patri violati numinis p̄cenas dedit.
Quæ numinis violatio, eſi fabulose Bacchis fu-
riōtis adſcribatur, tamē propter contemtum fa-
cerorū, & cultum veri Dei, ab Ianigenis, ſeu Ia-
phethi posteris, per Asia à Tauro ad Tanaim vñq̄.
& vñiuersam Europā diſperſis diuino nutu ſum-
tum eſt ſupplicium. Itaque per teclā Penthei di-
ruta intelligimus & iſipsum & omnem eius proge-
niem funditus deletam diuina vindicta. non lexi
ruina. ſi haboat̄ tres Bland. quos ſequor. *Thracis*
& exit. *Lycurgi*. Apollodorus lib. 3: Bacchæ au-
tem, inquit, in vincula (a Lycurgo) coniect̄s ſue-
runt: nec non magna Satyrorum multitudine, quæ
eum (Bacchum) conſecuta eſt: contrā verō Bacchē
ſtatim ſolus ſunt: Nam Dionysius Lycurgo fu-
rōrē immisit; tum ille amētia p̄ceps Dryantē
filium viti palmitem ſe ratus amputare, ſecuri
percussum interfecit: Qui cum extrema ſu corporis
p̄cecidisset, reſipuit: deinde vbi terra nullas
ſuppeditaret fruges, numen ſuo renunciauit oraculo,
terram tum fore frugiferam, cum Lycurgus
mortalitatē exuerit: Quod vt Edoni accepit̄,
iſipsum in Pangēum montem abductum in vincula
coniecerunt; vbi ex Dionysij voto equis lanati-
tus occubuit. Quæ narratio fabulosa impium Ly-
curgum continent veri huminis cultoribus Baccho
& eius comitibus, Edonis quoque ad verum Dei
cultū conuersis, impietatis p̄cenas dediſſe. tuſſeſſ
amneſia.

*eternis per amneis, Edonos accipe qui ad Strymonem incolunt amnem, qui cū Lycurgo rege suo primum contumeliis acceptum Bacchum finibus ciecerunt, quos flexos postea, ad verū Dei viui satrū adfluctos dicit Horatius. mare barbarum. hoc est, vicinos omnis idololatras: Nam Edonis redictis ad verā Dei cognitionem, habent fabulae Bacchū Thraciam atq. Indianam vniuersam (quos omnes mare barbarū interpretor, reddisse Thebas, femināque in Citharone monte debacchari cōfusisse, à quibus tūc ferrur Pentheus à Cadmo in regnū tubrogatus. vñidus. temulentus, ebrius, non vini potu, sed Dei spiritu. viperino. Alludit ad fabulā, qua singitur Bacchus simul ac à femore Louis natus esset, serpentibus fuisse coronatus: Serpentibus itaq. implicuit cornas Bistonidū, id est, mulierū Baccharū Thracetlium, quando eas verū Dei cultū diceret, qui barbara genti primū visus est nocentior viperis ipsis: Atquitamen hoc sine fraude fecit; non enim nocuit eis vera religio, sed plurimum profuit. Codex Maldeg. habet hīc, sine fronde. Bland. vñus sine fune, sed secutus sūt veterem lectionem. in cum parentis reg. hīc fabula de Gigantomachia ira in ore est omnibus, ut in ea hīc referenda non sit opus terere tempus. Bacchum autem Ieonem factum, parenti, Rhēco necato, primum succurrisse, quid alius habet mystérij, quā Noach forti Ieoninōq. animo post confusione Babel, Chami posteris iam idololatris & penitus atheis in faciem restitisse, nec ab incepto defusa tantisperdum diuino numine illos, vel ad sanam mentem, vel disiectos penitus dissipatōq. perderet atque delerer? Gigantes certè, non tam proceritate statuarque formidabileis fuisse existimo, vt est in fabulis, quāvis nolim insitari, quosdam magnitudine corporis homines ex istile præ aliis monstrōs:) quām prudentia quadam humana, calliditatē, & armis, ceteris potentiores; qui, abiurato Deo vero & viuo, scilicet in terris deos esse persuaserunt miseris mortalibus; & veri Dei cultores persecuti, tantisper variis torturēs affecere, dum vel inuiti in sua verba inuarent. Dicunt autem Etymologici Gigantes esse terrae filios ex guttis cæli genitalis, *μαργή τὸ οὐρανὸν ἕτερον*. At Beeanus nostra ē Cimbricum esse nomen, derivarique ex voce *Wynthandt*, quæ signat latam & longam manum, id est, ingentem potentiam: quā etiam centimani dicti sunt ex eadem nota. Deinde VV duplex in Aeolicum digamma mutatum, nec nos loco aspirationis in medio quoque possumus hanc vitandi causā, & littera recta sic Giganteus terminatio pro Latina seu Greca inflexione mutata in ans, vel as, efficit Gigans, vel Gīgas. Beeanum legitō in Gigantomachia. for-*

arduum. per arduos & excelsos montes inter se superstructos: qua de te Virg. Tū partu terra nefando, cælumq. Iapetumq. creat, Ieumq. Typhoëa, & coniuratos cælum rescidere fratres, ter sunt consti imponere Pelio Oisan, scilicet atque Osse frontolum imponere Olympum, ter pater extractos deiecit fulmine montes. Rhecum. sic habet cod. Bland. antiquiss. sed non hinc litera: quam lectio seruandam esse habemus ex Apollodoro, lib. 3. vbi de Atalante virginem scribit, quin etiam vbi in iuio atque virginitati suā à Rhēco & Hyllæo centauris vim parati perspicit, hi sagittis ab ea persoſſi conciderunt, &c. Alij omnes cod. habent Rhetum. quamquam chores. *πολύτην*. ne quis Bacchum iudicet bellis gerendis minus aptum, eō quod mollis esset delicatusque, & voluptatibus addictior quam pugnae; unde Seneca in Hercule surente, Non erubet scit Bacchus effusos tener sparsisse crines, nec manu inutili leuem vibrasse thyrsum, cum parum fortis gradu auro decorum syrma barbaricū trahit. Sed hāc mollieties Bacchodata est vini gratia, quod cum Venere neros omnes corporis & animi frangit: verū re ipsa Noachi & omnes veri Dei cultores benigni sunt & hilares, iucundiq. aspectu vultuque, quāt in perpetua iuuentu floridi; vt qui semper bene sibi consciū, nec intrinsecus grauerter affecti, nec extrinsecus malis oppreti, nimitem non ignari voluntatis diuinæ, quæ non sinit suos angi supra virtus. sed idem pacis eras med. bel. Hæc quoq. sententia Bacco conuenit vini gratia, quod moderatè sumitum lenit & serenat animos: contra, immodicū vinum perturbat sensus, & mentem facit alienam à se, rixatique & pugnas concitat. Sed mysticè Noach erat pacis & belli medius, id est, mediator inter Deum & homines; pacem piis & omnia bona cœilians: ab impiis autem iram Dei precibus auertens, dum redirent ad mentem saniorem. te vidit insons Cerb. Bacchus lutor ab inferis rediisse ad superos integer & illatus à Cerbero ceterique Orci monstros: post diluvium namq. Noach terra iam fugatio diuino nutu aquis delapsa que sole illustrata exsiccataque, Arcam vñā cū uxore & liberis egressus post multos menseis quasi ab inferis rediisse creditus est postoris divini iudicij ignaris. *aureo cornu deco*. Cornutū singunt veteres Bacchū, idque proper vinum: ait enim Sext. Pomponius homines nimio vino truces fieri. Diodorus lib. 4. scribit Baccho a fingi cornua, quod primus terrā iūctis bobus excolluit. Alij autē præstram Grexi, Baccho tribuit diadematis inuentio[n]e. Quod hinc natum arbitror, quod Noë cū liberis lenti Deo obtulerint holocausta pāp[er]nis & sacrī frondibus coronati.

AD

A D MÆCENATEM
de sua poeles immor-
talitate.

Ode xx. ἀποτελεσμήν γε προσφωντική,
ἡ ἀληγορία.

NON vſitata, nec tenuiſerar
Penna biformis per liquidum æthera
Vates: neque in terris morabor
Longius, inuidiaq; maior
5 Urbeis relinquam. non ego pauperum
Sanguis parentum: non ego, quem vocas,
Dilecte Macenas, obibo,
Nec Stygia cohibebo ronda.
Iam iam residunt cruribus aspera
30 Pelles, & album mutor in alitem
Superne, nascunturq; leues
Per digitos, humerosq; pluma.
Iam Dadaleo ocyo Icaro,
Visam gementis litora Bospori,
15 Syrtēq; Getulas canorus
Ales, Hyperboreosq; campos.
Me Colbus, &, qui diſimulas metum
Marja cohortis, Dacus, & pleimi
Noſcent Geloni: me peritus
20 Discer Iber, Rhodaniq; poros.
Absint manifunere neniae,
Luctusque turpes, & querimonia.
Compescit clamorem, ac sepulcri
Musæ superiuacuos honores.

COMMENTATOR.

NON vſitata nec tenuiſerar Penna. Metrum duob. versi. Alcai. tert. iamb. dimet. hypercat. quart. Pindaric. Perallegoriā significat se in Cygnū transformatum, volaturum per vniuersum orbem, suaq; cantione aureis omnium impletum, cuius dulcedine sibi promittit immortalitatem. non vſitata, non vulgari, non communi, nec omnibus nota. ordo est, ego vates biformis, ferar per liquidū æthera, non vſitata, nec tenui penna. nec tenui. facile ſolubili. ferar. ſuſtentabor. biformis. propter lyrīa carmina & hexametros versus. per liquidū. purū. Longius. diu, vel amplius. inuidiaq; maior. maior inuidia dicitur, cuius

gloria ſuperat inuidiam, cui non inuidetur propter excellentiā. non ego paup. non ero ignobilis, quamuis humilibus parentibus ſim natus. sanguis paren. prosapia. non ego quem. ordo eſt, ô Mæcenās, ego non obibo quem vocas dilecte, nec cohibebo ronda. ſignificat ſua non moritura, & per ea fe conſecutur eternitatem. obibo. moriar. cohibebo. conſtringar, nec tenebor infernaliſ clauſtris. iam iam refid. ostendit mutationis celeritatem. aſpera. tactu ſilicet. album alitem. auē ſciliſ cygnū. ſupernē. in ſuperna mei parte. Dadaleo. Icaro filio Dædali. gementis. fluctu resonantis. ſignificat toto orbe ſe vulgandum, ita ut etiam perueniat ad barbaras nationes, nam per cōmemoratiōnem diuerſatū gentium, omnis terra parteis deſignat. Syrtēq; Getul. Libycas, ſupp. videbo fluctuare. Eſt autē Gerulia regio Africæ. Virg. nūc promite vireis, nunc animos quibus in Gerulis lyribus viſi. canorus. ſonorū. Hyperbor. camp. Thracios. hi ultra Aquilonis flatus Septēctioni ſubiacent; vt eſt, quin & Hyperborœo ſeptem ſubiecta trioni gens effrena virūm. diſimulat. fingit ſe non timere. Marſa cohort. pro Italie militibus, vt oſtenderet ſolos Romanos Daciſ eſſe terrori. Iber. Hispānus extreſus. Rhodaniq; por. potator, id eſt, Gallus transalpinus. inani funere. inanis enim luctus fit de mortuis. nenia. carmen funebre. Luctusque turp. propter lugentium & ciuitantium ſqualorem. Compescit clam. repreme lamentationem. ſuperna honor. ſuperuacue multi dixerunt lugeri mortuos. hic autem Horatius id afferit maximè, quia immortalitatem videri ſe vult per carmina conſecutum. ſic Virg. vano mæſti comitantur honore. mitte. omitte.

C R V Q V I S.

NON vſitata nec tenuiſerar penna. Ut omnibus hominibus licet honeste de ſua virtute gloriari letarique: ſic Horatius per insignem allegoriam modice iactat ſua ſibi carmina, cum argumentorum tum modulorum ſuanitate nouitateque gloriam conciliasse numquām peritram; ſequit licet humiliſ fortunæ parentibus onus, non infimo tamen inter homines loco futurum; vt qui nuncales Muſarum factus, non dignetur ſe amplius coetibus humanis ſuſque ciuibus, ſed in ſublime per æthera pennis iam delatum, extremes quaque terras, nationesque mediterraneas procul ab urbe diſtatas inuiurum, ab ijs honore diuino, laudēq; immortali donandum. Quare deprecatur apud ſuos funeralē pompam, luctusque & ciuitatus, necnon honores abominatur inanis ſepulchri

sepulchri, ut quem non terre condì sed ad superos
euchi par sit, immortalemque fieri. **non vñitata**.
initatus est Anacreonem, qui de se ait, **ανακίρησης θάνατος οὐ πόνος**, id est, sub-
volo in Olympum alis velocibus. videto adnotata
in Oden 1. lib. 1 sublimi feriam sidera venice.
non vñitata. hoc est, ante me Latini, auribus inaudita: ipse namq; Lyricos numeros primus à Græ-
cis trahit ut Latinos. **ne tenuis**. hoc est sublimi,
que non humi repele me vilesceréque sinat,
sed in æthera subuehet. hic altere de se tentit atque
Ode 18. vbi venam ait sibi esse benignam: sed al-
ludit ad Apollinis alitom, Cygnum. **biformis**. ho-
mo transformatus in cynum. Alij, biformis, in-
quiunt, propter Lyrica & Satyrica, quibus nō luf-
fragor, nisi credamus hanc Oden ante Satyras esse
scriptam. **in terris morabor**. tacita nota obtrecta-
torum, quos terrenos, id est, inconstanter, vanos,
insipidos esse vult, suisque stultis affectibus nimis
indigenteris; qui haud ibi Lyricum irritantes
eum magnificenter de se loqui fecerunt, ut potè
maiorem inuidias; & iccirco ait **urbeis relinquam**,
notans inter alias urbem Romanam, id est, Ro-
manos, amulos suæ glorie & ex summationis; eò
quod nō esset ex insigni & nobili profapia, quam
lui contempsus subiicit esse causam, inquiens, **non**
ego pauperum sum, parente. & nescio, an insimula-
lem eius exprobationis. Mæcenatis familię clien-
tes nobiliores: est enim mihi ea verborum repe-
tatio, non ego paup. non ego, vñhemeter suæ pecta:
quasi obscuritas parentum (erat enim libertino
parte natus) ei data vita sit impedimento, quo
minus Romanis esset celebrior: quod satis indicat
Ode 3. lib. 4. Saty. 4. & 10. lib. 1. & vtraque Epis-
tola lib. 2. deinde non satis intelligo, quid hæc
verba dissimulationis habeant, quem vocas dile-
cte: ut hic sit ordo, quem (mē pauperem) tu Mæ-
cenras vocas, ò dilecte Horati: Nam viri principes
& potentes, ut pro sua apud inferiores libertate lo-
quendi, credunt se peccare non posse, etiam si lu-
dicro eos habeant; ita nobilia ingenia non raro
sunt dictorum talium, & fortasse leviorum quo-
que impatientissima: Omitto quoque doctos vi-
ros **τε** principibus quidem esse familiareis, sed
nugatorum potius quam consilij communicandi
gratia: quemadmodum à me oftensum est Saty. 6.
lib. 2. Profectò videtur Horatio contigisse quod
commune est omnibus, nimirum in patria suā ali-
quo numero esse neminem: Horatius enī eti
Venerous, à parte tamē puer Romanus adductus
est, ibi, liberaliter educans & institutus, ut de se
testari Saty. 6. lib. 1. & aliis in locis, itaque Ro-
manus ciuis fuit, sed à Romanis paucis in pretio
habitus preter doctos. Mæcenati velò ait, **ego non**

obibo. hoc est, etiam si nolint inuidi me vivere &
in honore apud meos esse & nomine, tamen non
moriar, non opprimetur fama mea, nec vilesceret,
sed erepta Stygis vndis obliuioniq; Lethæ, sub-
volabit in æthera, defereturque ad alias nationes,
vel ab hoc inimicorum orbe remotissimas, à qui-
bus venerabor honorificè. **iam iam resid.** descrip-
tio metamorphoseos Horatij in Cygnum. sic apud
Atisoph. Cineas Poëta se mutatis desiderat in u-
sciniam, ἐπις γνήσιος Σύλημας λεγύμαθος ἀπὸν, id est, pennata avis fieri volo phiomela canora.
album alitem. πτερόφρεγος κύνις κατ' ἴζωχλο. in
odium autem inuidorum dicere videtur in cy-
num mutatum iri, quos nihil quād censēbat au-
seres esse obstreperos. **supernè**. sic habent omnes
lib. scripti. Muretus legit, superna, metri necessitate.
Lambinus seruat consentum omnium scrip-
cod. cum quo ego sentio: non enim velim peccate-
breis Poëtas legibus carminum ita constringi,
ut nihil pro suo arbitratu eis licet. Verū quo pa-
cto ultima in supernè curta sit, docet Lamb. in suis
Comment. in Lucretium; cuius auctoritate quo-
que dicitur in τῷ infernè. **leues per dig.** hoc est,
humeri, brachia, manus, digitii sunt plumiati, atq;
ad volatum accommodi. **Dedaleo ocyor.** Dædalus
patris & Icari filij plena sunt omnia. videto Ouid.
8. Metamorph. & adnotaciones in 3. Oden lib. 1.
Bospori. de Bosporis Ode 12. huius lib. **Syrtis que**. Syrtium adnorationem legit. Ode 22.
lib. 1. **canorus ales**. dulci modulatione iucundus
& celebris. hinc cygnea cantio, & cygni canent ta-
centibus graculis. in Chiliad. videto oden 3. lib. 4.
Hyperboreosq. cam. de Hyperboreis, Hypoboreis,
Iledonibus, Arimaspis, Rhipeis, déque Herodoti
errore in Hyperboreis & Hypernotiis; & Diodoni,
Mez, Plinij, Solini, Ptolemai sententiis confu-
tatis, legitio Bœcani nostri Venetica & Hyperborea,
vbi vel me tacente inuenies quem mire delectabūt
animum, nec minus utiliter imbuent variatu re-
rum mirabiliumque cognitione. **Colchus.** à Bos-
poro Thraciæ tractus littoris porrigitur longo
spatio in orientem usque ad Trapezum, & hinc
recuruatur in angulum quem inhabitant Colchi,
per quorum terram fluit Phasis & cadit in Pon-
tum. vide Plin. lib. 6. cap. 4. & Beccanum præ certe-
ris in Hyperboreis. **Gelona.** de his diximus Ode
9. huius lib. eos nimirum esse Scythia populum
apud Budinos, quod nomen utrumque Cimbri-
cum est: alterum à voce loon, id est, merces, quod
Graeci deductum volunt ἄπο τῷ γέλασῳ, id est, ri-
deo: Alterum à nomine hupt id est, preda. Bœca-
nus in Got. nictis. **peritus discesserit Iber.** peritus re-
sum longo bello & excultus compotiu'que, post
in prouinciam quam redacta est Iberia. **absint**
mans.

inari, non vult sibi fieri iusta funeralia, ut qui non moriatur, sed fiat immortalis ales Munitum, totus transformatus in Apollinis comitem. De ritu & honore funeralis, vide Saty. 5, lib. 2. ad. finem. *super vacuos honores*, in monumentis erigendis, locisque sepulturæ dimente-
dis. Hom. Iliad. 6. ὅπερ εἰ τεχνῶν κατίτυπη,

τέλεσι, τύμφης, σάργης. τὸ γὰρ ψέγος ἵτη λαύρων, id est, funus ei pulchrum fratres sociique vt adornent & tumulo, & cippo, extrema hæc sint præmia virtutis. Tacite notat se n. n. requiri sepulchrum, sed sui memoriam diuinis honoribus celebratam iri apud exterios, ut qui sit ab ijs in Deorum numerum referendus.

Q. HORATII FLACCI

ODARVM LIBER TERTIVS.

IN VARIETATE STUDIO RVM, SOLAM TRANQVILLITATEM EFFICERE.

V. I. T. A. M. B. E. A. T. A. M..

ODE I. πραγματική.



DI profanum vulgus, & arceo.
Fauere linguis. carmina non prius
Audit a, Musarum sacerdos,
Virginibus, puerisq; canto.

5 Regum timendorum in proprios greges.

REGES in ipsis imperium est. Louis,
Clari Giganteo triumpho,

Cuncti superciliosi mouentis.

Est, vt viro vir latius ordines

BO Arbusa sulcis: hic generosior

Descendas in campum petitor:

Moribus hic, meliorq; fama.

Contendat: illi turbula clientium

Sit maior. & Q.V.A. lege necessitas.

115 Sortitur insignis, & imos:

Omne capax mouet vrna nomen.

Distictus ensis cui super. impia

Ceruice pendet, non Sicula dapes.

Dulcem elaborabunt saporem:

20 Non auium; cithareq; cantus

Somnum reducent. somnus agrestium:

Lenis virorum non humileis domos

Fastidit, vmbrosamq; ripam,

Non Zephyrus agitata Tempe.

25 D. E S I D E R A N T E M quod sati est, neque.

Tumultuosum sollicet at mare,

Nec saus Arcturi cadentis

Impetus, aut orientis Hadi:

Non verberata grandine vinea,

Fundisque mendax, arbore nunc aquae

Culpante, nunc torrentia agros.

Sidera, nunc biemes iniquas.

Contracta pisces aquora sentiunt:

Lactu in alium molibus. huic frequens:

Camenta demicius redemptor.

Cum famulis, dominique terra:

Fastidiosus. sed timor & mina-

Standunt eodem, quid dominus: neque:

Decedit arata triremi, &

Post equitem sedet atra cura.

Quod si dolentem nec Phrygius dapis,

Nec purpuratum sidere clarior-

Delenit vsus, nec Ealerna.

Vitis, Achemeniumq; costum:

Cur inuidens postibus, & nono-

Sublime ritu moliar artium?

Cur valle permute Sabina-

Diuitias operosiores?

COMENTATOR.

O d-i profanum vulgus, & arceo. Metrum duobus versi. Alcaic. tert. iambic. daret. hypercat. quart. Pindaric. Monet in vita solos eos esse.

*U*bi beatoe qui amant tranquillitatem. *odi profanum vall. indoctum. fauete ling.* hæc vox in laetificiis erat vñtrata & frequens ad bona omnia: quod opportunè hic posuit; quia ipse Musarū sacerdos nollet his sacris adesse vulgum factorum indoctum. sic Virg. procul ô, procul este profani. Dicuntur autem profani, sacris non initiati, qui à sacris arcebantur. *fauete. silete:* sic & Seruui Aeneid. 5. ore fauere oinnes. apto sermone & sacrificio & ludis; nam in sacris taciturnitas, in ludis necessarius est fauor & applausus: faveat autem ore etiam quis per taciturnitatem. *carmina non p. ordo est*, ego sacerdos Mesarum canto virginibus & pueris carmina non prius audira, à Romanis supp. Quamvis enim Lesbius Poëta ante Horatium scripsit lyrica carmina, ea non erant Latina sed Graeca. *canto*, quo teneras ætates instituat ad honesta, quibus ad viram beatam peruenire possint. *regum timendor*. qui timeri debent. ordo est, imperium regum timendorum est in propriis greges, & imperium Louis clari giganteo triumpho, & mouentis cuncta suo supercilio est in ipsis reges. vnde Virg. ô pater, ô hominum diuinaque & terrena potestas: nemo enim hominū immunis est à meru Deorum, quia omnes vindictæ numinum subiacent. *proprios greges*. in suos subiectos & subditos. *clari*. magnifici. *supercilios*. nutu. Virg. annuit & rotum nutu tremefecit Olympum. *est ut vir viro*. est, pro, sit. *latius*. sapientius. *ordinet*. digerat in ordinem. de fatore vinearum. *sulcis*. supp. in ostendit autem studia diuersa quidem eis hominibus ad honorum gradus viræque agenda, sed condicionem tamen mortalitatis vnam esse. *bic generos*. in campo enim Martio comitia erant populi Romani, & eò descendebant qui honorem & magistratum petebant. *generos*. nobilior. *petitor*. honoris ambitiosus. *meliorq*. præstantior. *contendat*. certet. *clientium*. amicorum. *necessitas*. mors, quia mori necesse est. *sortitur*. quai sorte rapit: quia credebât ex vrna singulos educi ab Orco sorte, eductisque ad mortem trahi. vt, & vana versat in vrna. *capax*. quæ cuncta nomina capere potest. *mouet*. voluit. *in signis & inos*. diuites & pauperes. *districtus*. exterritus, nudatus. *super*. desuper. vt, ligna super foco large reponens. allusit ad Dionysium Sicularum tyrannum magnæ sauitæ virum, cuius dum potentia & copia à Democle Philosopho laudaretur, quod ad luxum ei cuncta suppeteren: rogo eo Philosopher ad prandium, districtum gladium super ipsius capite tyrrannus à trabe iussit ligatu seta pendere: quo metu percussus Philosopher, regalibus & apparatis copiis vt non potuit:

Tunc Dionysius timenti inquit, hoc modo tyranos viuere, & inter summos apparatus imminentibus vrgeri periculis. *impia*. morti vicina. *elaborabunt*. reddent. *non auquim*. hæc enim sua dulcedine solēta auribus gratum suadere somnū. *lenis*. altus, quo rustici aut latitudine laboris vuntur, aut animi securitate. Virg. at secura quies, & nescia fallere vita. ordo est: lenis somnus agrestium virorum, non fastidit humileis domos, & vmbrosam ripam, & non fastidit desiderantem quod sati est. *humileis*. paruas. Virg. atque humileis habitare casas. *agitata Tempe*. perflata. *Tempe*. loca nemorosa & ancena Theißalix. *quod sati est*. sufficit ad victum & cultum, non etiam ad ambitionem diutiarum. *follicitat*. vrget ad nauigandum ad parandas diutias. *Arcturi cadens*. septemtrionis. vt, Arcturum pluuiatq. hyadas. &, præterea tam sunt Arcturi sidera nobis hædorumque dies signandi & lucidus anguis. *orientis*. sic, pluuiabilibus hædis. *cadentis*. occidentis. *mentax*. infructuosus: quia agricolæ spem nil ferendo deceperit. ordo est: *vineæ verberatæ* grandine non sollicitant illum, nec fundus mendax arbore nunc aquas culpante, nanc sidera torrentia agros, nunc hiemes iniucas. *torrentia*. siccantia. *inguas*. nimium aquosas & graueis. *arbore*. quæ florum vbertatem non peferat ad pomorum frumentum. vt Virg. cum de fructifera loquitur, quotque in flore nouo pomis se fertilis arbos induerat, totidem autumno matura cerebat. *contracta*. interioris remota. *iactis in altum*. ad mare angustiæ reddendum & excludendum ad ædificia struenda. Vlusest voce iactis, quod est ædificantium, nam iaci in mare moles dicuntur, quoties excluditur aqua. *frequens*. assiduus. *cementia*. ad fundatum, vbi ædificium consistat. *eodem*. ad eundem locum. *redemptor*. emitor, aut fabricæ susceptor. ordo est: frequens redemptor & dominus terræ fastidiosus cum famulis domittit, huc clementia. *fastidiosus terra*. nam mare inuidit suis molibus, vt illuc struat ædeis. *scandunt eodem*. sollicitudo. Redit ad ea quæ beatam vitam admunt, ostendens nec mari nec terra quemquam posse auaritiae aut animi vitia effugere. *arata*. obætata, ære munita. *sedet at*. quocumque ierit auarus terra, marique semper illum sequitur attra cura, dolentem. cupiditate. superfluum dicit & ambitum honorum, & fabricandi diutiarumq; appetitum, cum dolore & mortorem non possit auferre. *delinit*. mitigat. *Phrygius*. Synadicus, in Synada enim Phrygiæ ciuitate marmora cœduntur. *Achemeniumq. q. s. Persicu*, vnde costū venit. Achæmenij. Persæ dicti sunt ab Achæmene rege.

*inuidendis. ambicio his ianuis. vt, nec variis inhiant
puchra testudine posteis. nouo, ingenti, inuiso.
sublime. aut altum aut marmoribus ornatum. a-
trium. domus, aut ipsam domum. moliar. ex-
truum. vt, molitique arcem, & manibus subuolu-
vere saxa. cur valle per. si sollicitudine carere non
possunt, nec commutationibus debent augeri di-
uitiae. operosiores. magna opera acquisitas, laborio-
sores.*

C R V Q V I V S.

OD i profanum vulgus. Quindoquid om-
nes homines æquali naturæ leges sunt mor-
tales, pauperior, dicitur, nobilior, ignobilior, &
Deus i se l u n u t a disponit & gubernat omnia,
ita ut nihil quicquam sit alicui boni, non magi-
stratus, honor, potentia, non principatus denique
& imperium, quod ei ut auctori largitoriq. non
ferat acceptum: inter omnes certe felicissimus
is est qui hoc accepit à Deo beneficij, ut nihil amplius,
neque maius optet, quam quod satis est,
adeò ut cui tantum boni datum est, eo commode
& hilariter contentus, vratur, securus honoris &
opum regiique apparatus & splendoris, quæ sensu
quidem sua voluptate delibatos demulcere
solet, sed eos tranquillare, gratia que quiete & le-
ni somno beare non possunt, sed perturbare gra-
vius, mentemque sua sede mouere crudelius: qui-
bus enim curis, quæ sollicitudine diisque noctes-
que non anguntur ambitione ne in petendo magi-
stratu repulsa pati intur? quantis vndarum pro-
cellis agitantur, quam variis maris periculis obie-
stantur, qui mecum peregrinarum, ob diutinas
conquiruntas, gratia, magnis id conatus nauigant
denique quam sunt extra se, qui suum mare
quasi pescibus inuidentes, in id, ad ædificia, ex no-
vo Phrygioque lapide magnificè stuela, magnas
moles iaci curant, ad id magno conductis o-
peris? At quanto beatoris est, quanto tranquilli-
or, qui humili domo & horto contentus auro,
extra omnes turbas & curas, nunc in umbra re-
cumbe tutò gaudet, nunc apicari suauiter? Odi
profanum vul. Exorditur ab occupatione, ne quis
cum omnibus canere credit; abesse namque iubet
æuos, id est, Musis non consecratos, sed imperitos, & à Musis proorsus alienos, qui sacra Mu-
sarum potius obstrependo, profanarent quam acci-
cinendo celebrarent. Tale est illud Plato. *Ἐγενό-
θης ἀδειούσιον*, id est, ignarus Geometriae in-
grediatur nemo, inscriptum sua scholæ: M. ilica
namque apud veteres & Geometria prima erant
Philosophie rudimenta: cō quod æquabilitas a-
nimis cum vera vita & morum symphonia, Phi-
losophie studio sive necessaria. fauete linguis.

hæc viris bonis Musarum studiosis: perinde ac
dicat, cia, agite, adecite benevolè, attendite summi
animis & auribus præsentes cum silentio. vnde est
illud *ἰνφίμων* apud Græcos, id est, bona verba di-
cere: aut *στρατῶν*, tacere, in latiis omnibus acclama-
tionibus. Plato i. de republ. *ἰνφίμων*, *ἴψη*, *ἴδιος θρό-
νος*, bona verba quæ so, dij meliora. *ἴνφίμων*, *ἴδιος θρό-
νος*, *ἴδιος θρόνος*, race, ne quæsto esto talis. vide odon 3. lib. 4. Seneca de vita beata, fauete
linguis, hoc verbum, inquit, non, ut plerique ex-
istimant, à fauore trahitur, sed imperatur silentiū,
vt ritè peragi posse sacrum, nulla voce mala ob-
strepeente. Petronius arbiter *οὐλεῖαν*, ad finem,
Estigieundum est, inquit, ab omni verborum, ut ita
dicam, vilitate, & sumundæ voces à plebe semotæ.
vt fiat, Odi profanum vulgus, & arceo &c. hæc ver-
ba satis indicant quid intelligat Horatius per vul-
gus profanum. *carmina non prius*. attentio ab ar-
gumenti nouitate, & auctoris persona, Musarum
lacris iniciati, cuius præcepta diuina pro oraculis
sunt habenda, ut qui spiritu Dei afflatus talia ca-
nit. *virgin. pueris que*. quibus omnes à puero, &
prima inox infans sunt imbuendi, quo rectius
omnem vitam mo letatissq; peragant: Nam quo
semel est imbuta recessu seruabit odorē testa diu-
regum timendorum. Primum contra Annaceros,
Cyrenaicōq; atheos canit, mundum Dei prou-
identia regi, eique subesse reges & principes viros,
omnemque magistratum, qui habent imperium
in sibi subditos: Quod quam sit diuinum, & om-
nibus iam inde ab infanta cognitu necessarium,
vel hinc coniicerit licet, quod reges quidem si quid
statuant in concreditam sibi à Deo multitudinem
præter ius & æquum: subditi vero, si rectè mo-
nentibus præcipientibusq; non obsequantur, sed
erga eos debitum prætermiserint officium, memi-
nerint ex æquo omnis se habituros vltorem Deū,
malorumque vindicem, vel hoc argumento indu-
bitato quod subiicir, *Iouis clari giganteo*. Nam
si de Gigāibus inuitis triumphavit Iupiter, quid
præsidij erit regibus, si pijs & innocensibus contra
sceleratos & impios opem non ferant? Sed an non
hoc planè consenit D. Pauli verbis ad Romanos
cap. i 5. Omnis anima potestatibus sublimioribus
subditas sit, non enim est potestas nisi à Deo, quæ
autem sunt, à Deo ordinatae sunt: itaque qui resi-
stir potestati, Dei ordinationi resistit? &c. *regum*
timend hoc tyrannus est proprium, ut à populo
metuantur: prout vulgo dici so'et, oderint dum
metuant: Quo in primis à scutis deterritos, mo-
net imperi, Iouis vltoris iniquitas & violentia,
ut qui suo nru malos male perdit. est ut vir. post
reges Ioui potentia in terris proximos, enumerat
hominum

hominum reliquorum statum, vitæque studia;
nimirum alios esse turis amantiores, alios politi;
& ex his rursum in magistratu petendo alios no-
bilitate nisi, alios vita, moribus & exitimatione,
alios turba clientium plus posse, quos æqualiter
omnes in officio suo faciendo vult mortis memo-
res ab honesto non discedere. est ut. concedentis
est euentus fortuiti in humana condicione, pro,
euenit, ita est, ut vir viro laetus &c. ramen æqua le-
ge necessitas sortitur insignis &c. latius ordi. sit
locupletior, & turis amantior, ita ut arandi, plan-
tandi, serendi studio res urbanas posthabeat rusti-
cis: Quiles erant olim viri boni & frugales, plus
innocentias studiosi tranquillitateisq; quam frau-
dis & ambitionis. moribus hic. hoc est, vitæ in-
nocentia fretus & recte factis. turbacientium. co-
mitatu & fautoribus, quorum suffragii clamori-
busque meliorem supereret in magistratu petendo.
vide Alex. ab Alex. aqua lege. supp. tamē: Mors
enim cunctis est æqua, quia nemini pareit, sed æ-
quo pede pulsat pauperum tabernas regumque
turreis. Ode 4. lib. 1. urna. vide Oden 3. lib. 2.
districtus enīs. argumentum ab exemplo, ad hon-
oris diutiarumque dissuasionem, quod vel opes
regiæ deliciæque non efficiunt vitam iucundioræ,
sed metu mortis impendentes amariorem. hoc au-
tem de Dionysio tyranno & Damocle exemplum
lege apud Cic. 5. Tuscul. Quæstion. impia cervice.
Quællis era: Dionysius Siculoru tyranus, cui ob
res celerat gestas milierosq; oppresos, male sibi
cōcio, mortis metus etat ipsa morte crudelior. elab-
oratus. sic habet omnes scrip. lib. quos vidi, non
elaboravit, ut vulgari. Elaborabant autē, hoc est,
magna cura, præstantiū; arte conditæ nō sapient,
sed erunt insipidæ penitus, intuenti morte præ-
sentem: Quid enim sapiat ei, cui vivere iniucun-
dum est? vide Athen. lib. 14. de Syracusana mensa
& Sicul'coquo. reducent. restituent, quem me-
tu s ademit. somnus agrest. ex antichei docet hu-
millioribus rusticis frugalibusq; omnia longè sua-
viora quam ditoribus, ut quibus tutiora sunt om-
nia, cibis, potus, sonnum, & quæcumque vitam
beare possunt, non enim desiderant nisi quod satis
est. lenis. ὄνειρος γλυκόθυμος. Aristop. nebul. ἀνα-
δέψης, animus leniens, ius curis molliens: de
quo Ovid. Somne quies rerum, placidissime som-
ne Deorum, pax animi, quem cura fugit, qui cor-
pora duris fessa ministeriis mulces reparasque la-
bori &c. Diuitiis autem metu que defatigatis,
nullz vti. ipates suadere valent eiusmodi lom-
num, sed graui plerumque & terribilia insomnia
in gerunt se talia dormienti, qualis oppressi animi
& cura vigilante rem sollicitauit. desiderantem quod sa-
tit, ab incommodis que cruciat eos quibus

nihil est satis, sed ad quemvis euentum fortunæ non expectatum franguntur animo, demonstrat quām sit is beatus qui id solum desiderat quod satis est; quām fortunatus & in vita tranquillus, qui in eo acquiescit, quod Græcæ significantius effertur, οὐ τὸν αὐτόπτην, id est, quantum satis est; is enim ἀντάρχης τῶν χρημάτων, id est, diuitiarum plenus, nullis mouetur vndis marinis, securus Arcturi & hædorum, seu orientantur, seu occidat *scutus Arcturi*. Arcturus quod in cauda sit vrsæ, dicitur & Arctophylax, quod vrsam custodiat, 4 Non. O. Iob. occidit, Auriga mane, ait Colume la. lib. vndec. ca. 2. Dicitur autem leuis, propter tempestates quas concitaz occidens. hædi. hædi due stellæ sunt exiguae in manu sinistra Erichthonij: in cuius quoque sinistro humero capra Amalthea sita est. non verberata. nulla celestes & aëris tempestates, quantumvis graues, percellunt animum τὸν αὐτάρχην. Cuius rei viuum archetypum Biblia sacra nobis exhibent D. Iobum, qui ad omnia constans semper respondit, Dominus dedit, Dominus absulit, sicut Domino placuit, ita factum est, sit nomina Domini benedictum. grandine. Grandio autem nihil est aliud quām nix volutum in se contorta: ea autem si calamos incidens rumpat, Latinis calamitas, Græcis ζαλαγμα nominaatur. fundiisque mendax. non respondens vocis suæ cultoris; quod sit vbi radices immadescunt, aut nimio æstu inarescant, aut hiberno frigore inuruntur. contra lapices. Qui gaudient ædificandi studio, quo caret ἀντάρχης, contentus humili domo, hæc patiuntur, ut terræ pertesi, dum suæ facis libidini faciant, etiam piscibus iniurij, mare iactis molibus inuadant, ædes sumtuosè fabricent, operarios, famulos, clementia eò demittant semper solliciti, semper anxiij, ac ne tum quidem liberi vbi hæc omnia parata, omnia conducta sunt pisces sunt. sū enim rupibus exclusi cauernturq; docent: pathos periegans ab iniuria piscibus illata, in odium & exigitatione ædificantis. frequens. sedulus. cœmissa. àcedendo, lapides rudes & informes vocantur, ad fasturas operum vtiles. vide Budæum in Pandect. demissit. sic habent 2. cod. Bland. cum Maldeg. reliqui dimittiit. lector dispi- ciat. parum certè refert. redemptor. qui & conlutor dicitur, est qui pretium accipit, ἵππος. οὐ Græcæ. vide Bud. in Pandect. sed timor & mina. hoc est, quicquid agit non de eritur a suis affectionibus, qui non sinunt eum quiescere. quod si dolitæ, οὐ πάστος, quo per enumerationem inducit, non ædes sumtuosæ, non regium splendorem, non opiparam mensam, non odores preciosissimos esse permundanda domo sua & Sabinæ prediolo, quoniam non deliniunt, id est, nō adserunt tranqulli-

tranquillitatē dolenti ac perturbatē menti. *Phrygius lapis.* domus & atrij columnæ ex lapide Phrygio, id e.t. Synadico. Synada, inquit Strabo lib. 12. vrbis est non magna; ante quam planities iacet oleis consita, 60 ferè stadiorum: Ulterius est Docimia vicus, & Synadici lapidis lapicidofodina, sic enim eam Romani appellant, vena in initio parvas glebas emittebat, nunc propter maximos Romanorum sumitus, columnæ integræ & ingentes extrahuntur, & varietate Alabastritæ lapidi proximæ: Quare multa eiusmodi ad mare deueniuntur & columnæ, & lapides tabulæ magnitudine & pulchritudine admirabiles Romanam deferuntur. de hoc autem lapide Plin.lib. 36.cap. 19. Phrygius lapis, inquit, gentis nomen habet &c. nimirum à Synada dictus est Synadicus. Quod autem de eius gleba vino perfusa, follibusque perflata donec rufescat, ac rufus dulci vino trinitis vicibus refincta, ad vestis tingendas, scribit, nihil ad hunc locum pertinet. *delinit.* sic 1. Bland. cum Diuæ, Mart. Maldeg. Sil. duo alij Bland. habent delenit. prius sequor, licet parum tamen intersit. *Falerna vitis.* sic 3. Bland. quos sequor. alij Falernæ vites, sed nō aptè. alij Falernæ vites, rectius, metri causa. *Achaemenidæ.* Strabo lib. 15. Item Achæmenidæ, scribit, & magi, qui honestum quoddam viuendi genus seellantur &c. supplendum ex precedentibus, Persiam incolunt, *postibus.* columnis marmoreis inuidia laboribus propter luxus magnificientiam. *curvæ permut.* primam personam posuit pro quavis tertia, eius putà, qui frugalitatem amplexus, tantum desiderat quod satis est. *operosiores.* miseriores, ærûniosiores. videtur alludere ad Græcam vocem *μαρνηστες,* quæ mutato accentu, & laboriosum significat infelicemque & scelestum malitiosumque: Quales certè sunt omnes qui sua sorte non contenti diuitiis toti inhiant.

DE INSTITUTIONE PVE rili ad ferendam paupertatem & la- bores bellicos.

ODE II. ÆV. IXX.

ANGUSTAM amicis pauperiem pati. Me-
trum Alcaicum ut supra. In hac Ode Romanos
omneis commonet ad vitam beatam, faciliorem
esse viam pauperi quam diuiti: Quare adolescentes
aut ita instituti debere, ut paupertate exerceantur
ad militiam. Alter, docet qualiter pueri sine
instituendi à parentibus, ut & patriæ possint pro-
desse, & sibi æternam famam comparare, eos hor-
tando ut ad fortitudinem exerceant militiam.
angustam. difficilem & arduam. *robustus.* fortis.
aci. dura. *puer.* pro filio, ut Virg. tūque puérque
tuus. *Parthos.* pro quibus liber hostibus posuit,
species pro genere. *ferociis.* truculentos, bellicos.
vexet. lacestat. *hostia.* conto. *sub diu.* ut.
5 *Vitamq; sub dio,* & trepidis agat
In rebus. illum ex mænibus hostilis;
Matriona bellanti tyranni
Prospiciens, & adulsta virgo

Suspirat, ehen, ne rudi agminum
Sponsus lacestat regius asperum
Tactu leonem, quem cruenta
Per medias rapit ira cades.

D V L C E , & decorum est pro patria mori.
Mors & fugacem persequitur virum,
Nec parcit imbelli iumenta

Poplribus, tinidoq; tergo.

VIRTVS, repulse nefcis sordida, in-

contaminati fulget honoribus:

Nec sumit, aut ponit securis
Arbitrio popularis aura.

VIRTVS, recludens immeritu mori
Calum, negata tentas iter via:

Cætusq; vulgareus, & vdam
Spernit humum fugiente penna.

EST & fideli tut a scienio

Merces. verabo, qui Cereris sacrum
Vulgaris arcana, sub q;dem

Sit trabibus, fragilemq; mecum
Soluat faselum. sepè Diespiter

Neglectus, incesto addidit integrum.

R A R O antecedentem scelestum
Deseruit pede pœna clando.

COMMENTATOR.

ANGUSTAM amicis pauperiem pati. Metrum Alcaicum ut supra. In hac Ode Romanos omneis commonet ad vitam beatam, faciliorem esse viam pauperi quam diuiti: Quare adolescentes aut ita instituti debere, ut paupertate exerceantur ad militiam. Alter, docet qualiter pueri sine instituendi à parentibus, ut & patriæ possint prodesse, & sibi æternam famam comparare, eos hortando ut ad fortitudinem exerceant militiam. *angustam.* difficilem & arduam. *robustus.* fortis. *aci.* dura. *puer.* pro filio, ut Virg. tūque puérque tuus. *Parthos.* pro quibus liber hostibus posuit, species pro genere. *ferociis.* truculentos, bellicos. *vexet.* lacestat. *hostia.* conto. *sub diu.* ut. Cū pater in ripa gelidique sub ætheris axe. *trepidus.* in bellis & periculis laboribus. sic educatum, inquit, adolescentem ita clarum futurum gloria rerum bellicarum, ut etiam mulieribus & puellis hostium notus fiat ipsa bellandi assiduitate. *adulta.* nubilis. *suspirat.* ingemiscat timore, ne aut maritus eius, aut sponsus militem Romanum prouocat, nec sius artis militaris, intereat. ordo est: *prospiciens*

*prospiciens illum ex hosticis mœnibus matrona bellantis tyranni, & adulta virgo suspirat: heu ne regius sponsus rudis agminum, lacepsat leonem alperum tactu, quem rapit cruenta ira per medias cædeis. vt seruaret metaphoræ decorum, quod Romanum militem leoni comparauit, addidit imperium, dicens, rapit ira per medias cædeis. vt, contra tela fuit. *rudus agni*, in scis pugnae. *lacepsat*, provocet. *regius*, regis filius, rapit, raptim dicit. *dulce & decor.* vt, qui sanguine nobis hanc patriæ peperere suo... *fugacem*: fugientem, ostendit eos maximè periclitari, qui in bello fugiunt. Est & fugax à fugo; sed hoc agentis est, non patientis. *in-
senia*. genitius est à iuventa prima declinatio-*nis*. *timidique tergo*. fugientium. vt, & in tergum fugientibus ingerit hastas. Tergum autē pro quibuscumq; membris posuit posterioribus, quæ vulnerari solent his qui in pœlio fugiunt. *repulsa sor-
dida*. repulsionis infamis: repulsa autem haburisse dicuntur, qui magistratus honorem petentes, repudiati sunt: Quod cūm euenisset Catoni viro præclaro, ipse virtutis suæ conscius, corruptum populi iudicium contempsit. Sed hæc de virtute, Stoicorum sententia est, qui dicunt virtutem solam iussicere ad beatam vitam: hic autem virtutē non pati repulsa, sensum habet, virtutem non posse esse torpidam, infamem & turpem. *ne scia*. ignara. *intaminatio*. incorruptis, immaculatis. *secures*. pro falcibus posuit, & potestate. vt, seumque tecuri aspicere Torquatum. Talis itaque dum in se habet honorem, nec ex populi potestate sumit, nec ab eo dignatur accipere. *popularis aura-
fauoris*. Lucan. popularibus auris impelli, plausu-que sui gaudente theatri. Virg. Nunc quoque iam nūnquam gaudēns popularibus auris. *recludens*. aperiens. vt, ardens euexit ad æt. hora virtus. *imme-
ritus*. qui merito non debent mori. *negata via*. vt Virg. insuetum per iter. *cœrūsque vulgareis*. viliū hominum cōortia. *hernis humum*. vt Virg. Terrenique hebetant artus. & alibi, quæ me quoque possim tollere humo. sensus autem est; virtutem per se claram, ornare honores, non etiam, ornari ab honoribus. *fugiente penna*. tamquam virtutis fama, terras fugiens cælum petat. *tuta*. magna est enim virtus secreti tenax. *verabo*. ordo est: verabo sit mecum sub eisdem trabibus, & soluat meum fragilem phaselum, qui vulgavit sacrum Ceteris. Dicit autem se cum sacrilego nec nauigare, nec manere velle, ne inuoluatur ullis periculis. Sacra Cereris mystica erant, nec ea vulgare licet, propterea quod occulte consiliis sua est, donec fidiam suâ Proserpinâ inueniret. unde Virg. & fida silentia sacris. *arcane*. *secretæ*. *trabibus*. *recto*. *fragilem*. de ligno fragili compactū. *solus phasel*.*

soluere est in pelagus dimittere, vt, soluite vela ci-*ti*. *phaselum*. phaselus velox & longa nauis est, ve-*Virg.* & circum pœcis vehitur sua rura phaselis. *Diespiter*. Iupiter, quasi dei pater. *neglectus*. con-tempus, hoc est, ad supplicium incesti, id est, noxijs & scelerati, addidit integrum, id est, coniunxit innocentem & virum bonum. *integrum*. innocentem. vt, integer vita, sceleris que purus. *antece-
dētē*. præeuentem: tamquam raro pœna deceras, scelus, & quamvis tardè puniat meritū; cùm ab eo non licet evadere nec effugere. Virg. disti-*lit in seram commissi piacula mortem.*

C R V Q V I V S.

DEBHOR TATVS est Ode prima: potentia, ambitionem & magnificentiam, quæ prima ferè sunt impedimenta tranquillitatis vitaq; beatae nascendæ, at quæ tamen aut omnes magno conatu ferri: in hac autem, quæ à prima quodammodo pendet, eius solidum iacit fundatum; nimirum, disciplinam militarem, vt in ea quoque exerceatur adolescentia multum contendens: in qua commendat in primis tolerantiam, deinde magna cum laude fortitudinem, postremq; fideli-*tatem*: Tolerantia corpus assuetudine roborat ad ferenda quævis incommoda, calorem, frigus, stimfamem, inediā, vigilias, & quævis pericula: Tol-*erantiam* autē sublequitur inuictus animus, for-*tesque*, qui & hostibus est formidabilis, & pro patria morior parior quam fugere: vinci neciū, non. populacis alicuius auræ ad honores adipiscen-*dos*, sed dignis se fultus præmis, quæ non humana sunt aut humili repentia, sed diuina, quæ viā in cæ-*lum* recludūt ad immortalitatem. his adiuncta si-*des* est comes individua patriæ debita, quæ, vt for-*titer* agendo dicendōque rem publicam illa tutan-*tur*, ita hæc arcana sibi cōcredita continentudo num-*qua*n prodit: Quod certè nonnumquam facit va-*na*quædam hominum & inconsiderata loquaci-*tas*, qui dicenda racendaque locuti patriam lumen in discrimine ponunt: iccirco non semel est apud Homerum intenire, *μῆτος δὲ ἀρδποτι μαλα*. i. si quæ virisoratio curz, nō enim nocet ta-*cuisse*, sed nocet esse locutum: in hoc itaque silen-*tio* militari, quod in armamentum & fidelitatē im-*peratorum* dat seruat, continerque, vult ab adoles-*centia* tyrones institui; ne aliquando imperatores facti, futiliter patriam circumueniant, omniaque & sacra & profana perdant: quod ne faciant, Deū: semper in memoria habent vltrem esse vindicemque malorum. *Angustum amicè paup.* Exor-*ditur* ab amica eu' sponte a pauperie, quam mi-*litæ* à primis annis occesse est amplecti tamquam balum.

balim fortitudinis: corporis enim molitiae & impatentia laborum, efficiunt inutiliem rei bene gerendæ, & animum planè mollem. *angustam*. contractam, artam: contrahit enim paupertas animū, tollitcumque & sui officij memorem facit, arcetque ab omni voluptate, vt non temere dictum sit à Menandro apud Stobæ. πνία γδ ἐστιν ἡ τέλος διδούσας, id est, paupertas enim magistrum mori est: ὃς ιδίζεται συνεῖπε λατέρητα γῆς καρπούς, γηνάσιος ἀρτίτης ἵμερος αἰλού. i. t quæ utilitati frugalitati & abundantie, & generatim, sit fortitudinis efficax exercitium, vt Arcesilaus apud Plutarch. *amicè*. sic habent omnes manuscripti sine vila litura aut macula. quem casum quando crederent omnes enarratores esse vocatum, nec peculiarem nominaret Horatius amicum, maluerunt efferre pluraliter: vnde sumta est hæc inscriptio vulgata, ad amicos. sed ab omnibus errata est validè inconsiderata: non enim *amicè*, vocandi casus est, sed purum putum aduerbum sententiae præsenti conuenientissimum: Monet enim cum acri militia puer discat amicè, id est, libenter & benignè pati pauperiem, hoc est, amare frugalitatem sobrietatemque, & inedia nonnumquam corpus animo subiecte, quò promitus imperanti mente morem gerat; quod si fiat à pueritia, multo longoque vñi transibit in naturam, siisque amicum & spontaneum, quod prius erat durum, toleratùque difficile. *robustus*. epitheton est πλάκης, nimirum, vt disciplina vñique fiat robusto & firmo corpore. *acri milit.* rigida duraque. hic ablatus est præpositionis verbi conditcat, hoc modo, cum acri militia discat puer amicè pati pauperiem, non ignoro τὸ acri militia, posse dari τὸ robustus, vt habet Porphy. vulgatus, sed hoc parum placet. dispiciat lector. *Parthos feroceis*. semel atque iterum cum Parthis acri militia pugnatum est à Romanis, putat, Crafo & Antonio, in quos tuam ferociam declararunt, non minus fugaci lagitta, quam Romani equites hasta metuendi. *vitamq; sub diuo*. non satis est futuro militi amicè ferre pauperiem, sed oportet eum quoque esse φιλόνον, id est, libenter tolerare labores militares, aliaque corporis incommoda, fustis & frigora, sub diuo & aperto celo cuba: e. aetiisque tempestatisbus diuersis noscetis, que alludit. *sub diuo*. sic habet omnia nostra scripta. *trepide*. ab effectu; quia pericula inexpectata trepidationem generant, mentemque nunc hac, nunc illuc celestiter vertunt: à trepit, inquit Fextus, id est, verit. cymologia certe Graeca, vnde trepido & trepidatio; quia turbatione mens veritut. *illam ex mortis*. artificio daturans, ad animandos tirones ad tolerantiam, à gloria & fortitudine bellicâ, quam facit è mecumbus

hostis admirari formidatque. *cheu ne rudit*. exclamatio pathetica virginis suo sponso metuantis. *regius*. epitheton ad augmentum timoris à progenie regia. *laceſſat*. tres Bland. hab. *laceſſer*. reliqui laceſſat, rectius meo iudicio. *cruenta ira*. animus inuictus, θυμος ἔργοντα καὶ ἀντητον, inquit Plato 2. de republ. οὐ παρόβει ψυχὴ πάση σῆσται ἄφοβος τοιούτης, id est, animi vehementia res est in expugnabilis & inuicta, ea vbi praesens est, animus totus ad omnia intrepidus est & insuperabilis. *dulce & decorum*. *ισπόντες* fortitudinis, nam ἔτιπτον εἰδες ἀποθνήσκειν, inquit Chersondas Catanaeus apud Stobæ. οὐδέποτε ἔτι, οὐ γλυκόρρηψ τοῦ ζῆν ιγνοπελίτης, αὐτῷ, οὐ τὸ πελλὸν περίτοις γδ ποιεῖναι πελλόν. οὐ ζῆν αἰχμῶς, καὶ ἐπωνδίστε, id est, pro patria mori honestiæ sit, quam vivendi cupiditate patriam & honestatem deserte re: præstat enim honestè mori, quam vivere turpiter & probroso. *mors & fugacem*. Enthymema ex oppositis, honestum est pio patria mori, ergo turpe est fugere, patriamque fuga prodere. expref fit hoc Simonidis, οὐδὲν δέ τις ιψας οὐ τὸ φρογόντος. cod. Mart. habet, prosequitur. *ne parsit imbellis*. hoc est, nec si filius populiibus, id est, neruis pedum validis fugias, iccirco mortem evasisti, ea namque à tergo fugientem prosequitur. *virtus repulsa* n. Encomion fortitudinis: ea namque nō ambit honores seipsa contenta, quare non repellit turpiter. *inraminatio*. nullis corruptelæ, ambitionis, largitionum maculis cōspurcati aut obfleuratis; quia sibi bene conscientia contemnit fortuitos, vanos & populares honores. *virtus recludens*. laus fortitudinis ab immortalitat & diuinis præmis. *immeritis mori*. qui recte factis meriti sunt immortalitatem. *negata*. incognita vulgo & neglecta propter difficultatem, molestias & labores infinitos. *vadam humum*. terrena, quæ facile marcescunt. *penna*. pinna habet Bland. antiquiss. est & fideli. hæc tertia pars est disciplina militari necessaria; in qua vult pueros à prima ætate exerceri, nimirum, in tacendis patriæ & imperatoris consiliis fidelitas: Nam vt in agendo fortiter, ita in loquendo prudenter sita est in columbitas republica. Quam multis fuit exitio ἀδάσσεια, id est, loquacitas, nemini non est compertum: iccirco nō iniuria dicitur fidele silentium, quod fidem datam de rebus arcatis seruet, nec improba garrulitate manifestet: talem satis innuit Horatius à sua persona in republica non habendum, vt quem dij oderunt pessime: ne fortassis eius puniendo gratia boni secum in periculum veniant: videtur autem satis innuere vetustum morem, quo in extremo rerum discrimine, dij tutelares conceputis verbis in nouas sedes euocarentur, cīq; tēpia ampliora, & aræ

Ecce solemnes promitterentur, ne ipsi cum victis diriperentur, captiuique velut mancipia haberentur: Quare numen quod vrbi castrisque praest palam facere nefas putabant antiqui, ne euocationes eius numinis, ad id auertendum, fierent ab hostibus. Quin etiam Ser. ad finem 1. Georg. in voce indigetes, scribit Tribunum in crucem sublatum, quod vrbis numen, quod nefas erat nominari, enunciasset. legitio Val. Max. de institutis maiorum, qui virtutis exemplum iuuenibus dabant. *merces*. Euripides, κόρης δὲ σὺν εἰδένεσι πόδες ὁν ταῦτα τὸ δὲ ἐκλαῦει, οὐδὲ ιδοῦν μὴ ἀπλιτα, ταῦτα δὲ ὑμίληροι, οὐδὲ τοις δὲ τοῖς τούτοις, id est, decora silentij corona est viri boni: loquacitas autem, neque iucundum aliquid habet, & mala est conuerteratione, & inutilis ciuitati. *qui Cereris sacrum*. Qui sua garrulitate quasi per contemptum religionis & salutis patrie, in Deos est impius: nā ex sacris violatis, aut eius arcanis proditis, quam male multati fuerint auctores, ciuitates, exercitus, regna denique integra, testantur historiaz. video Val. Max. lib. 1. cap. 1. 2. 3. & Baptista Fulgosum. de Cereris autem factis, quae speciatim hic ponuntur pro sacris arcanis & ciuitatis & gentis cuiusq; , lege Arnobium contra gentes; Alex. ab Alex. *rabibus*. Syncedoche, pars pro toto. *solutus fa*, in eadem mecum naui vehatur. huic concinit, καρχηδονίῳ πόδι μηδὲ ὅλος οἰδητός, id est, viro scelesto ne vite fueris comes. *sape Diespiter*. αἴτιολογία ab ira diuinaque punitione, quae icele-ratorum causa sevit etiam in bonos, vt Hesiodus aperte describit in operib. & dieb. πολέμου τοῦ βόνων πόλεις ταχὺ πόδες ἐπιπορεῖ, ὅσις ἀλτεραιοις, οὐ ἀτέθαλα μηχανάσται τοῖς δὲ ἐργάσθιοι μεγάλη πατέρα πῆμα φέροντες λιμὸν τοῦ λοιμῶν ἀποφθεγμῶν δὲ λαυ. ὃ δὲ γενικές τινας, μισθώσι. δὲ οἶης ζητεῖ φρεστούς μεσούποιο ὄλυμποι. ἄλλος δὲ ἀντ., ἡ τῶν τερπούσης οὐρανὸς ἀπόλλοντο, ἡ ὥρα τοῦτος, ἡ νίκη δι τούτης τερπίδος ἀποτίνεται ἀπότολον. *Quos versus ad verbum ferè sic reddidimus*: Sæpe etiam plebs tota luit quod peccat ini quis, cui labi pulchrum, & moliri turpia laus est: alt alia his post dāna adfert Saturnia proles pestem vñā atque famem, populus quibus interit omnis: nulla parit coniux, sensimque domus minuuntur decreto Louis eterni, qui denuò tandem aut acies horum æratus, aut moenia sternit, aut Ponto naueis rapido demergit ini quis. vide oden vlt. lib. 3. ibi, cum tacita virgine. *Rara antecedentem*. Sententia per celebris ad deterrendos impios à sceleribus perpetrantis spe impunitatis, miserationisque diuine: nam etiam si lenta sit ira Dei, nec protinus sumat poenas de cōmiso facinore, tamen gravitate supplicij tarditatem facile compensat. *pede paena clando*. lepida

προσαντογεγράψα πρεne claudicantis in persequendi, flagitiosis. huic simile est, ηνύχη ποδί, tacito sive lento pede.

DE IVSTI CONSTANTIS que viri præmiis, & iniusti suppliciis.

ODE III. ινδικεστή.

IUSTVM, & tenacem proposui virum,
Non ciuium ardor praua tubentium,

Non vulnus instantis tyranni

Mente quartu solidu: neque Ausler,

Dux inquieti turbidus Hadrie,

Nec fulminantis magna Iouis manus.

Si fractus illabatur orbus,

Impanuidum ferient rusne.

Hac arte Pollux, & vagus Hercules

Innexus, arceu attigit igneas:

Quos inter Augustus recumbens

Purpureo bibit ore noctar.

Hac te merentem, Bacche pater, tua

Vexere tigres, indocili iugum

Collo trahentes, hac Quirinus

Martis equis Acheronta fugie,

Gratum elocuta consiliantibus

Iunone Diuū, ilion, Ilion

Fatali, incestusque iudex,

Et mulier peregrina vertie

In puluerem, ex quo defituit Deos

Mercede pacta Laomedon, mibi,

Castæq; damnatum Minerua

Cum populo, & duce fraudulentio.

Iam nec Lacene splendet adultera

Famosus hospes: nec Priami domus

Peritura pugnaces Achiuos

Hectoris opibus refringit,

Nostrisque ductum seditionibus

Bellum resedit. protinus & graueis

Iras, & insuīsum nepotem,

Troica quem peperit sacerdos,

Marti redonabo. illum ego lucidas

Inire sedes, ducore neccaris

Succos, & adscribi quietis

Ordinibus patiar Deorum.

T

Dum

Dum longus inter seuiat Ilion,
Romaniq; Pontus: qualibet exsules.

In parte regnante beati

40 Dum Priami, Paridisque busto.
Insulæ armentum, & catulos fera.
Celerit inulta: stet Capitolium.
Fulgens, triumphatuq; posse
Roma ferox dare iura Medæ.

45 Horrenda latè nomen in vrimas
Extendat oras, qua medius liquor
Secernit European ab Afro:

Quà tumidus rigat arua Nilus:
Aurum irreptum, & sic melius situm.
50 Cùm terra celæ, spernere fortior,
Quàm cogere humanos in vsus,
Omne sacrus rapiente dextra.
Quicumque mundo terminus obstitit,
Hunc tangat armis, visere gestiuns,
55 Qua parte debacentur ignes,
Qua nebula, pluviisque vores.
Sed bellicosifata Quiriteibus
Hac lege dico: ne nimium pÿ,
Rebusq; fidentes, autæ
60 Tecta velint reparare Troia.
Troia renascens alite lugubris
Fortuna tristis clade ierabatur,
Ducente viðtrices cateruas
Coniuge me Ioni, & sorore.

65 Ter si resurgat murus aeneus
Auctore Phabo: ter pereat meis
Excisus Argiu: ter vxor
Cspita virum, puerisque plores.
Non ho: ioco sa: conueniet lyre.
70 Quò Musa tendit: desine perniciax
Referre sermones Deorum, &
Magna modi tenuare partus.

C O M M E N T A T O R .

T V S T V M & tenacem propositi virum. Me-
trum Alcaicæ vt suprà. Hæc Ode ex Stoicorum
schola, dicit virum bonum & constantem non ter-
teri ciuium minis, nec opinionib; moueri, vt ali-
quid faciat rationi contrarium. ordo est: iustum
virum & solida mente tenacem propositi, nō qua-
tit ardor ciuium iubentium prava. tenacem propos-
constantem in proposito. ardor. vehemens fe-
ditio. iubentium prava. iniqua imperantiū. vnu-

tus. serenitas. instantis. aut imminutis. aut ter-
rentis. mente solida fixa & constante. mens au-
tem est animi propositum & consilium. vt Virg.
hic patris Aenee suspensum blanda vicissim gaudia
percentant mentem. &, Qua facere id possis no-
stram nūc accipe mentem. &, hic mentem Aenee
genitrix pulcherrima misit. quat. mouet; con-
cutit. neque austor. alterum pendet ex altero per
gradationem. turbidus. quia turbat & vndas com-
mouet. Virg. incubuit pelago & vastos volvunt ad
litora fluctus. si fractus illab. emphasis animi co-
stan. is. vt Luca, sic cùm ruit arduus æther. &, per
flumina decidet æther. fractus. illabatur.
ruat, cadat. impavidum. inconcussum; iustum vi-
delicet. ruine. impetus orbis rueratis. hac arte.
hac animi virtute. Pollux & vag. qui omnē ter-
ram peragauit. vt Virg. Nec verò Alcides tantum
telluris obiuit. & alibi, terras monstrosæ quoque
leuandum Alcideæ inimicus. incumbens. artis
asti. ign. celum stellarum. recumbens. reclinatus.
residens. Deorum conuiuiis adhibitus, qui heroës
erant & semidei. vt Virg. tu das epulis accumbere
diuūm. purpureo. pulchro. vt est, roscóque hæc in-
super addidit ore. bibet. vbi ad hoc meritum per-
uenerit via virtutis. te merentem. an merentem,
pro eo quod est meritum, seu tali honore dignū,
an merentem, id est, militantem? indocili. natura-
collo trahentes. potentia numinis dedit iugo feras
subdere. hac. virtute animi. Quirinum sive Ro-
mulum laudatin honorem Augusti, cùmq; Martis
familia sua virtute Deum factum, Acherontē mor-
tuis deputatum vitæse confirmat. Martu equi.
patria virtute. gratum. dulce. placidum. consilian-
tibus. consilium habentibus diis de recipiendo
Romulo in Doorum numerum. Ilion, Ilion. re-
petitio nominis interdum iucundiam, interdum
laudé notat. vt, ah Corydon, Corydon, quæ te de-
mentia cepit. &, ex illo Corydon Corydō est tem-
pore nobis. ordo est: fatalis & incestus index & pe-
rigrina mulier vertit Ilion in puluerem, Ilion
damnatum mibi & castæ Mineræ, cum populo
& fraudulentem deduce, ex quo Laomedon destruit
Deos pacta mercede. incestusq;. scelestus. fatalis.
Alexander per quem dereletur Ilion. vt, Cùm fa-
talis equus saltu super ardua venit Pergama. pe-
rigrina. Helenam peregrinam dixit ad exaggera-
tionem. Virg. semina quæ nostris errans in finibus.
ex quo. tempore. destituit. decepit, circumuenit:
quia pro perfectione murorum Troiæ non solue-
rat votum numinibus promissum. Virg. Necdū
Laomedonæ sentis peruria gentis. passa. pro-
missa. casta. bene autem castæ, quia suprà dixit
iudex incestus. mibi. à me, seu meo iudicio. dam-
num. destinatum ad perdendum. Virg. hic Iuno
Scæps

Sceras levissima portas prima tenet. duce. Laomedonte. fraudulento. fallace. Lacana ad. Helenæ Menelai vxoris, quam Alexander pulchritudine sua & ornatu persuasam rapuit. Virg. at non sic Phrygius penetrat Lacedemona pector, Ledamq. Helenam Troianas vexit ad urbeis. splendet. redinet. famosus host. infamis, qui fidem violauerat hospitalitatis, hospitis sui coniugem rapiendo. Priami domus. domum pro genere posuit. Paris enim Priami filius fuit. Virg. da patriam Thymbræ domum, da moenia tellis. periura. fallax pugnacis. doctos pugnæ. Hector. opibus. vt. decimū quos distulit Hector in annum. opes autem pro auxiliis ponuntur, quod fuerint Hectoris auxilio vi. vt Terent. Iuno Lucina fer opem. refringit. vt alibi, fracti bello. ductum. elongatum, scilicet per decennium. seditionibus. hoc est, nostris discordiis & dissensionibus. refudit. finitum est. vt. omnisiq. repetit resedit flatus. protinus. deinceps, dehinc. vt Virg. mos erat Hesperio in Latio quem protinus urbis Albanæ coluere sacrum. graueis. importubiles. inuisum. odiosum. nepotem. Romulum: nepos enim Iunonis fuit per Martem, quem Iouis & Iunonis filium Homerus affirmit: per genus autem Romuli Carthago deleta est. Troica sac. pro Troiana. Ilia Romuli mater Troiana fuit genete. vt Virg. donec regina sacerdos Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem. redonato. remittam, quamvis sit de Troiano genere, pro patre suo regnare concedam. inire sedes. permitta fieri indigetem. duce. haurire, potare. noctis succus. diuina pocula. id est, sinam Deorum conuiuiis interesse. quietis ordinis. Philosophi Epicurei hanc beatitudinem diis dederunt, qua eos otiosos esse, & nihil curare, nec alicuius rei sollicitudine teneri dicunt, semel mundo lege disposito. vnde Virg. scilicet is superis labor est, ea cura quietos sollicitat. dum. dummodo. longus. tolerabilius se ferre confirmat, vt longo mari spatio interiecto Romæ regent potius Romanorum nepotes, quam vt Ilio fruatur imperio. intersueta. intercurrat. exiles. de exilibus nati. in parte. orbis. regnanto. vt sunt pro sint, futurum pro præsenti. beati. felices. Priami Paridisque. vt Virg. occideritq. sinas cu nomine Troia. & alibi, & campos vbi Troia fuit. insultes. libere superuageretur, conculet. vt, insultare solo, & gressus glomerare superbos. &, neque oues hædisque petulci floribus insultent, celent. abscondant. insulta. illæsse, securæ: siluosis enim & desertis locis fera carulos tutò celant. vt, silvas & lustra ferarum. sicut Capitol. supp. dummodo ruit Ilion. triumphatq. species est participij. vt, quondam regnata Lycurgo. &, Baccharamque iugis Naxon, &, triumphata Corintho. ferox. aspera

virtute. horronda. metuenda gentibus in ultimas usque terras. latè. diffusè. dare iura Media. subditis hostibus leges imponere. qua medius liquor. Gaditanum mare dicit: inde enim incipit Europa secessi à Libya ab Afro. ab Africa. syneccoch. id est, per quæ loca diuiduntur Europa & Afica duæ partes mundi. tumidus. dum inflatur. aurum irrep. aurum etiam Roma contemnet, quod multo valius est omnibus hominibus, cum latet adhuc sub terra: minus enim causas avaritiae præstat: fortior ergo dicit Romanum contemnendo aurum, fore, quæm in usus cogendo: veteres enim Romanii ex hoc plurimum potuerunt, quod paupertatis amatoribus diuitias posthabebant: Omne namq. aurum spernere potius quam in usus cogere debet fortis animus. vt, paruoque potentem Fabricium. &, te sulco Serrane serente. ordo est: fortior spernere aurum irreptum, & sic melius situm cum terra celat, quam cogere in usus humanos. irreptum. nondum repertum nec visum. fortior sperner. ad spernendum. dextra. scilicet Romanorum. omne sacram. sacra enim omnium gentium rapuere Romani non modo aurum. dextra. pro vi bellica, quam comitur aut præcedit potius avaritia. vt Virg. Quid non mortalia peccora cogis auri sacra famæ? Iuuenia. atque eam ex criminis lucrum quæstum. terminus. finis naturæ, quo mundi spatia terminantur, ad quem adhuc armis dicit perueniri ambitu g'oriz, & auri cupidine. gestens. festinans. debacentur. xix. q. v. p. l. dixit inhabitabilem. Virg. Semper sole rubens, & torrida semper ab igni. qua nebula. septentrionali significat cardinem, id est, glaciam & nivalem. Virg. Cœrulea glacie concrete atque imbris atris. belliosis. pugnacibus. dico. edico, constituo, sancio Romanis hoc ius fatorum, vt perniciolum habeant per se reparari Troiam. nimium p. j. qui velint iusta præstare parentibus contra voluntatem Deorum. rebusque fidem. confisi potentia. aucta. antiquæ. tristis clade. hoc ideo quidam dictum volunt, quod Fimbria legatus Cinnae Ilium temporibus Sullanis oppugnauerit ac diruerit, qui mox seditione militum peremptus est. ordo est: fortuna Troæ renascens lugubri alite, iterabitur tristis clade, me coniuge & forore Iouis ducente viætrices catervas. iterabitur. repeatetur. viætrices eas. pugnaces cohortes. coniuge & foror. sic Virg. Ast ego quæ diuum incedo regina Iouï que & soror & coniux. murus æneus. fortis. ter si resurgat. quories reparata fuerit, diruendam dicit, vt hincum pro infinito ponatur: aut tertio significat Troiam perisse, semel ab Hercule, iterum à Græcis pro repetenda Helena, tertio à Fimbria. excisus. deiectus. ter uxor. Quidam Andromachen

intelligi volunt, propter Hectorem & Astyanacta.
sermones non enim ad hanc sumus idonei. *tenacem*.
minuere. *modis paruis*. modulationibus lyricis.

C R V Q V I V S.

IU S T V M & *tenacem proposti virum*. In antiquis cod. Bland. hæc Ode nec inscriptione, nec litteris maiusculis à præcedente separata est scilicet à que, quod & Porphy. vulgatus sic esse debere afferit, et que adhærente: Nec id temere, meo. quidem iudicio; namque ut in il. iws epilogodi, eit eum diis omnibus esse odio, nec impunè latrum, qui suæ fidei commissa aut non. continet. fideli silentio, aut, ut in hac Ode Laomedon, animo pacta fraudulentio rescindit; ita hic nihil quam virtum bonum iuuentus & secreta proposti contingente in diuinis laubibus esset: idque ut ab adolescentia diuinæ vindictæ metu iuuentus & deterreatur ab incôdaniâ loquacitatèq., & æterni spe premii memor sit fidelicatis quam debet patriæ suisq. ciuibus, rati sacris quam profanis in rebus. Quam profecto ita constanter cum & inuolatè tenere necesse est, ut nulla seditio popularis v'lis comminationibus, non regis hostis quam tumulus potens & lassus terra marique: imo ne Iupiter quidem ipse ab honesto utilique proposito dimo. eat, non etiam si mundus ab ipso fulmine tonitrûque fractus collabatur: Non alia namque de causa Pollux, Hercules, aliisque herœs in Deos relati sunt: non Augustus, alio' um' poculis adest, non Bacchus patet: denique non alia via Quirinus, genere quidein l'unioni prius iuuitus, sed nunc ob virtutem postea conciliata, in mortalitate adepta Stygius lacus effugit: Quò Laomedon fraudulentus exilio detrusus æterno deuenit: ubi nunc Paris quoque perfidus, & eiudem culpæ conscientia. Lacra coniur' Helena, rebus afflictis omnibus, turpi squalidâque l'ordent obliuione: vnde nunc Ilion in cineres versum, vnde iacet æternum Priami domus & gloria Quirino donata: cuius auspiciis Roma terum domina stabit iuincta, toriq. dominab. tur orbi, tanti per dum auri cupidine nō violet humana diuinâque: nec sua non confusa potentia suisque viribus velit Giganteo more quasi cum diis pugnare. *Iustum & tenacem prop. sententia* est, nihil humantus esse tam horrendum, neque cælicus tam formidabile, quod virum bonū iustum & sapientem perturbet, atque à recto cogat aberrare: Quod, quidem non ita dissenit à Stoico dogmate de viro sapiente, ut eò facere non possit, nisi quod *iripposu'ra* potius hic agantur quam *strop'ra*, in quibus meditando rectius ve-laquam disputando exerceretur uenturem: virtus

enim. Peripateticis in actione consistit. *tenacem proposti*. *interviu'ras* nō *zeugotropas*, id est, æquique bonique, quæ in republica ita vigere necesse est, ut sine iis esse non possit, nedium florere. *civium ardor*. *leditionis periphrasis*. *prava iubentia*. quæ cum aquo & bono pugnant, viue sola nituntur: huius habemus *zeugotropas* I. Aeneid. Ac veluti magno in populo cum sepe coorta est sedatio, sequiturq. animis ignobile vulgus, iamq. faces & faxa volat, furor arma ministret: tum pietate graven ac meritis si fortè virum quem conspexere, silentia, rectiisque auribus adstant, ille regit dictis animos ac pectora mulcet. *instantis tyranne*. aut interni, publicæ tranquillitatis hostis: aut externi, terra marique imminentis imperioris hinc aduentus Annibalis, tumultuante quoque exercitu, non potuit cunctatorem à sententia depellere: illuc, non Syllæ comminationes persuadere. *Sceuola* valuerunt, ut hostem patriæ Mariam iudicaret. mente qualiter soli, non dimouerat eo quod animo constanti decrevit: non facit, ut mutata sententia secum sentiat, non efficit inconstantem & varium. neque *auster*. hic ventus in Adriaticum incumbens vehementissimum esse necesse est, maximèque tempestuosum horrendumque, quia ex adme d'd longinquò venit, inquit Aristot. Problematis. Sensus itaque est, neque aëreas tempestates quæ capiti imminent, neque procellas vndarum perturbare constantem virum. *magna Iouis manus*. omnes scrip. lib. nostri habent, magna manus Iouis. si fractus illabatur. Theognis, in p'st. èxtemporatu'ris *μήτρας* *εργάσιος* iopus *υπέρβιχαλτος*, *αδράντος* d'q'q. *παλαιανανία*, id est, decidat in caput hoc magno cum pondere calum, tertigena antiqui quod metuere homines. De casu cæli vbi Atlas id humeris sustinere desierit, & fabulis proditum, & à Physicis creditum, ut habet Aristot. 5. de auditu Physico: Non dubito quin originem sumserit, ut alii multæ diuinæ sententiae, à Patriarchis. vnde Job cap. 14. Homo cum dormierit, non resurget, donec alteratur celum, non evigilabit, nec conserget de somno suo. *hæc arte Poll.* Enumeratio eorum qui sua constantia sibi pepererunt immortales honores. *enfusus* variant hic scripta: quædā inuersus, alia in mixus, antiquiss. Bland. cum 4. aliis habet eni'mus, quem securus sum, propriæ significatiōni participij ceteris magis commodam in laboribus suscipiens, cui bene responderet *φλεγμαρόπος*. attigit. hoc verbum valde appositè conuenit epitheto vagus; ut qui post multos errores labore que terra marique ex intłatos, tandem attigerit laborū finem cælos ipsos, vbi nunc pro mero fructuæ fructuæ quiete *purpureo b' ore* cœtu'as. Nimirum iam diuus factus etiamnum in terra.

seravius. Quidam cod. scrip. habet, biberat, quasi postea significet Augustum inter diuos numerandum; quod quidem non displicet, sed aliud: convenientius appetet; et quod Augustus viuus, Deus est habitus, tam Virg. in Tityro, & Melibœe Deus nobis hæc oria fecit, quam lyrico nostro, non semel. **bac te Bacche.** apostrophe ad Bacchum, quem fingunt Poëtae tigribus vehi & lynxibus, quod animi vel ferociissimi eius munere vino documentur leviaq[ue] turque. **hac Quirinus.** heroibus adscriptis diuorum numero vaide commode subdit Romulum ad perpetuam ~~magistratus~~ ad odes usque finem in gratiam Augusti: **Quia Iunonem** singit, cetero que diuos mutatis dunc animis, Romanis vnis adesse velle, totique eos orbis imperare, donec, auro neglecto, virtutem operam, fortiterque & constanter administrent diuina humana que: **Quod vir faciant magno animo, subiicit miseram Troia faciem nunc in cineres versæ, non siue Iunonis aliorumque Deorum fatali numine;** et quod negligunt fide integritatéque diis periurii fucient, hominibusque perhidi. **Quare Iunonem** inducit ea lege Romanis ad futuram, si non nimis upp[er] in uitam progeniem, quisque rebus magnis fidates, Troiani redificare velint: **Quod sancte Iunonis editam, quid, quælo, est aliud, quam salubre lyrics consilium, quo monet Augustum ceterosque príncipes perpetuas virtutis, concordia, pacis; ut & bonis legibus, virtusque modestia, maiestati, tranquillitatique confitendum firmandaque, iacumbant:** quibus quasi diuinitus tantisper pollicetur eos rerum potitos, donec auaritia turpi, potentia: honorisque ambitione, odio, inuidiaque inter se, fiant perfidia, periurioque suo & diis & hominibus odiosi, Troiana testa reparare volente, id est, Trojanorum in omni turpitudine imitatores. Est autem vero consentaneum mox hanc oden esse scriptam, ubi Augustus omnibus suis, reique publica debellatis hostibus, rebus Romanis moderaretur, statumque populi multis diuturnisque seditionibus omnino labefactatum consummque constituere studeret. **Acheronta fugit,** ad superos eusq[ue], ab omnibusq[ue], dolore stuporem inducente liberatus, nunc letetus inter diuos conviuia carat: **Est enim æxipos** fluuius inferorum, dictus quasi **τὰ ἔχει πένες**, id est, dolores obstupescientes deuehens. **gratum.** rem, diuis secum deliberaantibus, gratam elicuta, iucundamque auditus: in mitum, de Rumulo in Deum conferrando: hec autem quasi iam olim à Iunone diuiniq[ue] peracta, in Augusti fauorem, qui à Romulo genus duxit, Iunonem commemorare facit, **μηνήκατος.** **Ilion Ilion** hæc al finem usque perpetua est Iunonis orationis diuorum eccl[esi]a habita: que in primis cau-

fas habet perniciet Trojanæ, diuturnique bellum, nimurum, itam diuinam, propter periuria, perfidiam, adulteria, & eiusmodi principum via via de testanda: Deinde Romulo pollicetur, suo nutuum diuorum ordinibus adscribendum: Postrem Romanis orbis totius imperium stabile praeditum donec non iterum Troiam instaurent, Troianorum mores & vitam amplexentur. **Ilion Ilion.** geminatio habet auxelin ad aff. eius moeudos, fatalis, fati Troiani, id est, pernicieti & subuersio nis Trojanæ causa & actor. **incessusque.** annos: deploratus, inexpabilis. **index.** iudicium Paridis de auro malo Veneri dato, commemorat Luciani Dialogus fastus admodum. **Laomedon.** de perfidia Laomedontis in Apollinem & Neptunum, deque horum vindicta, peste, & per inundationem à Neptuno, cetis in agros Trojanos immisis, dé. Hesione Laomedontis ab Hercule liberata &c. vide Apollodori lib. 2. & Homer. **Illa.** φ. mihi castig. d. Miner. Exprobatio iniurie Iunoni & Mineru factæ in malo pulchritudinis Veneri dato, ob quæ ait a se damnatum Ilion. **iam nec Lacana.** intridivus, iugos, à Sarca in non multum distantiens, in Paridem, Hellenam & Laomedontem progeniem. **Priami do.** propter Laomedontem Priami patrem. **nostri que duci.** hæc verba grauitate à Ianone pronunciantur ad alios diuos presentes in hac consiliatione. Homer. II. vs. scribit stetile pro Trojanis Apollinem, Martem, Dianam, Latonam, Xanthum: pro Gracis verò, Neptunu, Mineruam, Iunonem, Mercurium, Vulcanum: quorum inter se simulacione bellum dicit ductum, id est, pro luctum & protractum in decennium. **gravis iras.** Virg. 1. Aenei tantæ ne animis caelestibus ira: propter Iunonem implacabiliter persequentem pium Aeneam. **Martis redonabo.** hoc est, semel ab Ilia matre Marti datum, quem ob delicta majorum perfidiamque ut nepotem suscipere nolui, sed feris expositum perdere studui; nunc tandem propter multa fortiter benèque gesta, reddâ patri quasi rediuium, nepotem q[ue] e agitum diuis adnumerabo. **illum ego luci.** è mōdī oīos Romuli divina: Quo autem pacto fiebat humana, quib[us]que ceremoniis, legitio Herodianum lib. 4. initio. **lucidas sedeis.** celos, periphrasticos, à sideribus splendentibus. **ducere.** educere, haurire diuinos liquores, adesse diuorum mensis, eisq[ue] coniuia: i. **quietus ordinibus.** beatis, nullisque turbis perturbationibusque obnoxiiis, qua perpetuam trāquil latitatem interturbent: hoc autem dicit ad discrimen humanorum in republica ordinum, qui vel levissimo populi rumulu deorum sursumque rapiuntur. **dum longus inter se.** hoc est, dummodo Roma moribus & vita non fiat Ilion. **qualibet in parte.** T. 3. quocumque:

quocumque locorum venerant exules, non tam moribus, quam natili solo, viri fortes & pij: Qualis fuit Aeneas cum sociis, ibi beati & felices inter alios obtineant regnum & imperium: omne namque solum viro forti patria est. *dum Pria. Paridisque busto.* dummodo non fiant Priami Paridisque perfidia adulterioque similes; sed alios feris vita mortibusque pareis, eos colere, & cum eis versari finant. Vrget hoc argumentum lepius, quo firmius inhaeret memoriam. *stet Capitolium.* hæc *stayskym* Iunonis pro legibus diuinis, quæ nec impune violari, nec interire possunt, habenda sunt, quæ iuris consultis pronunciata & statuta nominantur; regnante beati, stet Capitolium, extendat oras &c. *triumphatis Medis.* hoc est, Parthis deuictis & in triumphum ductis. Parthi & Medi vbi que ferè pro bellicissimis hostibus ponuntur ab Horatio. *possit dare.* det, & leges prescribat. *horrenda.* omnibus gentibus & nationibus formidabilis Roma fortitudine bellica. *qua medius liquor.* hæc est imperij descriptio secundum longitudinem ab oriente in occidentem. *spernere fortior.* hoc modo hac verba stritor. Horrenda Roma extendat nomen in vlt. oras fortior spernere aurum &c. quæ cogere &c. *sic melius sumum.* quia effodiuntur opes irritamenta malorum. Statur autem Iuno Romanis imperium firmum tantisperdum, auro sperto, vnam virtutem ducem sequantur: Quales fuere Curij, Camilli, Calatini, Coruncani &c. vide Val. Max. lib. 4. cap. tertium. *quicumque manditer ob.* hæc notatio est imperij secundum latitudinem, nimirum, à polo Arcticō per zonam torridam usque ad Australēm seu polum Antarcticū. Cod. Mald. habet mundi, quem secutus sum propter apertam sententiam: reliqui omnes habent mundo, cum vulgatis; quam lectionem non quidem damno, sed propter ellipsis præpositionis, aliam malo. *terminus.* duo autem sunt mundi termini Septemtrionalis polus, & Australis, à quibus Geometris & Astronomis mundi sumitur latitudo. alia autem est terræ latitudo seu terminus, de quo hic non agitur. *obstitit.* enallage modi, pro obsterit, id est, non paruerit. *hunc tangat armis.* contingat, cō perueniat, & ad terrorem increbescat Romani militis gloria. *vise.* aggredi & debellare multum cupiens. *qua parte debac.* periphrasis zonæ torridæ, siue æquatoris, quam sol bis 12. mensium spatio transit. *debaccentur ignes.* metaphoricōs, pro seuiat ingens solis æstus. hæc autem opinio veterum scriptorum de æquatore seu meridionali circulo, quæ dicitur eis zona cæli torrida & inhabitabilis. Virg. i. Geor. & Ouidio i. Metamor. aliisq; propter nimirum solis fervorem, omnia exurentem, cōuincit errorca, cum mer-

catorum nauigatione Indiam ipsam penetrantib; tum naturali ratione: Nam vbi dies noctib; semper æquales sunt, vt eis contingit qui eum circumvolvunt, opus est cælum esse temporatus, frigore quippe nocturno attemperante diuenum calorem, quam iis qui Cancri tropicum inhabitat aut Capricorni, vbi nulla cæli temperies est, quando sol in eis circumvolvit. *qua nebula.* periphrasis vtriusque circuli Arcticī & Antarcticī, à nebris & perpetua glacie niuibusque; qui antiquis quoque inhabitabiles, nobis certum est habitari à Finlandis, Grunlandis, Arimaspidi, & aliis plurimis nationibus: de quibus consulito Olauum Magnū in descriptione Septemtrionali. *sed bellicosus fata.* *inxayos* ad id quod suprā præcepit de Priami busto & Ilio. *mira è taxayos*: hæc enim fata totius orbis imperij prædicti quidem Iuno ventura Romanis, sed per condicionem. *ne nimirum pij.* *ex arriphos*, id est, ne sint impij sacrificiique & perfidi. *rebusque fidentes.* nimis sua potentia virib; que coacti. hinc illud est Luij, Roma mox ruit sua. *anita totta.* hoc est, velint Romanam alteram esse Troiam, vita, moribus, potentia, perfidia, adulteriis &c. *Troie renascens.* perpetua est allegoria, sed mirè recondita, ab eo loco, ne nimirum pij, ad eum usque, non hoc iocosa. Vrbis autem Romæ, quam Troic nomine circumloquitur, fortuna renascebatur post Syllanam factionem; sed alite lugubri, id est, tristii omni, nam iterum fuit eversa seditione Cæsar & Pompeji; cuius subversionis causa Iuno sibi adscribit, inquiens, *deinceps vicit. ceter. coniug. me.* Quod dicit Horatius Augusti studio: *Quasi velit Iulium Cæarem, Pompeium;* nec non Augustum superasse Antonium cum reliquiis Pompeianis ductu Iunonis, cō quod & eorum causa diis superis melior iancientiorque esset inuenta, & Iunonem per Romulum habent amitam. *ter si resurgas.* hoc est, quā diu Romani Troianorum æmuli deserta virtute, constantia, moderatione, continentia, abstinentia, integritate, & fide velint omnia per vim, perfidiam, avaritiam, ambitionē administrare, etiam si *resurgat murus nénus,* hoc est, eti acquirant infinita potentia *ductore Phæbo,* hoc est, Augusto Cæsare, quem penes nunc est totius orbis imperiū; tamen, *ter pereat meis ex.* hoc est, destruantur corū potētia, transferatūq; ad hosteis, quos avaritia, periurii q; superarant antea. hæc nostra interpretatio allegorica, vt prima fronte apparet, nobis habetur vera significatio sententia Horatianæ: at qui malitiam, legat Commentator. *ductore.* sic habet cod. Maldeg. quem secutus sum. reliqui omnes legunt auctore, cum vulgatis, quod non damno, sed aliud mihi magis est proprium: Muri namq; in ædificando

in adificando duci dicuntur ab artificibus. Phœbo. allusis ad Apollinem, qui vna cum Neptuno dicitur reparasse Troiam, inito pacto cum Laomedonte, à quo perfidè fuere delusi. Ego autem per Phœbū intelligo designari Augustum, cù quod ipse in primis Apollinem coluerit, vt Deū suū *ēterpōtator*. *meis Argiūs*, à quibus colebatur summa cum veneratione luna. Virg. *veterisq. membror Saturnia belli prima quod ad Troiam processis gesserat Argis. ter uxor*, finitum pro infinito. Legito hic Lamb. *non hoc iocosa conueniet lyra. insipitores ad Musam*, quam reuocat à gravioribus pro decoro lyrae ad iocosa humiliaque. omnes cod. nostri scripti habem, non hec iocosa conuenient, non etiam, hæc conuenient, aut conuenient, ut ait Lambinus.

A D C A L L I O P E N M V S A M,
vīsibi semper adst.

O D S I I I I . προσωπία καὶ προφητεία

D E S C E N D e calo, & dix agētibie

Regina longum Calliope melos,

Seu voce name manus acuta,

Seu fidibus, cibas avé Phœbi.

5 Andicū an me ludis amabilis

Insania? audire, & videor pios.

Errare per lucos, amante.

Quos & aquæ subeunt, & aura.

Nefabulosa Volare in Apulo,

10 Akriū extra limen Apulia,

Ludo, fatigatumq; somno,

Fronde noua puerum palumbes:

Texere, mitum quod foret omnibus,

Quicunque celsa nidum Aeberonie.

15 Salutisque Bantinos, & aruum

Pingu tenens humili Ferentis,

Vt tuto ab atris corpore riperis.

Dormirem, & vris: vi premeter sacra:

Lassique, collasque myrra,

20 Non sine Dis animosus infans.

Vester, Camena, vester, in arduos

Toller Sabinos: seu mishi frigidum:

Præfeste, seu Tibur supinum,

Seu liquida placuere Baie:

25 Vestib; amicum fontib; & chorū.

Non me Philippis versa acies retro,

Deuora non extinxit arbos,

Nec Sicula Polynarus vnda.

Vicamque mecum vos eritis, libens

In fastuitem nauis a Bosphorus

Tentabo, & arentis arenas

Litoris Assyrī viator.

Visam Brit annos hospitibus feros,

Et letum equino sanguine Concanum.

Visam pharetratos Gelonus,

Et Scythicum inviolatus annem.

Vos Casarem altum, militia simul

Fessas cobortis abdidit oppidio,

Finire quarentem labores,

Pterio recreatis antra.

Vos lene confitum & das, & dico:

Gaudetis alma, scimus ut impios

Tisanas, immancimq; turmas.

Fulmine sustulerit caduco,

Qui terram inertem, qui mare temperat

Vento sum, & vrbeis, regnaq; tristia,

Diwoq; mortaleisque turmas

Imperio regis vnu equo.

Magnam illa terrorem intulerat Ioni

Fidens, inuentis borrida, brachis,

Fratreq; tendentes opaco

Pelion imposuisse Olympos

Sed quid Typhoeus, & validus Mimas,

Aut quid minaci Porphyron statu,

Quid Rhœsus, emulissq; truncis

Enceladus iacular audax,

Contra sonantem Palladii agida.

Possent ruentes? hinc audire steris:

Volcanus: hinc matrona Iuno, &

Numquam humeris possumus arcum,

Qui rore paro Castalia lauit

Crine solitus: qui Elysie tenet:

Dumes, natalemq; filiam,

Delius, & Patareus Apollo.

Vis confit exprys mole ruit sus:

Vim temperat am Di quoque prouehunt

In maius: üdem odere vires

Onne nefas animo mouentes.

Testū mearum centimanus Gigas

Sententiārum

- 70 *Sententiarum notus, & integrus*
Tentator Orton Diana,
Virginea domius sagitta.
Iniecta monstra terra dolet suu,
Mareq; partus fulmine luridam
 75 *Missos ad Orcum: nec peredit*
Impositam celer ignu Aenam:
Incontinentu nec Titys secur
Relinquit ales, nequissia additus
Custos: amatorem trecenta
 80 *Pirithoum cobibente catene.*

COMMENTATOR.

DESCENDE calo, &c. dic, age, tibia. Metru Alcaicum, ut suprà. Inuocat Calliope vt se iuuet in cantandis versibus, & se tutari velit vbi cumque sit locorum. ordo est: ô Calliope descendere celo, & agere, dic tibia longum melos &c. melos. est autem melos cantus suauis, indeclinabile neutri generis. acuta. sonora, liquida, conuenientia melodiis seu chordis citharae. auditio. quasi Deæ præsentiam sentiens, interrogat lodeatis. Iudit. fallit. amabilis insania. delectabilis furore Poëtarū, iudicium. mōs. errare. paſsim discurrere. pios lucos. per nemora Musarum. ordo est: videor audire & errare per pios lucos, tamquam diceret, veréne audio cantus, & lucis intersum, an errore mentis imaginor, quem studio concepi Poëtico? amena. delectabiles. subeunt. præterfluent. fabulosæ. de qua multæ narrantur fabulæ. Vulture. Vultur mōs est Apuliz. ordo est: me puerum fatigatum somno & ludo texere palumbes noua fronde in Vulture Apulo extra limen fabulosæ Apuliz mēs nutricis. Apulia nutricia. quia Horatius fuit ex Apulia. extra limen. extra terminum proprij pagi. ludo fatigatum. ludendo defessum more puerili. fronde noua. viridi, non antiqua, nec arida, quæ odore & umbra somnum nutrit. sic Virg. floribus & dulci aspirans complectitur umbra. palumbes. agrestes columbae. texere. cooperuere. mirum quod for. o. quæ res esset omnibus mirabilis. Acherontie. Acherontia ciuitas est Lucaniz contermina Apuliz, quam ob hoc nidi appellavit, quia parua est & in montis constituta summitate, sicut nidi avium in summis arboribus solent. saltuque silvas. Bantinos. Bantia ciuitas est Apuliz contermina Venusinæ ciuitati, quæ campus est amœna & pascuis vicinis, qui Campi nunc appellantur Matini abusiuè. tenent. incolunt. humilis. in valle positi. Ferenti. Ferentum oppidunt

est Apuliz Venusinæ ciuitati propinquum. *sacra*. defensio. atris. atros facientibus, aut veneno nigris aut tactu letalibus. *viperis*. pro quolibet diro serpente. premeret. tegeret, defendaret. *sacra lauro*. sacra autem dicit, quia laurus dicata est Apollini, quia cum tectus esset, eius columbis ramos deferentibus, fuit om̄en futuri Poëtz. *collestaque*. simul à palumbibus deportata. *myrto*. myrtus est sacra Veneri: hoc ergo signum erat cum futurum Poëtam lyricum, & decantaturum res Veneras. *animosus*. fortis, impavidus. sic, luxuriet que toris animosum peccus honesti spadices. ordo est: ego infans animosus non sine diis. *arduos Sabinos*. monteis. hoc autem prodigium diuinataris & securitatis suæ fuisse confirmat: tamquam si per hoc numen sibi inesse velit intelligi. *vester*. vbi cumque sum, inquit, vester sum, ô Musæ, cuius infantiam custodiſſe manifestū est: significans quod vbique nihil aliud quam studia Musarum colat, carmina scribendo. vt est, Me vero primū dulces aate. omnia Musæ quarum sacra fero ingenti pesculus amore accipiant. *supinum*. montolūm. vi, collēsq. supinos. Situm autem ciuitatis describit, quia in alçensu montis est constituta. *liquide*. aut in aquis constituta, aut deliciose sue aëris puri. *vestris amicum*. me amabilem vobis & gratum. ordo est: me amicum vestris fontibus & choris non extinxit aries Philippis versa retrò, non denota arbor, non Palinurus Sicula vnda. *Philippis*. nam in campis Philippicis stabat à Bruto & Cassio, quando contra Antonium & Cæsarem dimicatum est. vt, vidi iam Phœbe Philippos. *versa*. fugata. *donata*. excrabilis ac detestanda. *Palinurus*. promotorum est Lucaniz, à Palinuro Aeneaz nauium gubernatore dictum, vbi Horatius se redeuntem ex bello Philippensi periclitatu fuisse dicit: est enim nauigantibus locus periculosus. *utcumq; vbi* cumque, sapè enim veteres, vt, pro vbi ponebant. vt Virg. labitur infelix casis vt forte iuencis. *libens*. libenter. *insanientem*. inquietū. nauita. nauitam hinc pro nauigante posuit. *Bosphorus*. mare, sic à transitu bouis dictum. *arenæ*. calcanteis. in Assyria enim regione Petrarum vehementior est sol; vbi & Antonius dum ad Cleopatram vult reuerti, morbo exercitum perdidit. ordo est, & ego viator libens visam arentis arenas Assyrrij littoris, & Britannos ferros hospitibus, & Concanum lœtum equino sanguine. *littoria*. littus etiam camporum extremitatem veteres dicebant. Virg. iacer ingens littore truncus. & cui littus aradum, cuicunque loci leges dedimus. *fors*. inhospitales. Britanni enim dicebantur immolare hospites. *Concanum*. Concani Hispani erant, vel, vt quidam volunt, Thracæ, quibus lac & sanguis equinus erat

Erat potes. sic Virg. & lac concretum cum sanguine potat equino. *vifam phar.* Gel. in omnibus subaudiendum est, vicumq. mecum eritis. *pharetratos Gelonos.* Geloni gens Scybiq. sagittis potes. Virg. & gens illa quidem summis haud tarda pharetris. *inviolatus.* defensus, intactus, tuitione Musarum. *annem.* Tanaim, aut Istrum de quo Virg turbidus & torquens flauenteis Ister arenas. *vos Caſarem altum.* magnum, fortē, triumpho sublimē. ordō est: vos recreatis Pierio antro Cæſarem altum. *simul.* mox vt. *abdidit.* collocauit, dispositus. vt, & natam frondolis montibus abdit. ad hiemandum ad oppida ex castris ducebatur exercitus. *fessas.* lassas, vt à labore militari quiescerent. *finire.* pro tempore à bello releuare. *Pierio.* Multis sacro & secreto. hoc dicit, vt ostenderet Cæſarē poētice quoq. artis studiosum. *vos leno.* suave, per Mu:as, id est, per studium litterarum intelligi vult mentem sapientia roborari: lene enim consilium sapientū, ad philosophiæ moderationem dicit. *alme.* sanctæ, vt alma parens. vt. qualiter. *scimus ut imp.* ordo est, scimus ut sustulerit impios Titanas caduco fulmine, & immānē turbam, *vnuſ qui temperat inertem terram,* & ventosum mare, & quiq. aequo imperio regit tristia regna, & vrbeis, & diuos, & mortaleis turbas. *immānem.* arduam. *sustulerit.* deiecerit. *Titanas.* hic per Titanas intelligit vires sine prudentia, nō solum perexigua esse, sed etiam sibi aduersas: vnde & Gigantum posuit exemplum, qui irrationali furore aduersus deos arma sustulerunt. *inertem.* immobile: nec enim agitur aut fertur vlo motu, vt alia elementa. hic Virg. despiciens mare veliuolū terrāq. iacenteis. *temperat.* mitigat ventosum. procellosum. diuōsq. superos. *mortaleisq.* semideos & homines mortaleis. *regnāq.* tristia. luctuosa. *vnuſ.* solus. *equo.* iusto. *magnū illa terr.* ordo est: illa horrida iuuentus fidens brachiis, & fratres tendenteis imposuisse Pelion Olympo, intulerant magnū terrorē Ioui. *terrem.* vt, hic & Aloidas geminos immānia vidi corpora, qui manibus magnum rescindere celi aggressi, superisq. Iouem detrudere regnis. *tendentes.* volentes, contendentes mōribus mōteis imponere. vt Virg. ter sunt conari imponere Pelio Ossan, scilicet atque Ossa frondofum imponere Olympū. *opaco.* vmbroso. *Typhœus.* nomina sunt Gigantū. vt, nō terruit ipse Typhœus. *validus.* fortis. *minaci.* sublimi, emineti. vt, mediaq. minans illabitur vrbi. *statu.* proceritate. *eunūfissi.* eradicatis. tantæ enim era virtutis, vt truncos arborū iaceret in hosteis. *audax.* præsumtuosus. *agida.* clypeum Minerū. Virg. Contra Neptunum & Venerem contrāq. Mineruam tela tenens. *ruentes.* inconsideratē ve-

nientes. *hinc.* ex vna parte Iouis. *avidus.* propter ignis rapacitatē. Virg. illicet ignis id: x tumma ad vestigia tecti voluitur. *matrona Iuno.* O uid. summi matrona tonantis. &, matronam puerōisque vocat, labor vltimus omnes. *positurus arcum.* id est, Apollo, qui ex humeris arcum nūquam depoñit. *Castalia.* Castalia fons Lyciæ, luc in monte Parnallo. vt Virg. Castaliam molli diuertitur orbita cluio: cùm l'arnassum significaret. *crinei sol.* significat studium capillorum cūinem hingens. *dumeta.* nemora. sed propter aperitatem loci, dixit. *Delius.* Delos insula in qua memoratur natus Apollo. *Patareus.* Patara cruitas est Lyciæ in qua maximè colitur. vt Stat. seu Lyciæ Patara excent dumeta iugis. *Vis cons exp.* ignara. generalis est sententia; quia robur corporis sine prudētia periculosum sit & infelix inefficaxq. mole. impetu. *ruis.* labitur. *vim temperatam.* virtutem moderatā: hoc autem dicere videtur Cæſaris causa, qui & fortis erat & sapiens, per quæ ad culmen peruenit impetij. *prouehunt.* promouent. *iidem od.* vireis. sup. dij. hoc est, execrabilis diis vires sunt, quæ omnem iniquitatem animo meditantur. *moventis.* voluenteis. *testis.* superiorē sententiā cōfirmat exemplis. *censimanus gi.* Briareus. Virg. & centum geminus Briareus. *tentator.* Orion venator fuit, qui stuprare conatus Dianam, eius sagittis ocellus est. *domitus.* deiectus. *iniecta.* superposita. dolet, inquit, terra, quod ita iniecta sit super gigantes, vt eos quos filios eius esse volunt, suis montibus premat. Iuuenal. vnde fit vt malim fraterculus esse gigantū. *marētiq.* fler, luget. Virg. hic genus antiquum terræ titania pubes. *luridum.* squalidum & inferno colore tēdatum. *missos.* demellos. *Orcum.* Plutona. peredit. cōlumit. *Aēnā.* montem Siciliæ Encelado superpositum, quem ad pœnæ perpetuā tem semper ardere cōmemorat. *ales.* vultur. *additus.* appositus, singit enim vultur additus iecori Tityi illud perpetuō rodere, nec tamen consumi posse. vt Virg. rostrōq. immānis vultur aduncō immortale iecur tondens, secundāq; pœnī viscera, nec fibris requies datur vlla renatis. *incontinentiū.* adulteri, libidinosi, qui Latonam voluerit stuprare. Tityus gigas fuit in nouem terræ iugeribus cubans. sic Virg. per tota nouem cui iugera corpus porrigitur. *cufos.* vltor & vindex. *trecenta.* finitum pro infinito. *Pirithous coh.* reprimunt, stringunt. Pirithous enim conatus Proserpinam rapere catenis dicitur in nodatus. vt, hi dominam ditis thalamo deducere adorti.

C R V Q V I V S.

Descende calo, & dic, age, tibia. Horatius lyricis modis subleruiens, omnia sua referit accepta

cepta Musis , indolem , mentem , salutem , vitam
deniq. ipsam à malis turam & incolumem : Quin
& iplis quasi *φύσιοις θεοῖς* tribuit erupum se bel-
licis tumultibus , periculis marinis & terrestribus :
Quare sub earum tutela protectionēq. ait se se pa-
ratum esse , quasuis nationes ab orbe suo remotissi-
mas & genteis barbaras , permare , per terras , &
quemuis adire populum vel immanissimum fe-
rocissimumque : cùm non sit ignarus Cæsarem
leni ab iplis accepto consilio , & hosteis bellico-
fissimos expugnasse , & nunc cohortibus militia
defatigatis , inq̄ hiberna deductis , eum rursus
ab iplis recreari carmine , leniāque rei gerendæ
consilia placidāque accipere : vt quæ Iouis patris
moderationis conscientia , omnem politiam , regnū
& imperia sciant constare , humanitate , consilio ,
& prudentia : contrà , vim omnem & potentiam
sine moderatione benignitatēque & hominibus
& diis ingratam esse & abominabilem : cùm non
alia de causa Iupiter ipse , qui terram & cælos ip-
pos æquo moderatur imperio , Titanas cum suis
fratribus fulmine perdidit , quām quod suis con-
fisi viribus , monteis montibus superstruendo in
cælos conciderent , Iouēque deturbato totius
vniuersi gubernacula suscipereat : verū Iupiter
diuīque ceteri facilè conatus eorum deluserunt ,
montisque disiectos stritoribus in æternum
eruiciatum imposuerunt . Quid enim vites sine
prudentia ? Quid sine consilio potentia ? Sed quid
humanus animus , non in Deum dico , sed sine nu-
tu Dei moliatur ? Qui tyannidem , dominatum ,
regnum iniquum violentumque abhorret , odit ,
& misericorū afflictum modis , tandem funditus sub-
uertit : Qui ipsi & æquus omnibus , studia ,
labores , machinationes in omne scelus animo
conceptas impio retorquet in auctores suos ; cuius
rei testes hic sunt cum Gigantibus Titanes , qui
suo magno malo didicere , quid sit cum diis pu-
gnare . Testes Orion in Dianam , Tityus in Latonam ,
Pirithous in Proserpinam nimis lasciuos &
petulans . Ceterū , quæ carminis lyraque gra-
tia Musis hic adscribuntur ab Horatio , quid aliud
præ se ferunt , quām homines in tutela esse &
protectione diuina , iam inde ab infantia , eos sine
deo nec posse quoiquam nec velle debere : Qui ut
est auctor & sons omnis boni , eis largitur rectam-
rationem in administrandis rebus , sapientiamq.
& consilium : nec deserit eos qui moderatisani-
mis se habent temperatēque in sibi concretis
muniis , contrā , sceleratos & improbos , qui dul-
lo iure æquitatēque , sed per violentiam machinā-
tur vniuersa , Deus , vt Titanas cum suis fratribus
violentos & impuros malè perdit , æternōque
suppicio damnatos puniit acerbè . *descende calo-*

*Exordium ab inuocatione Calliopes , quam pre-
catur è cælo descendere . ex tenebris veterum
Theologorum , qui Musis singulis in cælo singu-
los orbis cælestis suam sedem dederunt . vide
Macrob. in somnium Scipio. lib. 2. cap. 3. *ἀρ-
γε, τιβία.* hic imitatus Alcmana hoc modo canen-
tem , vt citat Hephaestion : *Μῆτέρας Καλλίπη Δέ-
γανης δίος , ἀρχ' ἱερὸν ἵκισται ἵκισται μηδέ τι
χαριζόμενος τιθει τοξοί.* id est , ô Musa Calliope si-
lia Louis , incipe versus amabilis , insuper vero
suanem hymno & venustum adde chorum . *τιβία
seu vox.* &c. ad imitationem veterū Theologo-
rum , qui quod cælum canere crederent , sonos et-
iam musicos sacrificiis adhibebant : qui apud alios
lyra & cithara , apud nonnullos tibiis aliisque in-
strumenti fieri solebant . Macrob. vt suprā . *citha-
rāue Ph.* de cithara & lyra legitio notata in oden
10. lib. 1. *auditis.* *ἰράτησα* attentionis ad soda-
leis , vt ostendar le furore poëticō correptum , eam
adesse imaginari quam inuocarat : hoc enim poë-
tis proprium scribit Plato in Apologia , *ἐθεωρί-
ζεν πιος ἐρατε περ λυκος.* in lucis & nemoribus
primi homines , & locis maximè solitariis deo-
rum delubra constituerunt , in primis Mutarum ,
Panos , Nympharum , Apollinis & omnium cui
musicen excolunt : nam Plutarcho auctore , *τοῦ
ἴρημα σοφίας θεον γυμνάσιον , ἔθεοις ἀγαθὴν τὴν
πλάτην , τοῦ μετεύθυντος ἀνθεψτὸς ψυχὴς ,* id est ,
solitudo autem sapientiae existens gymnasium ,
bene mores instituit formaque , arque animos vi-
rorum dirigit . *quos οὐ αρετας.* amoenitas ab aquis
scaturientibus , luoīque decursu somnum suden-
tibus , & ventis interspirantibus . vide in Arte poë-
tica ad initium ; Cūlucus & ara Diana , &c. *me fa-
bulosa.* leti prodigijs quod sibi puer accidit , cōmem-
ratio . Lambinus vult palumbes esse fabulo-
sas , à quo dissentio . Sed Apuliam dico fabulosam
propter Diomedes insulas Apulias vicinas , mul-
tisque scriptorum fabulis insignes ; nimis in
altera deserta disparuisse Diomedem , comitēisque
eius in aeneis conuersos ; eas autem mansuetare ,
& humanam quodāmodo agere vitam , & viuen-
di ordine & erga benignos mansuetudine : à malignis &
scleratis , fuga & evitacione , &c. vide Strab. lib. 6. *Vulture in Ap.* locus ad fidem faciendā . *al-
tricis.* soli natalis . duo Bland. & Mart. habet nu-
tricis . sic Acro vulgatus cū Cōmentator & Porph.
dissipicialector . *σομνο.* deest rō que . hoc modo ,
ludōq. fatigatū , somnōq. supp. , viētū , oppressūmq.
& humili stratum . *μήτην ηδα φορει.* omnibus finitimi
admirabile præagium . argumentum ad
fidē à testibus viciniis . *Bantinos.* sic habent Blād.
omnes & Diuæ . sed Maldeg. Bathinos . Mart. Bal-
thinos . Bland. Plinio consentiunt lib. 3. cap. vn-
dec. ac*

dcc. et cap. 13. eius lib. apud Castrū nouū ponit
flumen Batinū, quod huic loco non feruit, ut ar-
biteror. ut pro, quod per enallagen. Quale est ill-
lud Plinij xvij. neque est ut pueremus ignorari ea
ab animalibus, quæ quidē, quæ præparauerint cō-
tra serpentū dimationem, que post preliu ad
encedum ex cogitauerint, indicauimus. ut rued.
et noloyis admirationis vicinorum. ut premerer.
quod premerer, &c. sacra lauro. hoc præfigium
erat futuri poëtae de lauro vide odē 7. lib. 2. myrto.
ut palumbes propter salacitatē, & myrtus propter
humilitatē teneritudinemq. sunt in sacris Veneri,
ata hæc signa erant Horatiū Veneream amaturum.
non sine die, non sine protectione. Apollinis &
Mutarū incolumis, saqüs & integer. hæc grati est
animi significatio: agnoscit enim sc̄e infansē pe-
ricula serpentū ferarumq. euasiss̄e, non sua pru-
dentia, sed deorū beneficio. vide Adag. Cum Deo
quisque gaudet & flet. vest̄ Camone, vest̄. Apo-
strophe ad Musas, quibus ob infantiam conserua-
tam, nunc se totum vovet ac sacrū facit, ut earum
præsidio tutus, quocumq. terrarū profiscatur &
abeat, eas carmine celebrat. tollor. propter loci situm
in montibus excelsis. vide Strab. lib. 5. fri-
gidum Præste. propter aquas frigidas multis ē
fontibus mananteis, varios ad morbos salutareis,
cū potu, tum infissionibus admissas. lege Strab.
lib. 5. vestris amicum fonsibus. cōmemoratio pe-
nicularum præteriorū, quæ effugerat eo quidē es-
ser Musarum sacerdos. Philippi. ode 7. lib. 2. de-
sorsa arbos. ode 17. lib. 2. & 13. utcumq. nec ob
accepta beneficia pollicetur eis fidum te comitem
futurum in ultimas & usque terras & gentes maxi-
mē barbaras, quas collectum recentet in laudem
Cæsaris victoris. utcumq. quandocumque, quo-
tiescumq. Bosphorus. vide od. 12. lib. 2. arenteis.
cod. Bland. & Maldeg. legunt vrenteis, quod nō
minus aptū est arenis epitheton aque arenteis.
viam Britannos. lege adag. Ad Phasis & usque. Le-
tum eq. sang. Conca. Ptolemaeus Concanos ponit
inter Catabros lib. 2. in description. Tarragonensis
Hispaniæ. de equino autem sanguine quo lætari
scribit, præter Horatiū nemo meminit. At Strabo
lib. 3. scribit Catabris cōmunia quædā fuisse cum
Thracibus & gente Scythica quantū ad crudeli-
tarē earum & amentiam, belluarumq. ritum; vnde
nō obscurè licet coniicere, equini quoq. sanguinis
vsum fuisse Cœcanis familiarem cū Bisaltis & Ge-
lonis Scythia populis. de quibus Virg. 3. Georg.
Bisalta quo more solent, acérq. Gelonus, cū fugit
in Rhodopen, atq. in deserta Getarū, & lac con-
cretū cū sanguine potat equino. Gelonos. ode 20.
lib. 2. vos Cæarem alcum. post enumerationem
victarum gentiū venit (in laudem Musarum) ad

ipsum victorem Cæsare, quem, velut earum du-

ctu consilioq. in subiugandis barbaris nationib⁹

altū, exaltatum & celebri; nunc fingit militia de-

fessum Musarū conuersatione recreari, carmināq.

cū eis modulari. Significat autē Cæsarem in sceci-

su esse & otio, vacationēq. militari, militibus iam

hibernantibus oppidatim. abdidit. Bland. vnu

cū Maldeg. habet reddidit. alij omnes, abdidit. di-

spiciat lector. Pierio recreas. ant. Pieria, inquit

Strabo lib. 10. & Olympus, & Pimpla, & Libethrū

quondā loca fuere Thraciæ & montes, quos nunc

Macedones possident. Quiq. Mūlis Helicona cō-

secrarunt Thraces fuere, Bœotia accolz; ut ij qui

Libethrū antrū consecraruīt, & qui prisq. Musæ

curam studiūmq. dederunt, Thraces fuisse perbi-

bentur Eborus, Orpheus, Musæus & Thamyris,

&c. vos lene consilium. probat Musarū cōsiliū

à lenitate & mansuetudine: quo velut à Mūlis ac-

cepto cōmemorat vsum Cæsari in subiugendis bar-

baris; qui ad humanitatē eius benignitatēq. quasi

attonti vtrō se nō rarō dediderūt: fieri enim ne-

quit aliter, qui sc̄e literis humanis disciplināq. &

philosophia præceptis imbui lenitiq. sustulerunt

(quod quidē est cū Mūlis verſari, ab iiii. consilia

capere, fieri, inquā, nequit aliter, quā eos prudenti

consilio præditos humanitatēq. id efficere, quod

solis viribus est inexpugnabile. consiliū. nc tandem

est in huius carmine dimēsione, vos lene consiliū

& datis, &c. in rō consiliū, duas breueis, sili, in v-

niā contrahi loogam, vt in rō pituita aliquando

factum est ab Horatio. Et dato gaudetic. gaudent

Mūse leni dato cōsilio: hoc enim letitia perfundit

auctore suū, propter exitum felicem quē in rebus

agendis sortitur prudentia. scimus ut impios. de-

claratio exemplaris ad huius tentatō confirmationem,

qua singitur Iupiter prudenti consilio de-

uicisse Titānum vireis immensas quidē, sed incō-

sultas & temerarias. caduco. cælitus in capita Ti-

tanum decidente. Caduca vocare solemus, quæ

cadendo pereunt, quæque non sunt perpetua,

qualia sunt elementaria vniuersa. qui terram in-

erem. periphrasis Louis patris ab omnipotentia.

regnāque tristia. de statu suo semper sollicita:

Nam regnum triste, non inferos, sed tyrannidem

interpretor, idque propter rō vībeis, quas inferis

quæ hic aptē coniungeri: vt alia argumenta præ-

teream lectori coniicenda. turmas. vnu cod.

Mart. hic habet turbas, vt suprā, immanēaque

turbam, non turmam. quod mihi non patrum plae-

cet, sed lector dispiat oculatē. imperio aquo. Im-

perium æquum cum iustitia & fide sub te conti-

ner prudentiam. magnum illa terr. vis enim po-

tentiāq. primo terrore incuiunt, sed collata pru-

dentia cōsiliōq. dicta citius euancescit instar bullæ.

iuuentus. Titanum cum fratribus Gigantibus. *fi-*
dens brachiis. robori, magitudini, & corporum
valetati. tendentes, vnu Bland. legi intendentes.
imposuisse. enallage temporis, pro imponere.
sed quid Typh. διός θύεται μένον. Nihil enim
poteit stulta potentia temerariaq. aduerfus consilium
prudens quod rectitudine nititur. *Typhaeus.*
enumeratio Gigantum qui cum Ioue ac Iuperis
pugnarunt. hunc autem Typhoea nominat Apollodorus Typhona, è terra genitū natura duplīci,
humana simul & ferina: crurum tenuis tanta hu-
manæ formæ magnitudine, vt capite s̄pē astra
cōtingeret, manus altera ad Hesperum vīque, al-
tera ad orientem solem pertingebat: ex his cen-
*tum draconum capita eminebant ingentem sibi-
lum concitantes: corpus eius totum pennis erat
obſitum: Quem candenteis in cælum lapides ia-
culatum, cum dij prospicerent in cælum irrum-
pere, acti in fugam in Aegyptum properabant, in
varias animantū formas metu in sequentis trans-
formati: Iupiter hunc eminus quidem fulmine
percussit; cominus verò adamantina falce deter-
ruit: fugientem perfectus est vsque ad Syrii Ca-
sium montem: Cetera require apud Apoll. lib. 1.
Mimas. Hesiodo Mimas Centaurus est in pugna
Lapitharum: Est præterea mons Thraciæ apud
Ammonium. *Porphyron.* Qui Apollodoro accē-
*sas arbores cum Halcyoneo, & faxa in cælū iacu-
labatur. *contra sonan.* *Pall. egid.* hoc est, contra
Iouis sapientiam: fert enim Pallas quoque Iouis
ægida. *hinc.* enumeratio Deorum qui stabant à
partib. Iouis in hac pugna Gigantum. Minerua
Encelado fugienti Siciliam obiecit. *Vulcanus*. hic
Clytium cādenti ferro dicitur occidisse. *hinc ma-*
trona Iuno. Nam Iunoni contra Porphyronem
vim parantem à Ioue opem requirenti, primum
ab eo icts est fulmine, deinde ab Hercule trans-
fixus. *matrona*: quòd præstis iis quæ sunt idoneæ
ad concipiendum, vīque matres fiant, *numquam*
hum. pos. arcum. Periphralis Apollinis ab aicu ex
humerispendente, qui Ephialta lāuum oculum,
dextrum verò Hercules sagittis effuderunt. Eu-
ritum verò querino telo peremit. Apollod. lib. 1.
qui rorrepuro. aqua limpida Castalij fontis Musis
facri, quem Graci ιπποχείλω, Latini fontem no-
minant Caballinum. Musarum gratia laudes Ap-
pollinis obiter hic inscrit. *vix consili expers.* ιπ-
φάνημε γνωμικὸς in laudem prudentiæ, & virtu-
perium temerariæ potentiaræ: Quid enim sine cō-
ſilio vis aliud est quam sine pectore corpus? *Vim*
temperatam. hæc tacita laus est Cæsarisi, cuius lene
consilii à Musis acceptum, id est, è philosophiæ
studio bene & sapienter directum dij promoue-
*tunt in maius, nimirūm, in totius orbis imperiū.***

At non caret interim tacita ad ulteriore*m* virtu-
tem admonitione. iidem oderunt. Enthymema ex
oppositis: vis temperata fauore Deorum & studio
digna est, vires ergo nefariæ odio & abominatio-
ne. testis mearum. enumeratio exçplaris corum
qui ob vim suam acceleratam à diis damnati, variis
apud inferos cruciatibus exerceuntur. centimano-
gigas. sic habent omnia scripta, sed ex scripto Ap-
pollodori legendum est Gyas. is enim cæli ex tel-
*lure coniuge tres tantum filios centimanos recen-
ser, Briareum, Gyan, & Cœum: alios autem ab his
Titanas, alios Gigantes discernit secundum eoru-
m genesin. vide odēn 1. lib. 2. Orion. Apoll.
lib. 1. iniecta mons. pathos maternum, quod ipſa
*met cogatur esse vtrix suorum filiorum. nec pere-
dit impos. amplificatio ab æternitate supplicij dā-
natorum. impositam. Encelado: cui fugienti Mi-
nerua Siciliam oppoſuit, vt suprà. Tityi iecur. de
Tityo Iouis ex Elara Orchomeni filia, quæ sub
*terrā occulta metu Iunonis, conceptum filiū Ti-
tyum magnitudinis inusitatæ edidit in lucem, &c.
vide Apollod. lib. 1. Pirithous cohīb. Apoll. lib. 2.
vbi narrat Hercules ad inferos descendens, mox,
inquit, vbi ad Plutonis ventum est, Theseum ac
Pirithous Proserpinæ nuptias poscentem, eaque
*de causa vincitum inuenit: hi conspicati Hercu-
lem, velut illius viribus in vitam reddituri manus
*portigebant: tum ille Theseum manu prehen-
sum excitauit, sed Pirithous quoque in vitam
*reuocare cupiens, ob terræ motum dimisit. Ceter-
rum non temerè crediderim lyricum inter omnia
perulantæ crimina, nullum odisse grauius, quām
adulterium: quandoquidem non femel adulteros
proscindit acerimè, vt quorum causa non priuata
*modò, sed & publica miserrimis modis ad inter-
*encionem redacta decidere numquā restauranda.********

D I V I A V G V S T I L A V D E S.

Ode v. παρανετική.

Cælo tonantem credidimus Iouem
Regnare: præsens diuus habebitur
Augustus, adiectis Britannis
Imperio, grauibusque Persis.
Miléne Craſi coniuge barbara
Turpis maritus vixit? & hostium
(Præ curia, inuersiꝝ mores)
Confessuit sacerorum in armis,
Sub Rege Medo, Marsus, & Apulus,

Ancilio-

- 10 *Anciliorum, nominū, & toge
Ob!itus, eternāq; Vesta,
Incolunt Ioue, & vrbe Roma?*
*Hoc cauerat mens prouida Reguli,
Dissentientis condicioribus*
- 15 *Fædus, & exemplo trahentis
Perniciem veniens in auum:
Si non periret imimiscibilis
Captiuus pubes, signa ego Punicis
Affixa delubris, & arma*
- 20 *Militibus sine cede, dixit,
Derepta vidi. vidi ego ciuitum
Retorta tergo brachia libero,
Portasque non clausas, & arua
Marie coli popula nostra.*
- 25 *Autore repensus scilicet acrior
Miles redibit. flagitio abditus
Damnum: neque amissos colores
Lana refert medicata fuso:
Nec vera virtus, cum semel excidit,*
- 30 *Curas reponi deterioribus.
Si pugnat extirpata densis
Cerua plagi: erit ille fortis,
Qui perfidus se creditis hostibus,
Et Marte Pænos proteret altero,*
- 35 *Quilorumrestrictu laceris
Sensit incers, timui: q; mortem?
Hic vnde vitam sumeret inscius,
Pacem duello miscuit. o pudor,
O magna Carthago probrosis*
- 40 *Altior Italæ ruinis.
Fertur pudica coniugis osculum,
Paruusque gnatos, vt capitis minor,
Asse remouisse, & virilem
Toruue humi posuisse vulnus.*
- 45 *Donec labanteu consilio patres
Firmaret auctornum quam aliis dato:
Insérque marenteis amicos
Egregius properaret exsul.
At quis sciebat, que sibi barbarus*
- 50 *Terror pararet, non aliter tamen
Dimovit obstantis propinquos,
Et populum redditu morantem,
Quam si clientum longa negotia*

*Diuidicata lite relinqueret,
Tendens Venafranos in agros,
Aut Lacedemonium Tarentum.*

55

COMMENTATOR.

C A E L O tonantē credimus Iouem. Metrum Alcaicū vsq; suprà. Hæc ode continet Augusti laudes, & per vituperium M. Crassi militum, laudes quoque & fortitudinem M. Atilij Reguli, regnare, sic Lucanus, per fulmina tantum sciret adhuc solum cælo regnare tonantem, quasi dicat, si famæ tantum magnitudine creditus deos esse, quanto magis de Augusti diuinitate credendum est, cuius virtutem & potentiam non tantum audiri afferit, sed etiam videri. Ordo est: Augustus adiectis Britannos imperio & graibus Persis habebitur præfens diuus. adiectis. acquisitis. Perhas autem genteis Britannos, & Persas, ab oriente ad occidente vsq; confirmat Augustum continuaesse imperium Romanum. graibusq; Pers. perniciosis propter Crassi mortem & cædem Romano-rum militum. coniuge bar. supp. cum. barbara. alienigena. turpus. captiuus. Prò. interictio dolentis. curia. quæ calum tam indignum pertulerit. mores. quia minuerunt honorem & nomen senatus. consenuit. senio consuetus est. hoc autem dedecus Crassi commemorat, vt Augustum faciat plus eminere. **Medo.** Partho. **Marsus & Apul.** per Marsos & Apulos significat Romanos milites fortissimos, qui ad bellum Persicum profecti, & cum Crasso superati vxores à victoribus accepserunt vt vitam mererentur: vt ibi, velut propriis in sedibus omnem ætatem agerent: Marsi namq; & Apuli inter Romanos milites erant clarissimi. vt, hoc genus acre vi rum Marsos pubemque Sabellam. **anciliorum.** ancilia scuta erant diuinatus Romanis misla in virtutis insigne: & ideo ancilia hic pro virtute posuit, & togam pro dignitate. **eternāq; Vesta.** æterni ignis, qui in aera eius perpetuo feruabatur. vt, vos æterni ignes & non violabile vestru testor numen. **incolumi Ioue.** saluo Capitolio & vrbe Roma: non enim mirum si Roma capta & Capitolio diruto, consenserent Romani milites sub rege Medo: sed incolumi Capitolio & vrbe, turpissimum est se hosti dedere, & sub hostilibus armis vitam agere. **hoc cauerat.** hoc prouiderat, ne quis vitam ex captiuitate speraret, sed potius pro libertate moreretur. **prouida.** sollicita. **Reguli.** Regulus imperator Romanus à Pænis capiatus, dum pro cōmoratione captiuorum Romam ab Atis missus fuisset, hanc sententiam in senatu dixit, ne captivi aut commutarentur, aut redimerentur. & in posterum disciplina militaris tali cōcepto perire.

V 3

ter, nec militi spes alia salutis nisi in armis esset: Vnde Cratii milites notar, qui Reguli dissimiles animo, vitam captiuitate pepigerint. *faelis turpis bus, exemplo, argumento, trahensi*, adferenti in futurum perniciem reipublicae, si liberarentur Romani captiui. *im miserabilis*, cuius Romanus misereri non deberet, quia capti nulla misericordia digni sunt, quos decet ad mortem usq. pugnare. *signa*, verba Reguli in senatu Romano, de turpitudine & inertia captiuerū. *Punicis delubris*. Africani templis. *sine cede*, vt suorum signaculare tignavia, nec eos redemtione dignos: nudatos eos dixit armis sine cede, id est, sine comissione pugnae: vt, curante tuba tremor occupat artus. *dixit Regulus*. *direpta*, sublata. *retorta*, telegrapha. *libero*, sci-
licet quondam, qui ne occidetur, seruire maluerunt ligariq. *portas*, non. Afros non tucentis, & qua-
si iam victores colere agros cum exercitu Romano,
quos antea vastauerat. *Marte, bello, populiata, va-*
stanta, auro rupes Iesu, per Ironiam: quasi dicat, for-
tier ne miles procedeat ad pugnam qui pretio reden-
tus est: significat autem non posse in acie fortiter sta-
re militem qui vivere redemtione didicerit, sed
deteriorē futurū. *flagitio a. dicitur*, adiungitur, asso-
ciati, id est, contra consuetudinem Romanā est &
militare disciplinā, vt milites pretio, non virtute
liberentur. *nig. amissis colo. à humili*: sicut fuso, in-
quir, lana medicata, ad pristinum iam non potest
reverti colorē: ita miles virio captiuitatis imbarus,
ad pristinā ait eum non posse redire virtutē. *me-*
dicata, imbuta. *fuso. co. ore*, nec vera virtus, atqui
a Virg. Quondam etiā vicit redit in praecordia
virtus: sed ait quondam, id est, aliquando nam ta-
les sententia non semper generales sunt; mutantur enim aliquando pro negotiorum qualitate. *vera*,
inviolata, incorrupta. *excidit*, decidit, ruit, reponi.
leuiari, erigi, restitui. *deterioribus*, abiectionibus:
deterior ratione boni, peior à malo pender. *si pu-*
gnat, si quidē extricata, expedita, liberata, lentes
est: sicut cerua plagis erecta, consuetudinem non
potest in utre fugiendi, ita & miles, qui se perfidiae
hostiū scemel cōmiserit, constantiam pugnandi ha-
bere non poterit. *plagis*, laqueis, retibus, propriè
enim plagæ sunt tuas retium. *proteret*, conteret.
altero, restaurato bello ad pugnam non reuertetur.
oratio est, qui iners sensit lora restrictis lacertis, &
timuit mortem, id est, vincisi se pertulit timore
mortis, proteret Poenos altero Marte, si cerua pu-
gnet extricatis plagis. *lora, catenas, lacertis, bra-*
chiis, iners, piger, sensit, vinciri, se pertulit. hic in
bello. *inscius*, ignarus rerū, & per hoc ignavus, qui
nesciret vitā viro forti potius de armis sperādam.
pacem duello, qui tanquā in pace se hostibus credi-
dit, dum se debuerat armis tueri. *duello*, hosti aduer-

sario. *ò pudor*, Romanorū, exclamatio dolentis.
ò magna Carta, sic ab accolis vocabatur: Sed hic cā
d-decore Romanorū maiorem vult esse factam.
probosis, turpibus, *altior*, indignatio Romani du-
cis, qui non virtutibus contudit Carthaginē, sed
miseris & ruinis Romanorū sit fortiorē nunc
haberi & credi. *fertur pudica*, verba poētae ad au-
gmentū virtutis Reguli pertinet, quod castā pro
patria cōtemnit vxore: Impudica eum iure potuit
conie: mni: indecorū enim duxit matronā Roma-
nam se seruū, id est, captiuū, osculo dignum puta-
re. Neglexit etiam paruos filios, qui pro actatis in-
firmitate miserationem patris mereri potuerunt.
capitis minor, seruū factus per captiuitatē. *torus*,
terribiliter constans. Virg. *Op̄ima toruſe forma*
bouis, id est, in terrā dicitō vultu ne aspectu tra-
heretur. *remouisse*, repulisse. *virilem*, fortē, posuisse.
inclinasse, labenteis, nutanteis. *auctor*, Regu-
lus, *num quam alias dato*, qualem sententiā nemo
vñquā de se dedidet. *marentis*, flentis. *egregius*,
in signis, qui exulē se esse maluerit, quām infamia
redimi: & est tacitū antitheton, nam marentibus
egregium exulum oppofuit, mirum est ergō quod
ceteris de eo marentibus, ipse cōstans animi pro-
baretur. *at qui*, certē. *sciebas barb.* qui hac securi-
tate voluntatis suæ rediret ad pœnam adimplero
suō cōsilio, contemnuens certa sibi & promissa sup-
plicia, quasi imperatis iam negotiis sibi iniunctis
vel ad otiū reuertetur vel ad pœniū. *obſtancie*,
cōtradicenteis. *populum*, Romanū, cū illi popu-
lus resisteret ad Africam properanti, tam seculo &
pertinaci animo ipse omnes deferuit, quām solet
quis reliktis negotiis amicorū, aut clientum litig-
ibus definitis ad prædia sua proficii voluntatis
causa, volens molestiis urbanis carere. *teudens*,
abiens. *Venafranos*, Venafrū ciuitas est Campaniæ.
Ad amentatis exemplum, qua Regulus ad
Carthaginensem redit, posuit ciuitates deliciosaſ.
Lacedemonium, à Lacedemonibus conditum.

C R V Q V I V S.

Cælo tonans creditimus Iouē. Describit Ho-
ratius Diui Cæsaris diuinas laudes ab adie-
ctis imperio hostibus bellicosissimis Britannis &
Persis; aitq. à maiorib⁹ Iouē creditū regnare quod
tonaret: Nūc autē reip̄a regnare Cæsarē, vt cuius
auspiciis totus orbis Romano subdit imperio. Ic-
cīro dicit ei in torris *arētatoris* inq. Deū cōſe-
crandum, vt pro Ioue regnet, suoq. numine tutari
possit imperiū, quando rerū ab eo gestarū magni-
tudo & virtus, famaq. imperij apud omnes gen-
teis non sint Iouis tonitru minus formidabiles,
adeo vt Persæ, Medi & Parthi nūc ei sunt facti sup-
plices, vexillis Romanis vtrō restitatis: Qui de-
bellare

bellato Crasso, militib[us]q[ue] Romanis in pretiū redēctionis markis barbarū factis, turpiter insultant anteā in nomē Romanū, non sine infami cōscius Romaoi & ignauia nota immedicabili, nisi sua fortitudine Cæsar eam curaslet. Quare vehementer exclamat in sui s[ecundu]m mores, multū à vita majorū & institutis prudentiāq[ue] dissentētis: Nō enim Regulus captus à Carthaginēbus vlo de-decorē passus est affici nōmē Romanū, qui militi suorū ignauia in Carthaginēbus expugnandis morte potius multat dā iudicauit quā vel seruitute, vel pretio redimendā, ne miles semel imbellis & meru mortis ad pugnandū tardus, postea in bello redēctionis fiducia fieret penitus inutilis & patrīc[us] desertor. Quare ne se quidē pretio redimi putauit honestū & vtile, adeo vt, cū tuto domi manere posset, quām iuramentū semel hostibus datū violare, maluerit relicta patria, uxore, liberis & amicis ad hostēs redire: Q[uod] ita factum est ab eo hilariter fortiterq[ue], vt nō ad certa ab hostibus crudelissimi excoxitatāq[ue] supplicia, sed ad amēni simos voluptatis hortos eū iudicasses regredi. Prō more; prō curia: Caelo sonantē, exordiu a religione veterū, qui Iouē colebant tamquā Deū cælorū rex, eo quōd tonaret. Quare s[imiliter] cest vero consentaneū Cæsarē deum in terris habendū, eo quōd omnibus hostibus bello famaq[ue] superior, solus omnib[us] gentibus nationib[us]q[ue] imperet. Cælo tonantē. Amphibolia est in ablatiō cælo, determinet ne rō tonantē, an rō regnare; vt sensus sit: crediderunt maiores Iouē regnare in celo, quando tonar, vel crediderū Iouē deum regnare, eo quōd tonet cælitus. ad priorem videtur Horatius potius alludere, cui Virgil, quoq[ue] astipulatur, inquiens, no[n] pluit tota, redeat spectacula mane, diuīsum imperium cū Iouē Cæsar habet. perinde ac si velit Iouē in celo regnare & Augustū in terra, p[ro]fessus. vinus in terris, nondū fato nobis eruptus ex oculis. ad lectis Britannis. tamquā coronid: suarū viatorū. milēsne Crassi. ad illustrāndā Cæsaris gloriā, exclamat in Crassianā cladem, eiūsq[ue] militem: qui ad vitā redimendā, turpiter barbaris feminis matritus fact⁹, nec à Romano Senatu liberatus etiā in extrema senecta, donec Augustus Perſis supplici. b. s. perh[ic] legatos signis militarib[us] Crassi Antoniū que redditis, pacē data parendū, inq[ue] societatem eos p[ro]u[er]at accipiēdos, quod & summo fuit honori Cæsari, & nomē Romanū restituit in statū dignitatēmq[ue] p[ro]iſtinā. Scribit Dio lib. 53. ad finē, filiū Phraatris, quem antē ab eo acceperat, patri remisit (Augustus) vt pro eo captiuos, signaque militaria Crassi & Antonij gladiibus amissi, recipieret. turpis ab effectu: quod & seruit ignauia, & coniugij probōsum reddiceret. vixit ad ignominiam latius enun-

& honestius in bello cecidisset. pro curia. h[oc] exclamationis in turpitudinē senatus morēque ciuiū à maiorū factis degeneres, est tacita παραστών laudis Reguli: ex cuius prudentia & cōfilio, rebūq[ue] ad Carthaginē gesuis, ostendit corrupcōs sui seculi mores, cōfessuit. à Parthis captus est Crassus cum filio anno Vt. cond. 699. Sūt autē à Cæsare adiūcti in imperio anno v. c. circiter 752. tamdiu vizere milites ipsius Crassi sub seruitute Parthica, sc̄erorū hostiū, tacita antithesis ad indignationē Romāne curiae, quē nō ante suos à seruitute armis vindicauerat, quā Cæsar rerū poti⁹, Persasq[ue] & Parthos supplices esiceret. Medo. Medus, Persa, Parthus ab Horatio ferē sine diſcrimine ponuntur. ancillorū, ancile & anciliū virūq[ue]. Larinē, sed posterius ex priori manat. vide Festu in voce Mamurij Veturij. Et nominis & toge. poly'yntheson facit ad auxilium, ut habet cod. Bland. antiquiss. hac autē cumularim posīta: ancilia, nomē, toga, eterna Vesta, Iupiter, Roma, faciat ad exaggerationē militaris ignauia sub Crasso, quā Romanis summo fuit dedecori. hoc cauerat mens. laus Reguli à prudentia & constanter t[em]p[or]e ignauia Crassianæ. conditionibus facit. vt redimerentur per mutationē captiuitati l[oc]enorū. Non adūs da: iuus & cōdicionib[us] participiū dūleniūtis, ulū malimus: subintellegere p[re]positionē, à, vel sūi ilē. exempli trahenti. dissuasio à cōsequenti. perniciem. Romani imperij per inertiam militū, qui temel redemti possestis essent exēplo, spe redēctionis, vt capi turpiter quām mori malleū pugnando fortiter. venient in annū. id est, venturū, enallage tēporis. signa ego Punicis. dissuasio redēctionis à turpi, propter signa militaria, armāq[ue] abieciā sine clade. affixa. à Carthaginēbus. dirupta, de fugientibus Romanis palliū rapta aullāq[ue]. rō direpta, habē omnia que vidi scripta: Quare non satis sequor cur Lambinus vulgaratā lectionē daminet vt men-lo'am, cūm scriptis consentiat, nec sit mēdosa. vidi, vidiego. ingeminatio facit ad ut. xxi in turpitudinis à vinculis ciuiū Romanorū, hac de re vide L. Flotū lib. 2. cap. 2. portāg[ue]. Carthaginis apertas: Quasi nūne adepta victoria, fine metu Romanorum liberē vagarentur, agrōsque colerent. cod. Bland. habet, clulas, antiquo more. repensus. allusio ad morem veterē, quo tēs pendebatur, non erant numerabatur. flagitio add. à damno turpi dissuasio cum interpretatione. dampnum. sic scriptum est vbiique in antiquis lib. nec inceptē meo iudicio, venit enim à dārēsp[ec]tū medicata furo. non vero imbuta & genuino colore. Medicata ab astino medico, as. vide adag. Fucū facere. si fugnas exer. argumentū hypothēcon: periude acsi dicat, vt certa quā rupis laqueis saluti vitāq[ue] fuga consuluit, nūquam postea

postea venatorem expectabat; ita miles semel liberatus, numquam ad ea pericula regredi inducit in animū vnde semel eusasit, sed ignauus potius & turpis domi manebit. hic unde. quomodo. sic Sat. 3. li. 2. sumeret. seruaret. inscius. dubius. pacē duello. hypalage, promiscuit duellū pace. sic 1. Georg. Poculāq. inventis Acheloia miscuit vuīs: perinde aesi dicat, duriorē vitē condicōne temporauit militori, atq. adeō mortē vita per deditōnem & initū fēdus cūm hoste, mortem seruitate redimens: quē formido mortis & ignavia numquā in vitum fūrem cadere possunt. o pudor. exclamatio pathetica plena doloris & indignationis, qua Regnus vehementer mouet animos senarōrum, ne villo modo sinant captiuos redimi. fertur pūdica. commemoratio fortitudinis constanti xq. Reguli in patia negligenda, vxore, liberis & amicis, vt iuramentum hosti datum seruaret. capitīs minor. capite diminutus per captiuitatem. d. capitus diminutione maxima, media, minima, vide lib. 1. Institutionum imperial. remouisse. non admisisse, non aspexisse: iis enim rebus vti solemus ad stendos animos rigidiores, atque commiserationem commouendam. posuisse, auersum ab vxore & liberis humi fixile. consilio. rationibus, argumentis. auctor. suasor, monitor. numquam aliās dato. inaudito & admirabili; vt qui, cūm tuō seruari posset, maluerit consilio suā necis auctor esse, priuatūm posthabens publico. egregius. numquā satis laudatus. exul. per captiuitatem. Legito Cie. 1. offic. cap. de fortitudine. sciebat. 3. offic. Cie. neque tamen ignorabat se ad crudelissimum hostem, & ad exquisita supplicia proficiisci, sed iusurandum conseruandum putabat. de cuius suppliciis legitio Agellium lib. 6. cap. 4. obstantis. suadenteis, precanteisque ne rediret ad hosteis. propinquos. cod. Bland. vñus & Maldeg. habent. amicos. diiudicata. pronunciata sententia, causaque finita.

A D P O P V L V M Romanum de morib⁹ sui seculi corruptis.

Ode vi. προσευκή τῇ συλλογίσκῃ.
DE LIC TA maiorum immeritus lues,
Romane, donec templa refeceris,
Aedes q̄ labenteis Deorum, &
Feda nigro simulacra sumo.
5 Di te minorem quod geris, imperas.
Hinc omne principium, buc refer exitum.
Di multa neglegēti dederunt

Hesperie mala luctuosā.
Iam bus Moneſes, & Pacori manus
Non auspicatos contundit impetus
Noſtres, & adieciſſe predam
Torquibus exiguis remidet.
Pene occupatam ſeditionibus
Deleuit urbem Dacū, & Aethiops:
Hic claſſe formidatus, ille
Mifilibus melior sagittis.
Fecunda culpa ſacula, nuptias
Prin. um inquinauere, & genus, & domos.
Hoc fonte deriuata clades
In patriam, populum q̄, fluxit.
Motus doceri gaudet Ionicos
Matura virgo: & ſingitur artibus
Iam nunc, & incelos amores
De tenero meditatur vngui.
Mox iuniores quarit adulteros
Inter mariti vina, neque eligit,
Cui dones imperiffa raptim
Gaudia, luminibus remotis:
Sed iuſſa coram non ſine conſcio
Surgit marito, ſeu vocat iuſſitor,
Seu nauis Hispana magiſter
Dedecorum pretiosus emtor.
Non hu iuuentus orta parentibus
Infeicit aquor ſanguine Punico,
Pyrrhūmque, & ingentem cecidit
Antiochum, Hannibalem q̄, dirum:
Sed rusticorum maſcula militum
Proles, Sabelius docta ligonibus
Versare glebas, & ſeuera
Matris ad arbitrium recifos
Portare fuſteis. Sol vbi mantium
Mutaret umbras, & iuga demeret
Bobus fatigati, amicum
Tempus agens abeunte curru.
DAM NOS A quid non imminuit dies?
ÆTA ſ parentum peior auis, tulit
Nos nequieres, mox daturos
Progeniem vitiōrem.

COMMENTATOR.
DE LIC TA maiorum immeritus lues Romane.
Metrum Alcaicūm ut ſuprā. Conqueritur mores
mutari

mutari & religionē perire, propter quam Roma
crevit: nunc aut illam non diu mansuram incolu-
mem nisi deos colat. *delicta. peccata. maiorum.*
antiquorum Romanorum. immeritus. inculpa-
bilis. lues. persolues. refecari. redificaueris. in-
stauctaueris: ut Virg. semper enim refice, ac ne
post amissia requiras ante veni. adiſq. tēpla deo-
tum cadentia. fæda. torpia. inulta: aut per nimia
verustatem. lordenit. nigro. antiquo. diu te mino-
rem. hoc est, quanto te diu minor geris, tanto la-
tius imperas; quasi dicat, in contrarium facis: Nam
& cultu deorū creuisse & sumisse principium re-
fert: Quare suader eas felicitate cultu deorum
vñq. ad exitū seruandam. hic. à diis. hic. ad deos.
neglecti. quia pœnæ in posteris insolentes sēpe dif-
feruntur, quas maiores non luerunt: Quare poste-
ri non sua ſepe, sed maiorum culpa percelluntur.
neglecti. cōtemti. dedemus. frequenter enim Ro-
mani duces, non addicentibus auspiciis grandi
exercitus clade superariunt. Hesperia. Italiz. lu-
guis. lugubri. iam hic. quia Parthi bis de Ro-
manis victoriā reuelerunt: prius enim Craſsum;
post Didium Saxā legatum Antonij cum exercitu
cederunt. Mōnes & Pac. hi Parthorum reges
fuerunt, aduersus quos Romani cōtra numinum
voluntatē infeliciter pugnauerūt. non aſſūcītoſ.
diſ non cōmunicatoſ, ſed contemnenteſ auiſ-
ciorū neceſſariā volūtatem. contudit. cōminuit.
adieſſe. id eſt, ex præda Romanorū torqueſ ſuos
pondere auxiliis viatores. exiguiſ. modicis. renideſ.
ſplendere, eò quòd reparati torqueſ, maioreſque
facti ſua nouitate & magnitudine clariſ fulge-
rent. occupatam. occupatiſ enim ciuili bello Ro-
manis, da eſt occasio hostibus commoliendi bel-
la, & Dacis, & Aegyptiis, quos Lyricus Aethio-
pas appellat propter bellum cū Cleopatra. Dacuſ.
Germanus. vt, aut coniurato defecēdens Dacus ab
Istro. sagittis. quinetiā venenatis vñ dicitur. ſecu-
da. ſecta. inquinauere. corrupere: quia ſanctum
matriorū ſeodis per adulteria corrumpitur;
vnde & inutiles cōſiliis publicis & probis aſtitibus
generantur. hoc ferre. à corruptione nuptiarum.
clades. calamitas. morbi. corrupcioſ patriam. Ro-
man. ſuſio. deuenit. motus. saltationes. Ionicos.
laſciuos & petulantieſ instar Ionum, qui mollem
ſaltationem membrorum geſtibus adiuuenetur,
vnde poſteā Pantomimi facti. fingitſ. componit-
ſur. vt, & corpora fingere lingua: ſignificat autem
per hoc molliores inſtitui ſaltus. tenero ungui. ab
infantia, ab immaturitate & prima aetate. meditatur.
*exerceſ. vt Virg. nec iam fortium Dido medi-*ta-**

tuia. imperiſſa. noſ conceſſa lege matrimonij.
gaudia. voluptates stupri. raptoſ. oſtentatur in-
ceſtus impatiencia. luminibꝫ rem. tediſ. faculſ,
lucernis remociſ, ad crimen admittendum obſcu-
ritate procurata. iuſſa. iuſtigara, aut à libidine
aut corruptore. Iuuenal. Doctus. pectare lacunaſ,
doctus & ad calicem vigilanti ſtertere naſo. ſeu
veſt. mercator. dedecorū. criminum, inceſtum,
preſioſ. ambicioſus, profuſus. iuuenſus
er. tamquam legitimiſ concepi nupēi fuerint,
nec ex huiusmodi nati hominiſ illi Romani
qui omneſ ſuperarunt. Pyrrham. à Curio, Fa-
bacióque in Lucania ſuperatum. Antiochum. ri-
ctum ab Attalio Glabrione. Annibalēm. norat
Lutatiū, qui nauali bello apud Siciliam cu Anni-
bale multa caede Pœnorū certauit. dirum. cru-
deleſ aut pugnacem: qui ab Africano tandem vi-
ctus eſt. Sabellis. Sabiniſ. vt, denteſq. Sabellicus
exacuit ſuſ mafcula. fortis, robusta. veſtare glebaſ.
arare. Virg. aut ſupinatas Aquiloni oſtendere
glebaſ. ſeuerā matris. mirè ſimplicitatem, & la-
boris patientiam per hanc commemorationem
oſtentit in iuuenibꝫ, eò quòd ita ſe ſubdant im-
periis matrum, vt ad carum operentur arbitrium:
hæc autem rusticis eſt cōſuetudo, vt poſt laborem
cum lignis domum reuertantur. ſeuerā. caſtæ. ſol
vbi. vi. Virg. & ſol crescenteſ decedens duplicat
vmbraſ. mutareſ. ampliaſet. bobus fatigatioſ.
*Virg. Aſpice aratra iugo referunt ſuſpenſa iuue-*ni-**

ci. agens. ducens. abeunte. recedente. amicuſ. la-
borantibus gratum ad quietem capiendam. dan-
noſa. labiliſ, decurrēt: ac diſcret, cūcta in peius
ruunt, eò quòd nihil æternū ſit, ſed proceſſu tem-
poris omnia pereunt, nihil eſt enim & opera &
manu factum, quòd non conficiat, conſumāque
vetuſtas. nos nequiores. nequitiā parentum dicit
augeri in posteris. mox. deinde. datuſos. allatu-
ros peiores filios.

C R V Q V I V S.

Delicata maiorum immeritus lues. Rerum lu-

xus & affluentia non raro multos in extre-
mā perničiem artulerunt: Quod veritus Horatius
ne Romanis aliquando cōtingat, eos facit memo-
res, monētq. religionis diuiniq. cultus, ne debito
ſupplicio diſ luant impietatem maiorum: Nam
vt dij omniū ſunt bonorum auctores iis à quibus
piè caſtēq. coluntur, ita malis ſceleratiq. ſuicon-
temptus primū parit afflictionē mirabilē, & ni
reiſipſeſat, horrendum tandem exitum. Quedita
eſte docet ab antecedentibus: Non alia namq. de
cauſa Parthi viatores de M. Craſſo, Antoniōque
triumpharunt, quād quòd auiſciis ipſi vilipen-
ſis, ſacrifīque violatis bella gesserint: Non Dacus,

non miles Aegyptius ferè occupauit imperium,
nisi propter ciuiu inter se de principatu cōtentio-
ne: Nā dij neglecti pessima quæq. in:ter homines
vix dominari sinūt, ambitiones, odia, volupiates,
adulteria: quodq. fons est omnis corruptionis, re-
gnat inter eos petulans laiciua: à primis annis
pue:lla molliter saltare docentur, parumq. decoiē
gesticulati, dein accedūt proci non minus impu-
dici, comifatur, incalicit animi, extinctis vītrō
lucernis oscula iapiūt, luditur, iocatur, & (vt sit)
iter in amplexus, primū blandē subreptes, pōst,
ob:ato vītrō multis cū lenocinijs: sed tandem frō-
te iā penitus perficta, vel matto ad pretiū partici-
pandū conicio, fit omnibus exposita Venus de-
liciosaque; atq. ita parentes adulteri proginunt
proleis sui simileis: eiangue cit adolecentia turpi
otio, indulgentia puellæ mollii:naq. corrūpuntur,
totaq. ab imo fundamento labitur res publica. At
non iis suere patētib:us orti, non eos edacti mores,
qui Romanos hosteis terra matiq. ceciderunt: sed
operib:us rusticis à primis annis, improbisq. labo-
ribus exercitati, duram sub imperio parentum vi-
ta peragabant, agros fodiendo, bobus arand>, se-
rendoq. cædendo arboreos, palos in humeris mari-
tandis vitibus domū, ridicālq. dedolandas excu-
dāsq. referendo, nihilq. diurna operis omittendo,
rāti per dū sub nocte quietemq. bobus defatigatis
iuga demerent pabulariq. sinerent. ò miserāda tē-
poris calamitas qua in peius ruunt omnia! *delicta*
maiorum. Exordiū species est r̄ns dia:Solēs: denun-
tiat enim minorib:us ob delicta maiorū deos non
fore proprios, sed eos graueis poenas daruros licet
innoxios, donec benignis animis eos venerentur,
probiorib:usq. vita moribus imagines eorū venu-
stant, sacrāq. & tēpla reparent, cārimoniāq. ob-
seruent. *delicta maiorū*. Propter sacra violata, tem-
pla seditionibus direpta, sacrarū pecuniarum the-
sauros expilatos, sacerdotes, pontificisq. & rerū
sacrarū custodes eiectos, profligati:osq.; Nam vt de
Sylla, Mario, Carbone raceā, C. Cæsar belli ciui-
lis initio ex καιρη λαεχια laterū aureorū sex &
vigi:nti milia, perculit inonētæ pondo trecenta mi-
lia, lasperitiq. pōdo centū & vndecim fertur abs-
tu:isse. *donec templo*. videtur hoc dicto & collau-
date Augustū & cohortari, vt in ins:itu:to perget:
is enim cōfēcto ciuili bello, erarium militare cum
vestigialibus nouis editi, vnde promta stipendiis.
pecunia satis esse posset; ædeis louis tonat:is ab eo
condit:is; Apollini in palatio facellū cōfēratum, &
bibliotheca dicata: tēpla vetustate collapsa, vel in-
cendio ablunta, reparata, doni:isq. opulentissimis
ornata, &c. vide Suet. *simulachra sumo*. quæ om-
nia piaterquam in facellis eis sacris in Capitolio
suisse prodūtur. *diu te minorem*. *ætioleyse* ab ef-

ficiente causa. Deorū nūtu vos imperatis, quod ab
initio lupplices eis sacra feceritis: primum à Ro-
mulo religio: è instituta: postea à Numa Pōpilio
maluiscerit: onis augmentata cōfirmataq. ad deo-
rum cultū metūmq. rudibus adhuc animis ineu-
tiendū, quæ tā diu magno sunt obseruata studio;
dum parē frugalitēq. vitā agerent: sed vbi cum
opib: accresceret animi, diisq. & quasi minorib:us,
vngue medium (vt fertur) ostentarent, profaciatis
sacrīs, cultūq. diuino pesiumdato, regnare cōpīt
ambitio, hinc cōmūltates, dein odium & inuidia,
donec itum est in aperiā fēditionem, diis propter
impiaē execrāndam, mortalibus & politico sta-
tui pernicioſam, de cultu diuino Numē Pompilijs,
vide Liu lib. 1. Deca. 1. *minorem*. *le minorē gerit*
qui superiorē vñerant: & agnōcit: hēc autē cau-
falis est. Quia te minorē dūs geris, iccirco imperas
ò Romane. videtur ex ob: iquo monere Cæarem,
quē penes erat monarchia totius orbis. *hic come*
princip. In exordio terū vt felix faustumq. sit, dij
suum inuocandi: in exitu sunt eis agendæ gratiæ.
rōis ḡrōis τῆται πάρμα, inquit Archilochus apud
Stobæū, id est, omnia diis adscribito. *diis multa*
wēgnois. *Hesperie. ουντο γένεσις. iam bis Monæ*
sis. καρπός ειγουτα τὸς προπέρως. quibus as erit, quā
depiorādās Romani poenā Parthis deiderint pro-
pter neglectū Deorum. De Ateio Metello tribu-
no plebis quo pacto Crassū diris deuouit execra-
tionibus, quod prædæ causa Parthis innocentibus
pacat:isque inferret arma: de portento in egressu
tēpli Solomonis spoliati, quod in Crassum iunio-
rē in fortibus prolapsum Crassus senior incidenteret:
de tonitruis fulgorib:usq. in aduersis exercitus fa-
cies micantibus, dum ponte facto Eufiatē transi-
ret: de castris Crassi bis cælo tactis: de auspiciis ab
eo pro nihilo habitis: legitio Appian. Alexan. de
bellis Parthicis; Dionem lib. 40. Orosium lib. 6.
Iustinum lib. 42. L. Florū lib. 3. cap. vnde cī Cod.
Bland. Diuæ. Malde. Sil. habent Monæsis in ca-
su genitivo. Mart. Monæsus. at sequor plurium
cod. cōfēsum. contudit. fregit, & ad internecienē
cecidit, obtutūq. renidet. latum de victoria præ-
dāq. triumphū agit. μεδία. De bello Parthico cū
Antonio, Appianus Parthicis. Florus 130. Plu-
tarcl. in vita Antonij; Iustinus lib. 42. Eutropius
lib. 7. cap. 1. Oros. lib. 6. cap. 16. L. Florus lib. 4,
cap. 10. Frontinus lib. 2. cap. 3. & 13. *Dacus &*
Aethiops. Daci ad Cæsarē superioribus temporibus
miterant legatos, ac cum nihil eorū quæ peterent
imperallent, ad Antoniū inclinauerant, &c. Dio
lib. 52. *melior*. peritior in sagitis, mirendis seu in-
ciendis: laus ab arte sagitandi, quæ significat Da-
cos Scythas, quæ gens sic in hac arte præcelluit, vt
inde nomē sit adepta: nam scyten Cimbrica vox
sagittare.

Sagittare notat, ut alibi diximus. facienda culpe.
tristitia in defestatione adulteriorum. secundus,
id est, alacra. utram pergitque: secula planè vi-
tiosi, inclinata in oris flagia. hoc fuisse deriva-
re ex politio accusationis. dades. vix apposul-
fusa in qua aatiovis nuptialis denocadet: per ince-
stas enim nuptias virtus teminis liberi procerus de-
generant à parentibus; qui nisi pereant, aut muta-
tus moribus corriganter, vñā cū iōo genere rotum
republice statū corrūpunt: vt rami in plantis vi-
tibulq. vel cæli vel soli viō inuitiles, aut medicā-
di sunt, ne truncus ipse virio us fiat corrūparur,
aut putandi exurēdīq.: Quod tibi fieri necesse est,
*clades propriè dicunt *εποτε ελασσόν, τὸ τηρητόν.**
*hinc *ελασσόν*, ramus. *fluxus*. verbū fonti proprium,*
*vnde promanaat aqua deriuatūr. *metus doceri* g.*
explicatio causæ de generationis ab educatione, &
indigentia parentū, qui liberis per adulteria tur-
*pitidūneq. non sunt inferiores. *Ionicos*. Hēsy-*
*chius Ionicos interpretatur *τριφύγιον*, delicatum,*
mollie, effeminatū fractūm. hinc Ionicā verba
pro molli sermone, minimēq. virili. Videtur autē
Horatius hunc locū trāstulisse ex Aristoph Con-
*cionatricibus, *καὶ τὸ τέταρτον Ιωνία τάλαινα γένεσις*,*
id est, miscella pruriis nunc Ionicō modo. legit̄ ad-
*agium, R̄sis Ionicus. *fungitur artubus*. duo cod.*
Bland. cu Diu. & Maldeq. sequuntur hanc lectionē.
vñā Bland. & Sil. fungitur artibus. Mart. fun-
guntur artibus: placet autem plurimum confensus
cum vulgata, vt sententia sit, fungitur ad docerūt
pro decoro libidinoz saltationis mouere corpus.
At non displicer tamen, fungitur, nec etiam,
funguntur artibus. dispiciat lector peritus. de te-
nero m. vñ. à carolis metaphora, quibus un-
*gues mollescunt, *ἰε τὸν ἀσταθῆ οὐχον. ποχ.* à*
*nuptiis celebratis: *ἀξέστοις* libidinis à conuersatio-*
*ne & poculis. *iuniores*. robustiores, formosores:*
forma namq. & vna sunt incitamenta libidinis.
adulteros. futuros. inter maritū vi. inter commis-
sationes & pocula coniugis libidinoz (vt fit) hortatu
celebrata. neg. eligit. supp. tantū: nimia namq.
mariti licentia part audaciā inuerecundam &
*periculam. *raptim*. aliustio ad illicite Veneris fur-*
*rum. *luminibus remoto*. nullo teste, nemine in-*
spectante; lumina namq. non tam sunt facis aut
lucem, quā testūm polluti pudoris & verecū-
*diz. sed *inssa coram*. extremus gradus pudicitiae*
prostitutus: primū ab infantia docetur virgo mol-
liter saltare, corpūisque mouere: nubilis cogitat
incestos amores: nuptia iubet iuniores adulteros
inuari: inter pocula deligit amores priuatos: po-
stremo, marito quoq. conscio sit omnibus publica
*merent. *fargit*. de triclinio. marito conscio. con-*
fidente lenone, vt pretium concubitus accipiat:

Quid enim tribus tabib⁹ mariis aliud quā pu-
 rum putum lenocinium, qui Iuuenal. teſte do-
 di tuos ſpectare lacunar, de clī & ad calicem vi-
 glanti ſiertete t. o. ſeu vocat infitor. quius ē
 p̄cbe: In uxor. Vipiano definitore, eit qui nego-
 tio curando in uar: pro, ſeu, Codex vñus Bland. ha-
 bet cum. *magifler*. naucierus, cui datus cui a mā-
 data eit: accipitur autē pro quo quis ditione: quem
 lib 2. l. 5. potiorem nom: nat. *pretiosus*. ad pre-
 sum, pro redimenda libidine, numerandum po-
 tens. *non bis iuuēn*. ex antithēſi fortitudinis vitæq.
 maiorum, docet ignauiam turpitudinēt. int-
 norum, fortes enim creantur fortibus. & vim pa-
 rentum doctrina promouet inſitam, rectique cultus
 pectora roborant. ode 4. lib. 4. *infat*. laus
 maiorum à rebus gestis, lege L. Florum de bello
 Punico 1. & Oros. lib. 4. *Pyrthium*. Plutare in vi-
 ta Pythi. Oros. lib. 4. cap. 1. 2. *Antiochian*. Iuſtin.
 lib. 1. Oros. lib. 4. cap. 20. Plutar. in vita Scipio-
 nis. *Annibalēt*. Plutarc. in vita Scipio. Liuuius
 deca. 3. lib. 10. Oros. lib. 4. cap. 19. Fiorus lib. 2.
 cap. 6. *ruficorum*. laus maiorum ab opere rusticō
 ad corpus firmandum in vacationibus milita-
 ribus. *seuera matris*. commendatio matris ab e-
 ducatione, & imperio in liberos. *portare fustes*.
 laus hiberorum ab obedientia. Virg. At patiens
 operum parvōq. iuuenetus. *sol ubi mortuū*.
 Chronographia ne & aduētanis, à declinatione
 solis in occatum. *abscens curru. τεττικῶς*. fungit
 eum poēta curru solei vehi, cūmq. trahi qua-
 tuor equis. Ouid. 2. Metamor. Interea volucres
 Pyrois, Eous, & Aethon Solis equi, quartūſque
 Phlegon binnribus auras flammiferis implet
 pedib⁹q. terapula pulsant, &c. *damnoſa quid non*.
 ἐπιφόρης πεδιτικός de repte omnia deſtruente:
 Sic & Ouid. tempus edax rerum tuq. inuidio-
 fa vetus omnia deſtruitis. *ετες parenū. ελιπες*
 ad docendum vitam, mores, animos quoque ho-
 minium tempore vergete in deterius.

AD ASTERIEN MÆSTAM

de mariti sui absentia.

Ode VII. συμβουλευτική.

Quid siles Aſterie, quem tibi candidi
 Primo reſtituent vere Fauonij,

Thyna merce beatum,

Conſtantii iuuenem fide

Gygen? ille Notu aelius ad Oricum
 Post insana Capra ſidera, frigidas

Noctes non sine multis

Inſomni lacrymis agit.

X 2.

Aquis

- Atqui sollicita nuntiu hospita,
 10 Susspirare Chloēn, & miseram tuis
 Dicens ignibus vri,
 Tentat mille vafer modū.
 Vt Prætum mulier perfida credulum.
 Falsis impulerit criminibus, nimis
 15 Casto Bellerophonii
 Maturare necem refert.
 Narras penè datum Pelea Tartaro,
 Magnessam Hippolyten dum fugit abſtimens:
 Et peccare docenteū
 20 Fallax hiſtorias monet,
 Fructra, nam ſcopuli ſurdior Icarī,
 Voices audit adhuc integer, at, tibi
 Ne vicinus Enipeus
 Plus iusto placeat, caue.
 25 Quamuis non aliis flectere equum ſciens
 Aequè conficitur gramine Martio:
 Nec quisquam citus aequè
 Tufco denat aluco.
 Prima nocte domum clade, neque in vias
 30 Sub cantu querula deſpice tibie,
 Et te ſepe vocant
 Duram, diſſiciliū mane.

C O M M E N T A T O R.

Q V I D fles Aſterie quem tibi candidi. Metrum duob. versib. Alcipeiaſe, tert. Pherecrat. quart. Glycon. Ad Asterien amici ſui coniugem, quam ſolatur Gygi mariti ſui abſentia mæſtam; monēs vt. cuſtodiāt caſtitatē, ne alterius adoleſcentis bla- diſtiſ, aut aliqua ſpe capiatur, dum maritum ſpe- rare debet primo vere reditum. ordo eſt: Aſte- rie, quid fles Gygen iuuenem conſtantis fidei, quem reſtituent tibi primo vere candiſ Fauonij Thyna merce beatum. fles. luges. reſtituent. re- ducent. Fauonij. Zephyri. candidi. ſereni, proſperi: Fauonij namq. priua vere leniter flare incipiunt, terramque ſoluere. Thyna merce. Pontica, Bithyna: Thyni namq. Ponto confines, Bithynis ſunt viſi, quos quidam ſic nominatos volunt à Thyno pifce, qui eò loci multus capi ſolēt. conſtantis. firmæ, vxori fidem ſeruantis. notis. notos pro quibuslibet ventis poſuit. artus. compulſus, deduclus. ad Oricum. Cilicæ. vt, aut Oricia tere- bintho lucet ebur. inſana. tempeſtuosa. Capra fi- dera. Hædos ſignificat, quorum ortus & occalus cōcitat tempeſtatem: de quibus Virg. pluuialibus hædis. & alibi, hædorūmq. dies ſeruantī. frigidas.

intempeſtas, aut propter hiemem aut propter ſolitudinem, quod ſine ea cubaret & ab aliis abſtineret. inſomnis. peruigil: quod vxoris abſentis amore nou dormiret; vt, nec vñquā ſoluit in ſomnoſ. agit. peragit, tranſit. nuntius hospite. dicit Gygen Chloēn hoſpitam, à qua amabatur, con- temnere, propter dilectionem, & vxoris abſentis deſideriū: Chloēn tamen per internuntios cum eo de amore agere, ſed nihil efficeret ordo eſt, atqui vafer nuntius ſollicitoſ hospitæ tentat illum mille modis, dicēs ſuſpirare Chloēn miſeram, & vri tuis ignibus: & refert vt perfida mulier impulerit Prætū credulum falsis criminibus maturare ne- cem, nimis caſto Bellerophonii ignibus tuis. tuis. amoribus, tui mariti amore. vri. incendi. vafer. ad perſuadendum callidus & verſutus, ſive malia- gnus, quia nitebatur eius ſuperare contineſtiam. vt. quemadmodū. mulier perfida. Stenobea ſive Aniēa vxor Præti, quā cōmemorata amore Bellerophontis hoſpitis inflammatam, dū voluptati eius conſentire nollet, in adulterij crimen vocatum: Quod exēplum Gygi ad acquiescendi terrorem ſignificat à nuntio Chloēs propositū, ne ſimili cō- continentia ipfe Gyges etiā veniat in periculum. im- pulerit. coegerit. maturare. accelerare. penē da- rū. prop̄ occiſum. Pelea Tart. Peleus adamatus ab Hippolyta Acasti uxore ab eo ſpreta eſt, quod animadueriens, queſta eſt marito ſe ab eo ita pri compellatam: indignatus autem Acastus. Peleum venatum duxit in Pelion mountem, ibique cum reliquit inermem à Centauris perimendum, tēd ſeruantis à Chirone, collecto exercitu euerit Aca- ſti regnū, & Hippolytam merito factis ſupplicio affecit. ordo eſt, & narrat Pelea penè datum Tar- tario, dum abſtinēs fugit Magneſſam Hippolytē, & fallax fructra monet hiſtorias docenteis pecca- re. Magneſſam Hippolytē. Magneſſa Theſſalię ciuitas eſt, quā hic poluit ad differentiā alterius Hip- polytes Amazonum reginæ, vxoris Thesei, ex qua fuit natus Hippolytus. docentes. ſupp. alias. fallax. deceptor nuntius ſciliſer Chloēs. ſurdior. meta- phora à nauigantibus, quos periclitanteis ſcopuli non exaudiunt. vt, ſed nullis ille mouetur fleti- bus, aut voces viſas tractabilis audit. adhuc integer. continens, & contemnens eam; quāli non poſſit ab ea perſuaderi, etiā ſi diuitiis ibi maneat. mādū. ſentit. Enipeus. nomē viſi petulatīs. plus inſto. plus æquo, non pro forma, ſed pro libidine, ne plus placeat quāli debet viſi: quod prius cō- memorando mariti honeſtatē ſuader. vt, ſeruantā. ſerues Troia fidem. quamuis non al. ordo eſt, quamuis non aliis aequè conficitur flectere e- quū in Martio gramine; nec quisquam aequè ci- tus denat Tufco aluco. aequè. equaliter. gra- mine

mīne Mar. Campo Martio, in quo bellicis artibus exerceri consueuerat Romana iuuentus, quibus Enipeum ita ceteros præire dicit, ut meritò amari possit, si custodia pudicitie non refisteret. *Tusco Tiberino.* vt, qui Tuscum Tiberim & Romana Palatia seruas. *prima nocte.* noctis initio. *querula sonoræ.* despicere ex alto. metaph. Nam despicer est deorsum spicere seu videre; quod facimus quando aliquem contemnimus: ita despice, id est, ne ad voluptuosos cantus, aut preces amatis deorsum videoas. *duram.* crudelem, immitem. *difficilis inflexibilis.* mane. persevera.

C R V Q Y I V S.

Quid fles Asterien. Hortatur Asterien ut omni posita melitia bono animo opperiat aduenium mariti primo vere futurum non sine ingentilu[m] Pontica[m] mercis, eamq. nou debere de fide eius dubitare, vt qui nunc ventis delatus in Oricu[m] nocte[is]q. di[em] q. nihil aliud sup[er]petr quām abesse coniuge: adeo vt Chloë hospita in eo ad amores sollicitādo, nec precibus per interuentū, nec minis, historiisq. fallacibus quicquā proficiat, quando ille ad omnes blanditias maneat quo quis laxo immobilior: Quare monet eam mutuae in amore cōstantiaz: ne vel ab Enipeo vicino seducatur, quantu[m] & equitādi & natādi perito, vel ab alio quo quis amare. Quid vt tuus fiat, suader sub noctem foreis occludat, neque de fenestra in vias despiciat, toraq. surda sit ad Musicos cantus, & ad eas voces, quæ affectus mouere solent, amorisq. subseruire. Quid fles. tū oīp[er]f[er]tis? Exorditur ēp[er]mēnētūs, ad amoris impatiētiā corrīgēdam, cui tanquā pharmacon adiicit temporis breuitatem amicitiātēmque, quo solent amores nouari iucundius, propter hiemis rigorem prateritum, quem zibi ante prouocabulū quem, intellige abesse Gygen. candidi. ab effētu, quod celū serenit, candidūm q. efficiat veris comites qui mare temperant. vide oden 12. lib. 4. *primo vere.* nouo: est enim ver nouum, ver adulū, ver piaceps. *Thyna merce.* à lucro mercis de Thynis emt: & ne scio ad hæ merces fuere mancipia, quæ Delum allata in maxima copia veniūdabantur. vide Strab. lib. 14. *constans iuuen. fidei.* ab amoris fide constanti. Cod. B. 2nd. cum Maldeg. & Sil. habent fiduci. Mart. fide. Diuz fidi. at sequort tamen Bland. per synæresin. ad Oricum. Oricum est in confiniis Epeiræ & Macedoniz: vbi inter ipsum & Brundisiū maris inter se littus vtrumque 8j. aut circiter paſſuum milibus distat: vnde in Epeirum ex Italia navigatio est commodissima. Pomp. Mela lib. 2. cap. 3. deinde sunt quos propriè Illyricos vocant; tunc Pyret & Liburni & Istria. Vrbium prima est Oricu[m], secunda Dyrthachium, &c. Plin. lib. 4. cap.

23. At in ora, inquit, oppidum Oricum à Colchis conditū, inde initium Epeiri; mōtes Acroceraunia quibus hūc Europæ determinauit nos sinum. post insara Cap. Chronographia brumæ intantis ab ortu Capri matutino. vide odē 1. huius lib. de hædis. *non sine mult.* nās & ad Asterien in amoris officio mutui vincendā. arqui certè. Constantis in amore fidei assertio cuius amplificatione tentat. *περιγράψεις αὐτοῦ ζαχείζεται.* mille modis. finitū pro infinito. ut Prætum mulier. exēplum persuasionis, quo denuntiat imminentia Gygi mīla internuntius, si Chloën nō redamet. mulier. Antē, Homero auctore. At si Tragediaru[m] scripribus fides habēda, Stenobœa no[n] innotescit. Apollodoro. lib. 2. apud quem legitio hanc fabulam. nimis. *έγγραψεν.* narrat p[er]n. alterum exemplum fidei faciendaz. Hippolyten. Astydamæam Apollodoro lib. 3. qua de te videto prolixam eius nec iniucuūdam historiam. peccare docenteis. *ἴσης ἀριστός τοῦ μονεμ.* id est, narrat historias quæ docent peccare scilicet in amore: hoc eii, narrat quamplurimos, qui non seruat[ur] amoribus antiquis, nouis quoq. non iniucundè deducerunt operam: Quorum exemplo Gygi licet Chloën amplecti. Eu[er]ismodi rationibus odes 4. lib. 2. Xanthia licet dicit adamare ancillam. sic & Chæra Terent. ad imbre[m] Iouis aurenum, vitiauit virginem. *ατ τοι.* de posci Asterien in amore talionem, vt viuat honeste, dum ex profectiōne redeat Gyges. *καθάς νόοις αλιούς.* περιετάς. *έγγραψεν,* ne studiis equitandi naçādiq. Enipei inducta, declinet in eius amores. *prima nocte domi.* perutile consiliū seruandæ castitatis, mulieribus pudicis, virginibusq. omnibus seruandū. *sub canticu querula.* his enim modis vocib[us]que lo[re]t ab auctoribus oppugnari pudicitia seminarum.

A D M A C E N A T E M cū cælebs esset, cur Kalendas Martias celebret.

Ode VIII. ἐπανηγραφή.
M A R T I S cælebs quid agam Kalendū:
Quid velint flores, & acerra thuris
Plena; miraria, positusq. carbo in
Cessu[re] vino,
Dolce sermonis vtriusque lingua.
Voueram dulcem epulas, & album
Libero caprum propè funeralis
Arboris istū.
Hic dies, anno redempti festus,
Coricem addictum pice dimouebit

IO

X 3

Amphora

Amphora fumum bibere instituta

Consule Tullo.

Sume Mæcas t' isthos amici

Se p'p'is centum, & vigiles lucernas

15 *P'cifer in luce m' procul omnis esto*
Clamor & ira.

Mitte cimilem super v'ide curas.

Occidit Dax Corifonis agmen:

Medus infestus sibi lucuo sis

20 *D'sidet armis:*

Seruit Hispana v'etus hosti' ora

Cantaber, sera domitus catena:

Iam Scybalaxo meditantur arcu

Cedere campis.

25 *Negligens, ne quis populus laborest,*
Parce priuatus nimirum cauere, &
Dona præsentis cape latu' hora, ac
Lingue seuera.

COM MENTATOR.

MARTIIS celebs quid agam Kalendis. Metrum tribus versibus Sap. p. q. art. Adoni. Ad Mæcenatem scribit evin non debere mirari, quid Kalendis Martiis, cum sit sine vxore, sacrificet: hac enim die casu arboris liberatum se cōmemorat uti festiu ob seruatam vitam salutemque. ordo est, Mæcenas docte sermones vtriusq. linguae miraris quid cælebs agam Martiis Kalēdis, quid velint flores & acerra plenaturis, & carbo positus in viuo cespite. *Martiis Kalen.* Matronalia dicebantur, eo quod mariti pro consuertione coniugij tunc supplicabant: erat autem dies propriæ felitus matronis. *calebs.* sine vxore: vt enim viduat sine viris, ita cælibes sine vxoribus dicebantur. *acerra.* acerradicebatur ministerialis patina scitilis, turibulum. vt est, & plena supplex veneratur acerra. *carbo.* torris. *vtriusq. lingua.* Græcæ & Latinæ. *voueram dulcis.* modo reddit causam cur Kalendis Mart. sacrificet: eum scilicet diem se sacram habiturum, quo est arboris cadentis pericolo liberatus. *album Libero cap. diis superis alba viuina;* infernalibus vero nigra solebat offerri. vt, te casta Sibylla nigrarum multo pecudum te sanguine ducet. *funeratus.* extinctus, sepultus. *idu. lapsu.* hic dies. Kalendarum Mart. ordo est: hic dies festus redeunte anno, dimouebit corticem amphoræ astrictum pice, institutæ bibere fumum consule Tullo. corticem. cooperculum. *astrictum.* affixum, annexum, superlitum. *dimouebit.* auferet, abripit in vsum coauuij vinum quod sumo in-

veteratum est. *amphora.* vas vinarij. *Consule Tullo.* pro tempore quo conditum est vinum. *cysthos.* scyphos, quos pro sexta parte sextarij, ducebant. *sospitii.* salui & leti. *centum.* ad laetitiam conuiuij centum dixit, finitum pio infinito: vt, tibi nomina milie. *vigiles lucer.* vigilates ducamus noctem insomnem. *procule esto.* ita innocuum vult esse vinum, vt nec oneret, nec per ebrietatem provocet homines ad liteis. *est o procul.* abesto, pro aberit. vt, timor omnis abesto. *mitte.* omittit. *ocedit.* ruit. *Daci Corifonis.* Cotilon nomen regis Dacorum: quo victo suadet aliquatenus à curis publicis recedere, & priuato Mæcenatem indulgere cōiuio. *dissidet.* dissident, discordat: eo quod ciuilia inter se Medi bella gererent, quibus propter discordiam Romanis rebellare non vacaret. *Cantaber.* gens Hispanæ. *sera.* tarda. *catena.* seruitute, quia diu bellum cum his gestum est, nec sine difficultate ab Augusto superari, & ideo dicit eos viatos & subditos Romanis seruire. *meditansur.* moliuntur. *Laxo arcu.* hoc dicit, vt eos detenus arcubus viatos & fugientis ostenderet. vt, laxos referunt humeris languentibus arcus. *negligens.* securus, siipp. esto. ecceptrati Virg. securum pro negligentia posuit; securus amorum Germanæ. *parce.* desine. *cauere.* curare, sollicitus esse. *lingue seuera.* contemne tristia & aduersa.

C RV Q V I V S.

Martius celebs quid agam Kalendis. Moriserat hoc antiquis, vt in vxorum gratiam mariti Kalendis Martiis, qui dies matronis festus erat, sacra facerent. Quod cum instituisset Horatius, ab iis sacris epulis noluit abesse Mæcenatem, non quod vxorem haberet, cuius amorem demereri stabiliter. cuperet, sed quod eo sollemni die Libero votum solueret, ob vitam ab eo seruatam de casu arboris in caput suum procumbentis: quare iubet Mæcenatem vino veteri apposito secum letari, nocte emq. ad lucernas hilariter insomnem ducere, sine vlo clamore (vt fit inter pocula) gravioriq. contentione. quod cum tutò facere posse docet; quippe libera tunc ab hostium metu republica. Hortatur itaq. securus & latu' vt animo indulget, præsentiq. det operam voluptati. *Martiis celebs.* Exorditur ab occupatione quæstionis, cur ipse non maritus celebret Kalendas Marrias: Kalendas autem omneis Iunoni tributas, vt & Idus omneis Ioui, & Varronis & Pötrificalis cōfirmat auctoritas, inquit Macrob. lib. Saturna. 1. cap. 9. hinc Iuno Kalendaris dicta: Sed Martiis Kalendis Iunoni, præcipue matronæ, sacrificabant, vt is annus ab exordio totus eis felix esset & faustus, & in partu & amore coniugalí: & haec festa Matronalia dicebantur: tunc seruis quoq. cornas appone-

apponebant, maritiq. vxoribus munera mittebāt, vt & mulieres viris ipsis Saturnalibus. Quin & vi-ri Kalendas Martias vici simus Iano lunonios sacras habebant, epulabanturq. ad coniugum castitatem seruandā pudicitiamque. quid velint flores. præ-
serit flore sedera : in sacris enim aras ipsas eius numinis sionde ornari solitum erat cui sacrificabatur: quare in Liberi sacrī opus erat edera. acer-
ta. *Dōrēz*, in Biblīis inueniē frequē *Ivuiātēas*.
tūris plena. ture ditiones, mola fasa pauperiores libabant. *posūs* q. carbo. ignis paratus super aras, sine quo nullū sacrificiū fieri licebat. *cēspite viuo*. gleba graminea humi : in terra namq. diis terre-
stribus sacra siebant, qualis est Liber pater habitus antiquis. vide oden 17. lib. 2. ad finem: aut si inter superos eum numeres, in cespīte viuo, id est, in ara ex viuo cespīte erecta. *dōctē sermones*. Maccenatis laus à lingua tuam perita ad benevolentiam conciliandam. sermonis, in Bland. codicibus per I matutinū scriptum est, quod ferè vel, eis, vel, es, nota: ceteri scripti habent sermonis. *voueram dulcis*. *ārīdōyōia* sacrificij Kalend. Martiis exhibiti ad votum persolueniū. *dulcis epulas*. dulci vino conditas. γλυκὺ Græcē, seu γλυκὺς οὐρός.
caprum. qui Baccho lacer erat, eò quōd vite in-
fectabat. hinc illud epigramma lib. 1. epigrani.
τὸν φάγεις ἐπίτηδας, οὐαστὴν κακοφρένος ὁστού
ἰστισκεται τεργού θυνθύ. ad quod 1. Faltor. al-
luit Ouid. rode caper vitem, tamen hinc cum istab-
is ad aras, in tua quod spargi cornua possit, erit.
arboris icta. vide oden 3. lib. 2. *anno redeunte*.
annus Ciceroni quasi anulus, quōd in te redcat: annus vertens, *īrūpōr tē īnārū*. *corticem astrikt*.
pice. hoc est, süber picatum, qui cortex propriè di-
citur, quo illinebantur olim vasa vino plena ad
vetustatem, que relini dicebantur in vim dimo-
to corticem: sic enim Plin. lib. 1. cap. 8. de lubere,
Viis eius, inquit, ancoralibus maximè nauium
picantū, que tragulis, & eadom obturamen-
tis &c. *dimouebit*. sic habent omnia quæ vidi scri-
pta quæ secutus sum. *amphora*. amphora *xīzō-*
μεω, quadrantal: à figura posis quadrati, vasa vina-
riū, quo quadranginta octo capit sextarios. *fat-*
mōm bīberē īstītute. hoc est, statuta: seu reponit
bibere sum: id est, vetustatem, quia imbuta
vinti nobis propinabat sumosum & validum ni-
dot è quæ plenum: hoc autem dicere viderut allu-
dens ad ea lacra quæ *ākātra* dicuntur, id est, non
sumosum, seu sine sumo: unde est illud Athen. *ākā-*
tra γὰς ἀτὰ ἀτὰ θύσαρη, id est, sine sumpo namq.
poëta: temper canori lacra facimus. sic & Lucianus in amoriis. βιθάρη θύ, inquit, ὁ δαιμον,
ὁ λαον, ηγαν: *ākātra* os, ος φάσι, τῶν θυσιῶν ητ-
τα σερπερή Θ.. id est, profecto valde vorax ille

deus est, ὁ Luciae, qui neque sumi sacrī exper-
tibus vlo modo gaudet: significans sacra pauper-
culorum, qui moias fassas, lac, coronas & id genus
alia diis offerunt. *consule Tullo*. Chronimūs ve-
tutatis vintib. Horatio propinat, hyperbolicos:
L. enim Volcatius Tullus (si alias nō intercederit)
consul fuit cum M. Aemilio Lepido anno vrlis
cond. 687. Cantabri verò, quos hic domitos ait,
rebellantes, ab Agrippa postremū subingati
sunt, auctore Dione anno 734. Nunc annorum
inita ratione, vinum hoc vetus fuit set annos 47.
itaque ab Horatio credo notari vinum valde ve-
tustū. *sume Macenas*. inuitat ad pocula & hilarita-
tē nocturnā ob se seruatū ab arboris casu. *cyathos*.
de scyphis & cyathis ode 27. lib. 1. *mittēciuēis*.
hortatur à securitate reipubl. de lū: erais hosti-
bus. *super urbe*. de rebus urbanis. *Daci Cotisonis*
agmen. hi Daci Europæ ad Illyrum ruerere, non et-
iam Asiatici. Daz olim dicti ad Araxen: Scribit
enim Suetonius Dacorum incurioses ab Augu-
sto coēcritis fuisse, et si tribus ipitorum ducibus;
ex quibus hic Cotisonē vnū fuisse est vero con-
sentaneū: quæ vox planè est Cimbrica, in qua C
littera prolerii debet vt G, vt ῥ C, in d. ētione
Caius, quasi Gorilon seu Gorelon, & per synco-
pen Gorlon, id est, filius Dei. vide Saxonica Be-
cani. *Medus infestus*. Dion lib. 53. ad finem, cum
Teridates, inquit, ac legati à Phraate Romā adue-
nissent, suarum cōtroversiarum causa, in senatum
eos Augustus introduxit, ac deinde mandati sibi
à senatu iūris cognitione, Teridatem Phraati ne-
quaquam triadidit: filium tamen Phraatis, quæ ante ab
eo acc. perat, patri remisit, vt pro eo captiuos, si-
gnaq. militaria Crassi, & Antonij cladi bus amissa,
reciperet. seruit Hispan. v. b. o. de Cantabris qui
nūc Brictini nominantur. Hi panis populis iam
iā dictūs est suprà. deinde vide oden 6. lib. 2. *sera*.
belū namq. Cantabricū in sex annos protractum
fuit & amplius. *cedere campis*. Dio. lib. 51. Bastar-
ne inter Scythas, inquit, verè numerantur: hi tum
tran̄g. essi Illyrum, Mytiām sibi oppositam, fini-
timolq. Tiballois, Dardanolq. ibidem habitantes
subegerant, &c. deinde faulld pōst: Cratius cūna
vt Sita Deutheletaran regi lumenibus capio, au-
xilium feret, tum verò vt Macedonie caueret,
contra eos duxit, ipso suo aduentu perterritos, hinc
prælio earegione expulit; portò domum. fugientis
in cœtus Segericam occupant, in Mytiām
inuasit, agrum insepiavit, &c. hæc gesta sunt an-
no vrb. cond. 725. Calare sext. & M. Vipsanius
Agrippa 3. consil. negligens. remissus, dissolutes,
ab animo oriosus, qualibet tenebris efflum reperi-
tū pocula rotantia. labore. egens cōsiliorum, quo pre-
sentiaj. parte, noli. *pruasius*. nō in seculo publicus
led

sed inter parietes priuatus & liber genio indulgens, amicis vacans. *dona pref.* quod præsens horadonat, tibiq. indulget, *rape*. si habet Maldeg. reliqui omnes cape. *secura*. teria.

A D L Y D I A M de præteritis amoribus.

Ode IX. *æterno dotoxum.*

HOR. *D*ONEC *gratus eram tibi,*
Nec quisquam posset brachia candide
Ceruici iuueniū dabant:

Persarum vigui regre beatior.

SLYD. *D*ONEC *non aliam magis*
Arfisti, neque erat Lydia post Chloēn:
Muli Lydia nominus

Romana vigui cl. rior Ilia.

HOR. *M*ENNIC *Threſſa Chloē regit,*
Dulces docta modos, & cithara sciens:

ICO *P*RO *qua non metuam mori,*
Si parcent anima fati & superstitione.

LYD. *M*e *torret face mutua*
Thui ins Calai filius Ornithi:

I5 *P*ro *quo bis patiar mori,*
Si parcent puerofat & superstitione.

HOR. *Q*uid, *si prijca redit Venus,*
Diductosq; iugo cogit æneos?

Siflava excusur Chloē,

Reiectaq; patet ianua Lydia?

20 *Q*uamquam *sidere pulchrior*
Ille est, tu leuior cortice, & improbo
Iracundior Hadria:
Tecum viugre amem, tecum obeam libens.

C O M M E N T A T O R.

DQ *N*EC *gratus erat tibi.* Metrum priore versu Glycon. secund. Alciph. Hęc ode vicissim Lydiam respondentē, sibi quondam amicā facit, & agit de instauratione cū ea, *gratia*. *domei*. quādiu. *gratus*. amabilis. *potior*. melior, hoc est, cū nemo mihi à te preferretur, erā regre Persarū beatior. Persarū autē reges deliciose viuebant & splendide. *candida*. *pulchra*. *vigui*. florui. *domec non alia*. respōdet Lydia. *arfisti*. incensus fuisti, amasti. vt, ardēt amans Dido, traxitq. per ossa furorē. post Chloēn. nō erat apud te Chloē inferior. Chloē nomen est alterius amica. *multi nominis*. magnæ famæ, & Ilia matri Romuli preferēda. me nūc loquitur Horat. *Threſſa*.

sa. Thracia. vt, Thressa genus Pholoē, geminiq. sub vbele natī. *regis*. potuit. *modos*. carmina, cātilenas. *si parcāt*. vt diu viuat. nō metuā. velim pro ea ipso. hoc facit ad augmentu amoris, vt sit paratus mori, si illa possit diu viuere. vt, si fratē Pollux alterna morte redemit. *metorat*. Lydia. *face mutus*. amore mutuo. vt, mutuis bene hūdum pectus amoribus. ordo est, Calais filius Thurini Ornithi torter me. *Thurini*. Thurius Brutiorū est oppidū, vnde Ornithū dicit oriundum. *Quid si pris.* Horatius, hoc est, quid si ad amore reouius pto. rē. *coxit*. coadunat. *æneo*. fortis, inexpugnabili: ad perpetuitatē gratia reditura iugū dicit æneū: as enim nō sicut ferriū ciuō consumitur: vnde Virg. & centū vincitus aenīs post tertium nodis: *vt æternā pacē monstraret per aenā vincula. diductos*. diuīs. *excitūr. expellitūr. reiectaq; repudiatae. ita nua*. aditus, acceditus ingressus. *sidere pulchrior*. vt, quia Oceani persutus Luciferi vnda. ille. Calais. leuior. inconstatior. turpior. *improbo*. & stuolo. iracundior. vnde illud est, amantiū nūc, amoris redintegratio est. *tecū viuere anem*. vt, vna falus ambobus erit. *obeam libens*. vt, tecum conlumerer æuo.

C R V Q V I V S.

DONEC *gratus erat tibi.* Cōtinet hęc ode *æterno dotoxum*, id est, Veneres olim mutuas intē: Horatii & Lydiā, cū iucūda admodū gratia. cōmemoratione adjunctorū, quæ in amore solent amanteis suauiter afficerē: Quæ cōmemoratio cōlectori gratior est, quod æuōis ad alter alteri discessiōis amatoriz causam subindicet, Lydię quidem *ζηλονίας*; Chloēs meretricis, Hrario vero Calais adolescentis; quorū præsentibus amoribus ita se mutuo exagitant, mordēt atq. vrunt, vt satis innuant in gratia se pristinā redire velle: ita nāq. ferē fit, vt displicere nobis id incipiat quod efferrimus supra modum: prior itaq. in amore labascit Horatius, cui mox victa succumbit Lydia. *domec gratus erat*, hęc ode bellissimum est atq. adeo Comicus characterisimus amantiū sibi subiratorum; quibus de præteritis amatoriē deq. præsentibus amoribus, magnificē colloqui, denuō procari est. Exordit autē ab amoris beneficio; cō quod dum Lydia frueretur, quois se regre beatiore crederet. *gratus*. meretricia gratitudo leuis est & caduca, nec nisi *μικρηγειος* & *δάγοις*, vt est in Epigram. id est, donis procacibus & parari & ali potest: nā desistit dare, desistit & amari. *brachia candida*. periphrasis oculorū & amplexus Venerei. *Persarū vigui*. hęc beatitudinis iucūda memoria Lydiā sollicitat de nouis amoribus; estq. scintilla quēdā cōditi quidem amoris sopitiq; sed needū extincti. *domec non alia*. omnia scripta nostra habent, alia, præter Maldeg. quæ habet, alia, cū vulgatis. *arfisti*. hoc ardere metetricum

reticium pro suo sombro, non ligna, sed questum desiderat ad incendiū. Molchus, ὁ ἀχετῶν πῦρα, τόπος οὐρανοῖς φλέγει ἄχε. post Chloēm. donec erat Lydiæ prælata Chloë. Certe nou amplexus, sed quæstus antcipiendi metus, metetriculis simulationem parie. multinominia nobilis. vixi. venusta reciprocio: vt enim Horatius quādo Lydiā amplectebatur, perlungum habebat sè quous tege beatiorē, ita Lydia Chloë præposita quauis regina aut se vixisse clariorē: Ecce hic aliam recōciliatio- nis scintillam. Ilia, mater Romuli ex Marte, filia Numinoris. me nunc Thressa. hæc cum Chloë cō- ficiundinis narratio, morter animum Lydiæ, iniun- tanque latenter ad eam dirimendam. regit. me haber. dulcis doct. me. laus Chloës à vocalitate, & peritius pulsandæ citharae, vt magis vrat Lydiam. pro quo non. mortem vita redimere supremū be- neficiū est, quod vino præstari potest: Est autem hoc hyperbolicum ad amatum Lydiæ magis irri- candum. face mutua. hæc simulata in meretrice simplicitas, quale nō regere vuln Calais, sed eius amore frui mutuo, est in odium Chloës quæ re- gebat Horatium. pro quo bis patiar mori. retalia- tio à maiori: non enim vt Calais maneat super- stes, semel ait se mori paratam, sed mille mortis subire: hoc enim est bis mori, finitum pro infinito. quid si priſca r. hic vide ex mutuo colloquio amoris cedategationem, scintillaque per amu- lationem reconditas exire in apertam flammam. quid: hæc particula parit attentionem Lydiæ. si priſca. hypothesis amoris reconciliandæ. priſca, id est, prior Ven⁹, intermissa. priſca dicta ob amo- ris impatiensiam, cuius intermissio breuicula vi- detur amanti lassulum. adiectosq;. disordes per se- cundationem & suspicionem, ēt rū ipsius ὥρος σῆμα δύναται, id est, qui vngues sunt amoris & den- tes, auctore Plutarcho. iugo aeneo. metaphor. à bobus aratoribus, pro amore pari & indissociabili. flaua. flauam dici arbitror non tam à coma flaua, quæ in pueris commendari solet, quam à bili flaua, quæ secum trahit iracundiam lapte & inama- bile imperium: icebro suprà dicere quidem vide- ri potest Horatius se à Chloë regi: Quare nunc eam, vt leuis est amor, in gratiam Lydiæ, tanto ri- superat quanto magis suprà extulit: hinc subiicit, excutitur. quod non est amoris, sed odij verbum. reiectaq;. vici studio inconstantis Veneris; Lydia prius exclusa nunc revocatur. quamquam fidere p. per preoccupationem seruat artificiole decorum lexos: tantum namque abest vt auilieres aliquam facti culpam in se transferant, vt etiam recte se fe- cisse iudicent, idque simulenta nolle se, quod op- erant maximē: Sic Lydia ne agnoscat se mutati no- nique cum Calai amoris penitente, laudat eum à

pulchritudine, insurgitque in Horatium tamquā huius diſlidij causam, à levitate & iracundia side- re pulchrior. videatur alludere ad Cala:dis lapidis naturam, de quo Plin.lib. 37.cap. 10. Calais, in- quir, Sapphirum imitatur, candidior & hinc orso mari similis. su. ἀστρεψθι ιυφανκη in Horatij inconstantiam cum indignatione meretricia. cor- tica. φίλας, id est, subere, qui cortex propriè dicitur. de quo Plin.lib. 16.ca.8.de subere: Quamob- rem non infacet, inquit, Græci cortices arbores appellant &c. φίλας, nimirum, & ιψε. Plinij locum sic restituendum credo ex litoris veteris codicis scripti. Vulgarushabet, corticis arborem. Robert. Constant. Lexico, in voce φίλας, legit cortices arborum; sed malum sequi litoras dictas. hæc obiter. iracundior Adr. satetur autem se vlt. E- piph. lib. 1. ἀχρέλος, tuſſe, irasci celerem, inquit, tamen ut placabilis essem.

AD LYCEN IN AMANTEIS

nimiris asperam & duram.

O DE X. μεμπλική ἐντοπίᾳ.

E X T R E M U M Tanaim si biberes Lyce,

Sæco nupre a viro: me tamen asperas

Percedum ante, fores obiicere incolis

Plorares Aquilonibus.

Audis, quo strepitu ianus, quo nemus

Inter pulchrum testa remugiat

Ventus & poscas vt glacies nubes

Puro numine Iupiter?

Ingratam Veneri pone superbiam,

Ne currante retro funis eas rosa.

Non te Penelopen difficultem procis

Tyrrhenus genuis parens.

O, quamvis neque te munera, nec preces,

Nec tinctus viola pallor amantium,

Nec vir Pieria pellice, saucius

Curnat: supplicibus tuis

Parcas, nec rigida mollior escule,

Nec Mauris annum minor angubus.

Non hoc semper erit liminis, aut aqua

Calestis patiens latus.

C O M M E N T A T O R .

E X T R E M U M Tanaim si biberes Lyce. Met- trum trib. versib. A clepiad: quart. Glycon. Sribit ad Lycen meretricem, quam monet ne ob suam duritatem tandem derelinquatur ab amatoribus. extremum. ultimum. Tanaim. Tanais fluuius est

Y

Scythæ,

Scythiz, cuius nomine vult intelligi Lycen esse animi planè barbari. *saso.* barbaro. *parretum.* extenatum, dormientem ante ianuam. sic Virg. quaque redit mediū Rhodope porrecta sub axem. *obire.* oppondere. *incolis.* alperis. *Aquilonibus.* ventris septentrionalibus, ubi Aquilo oritur, in Scythia scilicet apud Tanaim. *plorares.* doleres, & plorando mei misereri deberes. *strepitu.* murmurare. *nemus.* viridarium. *satrum.* plantatum. *remugiat.* resonet. *pustas.* iacenteis. niues enim Aquilone flante concrescunt & solidantur. *glaciet.* in glaciem stringat. *puro numine.* sereno aëte, vel numine, id est, potestate. vt, pura nec obtusis per cælum cornibus ibit. *ingratam Veneri.* abominabilem, execrabilem Veneri dicit, si amet superbiā & amorem contemnat. *pone.* depone. *ne currere retro.* hoc est, ne nimia velocitate rotæ rumpatur, & tu amans similiter contemnaris: nomine autem rotæ fortunam intelligit; cuius volubilitatem & inconstantiam monet ut caueat. *Pene.* *lopen.* Penelopes vxoris Ulyssis nota est fabula, que pro fide mariti absentis omnes sp̄os repudiauit. *ō quamuis.* exclamatio. ordo est: *ō quamuis neque curuant te munera, nec preeces, nec pallor amantiū tinctus viola, nec vir saucia Pieria pellice,* & quamvis non sis mollior rigida esculo, nec animo minor Mauris anguis, parcas tuis supplicibus. *Tyrrhenus.* Italus. *nec munera.* vt, quoniam fordan tibi munera nostra. & alibi, nec munera curat Alexis. *viola.* colore violaceo. *pellice saucius.* amore concubinæ vulneratus. *curvata.* slectit, inclinat. *rigida.* dura. *mollior.* lenior, minor. *nec mitior.* alprior. *non hoc semper.* nō semper pauperum se dicit ante eius limen celestem. aquam, id est, pluviam, sed remissio per eius contemptum animo, tandem eam se amare desirū.

C R V Q. V I V S.

EXTR E M U M Tanaim si biberes Lyce. Hac Ode viua est diatypolis amantium, quos vulgo nominamus. *Venus tanckers,* ad foreis puellarum de nocte quiritantium, vt intromittantur. In primis expostulat Horatius cum Lyce de inhumanitate ipsius plusquam barbara, quod cū patiatur ventis horridis expositum, sine villa commiseratione niuialigicerigescere: deinde si non exuat animi fastum, à Venere comminatus infusa cuncta: vt qua non sit. Penelope Thracibus, sed Lyce Romanis ora parentibus, quibus non difficilis, sed amica Venus existit. Postremò, ubi neque expostulatione neque comminatione sensit eam slecti, venit ad supplicationem: vt si munera adhuc & amantium voces vultusque con-

temserit, nunc mollior, mitiorq. ei velit esse sup̄plici. Venerique incumbere, dum tempus est & ætas valida, cogitetur futurum, quando ipse factus imbecillior, non ferat amplius ad eius limen nocturnas excubias, aërisque intemperiem. *Extremum Tan.* Exordium expostulatorum de inhumanitate per hypothesis, à gente barbara aggressione sumta comparatione. *Extremum.* vel ab urbe Roma remotissimum: vel extremū, hoc est, si fonteis Tanais biberes, me tamen asperas &c. fonteis autem Tanais, ex quorundam lentois lib. vnde Strabo statuit in Caucasus montibus, & ijdem ex ipsis, ex quibus Ochus & Oxus, Larantes, aliisque complures, immixtique in Caspium pelagus, quemadmodum illi: etiisque omnium septentri tonalissimus, ab ottio Maeotidis recta nauigantibus ad Borealia, Maiores & minores Rhombitani Maeotē habitant agricultores & Nomades bellicosi, in plurimas gentes divisi; quorum qui Tanaim accollunt, agrestiores sunt: qui vero Bosporanis cohaerent, mitiorem vitam degunt. hæc Strabo lib. vnde. *si biberes.* veleò loci progenitas, vel exulans nupta barbaro. *incolis.* inquinatis. *agoromoyegosios.* plorares. *ō quā? sic. audis quo.* *strepitav.* amplificatio ab inanimatis, ianua & nemore, quæ suo strepitu mugiturque Horatius profutibus iacentem miserata, Lycen euigilare, cumque intromitti iubent. *palibro tette.* hoc dicit, fauoris eius captandi gratia. *satrum.* Bland: 3. habent satrum, vt & Comment. sed reliqui, *satrum,* quos sequor euphoniz causa. *glacier.* Poeticum verbum neutrum in actiu significatione. *puro numine Iup.* sic habent omnia nostra scripta, non enim lumine, quod adnotat Gantenus, à quo nondulsenit Scaliger in Auloniū. judicer lector. *ingratam Veneri.* communario infortunij, si Lyce non immutauerit animū. *ne currente retrò.* inter eos qui in rota hic currente laborant, necesse est nos quoque adiuti, vt ea currere perget, ne aliquando retrolapsa, Lyce agat in præcepis; quod ne fieri, opus est funem, non dissolui, non frangi: fertur enim Lyce sursum vecta curru, quem trahunt procī lubbidi colla iugo, funibus seu nervis pecunię in summum voluptatis verticem, ubi cunctis Lyce conspicua, deliciose dominetur; at si propter superbiā currus gubernatricem, & Veneri ingratam, & amatoribus tandem nimis impetuosam, norui finisque solvantur, rumpantur, currus deorsum rapitur, nec aliter Lyce periclitabitur, quam qui aduersio vix humane lemibus remigis subigit, si brachia forte remisit, mox ilium in præcepis prono rapitaleus amni. Quare per synchysis hunc verbum sic interpretamur, ne fune evane, id est, rupto solutoue, rota retrocurrat, Lyceque præcipiter.

precipitet . quemadmodum non raro vnu venit
in locis acclivibus, & censuque difficultibus. Funis
autem hic & rota per enallagen pluraliter accipi-
mus quibus rheda trahuntur subeunctuque.
Quæ certè sententia quam sit omnibus obuia, nos
doceat pictores, qui fortunam, pauperiem, super-
biam, inuidiam, fidem, constantiam ceteraque id
genus rotis vechi nobis ob oculos delinquent; vt o-
mitem Venerem depictam trahi in rheda à suis
armis, velut equis iugalibus. non te Penelo-
pon à natalibus ostendit Lycen non debere esse
morosam difficilemque procis, qualcm fuisse Pe-
nelopen fabulantur Poëtae, non Latino patre hu-
maniore, sed Icaro agrestiore natā, Meleagridi-
busque feris aubus educaram. ô quamvis neque te
obtestatio, qua per remotionem eorum quæ ad
animum eius flectendum-adhuc non profuerunt,
nunc obsecratur, vt sibi parcat supplici. tintus
viola. color liuidus oculis parum gratus. nec vir-
maritus. sic & Terent. tibi generum firmum & fi-
liæ inuenies virum. Pieria pellico. puella, Ψάλτεια,
fidicina. Hoc epitheton Pieria sic interpres pro-
pter Pierium montem Muls sacrum: quod addi-
tur ad Lyce maius odium marii conciliandum,
quo proniore ea quoque sit in oscula & amplexus
amantium: fere namque fidicinae ciuisque sortis
puellæ suum pudorem prostituant. De pellice &
Pallaca, seu pallace, qua Doricōs puellā notat, vi-
de Agell. lib 4. cap. 3. Laurent. Vall. Budæ. in Pan-
dect. nec mollior. durior, per litotēn. ab inanima-
to translatio. nec mitior. leuior. ab immitti natu-
ra ferarum Mauritaniz. Eiusmodi querelæ ad fo-
reis puerularum de nocte sunt excubantium proco-
rum: ad quas suprà monuit Asterien vt maneret
difficilis & immora. non hoc semper erit. suader à
consequentibus, vt in tempore se Lyce flecti finat:
futurum aliqui, vt doleat occasionem potiundi
amoris præteritam.

AD MER CVRIVM VT SVIS
modis lyraque flectat animum Lydes
in eius amorem, ne instar Danaidum
obstinata pœnas luat.

O DE XI. apportionata.

M E R C V R I: nam te docili magistre
Morie Amphion lapides canendo:
Tûque testudo, resonare septem.

Callida norma:

Nec loquax alim, neque grata, nunc &
Divitium mensis, & amica templi,
Dic modos, Lyde quibus obfinalas
Appliques aureis.

Que, velut latu equa trima campi,
Ludie exultim, metuit q̄ tangi,
Nupstarum expors, & adhuc proteruo
Cruda mario.

Tu potes tigreis, comitesque filias
Ducere, & riuos celeres morari.
Cessit immanis tibi blandiens

Ianitor aule

Cerberus: quamvis furiale centum
Muniant angues caput eius, atque
Spiritus teter, sanies q̄ manet

Ore trilinguis.

Quin & Ixion, Tityosq; vultu
Risit inuito: stetit vrna paullum
Sicca, dum grato Danai pueras
Carmine malces.

Audiat Lyde scelus, atque notas
Virgimum pœnas, & inane lymphæ
Dolium fundo pereuntis imo,

Serisque fata,

Que manent culpas etiam sub Orca.

Impia. nam quid potuere maius?

Impia sponsos potuere duro

Perdere ferro.

Vna de multis face nuptiali

Digna, per iurum fuit in parentem
Splendidè mendax, & in omne virgo

Nobilis auum.

Surge, qua dixit iuueni marito,

Surge, ne longus tibi somnus, unde

Non times, detur: sacerum, & sceloflas

Falle sorores.

Que, velut nacha ritulos leana,

Singulos, ebœ, lacerans. ego illis

Mollior, nec referiam, nec intra

Claustra tenebo.

Me patre seuis oneres catenis,

Quod vno clemens misero pepercit:

Me vel extremos Numidarum in agros

Classe relegit.

I, pedes quo te rapiunt, & astre,

Dum fauerit nox, & Venus: i secundo

Omne, & nostri memorem sepulcro

Scalpe querelam.

Y 2

Com-

COMMENTATOR.

MERCVRI nam te docilis magistro monit
A. Metrum tribus versi. Sapph. quart. dipodia
 Adon. Inuocat Mercurium lyra inventorem, ut
 dicat modos quibus amica eius Lyda fieri mori-
 gera. ordo est: Mercuri die modos quibus Lyde
 obliteratas aureis applicet, nam te magistro docilis
 Amphion mouit lapides canendo. *docilis*. doctus.
laus doctoris à dīscipulo: iuxta hoc quod Cic. in
Raetor. dicit artium magistrorum afferre laudem vel
 viruperationem dīscipulis, & contrà, dīscipulis
 magistris, vnde Mercurius laudatur hic in Am-
 phitone dīscipulo, cuius nota fabula est, qui ci-
 thare canu lapides post se traxit, ex quibus muri
 Thebani sunt extructi: vt Statius: *Quo carmine*
murus iusserit Amphion Tyrios accedere morteis.
mouit. moueri fecit. *testudo.* lyra. *resonare sep-*
vt. obliquum numeris septē discrimina vocum.
callida. iusta, sic docti rem callere dicuntur. *nerua.*
chordis. nec loquax. sonora. laus inventoris ab o-
 pere, quia neque loquax lyra, neque grata fuit,
 antequam chordis à Mercurio aptateretur ad canūt.
 Sacrificiis enim olim fidicines adhiberi consueverant.
grata. apta. *tempis.* Deorum sacris. *Lyde.*
 nominatiuus est. *obstinatus.* clausa. *applicet.* ad-
 iungat ad audiendum velut oblectata *equarem-*
trium annorum & difficilis ad domandum, iuxta
 illud Poëta, adeò à teneris assuēscere multum.
exultim. altuatim. *cruda.* intacta, immatura siue
 intempestiu: hoc autem ad corpus pertinet, sed
 ad animum cruda, id est, crudelis, & per hoc aspera
 atque horrens matutinum. *ducere.* dulci cantu, vt
 oblatione cantus quocumque ieris te secutus
 sint. vt Virg. mulcentrum tigreis, & agente car-
 mine querens. *morari.* tardare, sistere. *cessit.* obe-
 diuit vt, tenuisque inhians tria Cerberus ora *tibi*
blandienti hypallage, quia ipsi Cerberus magis
 blanditus est. *furiare.* exitate. *centum.* finitum
 pro iasinito. *muriant.* circumdent, repleant, vt
 Ennius, Angues villosi canis. *teter.* terti odoris.
fanies. attun. vt *benum.* manet. fluat. ore trilinguis.
 vt, iarratu regnatrixae peritonat. *quiñ & Ixion.*
 gigantes. vt, aque Ixionis vento rota confluit orbis.
inuito. coacto: extorquent. scilicet risum
 cithara: cui dulcedine, quod tormentorum pena
 non sinebat. *dum grato Danai.* filias Danai, cuius
 fabula nota est, qui fratri Aegypti inuidia, quod
 omnis is filios, ipse vero filias haberet, pactis nu-
 ptis cū fratri sui filiis præcepit filiabus, vt inter-
 imerent suos sponsos: quod ab omnibus factum
 est, præterquam ab Hypermnestra, que Linum fu-
 ga data seruauit: reliqua ob hoc scelus apud inferos ha-
 pena dicuntur damnatae, vt aquam in do-
 biū pertulim iugiter infundat. *mulces.* mitigas.

& refoues. *puellas.* filias. *audire Lyde.* audiat qua
 pena damnatae sunt quæ amaribus crudeles fue-
 runt, *inave.* sine aqua. *seraque fata.* tardum sup-
 plicium. vt, distulit in serā commissā piacula mor-
 tem. *manent.* expectant. *etiam sub Or.* quia cul-
 pas etiam puniunt Inferi. *dura.* non ad terri na-
 turam periret epitheton, sed ad earum an-
 tum, quoddam & crudeli morte hoc facinus sine
 ausa. vt, duris genuit de castris horrens *Cauca-*
sus. *perdere terra.* occidere. *vna.* Hypermnestra.
facenuptiali. honore matrimonij: nam in nuptiis
 hoc erat honoris insigne, vt faeces praesententur.
Splendida. decenter: pulchrum est enim pro iusti-
 tia mentis. *virgo.* virginem pro muliere posuit.
longus. perpetuus, id est, mors. vt, & confanguineus
 leti sopor. *vnde.* à quo. non times. non teris
 falle. decipe fugiendo. *qua: velut.* ordo est: *qua:*
 velut lezana nocte vitulos, cheu, lacerant singu-
 los. & est pulcherrima comparatio. *mollior.* be-
 nignior, melior. *feriam.* occidam. oneret. vinci-
 et. *eleme.* mitis. *extremos Nuni.* in deserta
 Numidie, quæ feris plena sunt: aut ad crudelita-
 tem Numidarum resipexit. vt, & Numide infreni
 cingunt. *religer.* remoueat. vt Virg. atque ideo
 tauros procul, arque in sola relegant pacua. *dam-*
faues nox. vt, defensi à tenebris, & dono noctis
 opacæ. *scalpe.* hoc est, in epitaphio mea com-
 memorando scribe quod gestum est.

C R V Q V I S.

MERCVRI nam te docilio magistro. Cum
 Lyden moribus asperam, ingeniique in-
 tractabilem stetere nequiret Horatius, vt suis a-
 moribus acquisiceret, Mercurium precutus suau-
 iibus sua lyrae dulcisoni que modulis eam mori-
 gerant, vt sibi efficiat, animamque eius mirget
 duriorem: Quod quidem ex factu facile fuerit, vt
 qui multo maiora confecerit in tigribus lenien-
 dit, si uia dulcedine cantus post se ducendis, flu-
 uis ostendis, atque adeò: (dictu mirabilius) in ias-
 feris omnibus suo nuru demulcendis: vbi & Da-
 naides ob interfectos sponsos, aquam in pertusum
 dolium infundere, damnatae, tenebris aliquantū
 sua penæ immemores substitere. Quam profe-
 ctò puellarum culpam si cognoscat Lyde Deos in-
 feros vlcisci tam graui supplicio, confudit Horatius,
 eam mitiore futuram, sibique mutatis af-
 fectibus obsecutaram, *Mercuri nam te.* Exordi-
 tur à laude Mercurij, eiisque testudinis seu lyra,
 quam Amphion pulsando lapides aureos fecisse
 dicitur. Fuit autem Amphion Louis ex Antiopa
 filius, quem à Mercurio lyra donatum, cithare-
 dicam exercuisse scribit Apollod.li. 3. cuius lyram
 ex sub-

ex subsecutis lapidibus, Thebe murocincte, Laiusque fugatus, iuste Apollod. Plutar. in Musica. *resonare sept.* in hunc locum legitio adducta viri doctiss. Henrici Glareani. *ne loquax*, quippe cum esses nuda concha seu testa sine fidibus. *nunc & dixit*. postquam fidibus aperte à Mercurio resonata. commendatio lyra ab inuentore & visu obstinatus *applices aur.* contumacis, praefractas: obtinatus enim proprièt èst, qui sibi placens, nullius aut conuersatione aux colloquio capit: per quam venustè alludit ad verbum *ιπακύρων*, quod & audire & motem gerere signat, *as audi μη ιπακύρων*. *qua velut lata*. ab ætate per comparationem equus ferociensis, notat Lydes lasciviam. *metastrophe tangi*. quia nondum subacta est nec assuta iugo. *nuptiarum exp.* in *τάργανον κατέστη*, id est, adhuc virgo, neicum inita, passim admissarium. sic Lyda nondum experta Lucinam iustolique Hymenatos. vide oden 5. lib. 2. *proterus*. pertulanti, in Venerem propenso citoque, à protero. *impotens rig.* argumentum à maiori: alludit autem ad Orphei fabulam: de qua in Epist. ad Pisones. *blandienti*, blandè suauiterque canent. vide odē 3. lib. 2. *Ixion*. de Ixione ciusque rota circumagita propter stuprum Iunonis intentatum in Epistola ad Piso. *Tityosque voltu*. sic habent codic. Bland. de Tityo ode 4. buius lib. *vix*, *τίχες*, dolium, verna, vreccus, cadus, fidelia &c. vide adagiū, *μίλος τοτε παθός*, dolium pertusum. *audiat Lyde*. *τίχεδος*, regreditur enim ad institutum de Lyde mitiganda, ne exemplo Danaidum luat accebitatis luce pœnas apud inferos. *scelus*. necem suorum manitorum. *notus*. aut ex narratione cognitas, aut insigneis immancisque. *seraque fata*. que tardè quidem veniunt ad ultionem, sed èo grauius puniunt. *qua*. fata, quæ quidem non properant, sed manent & expectant culpas, crimina, scelerata etiam sub-Orco luenda. *impia*. ô impia! exclamatio pathetica. *nam quid potuere maius impia!* sic habent codices Bland. vt interrogations nota subsequatur *reimpiaz*: reliqui variant, & notam interrogatio subdunt *rā* manus. Videtur Horatius dara opera perturbatis scriptis in execrationem tantu facinoris: Quare si priorum lectio- nes probabimus, in huic modum dicemus: Nā quid illa impiaz sorores potuere maius scelus perpetrare? ita ut interrogatio reddat impietatis causam: at si posteriorem sequemur, iteratio dictioris pertinebit ad auxilium. *sponsos potuisse*. narratio facti. *una de modia*. laus Hypermnestra à pietate in suum sponsum, quæ sola ex quoqua grata sororibus sponsum suum Linum, non intermit. *blandienti*. magna cum laude: nam parentibus quidem mosgerendus est, sed non in ijs que

sunt contra Deam & naturam. *surge qua dixit*. narratio benigni animi piisque in maritum ad emolliendam Lydes acerbitatem, vt, si non meru pœna apud inferos dandæ, quæ seruileis animos terrere solet, saltem generosa moueatur immortali laude, & gloria Hypermnestra: cuius exemplo fiat in Horatiu placidior solito, mitiorque. *surge iteratio est in via plena tarditatis & somnoleunce mariti*, qui difficulter ab amata separari potuit. *ne longus tibi somno*. ne dormias æternum. causa festinationis à morte imminente ab eo à quo non expectes nisi præsidium defensionemque, quo nihil est inhumanius. sic & Ouid. Surge, age Belide, de tot modo fratribus vnu, nox tibi, ni properes ista perennis erit. *sacerum*. Danaum. *velut nocta virtus lea*. exaggeratio sceleris à feritate lezen in vitulos innoxios. *ne te feriam*. admittit marito metum à sua persona. *intraclausura*. clausum tenebo dum pater cum sororibus te veniat laceratum: ita & manus suas à cæde mariti, & animum à proditore sensuimus immaculatum. *me pater faciens* mens Hypermnestra mali præfaga, nimisrum sibi à patre tyranno impendere atrocillima quæque supplicia propter vita beneficium Lino sponso à se præstitum contra iussum patris impium. *i pedes quo te r.* valedicit, hortaturque vt acceleret fugā, quam precatus felicem & faustum. *dum fasces noxi*. ab opportunitate temporis. *Venus*. quæ dux est amantium & Dea tutelaris credebatur. Quin & Theseus in Cretam nauigaturus, vt eam à Minotauro liberaret, ab eo consultus Apollo respondit, vi Venerem itineris ducent sibi afflumeret; auctore Plutarcho. *secondo om.* ô dure Departie, quā durus anantum dicitus! *memorem*. *urque amorem* ob vitam seruaram. *scalpequer*. sic legitur in Bland. codicib. & rectè ex sententia Diomedis Grammatici, qui sculpo verbum credit vix esse Latinum. tres tamen manu scripti Diuæ, Mart. Maldeg. habent sculpe. deligat lector.

A D N E O B V L E N,
insuauem ei esse vitam sine Hebreo
adolescente fortissimo.

O D E X I I . megiustus.

M I S E R A R V M est nec amori dare ludum,
Neque dulci mala vinolauere, aus ex-
animari metuenteis patria
Verbera lingua.
Tibi qualum Cytherea puer ales,

I 3

Tibi

- Tibi telas operosaq; Minerua
studium aujersi Neobule Lipare-
i nitor Hebit:
 10 Simul vñctos Tiberinis humoros la-
uit in vndis, eques ipso melior Bel-
lerophonte neque pugno neque se-
gni pede victus.
 Catius ueni per apertum fugienteis
 15 Agitato grege ceruos iaculari
Celer alto latitantem frutice-
to excipere aprum.

COMMENTATOR.

Metrum hoc Sotadicum dicitur. Alij Rhythmicum nominant, ut numerus sit potius quam metrum: ab aliis Synapheia vocatur, quia non pedum sed sensus sine concluditur. Constat autem Ionicum à minore, & duobus primis versibus trimetris, hoc modo, Miserarum est. neque amori dare ludum. neq; dulci mala vino. lauere aut ex. tertius verò tetrameter scanditur ita, animari, metuenteis, patruè ver-bera lingua. Scribit autem ad Neobulen amantem Hebrum adolescentem, & testatur in suauem esse vitam sine hilaritate & amore. ordo est: ô Neobule, Miserarum est neque dare ludum amori, neque lauere mala dulci vino, aut examinari metuenteis verbera patruè lingua. lauere. pro lauare. sic enim veteres declinabant. lauit pro lauat. vt Virg. lauit improba teter ora crux: Qui versus ineptus est, si lauit est præteriti temporis. examinari. cruciari verborum castigatione. Patruè autem lingua, pro seueræ dixit: Patruè enim adolescentibus corripiendis austeriores esse solet quam patres, quibus natura ipsa indulgentiam plerumque extorquet. Cic. idem pro seueritate censuræ. Patruus quidem magister hoc dicere. tibi qualum. Calathum *μετανυκτᾶς* pro lanificio dixit, quasi amore & pulchritudine amatoris capta contemneret pensa mulierum. Cytherea. Veneris. à Cythero monte. puer. Cupido Veneris filius. Liparei. à Lipara insula, ac si diceret Liparensis, nam Liparitanus, eius insulæ ciuem demonstrat. nitor. pulchritudo. simul. mox vbi. vñctos. ablutos, oleo delibutos. Bellerophonte. qui Pégaso equo alato vectus Chimæram interemit. pugno. Athletico & agonico certamine. casus. peritus. per apertum per latum. vt, alia de parte patenteis transmittunt cursu campos. ordo est: Ales puer Cythereæ, & nitor Liparei Hebit, simul ut lauit vñctos humoros in Tiberinis vndis, eques melior ipso Bellerophonte, neque victus pugno,

neque legui pede: idem canis iaculari ceruos fugienteis per apertum agitato grege, & celer excipere aprum latitantem in alto fruticeto, auferit tibi qualum & studium operosæ Mineruæ fruticeto. vngulto. excipere. ex insidiis capere.

CRIVVS.

MISERARVM est nec amori dare ludum. Per insinuationem mouet Neobulem ut ainc commodè, cum nihil sit miserius, quam a amore suo liberè frui non posse, hilariterque vino curas amaras obliuisci: Quod ei quidem nouit integrum non esse mentu maiorum, a quibus obseruari castigarique sat's intelligit: Nec ignorat tamen eamdeperite Hebrum adolescentem, adeò ut ipsa nunciam puellaris exercitii in lanificio te-laque exienda quasi immemor, nihil præter eum cogitet somnietque: Nec id certè iniuria, ut qui sic amari dignus, cum ob nitidi corporis elegantiam, natandique peritia, tum quod in exercitio Martij campi inter alios sit facile primus, nec venandi imperitus, & in ceruas agitatis curli iaculandis, aprisque venabulo traiiciendis. miserarum est. vehementer admiror hoc genus carnis Grammaticos nullos aduertisse non vnius esse sed diuersi generis, ne antiquos quidem: ait enim Diomedes, quem Perrottus aliquique sequuntur, esse monocolon: at credo tamen eis non minus ad manus fuisse scriptos codices, ut nobis sunt hodie, ex quibus vel minimo labore licuissest versus discretos diuidicare: sed arbitror eis hoc contigisse, quod multis aliis, Acronemque non verum sive sententiae auctorem habere, qui Sotadicum hoc metri, sive rhythmicum numerofumque seu Synapheia nominat, non addita metri ratione alia quam constare ex ionicis à minori, versu trimetru tetrametruque: Qui cum sint naturæ eiusdem, voluerit hoc carmen esse monocolon. at aliud longè nobis ob oculos ponunt tres scripti codices Bland. antiquiss. Maldeg. & Mart. sed hic nostra ope non nihil adiuti in pedibus ordinantur. Est itaque Metru hoc tricolon, constans ex duobus prioribus Sapphicus trimetris acatalectic, tertio Anacreontio-dimetro catalectic, quarto Adonio; hoc modo: Miserarum est: neque amori: dare ludum: neque dulci: mala vino: lauere aut ex: animari: metuenteis: patruè: verbera lingua. &c. vt videre licet in Ode à nobis disposita. miserarum est. Exordium plane est ipsa dies, nec Horatio magis variatum quam genus ipsum metri, quod non tam ipsi quam vel Hebro adolescenti, id ab eo fortassis efflagitanti, vel maioribus in puellam durioribus adscribendā crediderim: yderetur enim præter honesti limites puellam

puellam Neobalen ad id inducere velle, ut maiorum metu valere iussa, de amoris ludum, Hebróque adolescenti mores gerat, cùmque eo comisando vinóque indulgendo viuat hilaret & incundé, cùm præter eum magis diligat neminem, vel ex eo conjectura facta, quod pueri penso neglecto in eum solum figat mentis aciem. *dare Ludum.* in amore colludere, & eo familiariter suavitèque frui. *mala.* curas, sollicitudines, metus, suspitiones &c. sic Epodo 2. *Quis non malarum,* quas amor habet curas hæc inter obliuiscitur? *laetare.* hoc ad vini calorem pertinet, qui affectus animi frigidiores discutit, ascenditque fiducia. de quo & Medici & Physici consulendi sunt. Ouid. eura fugit multo dilutiorq. mero. *aut exanimari.* per ellipsis hoc supplex est, hoc modo, aut miseratur est non dare ludum amori, aut inter ludentata comisaadumque metu maiorum percelli: ea namque voluptas interrupta timore, imperfecta est, minùsque sensus afficit. *patrua.* vide Adag. patrua lingua, sapere parruos, ne sis patruus mihi. *tibi qualum.* amoris argumentum, suarum rerum neglectus est. *pueriles.* Cupido alatus. vide Moschi cupidinem. *opera sagittarum Minerue.* diligentis & sedulus Hesio, in oper. & dieb. *autem Argonautarum.* *ηραὶ διδασκαλίαι πολυδιδαχαὶ ταῖς οὐρανοῖς.* hoc est, haec arte doceat varias telamq. Minerua de Pandora loquens. *Liparae nitor Heb.* ostendit Hebrum dignum esse quem Neobule diligat, primum à nitore vincti abluviq. corporis. *Liparae.* de Liparæ insulis quarū maxima est Liparis, vide Strab. lib. 6. *semul undos Tib.* necesse est me lector ante annos decem fidem datam in præfatione in 4 odarum nunc liberate in huius odes versuum dispositione legitima, quam Lambinus hic temere peruersam calumnoatur, nec aliud adserit, quod id doceat. in primis omnes nostri codi. scripti in easine villa macula aul litura consentiunt, adeo ut nō dubitem Lambini quoque scripta probariantur a nostris in ea non diffident: deinde ordo, versuum, quem ad finem subdit Aion vulgatus, sequitur manu scripta. Porphyrio quidem vulgaritus, quem fortasse sibi proponit Lambinus, habet. Diximus suprà adolescentes post exercitium, campestre in Tiberi nare solitos siuisse. Quod ita esse nos quoque norauimus ad oden 8. lib. 1. Sed hic cum natandi morem describi ab Horatio, etiā si velimus dicere non licet: quomodo enim. etiā versus disponamus. Atqui vel necesse est Hebrum vñctum Tiberinis vñctis aliud ad vitorem corporis tantum, non etiam ad pulucrem collectum deregendum, vel Horatum hic, & in Ode lib. 1. idem pro consuetudine athletarum significare, si antiquam sequimur lectionem: ut enim simul ad

Hebrus in Tiberi lotus est, eum in uitium esse & equitem & pugilem; iraque natationem censem precedere debere exercitium campestre. quod quām sit absurdum vel mediocriter doctus facile intelligit. Postremo metri ratio versuum collationem nō admittit eam quam Lambinus probat, adeo ut ea sola sit argumento lectori aliam quam nostram hanc lectionem esse peruersam. Quod autem scribit Aldus, Lesophonee, esse Peanem tertium, qui debet esse Ionicus à minore, cōquod & Horatio alias in locis, & Iuuenali Biclerophon, seu Bellerophonites, sit inflexionis apud Latinos tertiaz: certe cius Grammatica nihil nos inturbat, adeo ut quæ recta sunt, stulte inflexendo corrumpanus. Quid enim vetat quod minus Bellerophonites primam Latinam sequatur inclinationem, quam Anchises & infinita alia in, & vocali longa, ab, & finali, in ablativo? Quid cū ita sit, velim candidum lectorum nostra boni consulere, & si quo posset argumento iuuare, quod videat nulla nos alterius inuidia laborare, sed id quod res est, docere. *eques ipso mel.* laus ab equitandi peritia, per hyperbole Poëticam. *neque pugno.* laus ab athletica. *neque pede.* à cursu. *carus.* doctus à venatione, & iaculandi peritia. alto. Bland. antiquiss. legit. *arte.* pro denso, quod fortassis est aptius. *fructueto.* euodis dyp. cum eo pugnat quod dixit per apertum.

AD FONTEM BANDVSIAM cum eius commendatione.

O D E X I I I . ἡρόεστος Ικονί.

O F O N S Bandusia, splendidior vitro,

Dulci digne mero, non sine floribus,

Cras donaberis bedo:

Cui frons turgida cornibus

Primus, & Venerem, & prælia destinas

Frustra: nam gelidos inficiet tibi

Rubro sanguine riuos.

Lascivis suboles gregis.

Tē flagrantu aurox hora Canicula

Nescit tangere: tu frigus amabile

Fecis pomere tauris.

Praebes, & pecori vago.

Fies nobilium tu quoque fontium,

Me dicente, cauis impositam ilicem.

Saxis, vnde loquaces.

Lympha desiliunt tue.

5

10

15

C. O M -

COMMENTATOR.

O F O N S *Bandusia* *splendidior vitro*. Mecum tricolon, priorib. duob. A clepiad. tert. Pherec. quart. Glycon. *Bandusia* fonti sacrificiū promittit in agro Sabino, vbi Hor. villam possidebat. *splen. vitro*. laus fontis à perspicuitate, per comparationem, vt, vitreatे Fucinus vnda. *donab. hædo*. promittit immolationē hædi. Est autem amphibolus, vrum dicat donaberis hædo & floribus, an hædo floribus coronato. *primis*, nuper natis. *Venerem & præl.* maturi enim hædi & appetere Venerem & propter eam pugnare consueverunt. *frustra*. scilicet occidendum. *inficiet*. tinguer. *gelidos*. frigidos. *laſciui*. luxuriosi, petulantius, *flagrantis*. ardentes, æstuantes. *atrox*. intemperata. *bora*. tempus. *canicula*. stellæ. *tangere*. exsiccare, calfacere. *tu frigus*. opacitate in nemorosi & reconditi fontis ostendit, ad quem propter umbras non pertingerent canicularium æstuum calores. *amabile*. amicenum. vt, frigus captabis opacum. *seſſis*. defatigatis. *pecori vago*. liberè paſſenti. *fies nobilium*. meo carmine celebratus inter nobileis fonteis numeraberis. *me dicente*. me exante tuas laudes. *cauis*. antrolis. *loquaces*. sonantes. *vr*, per leuia murmur saxa ciet. *desiliunt*. desfluunt.

C R Y Q U I V S.

O *Fons Bandusia* *splendidior vitro*. Horatius more veterum, qui fonteis sacros habebant, fontanaliaque festa celebrabant. *Bandusia* fonti sacra se facturum pollicetur, hædumq. maturum, vt cuius aqua vino mixta sacris digna sit ob splendorem, tum quod opacitate sua sit amabilis defatigatis ex opere bobus, pecoriisque ab estu ad se recepto salubrem potum exhibeat, situq. que habeat, vnde lymphæ promanant, sub ilice visu mirabilem. *o fons Bandus*. argumentum est in genere demonstratio rerum. alloquitur fontem, id est, aquam fontis, προσωνυμικός. *Bandusia*. sic habent omnes lib. manuſcrip. quos legi. alij legunt *Blandusia*, cum vulgatis. hic fons fortasse caput est *Digentia* riu, cuius meminit Epist. 18. *dulci digne mero*. vouet aquam eius dulci vino seu mulso mixtam, floreis & hædum iuuenaculum postridie se sacrificatur: Maiores in sacrificiis alij *vino puto libabant*, alij mulso, nonnulli lacte, plerique aqua melle diluta: Vestę Numicij fluminis aqua libatum est, Thafsi vino Libanco, turis odo-re libabant: Horatius ad maiorem fontis honore, eius aqua sp̄endida vino dulci mista se libaturum pollicetur. *fons turgida*. turgere propriè dicitur quod inclinatum minatur exitu & eruptionem: sic fons hædi turget, vbi in fronte quidam quasi glo-

buli apparēt, vnde post paulo crumpunt cornua: quales sunt gemæ in vitibus arboribusque, vnde palmites enascuntur & rami. vt, turgent in palmitate gemmæ. *primis*. crumpentibus, enati ceptis, quod indicum maturitatis aduentus. *definitas*. quasi delberat secum, cogitatque & deligit Venetum, suumque aduersarium cum quo pceliabitur. *laſciui gregis*. sic, laſciua capella. *suboles*. sic legendum notau ad oden 3. lib. 4. *Canicula*. Persio dicitur insana Canicula, id est, vehemens, pestifer, noxia. Procyon Græcis, quod oriatur ante Canem 7. Kal. August. Columellæ. vide Plin. lib. 18. ca. 28. Idem lib. 2. cap. 40. nam Canicula exortu accendi Solis vapores quis ignorat? cuius sideris effectus amplissimi in terra sentiuntur, ferunt maris, exortore eo, fluctuant in cellis vina, mouentur stagna, & eiusdem lib. cap. 47. Ardentissimo autem se statim tempore exortitur Canicula sidus, sole primaria partem Leonis ingrediente, qui dies 15. ante August. Kal. est. *neſciit tangere*. propter opacitatem arborum: arbitror hunc fontem in silva fuisse Sabina, cuius meminit Ode 22. lib. 1. apud prædium suum Sabinum in valle Farsaci fluuij sium, quod describit Epist. 16. ad Quintum. *tu frigus amab*. ab utili propter aquæ potum, quem *Bandusia* defatigatis armentis præbet & pecori sitibido præ calore flagrantis Canicula. *fies nobil*. ἀτρόgiæ immortalitatis à ſitu. & tacita est eius fontis ædificatione.

AD ROMANVM POPVL.

laudes Augusti ob victoriam Cantabricam.

ODE X I I I. magnifica.

H E R C U L I S ritu modò dictus, ô plebs,
Morte venalem petuisse laurum,

Cesar, Hispana repetit Penates

Victor ab ora.

Vnico gaudens mulier marito

Prodeat, iusti opera et Divis:

Et soror clari ducis, & decora

Suplice vita

Virginum m̄stres, iuuenumq; nuper

Sosſitum, vos ô pueri, & puella

Iam virum experta, male ominatio

Parcite verbis.

Hic dies verè mibi festus avas

Eximes curas: ego nec tumultu,

Nec

15 Nec mori per vim meum, tenet
Cesare terras.

I, pte vnguentum puer, & coronas,
Et cadum Marfi memorem duelli,
Spartacum si qua portis vagantem

Fallere testa.

Dic & arguta properet Neera
Myrrheum nodo cohære crinem.
Si per inuisum mora ianisorem

Fiet, abito.

25 Lexis albescens animos capillas,
Litium, & rixe cupidos proterue.
Non ego hoc ferreus calidus iuuenia,
Consule Plancus.

COMMENTATOR.

HERCULIS ritu modo dictus est plebs. Mecatum trib. vers. Sappho. quart. Adon. Hec Ode scribitur in Augusti laudem, victoris ex Hispania reuertentis, comparatione ad Herculem facta; ut ostendat labores eum non peralios sed per se administrare, victoriamque adipisci. ordo est: o plebs. Cæsar dictus petisse laurum venalem morte, modo victor ab Hispania orariu Herculis repetit penates. morte venal. mortis enim contemtu laetus victoria queritur & triumphi, unde littene laureata dicta sunt. vt, est animus latus contemtor & istum qui vita bene credit emi, quo tendis. honorem, & vitamque volunt pro laude pacifici. unico gaudens. matronam castam dicit votu pro reditu Cæsaris soluturam. prodeat. procedat. operata. sacrificans, sacra faciens, victimas offerens, id est, procedat matrona ad puluinaria & aras. & sacra diis faciat. iusti dixit. divi semper iusti creduntur, sed nunc specialiter hoc dicit, quia victorianam & reditu Cæsaris, merito eius & virtutis prestatuerant. Virgilius quoque operari pro sacrificare posuit, inquietus, sacra referat Cereri letis operatus in artus. soror clari duc. Octauiam Augusti sorore innuit. supplicia vittas. virgis solutis supplicantibus. vt, soluite crinaleis vittas, capite Orgia mecum iuuenumq; nuper. supp. matres prodcant nuper iuuenum qui lospires domu reuersi sunt per Augusti victoriam. iam virum exp. nuptas. male omnia. siue, quia pro festiuitate dierum serice indubitanus, & absine batur à lizibus iung illi que; siue, quia in sacrificiis præceptio silenti bona omnia habebi iubebantur, ne incivilitate & incaute loquentes mala omnia verbis facerent: ideo inquit parci te verbis male ominatis, id est, malis omnibus.

verè, non fictè. arva curas. cogitationum maiores. vt, quando hæc te cura remordet. sumulum. commotionem bellorum. per vim per impulsione hostium. tenente Cæsare. quia pax parta est incolumi Cæsare. vt, terra belligeri compescat lignina lani. cadum Marfi. vinu quod bello Marisco diffusum est. Cadum autem oream. vt, vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes. Spartacum. gladiator fuit Spartacus, qui cum 74. sociis similis conditionis è ludo Lentuli fugiens, duxque factus per quatuor annos aduersus Romanos bella gerens valuit plurima: ideo nullum cadu vini manus eius euasiſſe metuit. at huc postea Licinius oppresſit. vt Luca. & simili causa caderet qua Spartacus hostis. vagantem. hostiliter debacchante. fellere. effugere. testa. orca. Neera. citharistæ siue cantatrix. arguta. canora. vt, hic arguta sacra pendebit fistula pinu. &, argutos interstrepit anler olores. properet. festinet. myrrheum. perfusum myrra; vel inter flauum & nigrum, myrrhei coloris. cohære, in nodum colligere. ad luctitiam repentina significandam. nodo, in nodu. inuisum. odiosum. mora. tarditas. ianisorem. si ianitor prohibuerit te ingredi. abito. adolescentem se ostendit fuisse iraci facilem, vt alibi. lenti albescens. canus. etatis accessu corporis vis extinguntur & furor. cupidos. iam olim ad rixam prius animos & superbos mitigat atas. consule Plancus. adolescentem se fuisse commemorat Plancus consule, iascique nimis facilem, si ab aliquo fastidiretur.

C R V Q V I V S.

HERCULIS ritu modo dictus est plebs. De expeditione Cantabrica victori reducique Cæsari Romanos hortatur Horatius, vt gratulentur, publicaque luctia diem festum concelebrent, sacra diis faciant, agantque gratias de tam immanni hoste deuicto Cæsaris auspiciis: Matroni Iunoni pro more supplicant: matres veroque ob filios marisque feruatos bonis precationibus, fauissime acclamatiōibus modulatè canentes, pacem tranquillitatemque perpetuam deos exposcat, quam ipselisi indubitate pollicetur imperante terris Cæsare: Quare vnguento se delibutum coronatumque diem feriatum iucundè cū Neera genio indulgend. hilarietque promittit acturum, quam per puerum accessirat iubet sine mora adesse, aut atas domi manere. Hercule ritu. Exordium ab apostrophe ad Romanos, quos plebem nominat non siue latente energiæ: ideo fortasse, quod ex plebeis aliqui cū Antonianis Hispanisq; contentim Herculi collatum Cæsarem, quas ab Euryloco damnatum, dixerat in Cantabros

biros in iuicetos cum exercitu proficiunt, ut maestantur. modo dictus. Exponunt quidam modum dictus, id est, laudatus, decantatus: quod nobis haud placet: verum malumus modum dictus, id est, qui dictus est ab aliquibus ad Herculis aemulationem, qui Geryonem cecidit innocuum, quasi alter Hercules, spe pradi, insonteis velle lacescere, nec tale quid promeritos Cantabros. De Geryone autem tripietu tricorpore fabula varia est: Ego certe crediderim aut unum Geryonem Hispanum in tria regna dimitte, aut treis fratres unanimi consensu feliciter imperio praesuisse: quorum felicitas & opulentia ad direptionem inuitauit Herculem, aut vicinos quoquis alios. morte, non auro, non argento, non pecunia, aut villo pretio, sed morte: Exstant enim Cantabri & Astures duri, fortes, inuicti, incorrupti, nec viles muneribus flectendi: hinc Ode 14.lib.4. Te Cantaber non ante domabilis &c. laurum, victoriam: victores enim lauro coronati triumphaverunt: vade illud est Virg. viridiq. aduelat tempora lauro. Quin & imperatores de hostibus deuictis ad Senatum litteras lauro reuinctas mittere solebant, quasi rei bene gestae laetitia que rauentios, quae laureatae dicebantur; quod quidem, sed obsecruius, Comment. annuit. *victor*, ergo lauro coronatus. ora, à situ loci significat Cantabros ad occidnum mare remotos. sic & Ode 15. lib.4. famaque & imperi porrecta maiestas ad orium Solis ab Hesperio cubili. vide Plia. & Strab. lib. 3. amicogaudens, in gratiam Octauiae sororis Calaris horatur feminineum serum, ne in publicis supplicationibus, publicaque laetitia suo desit officio, mulier marito. Syncdochicōs, hoc est, vos matrone castra & impolluta: ut sit numerus pro numero. prodeat operata: sic & in Pluto, φίλος δρόμοι αὐτοὶ σφέδην prodeat operata, id est, operari tenui ad operandum, id est, sacrificandum: Codic. Bland. duo cum Maldeg. & Mart. pro ratione, habent τὸ θεάτρον, soror clari dicit pētiphrasis Orauiae. clari, præclar. supplice ritua, nuptiali; id est, decenzi & honesto habitu. male omniatis: infausis, parceret verbis male & omniatis, est bene precaudo auertere mala: vel ab imprecatiōibus animum contineare, ἀποθύειν, οὐ πατεῖν, vi. Ode 1: huins, favore linguis, cum locum legito, omniatis: habet antiquiss. Bland. cum Diuina & Sū. quam lectionem omnino credo seruandā, reclamantibus omnia his aliis manu scriptis quæ leguntur, nominatis: non dubito namque scilicet aliquis me metu sci licet gratia appofuisse τὸ θεάτρον, ac si quis tam non plurimā mortis auctoritate codicis scripsit: nā: præceps meos septem, numerat Laminius alios octo, in quibus τὸ θεάτρον scriptum est: et auctos fuerint, si non miseras malit, ut interpretetur nominatis, id est,

odiosis, contumeliosisque in Cæsarem & exercitus totius, cum properer eretos sibi in bellum periculissimum, filios maritosque, tum quod initio bivis odes feribant, dictus o plebs, tamquam ab iniuidis iniurieisque Augusti fuerint in vulgus disseminata obloqua quzdam, verbaque non bona. verum aliam lectionem magis probo. hic dies festus. se quoque ait diem hunc agere festum, & laetitia publica esse participem. ego nec tumultus. sic Ode 15.lib.4. Curtode rerum Cæsare, non furor civilis (quem tumultus nominat) aut vis eximet otium; non ira, qua procudit easleis, & miseras iniurias rebus &c. deinde; nosque & profestis lucibus, & sacris inter iocosi munera Liberi, & prole matronisque nostris ritè Deos prius appreciat &c. i puer unguentum. horitur pueri ut vnguentum, coronas, vinum pareat ad latitiam vetustissimum: &, ne quid ad volupatem sibi defit condimenti, iubet adesse Negram latè exultam: nam in adornanda se operosorem tardiorēmque reicit, nec optat adesse: ut qui pro sua natura biliosa, moræ sit impatiens. *Marsi memorem*. hoc est, qui nota in scripta memorat seu indicat ei anni, quo Marsicum bellum gestum est, Consules, inimici, L. Cæsare, P. Rutilium Lupum, anno v.c. 463, auctore Sigonio in Fast. Id autem bellum & Italicum & sociale etiam Marsicum dictu est, quod à Marsisprimum commotum sit & eorum imperatore Popedio, ut Strabo tradit lib. 5. *Spartacum* si quis bellum Spartacum, quod & Scruile, gestum est à Q. Arrio pretore & Cons. L. Gellio & Cn. Lenulo, anno Vt.con. 681. Nam epitoma 96. Q. inquit, Atius prætor Crixum fugit uorum ducem cum 20. milib. hominum cecidit. Appianus lib. 1. bell. ciuilium, Crixum refect circa Gaganum montem, à Cons. cum exercitu defecutum, vide L. Flor. lib. 3. ca. 20. Oros. lib. 5. cap. 26. vagantem. Spartaeū scribit Appianus ex Apennino ad Alpeis, ab Alpibus in Galliam properantem ab uno consule cohibitum, ab altero fugitū eosdem illos conseruo imperi separatum vicile, ac Romanum infesta signa ferentem cum magna Romanorum cæde à Cons. retentum, Thurios urbe cepisse, ac apud eum Romanis congressum, viatoriam & prædam ingenerio terutile. fallere latere, λαθεσσεν. festat Postquam Cæsar tres nobilissimos triuiphos cum summo omnium clivii Romanorum applicauit, et itaque egisset, Dalmaticam primo, anni 724.die: Macedonicum altero: tertio vero Agyptum de Cleopatra. ad Actium, ut scribit Dio. Ianum tertium clausit, quod id rotum ferè terrarum orbem pacasse videretur. at Hispaniensi bello Ianum tursum apertum, eum anno v.c. 728. scribit Dio iterū clausisse: cum C. Antistius,

Ancistius. Tit. Carissius cum Cantabris & Asturibus, ipso Cesare Tarracone agrotante, feliciter regessile nuntiarentur: cum Augustus triumphū sibi à senatu decretum renueret. Quare ei permisum est, ut primo quoq; anni die imperatoris tune sumto nomine corona & veste triumphali viceretur. Quare, ut ad institutum redeamus, hac testa, seu cadus à Marsico bello ad Cantabricum Iano clauso, viuum habuit reconditum annorum 64. **dic & argu.** accessit Nezram fidicinam per puerum, sed ea lege, ut properet semicomita, crinibus in nodum religatis. **myrrheum.** de vnguento myrrheo vide Plin.lib.12.cap.15. Bland. ounes habent Mureum si per insulam. si Ianitor sit morosior, ut mox te non admittat. **abito.** noli molestus esse. **lenit albescens.** **asinoeysia** ab ætate iam ad senium vergente. **animos.** ror, iugular, animi vehementiam ardentiorem, & ad vltionem prouinciam. **proterua.** petulantioris. **non ego ferrem.** Enallage, pro ferre potuisse, modi potentialis: erat enim Horat. **ἀγέλλεις:** quare ubi per senium non licet honeste, in iuuenta, eam contumeliam Negra iuriat. **confuse Planco.** Natus est Horatius, L. Cotta, L. Manilio Torquato Consanno vir.con. 68. auctore Sigonio. Laetum Munatius Planicus, eodem auctore, consul fuit cum M. Aemilio Lepido anno vir.con. 712. fuit itaque tunc temporis Horatius annos natus 23.

AD CHLORIM MOECHAM vetulam & luxuriosam.

O D E X V. μητρίκη.

VXOR pauperi ibyci,
Tandem nequissimæ fuge modum tua,
Famosisq; labbris.
Mature propior define funeri
5. Inter ludere virginem,
Et stellus nebulam spargere candidum.
Non, si quid Pholoen sati,
Et te Chlori deser. filia rectius
Expugnat iuuenum domos,
Pulso Thyas vii concita tympano.
10 Illam cogit amor Nothi
Lasciva similem ludere caprea.
Te lane prope nobilem
Tensa Luceriam, non cithara decene,
15 Nec flos purpureus rose,
Nec posse verulam face tenus cadu.

COMMENTATOR.

VXOR pauperi ibyci. Metrum dicolō priori versi. Glycon: posterio. Alcipriad: Ad moecham scribit libidinam & verulam, quam obiurgat propter intemperiuam eius petulantiam. **vxor.** quæ marito est solatio, si casta est modestiaq. pauperi. honesti & tenuis, cuius tenuitati honestia que uo conueniebat vxor libidinosa. **fuge modum.** pone modum. **nequissimæ.** obicena libidini. Nequissima etiam significat turpem avaritiam. ut Terent. leno nequam, non vult me iniqua loqui. **famosisq;** turbibus. **mature pro.** ordo est: dñe inter virginem ludere, cum sis propior funeri, & vicinior per ætatem. **funeri.** morti. **stellus.** virginibus, decens ædipnia. Nam ut stellarum decus & nitor fulcatur nebulis celaturque, sic nitorem virginis anus permixta validè obscurat. **nebulam.** dedecus. **spargere.** immiscere. Et te Chlori. ordo est: Chlori non si quid satis Pholoen decet, hoc etiam decet te, rectius expugnat filia domos iuuenum supp. quā tu concita vii Thyas pulso tympano. **expugnat.** pullat. **pulso.** concusso. **Thyas.** baccha. tu pem etiam designat Pholoen filiam Chloridis qua furore libidinis incitaretur, ut Bacchæ tympanorum pulsu. **Nothi.** uomen amatoris. **illam.** Pholoen. **lasciva.** petulca; per pulchrè: quia hoc genus pendis libidini & lasciviae est deditissimum. **te lane.** supp. decet. **prope Luceriam.** Luceria ciuitas est Apulia, dicit autem lanifico ætatem eius magis aptam, quam luxui & ebrietati. **poti.** potati. **verulam.** supp. te. **face renus.** vñque ad faciem, tamquam quæ vala vino potando euacuaret.

C R. V. Q. V. 175.

VXOR pauperi ibyci. Chlorim mones seni-
culam non decete libidinem, ut quæ maritū haberet pauperem quidem, sed honestum & ab eiusmodi vita moribus alienum, qui nollet eam iam decerpitam choris interessere puellarum, quarum formam spectabilem ipsa suo vultu rugoso nebulosoq. facilè obscurare posset. Sinar Pholoen & amore & cum Notho amatio lascivit: ipsa vero de lanificio cogitet: quod id sua ætati conueniat; non etiam citharam formiet, aut fertum rofasecum inter vini pocula. **vxor pauper.** Pauperis vocabulum à scriptoribus ferè in bonum usurpatum, adeò ut sit epitheton virtutis honestatisque: qualem depingit Horatius Ocellum rusticū Saty. 2.lib.2. Nam pauperem esse est moderatè quidem agere, sed opera & labore rem parare: quod pereleganter in Pluto definit Aristoph. discernit statuens inter mendicum & pauperem: πλούσιος, οφ. Cios, ξένος οὐδὲ καπνός ξένος. τὸ δὲ πάντες ξένος φαδέρης, τούτος ἔργος τεραῖς τεραῖς, περγίνος δέ τοῦ παύσις μὴ πότερι μηδὲ εἰπεῖνται: id est, mendicū quidem

quidem vita viuere est nihil habentem : pauperis autem, viuere vtenter & operibus intendentem; supererit autem ipsi nihil, non desse tamē. Sua- det itaque à decoro mariti, tandem ut laetiuit de- sinat. *fuge modum.* vnum cod. Mart. habet pone modum, reliqui fuge. Est autem metaphora à mi- lieibus sumta veteravis, qui ex auctorati sua arma fugere diebantur. ut Virg. armāque fixit Troia, tunc placida compotus pace quiescit. Epist. x. li. 1. Veianius armis Herculis ad postem fixis latet ab litus agro. *famisissim.* ab inhoeta fama. ma- turo prop. ab etate leoli, cui Veneris ludus est de- decori. intercludere. ludere inter puellas. & bellie. neb. per pulchrum ī dūmīq. ex oppolis, oryxes- nūs. non si quid. σεωρτάληνεστοθεικ. filia- rectius. ad etate venia puellæ datur, si iuuenium ludinet animos; nam pares cum paribus restiut. conueniunt; sed vetula nequaquam cui libidini- ri est fecundum. *expugnat domos.* constantiam, ita et animus meretricii illecebris irretitus dica- tur non esse domi, sed foris peregrinari. Non pla- cer Pholoëa posse inaelliigi irripile in foreis ali- ciuius, propter sexus infirmitatem & mollitatem, nisi ipsa furens cum multis aliis Thyadibus sic Orgia- sacrificari. *cogit amor Nothi.* αἰνολογία laiciuiz ab amore Nothi. *te lana.* pro lanifico & tela- ētōp, φέιφαται. *Lucerian.* Strabo lib. 6. in Mi- neruæ quidem fano, que Lucerigest, præsca dona, & ipsum vetus oppidum Dauitorum exiit, nunc vero depressa iacet, hortatur itaque Chlorim ve- domi suum opus in lana etiisque texenda faciat, māritum iuuer, solerūtque sua præfencia. non ciz- rbara d. Nam, ut ait Publius, Amus ludēs mor- tadelicias facit *nou flos.* ex veterum more; qui coronas portabant. *fecit tenuis.* non decet te vetu- lam strenue portare dies noctis que donec cadus sit exhaustus. Id uno cod. Bland. & Mart. scripto est; vetula. Quod & Cancerus notat: nec ab ea lectio- ne dissentit Porphyrio vulgaris; habet enim, per fecem autem vetulam, verus vinū accipe. sed al- tera lectio mihi verior appetit. dispiacat lector.

A·D·M·Æ·C·E·N·A·T·E·M;

autem obediens omnia, se verā minimē.

O D E X V I / οὐθετική.

IN Q L V S A M · Danaēn turri aēnea,
Robustag̃ fores, & vigilum canum.
Tristes excubia, munierant fatis.
Nallurnu ab adulero,
Si non Afrisiūm, virginis abdita.
Gulod, ip̃i p̃sidum Iupiter, & Vener-

Riſſent: fore enim eusam iter, & patens,
Conuerso in preſum Deo.
AVRVM per medios tue ſatellites,
Ex perrumpare amas ſaxa, potentiū.
Ida ſubmineo, concidit auguris
Argui domus, ob lacrum.
Demersa excidio, diffidit urbiū
Portas vir Macedo, & ſubruis amulos.
Reges muneribus, munera nauium
Seuos illaqueant duces.

C R E G E N T E M ſequitur cura pecuniam,
Maiorumq; fames. iure perborui
Latè confiduum tollere verticem,
Mecenat, equitum docis.
Q V A N T O quifque ſibi plura negauerit,
A Diſ plura feret. nil cupidium.
Nudus caſtra peto, & transſuga, diuineum
Parteſ inquere geſtio,
Contemna dominus ſplendidior rei;
Quām ſi, quidquid arat non piger Apulus,
Occultare meū diceret horvei,
Magnas inter opes inops.

Patre riuis aque, ſiluaq; ſigerum
Pauorum, & ſegetus certa fides mea.
Fulgentem imperio fertili Africa.
Fallit ſorte beatior.

Quamquam nec Calabria mella ferunt apes,
Nec Laſtrygonia Baechius in amphora
Languescit miti, nec pinguis Galliæ.
Crescunt vellera paſeuī:
Importuna tamen pauperies abeft:
Nec, ſi plura velim, tu dare deneges;
Contricto melius parua Cupidine.

Vettigalia porrigan,
Quām ſi Mydoniū regnum Alytrici
Campū continuem. M-V-L-T-A p̃erentibus
Desunt multa. bene eft, cui Deus oblate.
Parca, quod ſatiū eft, manu:

C O M M E N T A T O R .

I N C L V S A M · Danaēn turri aēnea. Metrū-
ditoloni trib. verl. Asclepiad. quart. Glycō. Oſten-
di hæc Ode quanta vis ſit auri & potentia, qua-
expugnantur & corrumpunt uomina: ſe autem
Horatius beatum dicit, quod paucis contentus.

plura

plura non appetat. *inclusam Danaen*. Exorditur à fabula Danaës pueræ & aureo imbre. Acrius pater cùm Danaën filiam validam turri & manica clausisset ob pudoris custodiā, Iupiter in aurum versus fingit eam violasse: Quo exemplo docet nihil nō expugnari posse pecunia. Ordo est: *Aenea*, *turris*, & *robustæ* fores, & *tristes* excubiz vigilum *cauam*, sati munierant inclusam Danaën ab *nō*-*& armis* adulteris, si Iupiter & Venus non risissent *Acrium* pauidum custodē abdite virginis. *aenea*, *robustissima*, *vigilum*, *vigilantium*, *tristes exc.* ab effectu: quod Danaën mæstam & tristem redderent. *munitam*: firmauerant munitam, *no-**cturnis*, occulis, noctis enim tempus eiulmodi etimini est aptum. vt est, nec gregibus nocturnus obambulat: quod dicit, vt ostendar ibi nulla maia regnare. *abducta*, *inclusa*, *pauidum*, *sollicitum* & *cautum* propter oraculum. *reflexus*, illusione, *fors*, esse, suppliciebant. *in pretium*, in aurū, quia Iupiter in imbre aureum verlus videtur fuisse pretium concebitus. *per medios satellites*, per hostium cuneos & tremulos hostiles. vt, quid non mortalia pectora cogis auri sacra fames! *porruma*, *per amas*, munitiones solet vehementius expugnare quāto fulmen. *concidit*, exaggeratio. *anguria*, variis Amphiarai, cuius vxor Eriphile monili corrupta, egit, vt ad bellum contra Adrastum regrediretur: quod tamen velut vates præscius sui exicij, multum declinabat. *ob lucrum*, ob monile, quod Eriphile ab Adrasto accepérat. *demersa est*: perire Macri terra. *domus*, pro gente & familia Amphiarai. *diffidit*, dirupit, diluit. vt, diffidimus muros. *ter Macedo*. Philippum significat Alexandri Magni patrem, qui mukas ciuitates aero proditoribus dato cepit ac dixit. *amulos*, resistentes & inimicos. *sator*, immiteis. *illaqueant*, impliqueant, demergunt, capiunt. *duces*, piratas, qui propter rapacitatem securi sunt & piraticam exercent, magno. *sepè cum* periculo, & est ordo, ducis nauium, non autem munera nauium. *cura*, sensus est, cura sequitur diuītias crescentias, & fames maiorum diuītiarum, augetur cupiditate. vt, Iuuenat. Crescit amor nummis, quantus ipsa pecunia crescit. *ire per horru*, pecuniarum desiderium merito respuit & spreui propter curas & inquietudinem. *larsi*, diffusæ, conspicuum, elatum & toruum honorum potentia. *collere*, atollere, erigere. *verticem*, caput. *Mæcenas equi der*, erat enim Mæcenas eques Romanus, nec voluit transire in ordinem Senariorum. *quanto quisque*, hoc est, quanto quis diuītias magis spreuerit, contentus mediocritate census, nec ambuerit fortunas maiores, tanto Deorum favore dicit ei nihil posse deesse. *nihil cupione*, precitatem gaudientium. *ferre*, accipiet. *nudus*, à

dhūitiis & cupiditate, conspicuus. *transfuga* dicitur, defector, fugitiuus. *gesio*, opro, cupio, quia dixit castra, nunc se dicit transfugam, manens in metaphora, quod à diuītiarum vitiis & curis significet: se transire velle ad virtutis insignia & vita quietem. *constantia*, spretus. *impiger*, laboriosus. Luca: aque impiger Apulus arua deseruit rastris *occultare*, recondere, reconditum habere. *magnas interopere in animo* scilicet egenus, propter invariabilē cupiditatē: avarus enim eius rei e' o' tendit inopem, quam querit, tamquam non haberet. vt Iuuena, egenus vivere fatu. *pura riuus*, laus mediocritatis sub agelli descriptione. *segetu cer-* vberitas, glebae fertilis, non decipiens spem domini, vel laborem agro præsticum, cui cortigit, is beatior est multa Africa: patrimonia possidente. ordo est: *pure*, *rious*, *aque*, & *siluz* iugerum paucorū, & certa fides meægetis beatior, fallit forte fulgentem imperio fertilis Africa. *quamquam nec* Cal, in Calabria enim sunt flores apibus gracillimi, ostendit se agros non habere in Calabria. *Lætrygonia*, Formiana: nam Formis Lætrygonessiuas ledeis habuerunt, ubi optima vina nascuntur. *langueſcit*, euaneſcit, veterascit, acescit. *pinguis*, Gal, crassa & secunda. Mart, te Tyrus, me pinguis Gallia nutrit, est enim Gallia paucis apta. *importuna*, quæ facit importunos & odiosos, qualis est pauperies extrema, quam negat Horatius se habere. *nec si plura*, quam habeo. laus Mæcenatis ab humanitate. *contracto*, mitigato, arto, reiecto scilicet desiderio diuītiarum. *vestigatio*, i. paucomit posse, minor tributa perfoluam. *Mygdonia*, Asiriacis, Assiriis. *Alyacti*, regis Lydorum. Crœsi filii, qui patris imperio opimo est vsus. *continuum*, coniungam, *perentibus*, cupientibus, beneſit. *lup. ei*, dicit omnia frugaliter suppetere, & nihil deesse.

C. R. V. Q. V. I V S:

IN C L V S A M Danaen turris aenea. Ex verbis Horatii satis coniiscere licet, ad honores eum, dignitatēsque amicos euchore contendisse, à qui bus ipse magno & forti animo, cùm numquam eō adduci potuisset, vt instituto vita murato eis assentissetur, hac Ode rationem reddit. in primis sibi pro comperto esse honores esse ambitiosos, au- xiliumque sitire: nam sine pecunia nec alii splendorē nec sublūtore posse: Pecuniam vero cuncta secum dugere vitę incommoda, dolos, insidias, stu- pra, proditiones, & si qua sint his graviora: Da- naës enim pueræ deluso patre Acrilio, numquid Iupiter aureus virginitatem expugnavit? Quid Eriphile vt Amphiarauum maritum proderet, au- non à Polynice monile accepit? Sed qua Macedo-

Z. 3. Philippos

Philippus alia via portas vrbium hostilium intravit, muros diruit, reges subiugauit, quam auro proditore; Quid nauum ductores Barbaros capit & illaqueat autem quam auri munera? vt omittam curas, perturbationes, sollicitudines, habenda strim inflatiabilem, peritura, impia in patrum & Deos ipsos confusa: quibus magistratus, honorum dignitatumque studios necesse est esse obnoxios: adeo ut non iniuria o Mæcenas ampliore vi se statum exhortuerim, quam naturæ ductu modo que vivere, contentus diis auctoribus mea sorte, rerumque angustia tolerabili: vt quem Sabinus agelius, riuulus aquæ puræ, siluarum aliquot iugera, & legatis annua cum tranquillitate mentis fiducia, & plenidiorem me beatoremque faciant quam Africæ regem sua regna. Sit Calabria melle felix, habeant Leptygones sua vina Formiana, sua laudet Gallia nobilia pascua: mihi certe modesta sine cordibus vita ratio longè pluris est quam vel opulentissima regna Afizæ: adeo ut eura solum sequere felicem credam, cui cum securitate animi tranquilita: que dij immortales dedere quod sat is est. inclusam Danaen. Apolodori de Danaë fabulam latè descriptam in studiosorum gratiam paucis contextam. Ex Lynceo rege Argiouru, post Danaū, & Hypermneira Abas genitus est. hic ex Ocalea Mantuci geminos, Acrisium & Proctum procreat: Acrisius Argis Proctum expulit, qui ex Eurydice Laomedontis Danaen gignit: at cum ex oraculo didicisset, ex ea filium nasciturum qui auro sibi necem esset illaturus: id pertimescens, aeneo sub terra cubiculo constructo inclusam Danaen custodici iubet: hanc alij Proctum patrum viciasse, alij Iouem in imbre aureum transmutatum, per impluivum in Danaës sinum delapsum, cum ea concubuisse scribunt, natumq. esse Perseum filium. quem non credens Acrisius esse Iouis, cum cum matre, in area lignea inclusum, in mare deiecit: ex qua in Seriphum insulam delata, Dictys sumtum puerum Perseum educauit: Qui vir factus, Nympharum ductu, à quibus talaria, Cibis seu peram, & Orci galeam accepit, ad Medusam peruenit, caput eius ex auerso amputatum intra peram recondidit & abiit, vt id ex pacto in nuptiis mattis Danaës cum Polydekte rege Seriphorum, fratre Dictyos veerino, ei proximosa daret. Reuersus itaque in Seriphum, cum matrem cum Dictyi ad aras cōfugisse ob Polydectis violentiam reprehendisset; & Polydecten & amicos auxiliareis, ostendo Medusæ capite, in laxa commutauit, Dictynq. Seriphæ regem constituit, caputque Medusæ, Mineru dono dedit, quod ipsa in clypeo suo posuit. Ceterum Perseus cum matre Danaë & Andromeda coniuge

Argos properat, Acrisium patrem visurus: At is oraculi memor in Pelasgicam terram fugit; vbi Teutania patri vita functo gymnicum certamen edituro Perieus interuenit. hic Quinquerium ludens, disci iactu Acrisij pede percussio, actuam et interfecit, quem extra urbem sepelivit. hæc ex Appollodori lib. 2. turris ænea. hæc adiuncta faciunt significationem paternæ sedulitatis in filia conseruanda. vigilum canum. quorum fidelitas veteribus ita commendata fuit, ut canem fiduci symbolum depingi curauerint. Acrisium custodem. Acrisij custodiā tñu φορδαλοῦ. Jupiter & Venus. vana certe est omnis humana cura, nō implorato prius, & assistente diuino numine, in ijs praesertim naturæ difficultatibus in quibus nox. Venus & amor non suadent ullum modum. ~~medio~~ per medios. ~~magis~~ ad exempla subsequentia à maiori: Aurum vim perrumpit apertam, quanto magis id faciet, si ex insidiis adoriatur. ~~ante~~ solet. φιλ. ἔντεχνη. Quod Quintilianus notat li. 9. cap. 3. ex Graeco, inquens, translata, vel Saltuari plurima, quale est, vulgus amat fieri potentissima. magna potentia. hic ponendum colon est, adhuc à nemine animaduertsum. i. tñu fulmineo. hic ablatius nō est comparationis sed instrumenti, adique sequentia pertinet; perij enim Amphiaraus, ut est in fabula, i. tñu fulmineo dehincente tellure. concidit auguris. Amplificatio per exaggerationem. huius exempli nimis prolixæ capita quedam deliceabo interpretationi necessaria. Narrationem solidam legere est apud Appollodorum lib. 3. ~~auguris~~ Argisti. Amphiaraus Oiclei filius vaticinandi peritissimus, inquit Apoll. quod omnes in Argiouru bello contra Thebas, prater unum Adrastum perituros esse perspiciebat, hanc Thebanorum expeditionem detrectabat, reliquoq. dehortabatur &c. ob lucrum. Eriphyle ex Talao Biantis, Adrasti regis Argiourum soror, Amphiarai coniux, torquent aureum à Polynice accepit, (quod ei certe dissuaserat Amphiarau) vt ad bellum contra Thebas gerendum permoueret Adrastum: tum Amphiaraus, vt Adrasto leuiro gratificaretur, eam militis subire coactus, filii (Alemæoni & Amphilochi) imperat, vt simul ac per ietatem liceret, matrem occiderent &c. domus demersa. inter hæc, inquit Apoll. Amphiarao ad Ismenium amnem fugienti, priusquam in humeris à Periclymeno vulnus acciperet, demissio ab Ioue fulmine, terra dehiscit: mox ille cum curru & Batone auriga, sive Elateno, vt aiunt quidam, eo terre hiatus absorptus est, & postea namquam visus; nam Jupiter eū immortalitate donavit. Verum Adrastus ab Arione equo vectus in tutum euasit &c. de cæde autē Eriphyles ab Alemæone filio ex mandato patris, de eo ob

eo ob hoc facias in farorem vero, eoque è me-
dio sublato, vide Apoll. lib. 3. *exitio*, ad exitium:
nam patre, matre, liberis extintis, tuta fuit extin-
cta familia. Omnes scrip. lib. præter Diuæ habet
exitio, quos secutus sum. *wir Macedo*. de bellis à
Philippo Alexandri Magni patre perfidiose gestis,
legiro. Plutar. in Acti 10; Iustinum lib. 8. & 9. O-
ros. lib. 3. cap. 12. *annulas regas*. principe Gracie, de
regno inter & imperio contendenteis per
exultationem sive invidiam. *muneribus*. inter ce-
tera hoc Philippi notatum dignum est, nimirum, vr-
beas, arceis, vel munitissimas omneis expugnari
posse, ad quas asinus onustus auro posset accedere.
de quo Iuuenia. Saty. 11. addit. & balaustas & mil-
le elcaria, multū celeri, biberat quo calidus temtor
Olinthi &c. Quid aureū poculum, ut scribit Plini.
lib. 33. cap. 4. puluino Philippus rex Macedonum
subiciebat cum velle dorso. Einerat autem, ut
Demosthe. testatur contra Aeschinem, Olinthi
à Lasthene amico suo, quem pecania corruperat.
crescentem seq. vixna perpetua. *ire perhorrai*.
hæc à kalyoxi purgationis, cur soluerit euchi, &
aliorum more caput erigere, superbireque; conti-
nit tacitam apud Mæcenatem gratiarum actio-
nem. *quanto quisq. sibi*. hæc Enthymemata vera
sunt axiomata Stoica. Quanto quis plura deside-
rat, tanto pauciora possidet; nam quo desunt om-
nia, tam ea quæ non habet, quam quæ habet: eis
enim veretur uti: quare nisi cum moritur, nemini
recte facit. Contrà: *Quanto quis appetit paucio-
ra, tanto plurius abundat*: nam ut natura paucis
est contenta, ita partis fructus hilariter: & semper
ei superest aliquid, quod libenter imparitur alteri:
ei namque quamvis arca plena nō sit, diues tam
semper est animus. Horatio concinit Demo-
critus apud Stobæ. *τὸ μέτρημα τοῦ σώματος οὐκ εἶναι τὸ μέτρημα τοῦ πνεύματος*, id est, si multa non desideres, pauca ti-
bi multa videbuntur. *ἀδια πλούσιος* feret. nā dīj fa-
cientis adiuuans. *τὸ διά τοῦ πάντων διατεταγμένοις*. i. dīj
certe possunt omnia. Hom. *nil cupientium*. expli-
cat Horatius animum suum planè diuinum, & in-
stircuti modum laudatissimum: quam animi cum
vitæ moribus symphoniam, in omnibus suis scri-
pis hominis ethnoici, viuam imitarentur. Chri-
stiani sedum optarent: *nil cupientium*: nil nisi
quod parcer & frugaliter sati est ad vitam suspen-
tandam. *καθεδρα peto*, non corpore tantum,
vt plerique, sed & animo. o quā debilia, sua pauci-
tate, sunt hæc castra! quam expugnare faciliat.
Sed ubi nam quælo sit? quem propugnatorem,
quem habent antequa non, quæ victori præmia?
In mundo, supra firmam petram Agonotheses
Christus est: præmiū victoria, corona, nō lanrea;
sed per meritū passionis Domini nostri Iesu Christi
immortalitate insignita: *Eia, age, magis virtu-*

te, nō hō timere pusille greci. transf. dicit. mundi
huius. *partes linguae gestio*. ò si verè & ex ani-
mo decantaremus, regnum mundi, & omniē or-
natū eius reliqui propter amorem Domini. *con-
temta dom*. ratio transfugij à diuinibus ad castra
nil habentium, in animo sita est, eiisqueveris bo-
nis, tranquillitate, securitate, moderatione, beatitu-
dine, immortalitate &c quæ qui possidet, non
modo hæc diuities cum caducis suis fortunæ bo-
nis, sed cuiā fortiter despicit; splendidior domi-
nus contentæ se, hoc est, honestatis, mediocrita-
tis, co:identiæ, temperantiæ &c. quæ: es vulgo est
contemneui, quām si fortunæ bona omnia posside-
ret, hæc nostra est. hic sententia, non penitus in-
epia, ut mihi persuadeo: nam qui hæc animi bona
si habet, is eorum dominus est proprius, adeò
ut ne morte quidem ab eo possit auferri: Cetera
fortuna, leui ſezpe de causa suos possessores defec-
tunt. At si cui rem contemtam magis placet ad ea
pertinere, quæ pusilla nō dirant sed alunt tantum,
non repugnabo, & interpretabore contemta, id est,
vilem, angustum: qua voce nō raro sic vixit. Ho-
ratius: *Aue contemtam animo tuo, nec aliter desi-
derata, quām ut sit vtilis*. Cum qua interpretatio-
ne contentit illud Davidicū: Psal. 61. Si diuinis
affluant, nolite corapponere. Non parum profe-
cto doleo, virum doctissimum hic esse vehementi-
orem, exacerbarique in eos qui ex lectione scri-
ptrorum mod. non male hic legi posse aiunt, con-
tentæ; quam illi sententiā suam (quod sciam) nullis
argumentis stabilivit: nec video, cur tantopere
cum eis sit pugnandum, quid enim *versac. dicere*
hanc esse Latinam dictiōnē cum Acrone & Porp.
vulg. res contenta, id est, arta, contracta, cōposita;
ut Gracie: *τὸ περὶ γῆς καὶ τοῦ οὐρανοῦ*, ἀπὸ τοῦ ουρα-
νοῦ; cui, contrā, responder res laxa, id est, ampla,
lata. Et mehercule, nescio an hæc lectio sit inferior
alia: sed disputeret docti. hoc tantum adiiciat, cum
hoc non discrepare vehementer quod scribit Saty.
7. lib. 2. qui tam contento quām lato fune laborat.
impiger. sic habent omnia nost. scrip. *πότερα ρίνεις*:
aq. illustrat hic rem suam contemtam, aut si ma-
uis, contentam, non latam-sanè, nec amplā, cuius
se dominum vendit: splendidiorē: quouis splen-
didissimo amphissimōque, vimirum agrum suum
Sabinio conualli Farfari fluminis ammirissimi,
vbi ex fonte Bandisia riuis Digentia defuebat in
Farfarum. *filiaq. iugis*. huius meminit odes 22. li.
1. namq. me filia lupus in Sabina &c. *segetis certa-
fides*. spes indubitate. seges autem terra est arato
lubaeta sataque: Aruum vero, solum aratum, sed nō
satum. *fulgentem imperio*. hunc locum citra villam
difficultate sic ordinio & interpretor: meus fundus
beator, id est, nō partum beatus secunditate ammirarēq. fallit, id est, latet sor te fulgentem, id est,
souitor.

sorrito fortuitusque Imperio fertilis Africæ: hoc est, rex Africæ cui sorte diuina humanæ contigit Africæ regnum amplissimum, nescit quanto plus beatitudinis, securitatis, træquillitatis, amicitatis & voluptatis est in eo fundo qui naturæ fatus est, quam in diuitijs, opib[us]que & honoribus splendidissimis latissimisque. huius autem loci ordinem perturbatiorem retinuit in Comment. Laminus & alij exponunt hunc locum ad hellenismū: nempe, certa fides meæ segetis beatior sorte, id est, beatiore sorte fallit fulgentem &c. Quemadmodū Virg. Aeneid. 2. sensi gnedios delaptus in hosteis, id est, sensi se delapsum in medios hosteis: qua interpretatione, quam non reprobo, nostram simpliciore clariorēmq. iudico. delegat lector peritus. *quam-quam nec Cal. w[er]g[er]atā* quis eius quod obici posuit: *Quid beatitudinis est & felicitatis in ijs bonis* quæ ita nō alunt ut precaria quadā mendicitate nō sit opus? et si, inquit Horatius, non amplissima possideā, tamē nec ego, nec viuo precario. *quam-quam nec Cal.* hoc est, quamvis mibi non sint pro palato fercula melle delicate condita, nec ius appetiū, quod luxu laſsum percuillat stomachum, vt ait Saty. 4. & vlt. lib. 2. nec *Laftryonia*. nec vina delicata, qualia Formij cœfunt in Cāpania, sint mihi in copia. *nec ping. Gallicis.* Strabo lib. 5. Agrum, inquit, qui ad Illyrium pertinet pascendis ouibus idoneum, vicinis reliquerunt. Sed & Columel. lib. 8. de ouibus, Generis eximij, inquit, Cabras Apulāsque milites nostri existimabant, carumque optimas Tarentinas, nunc Galicæ pretiosiores habentur, earumque præcipue Altinates. Mart. xiiiij. Epig. velleribus primis Apulia prima secundis nobilis Altinū terria laudat ouis. *contra&to mel. p.* hic diuidet lector, num cōtracto dixerit cupidine, ratione contentæ angustæq. suæ possessionis. Nititur autem loco communi, putā, ex maioribus malis, minus eligendum: difficultiora sunt maiora: Minorā verò vēctigalia, collectu facilia, & inuidia minās obnoxia, cōq. tranquilliora. *Mygdoniis.* Solin. ca. 1. 2. Qui Edonij quondā populi, quæque Mygdonia erat terra, aut Pieriū solum vel Aemathiu, nunc omne uniformi vocabulo Macedonia res est. & ca. 5. 4. Bithynia in Pōti exordio, ad partem solis orientis aduersa Thracię, opulenta &c. antè Bebrycia dicta, deinde Mygdonia, mox à Bithyno rege Bithynia &c. vide Plin. lib. 6. cap. 13. Strab. li. 7. Et ipsi etiā Phryges Thracum genus sunt Bryges dicti, sicut & Mygdones & Bebryces &c. lib. 1. 2. habitant tamē circum eum (Olympū) à septentrione Bithyni & Mygdones &c. & li. 1. 6. Et eū (pontē) qui olim iuxta Tham-sacū erat, ij habent qui à Macedonibus Mygdones sunt appellati, apud quos est Nisibis: quā Antiochiam Mygdoniā appellantur &c. Alyatici. deri-

tatiutum ab Alyates, qui Crœsi Lydorū regis pater fuit. Strabo li. 9. Et dona mittebat thesauroſque locatos parabant, sicuti Crœsus, ciūsq. pater Alyates &c. Apollo. li. 2. in enarratione generis Herculani scribit. Quem autē Hercules sustulit filium ex Omphale Lydorū regina, nomē fuit Agelao, vnde & Crœsi genus &c. *Multa peritib. yroni,* quæ pendet ex ea quā sublequitur, Crescentē lequitur cura pecunia majorumque famæ. Semper enim auarus eget, ergo numquā tranquillus est.

A D A E L I V M L A M I A M.

ODE X V I I . *mæmoriā.*

ÆLI vetusto nobilis ab *Lamo*,
Quando & priores binc *Lamias* ferme
Denominatos, & nepotum

Per memores genus omne fastos:

Autore ab illo ducū originem,

Qui Formiarum mæni: dicitur

Princeps, & imantem Marica

Litoribus renuisse Lirin,

Latē tyrannus. cras foliū nemus

Multū, & alga litus inutilis

Demissa tempestas ab Euro

Sterner: aquæ nisi fallit augur

Annoſa cornix. dum potes, aridum

Componē lignum: cras Genium mero

Curabū, & porco bimetiſi,

Cum famulū operum ſolutis.

C O M M E N T A T O R.

ÆLI vetusto nobilis ab *Lamo*. Metrū duob. vers. Alcaicū, tert. iamb. dimet. quart. Pindar. Alloquitur Aeliū Lamiā senatorē, quem laudat ab antiquitate generis, & hortatur ad curandū genium. Aeliorū autē familiā ab *Lamo* Formiarū rege oriri dicit, vnde & *Lamia* cognomē nobilibus inditum est, quod vulgo *Lamii* genus vocabatur. Iuuena. Lamiarū cēde madenti. quando. si quidē. binc. ab eo antiquo *Lamo*. *memores*. qui nobilitas in posteris memoriam testarentur. *fastos*. per fastos consules vult accipi. Lucan. Qui dat noua nomina fastis. *Formiarū*. Formiæ ciuitas est Campaniæ. *Marice*. Marica nympha à quā fluuius nomē accepit. *Lirin*. Liris nomē est fluuij interfluentis vrbē Minturnenisi. de quo Luca. & vmbrosę Liris per regna Maricæ. *lae*. diffusè. *tyrannus*. potens. alibi pro domino, alibi pro crudeli ponitur. vt, pars mihi pacis erat dextram tetigisse tyranni. *alga*. de future tempestatis indicio. vt, omnia plenis rura natant fossis. ordo est: tempestas destruſa ab Euro sternit littus inutili alga. *annoſa cornix*. vt, ſepe finifra

finistra causa predixit ab ilice cornix. **annoſa**. diu viuens. Iuuenal. Exemplum vita fuit à cornice **secundæ compone**. strue, ad sacrificium faciēdum, dum licet per ferentiam **ourabī**. placabis. **bimetiſi**. duorum mensium. **cum famulis**. cum seruis ab opere vacantibus, & ferias agentibus. Ostendit tempus hiemis, quando ad focum potare **hortatur**, & facia genio fieri. vt, inuitat genialis hiems curasque reficit. &, ante focum, si frigus erit; si mællis, in umbra.

C R V Q V T V S.

IN laudem Aelij Lamis recenset ab origine generis eius Lamum Læstrygonum regem antiquissimum: idque per genealogiam Lami nepotū testari asserti Annales Romanos, qui Formiis Minturnensis vicinisq. dicitur imperasse. Monet autem Lamiam Horatius ex augurio cornicis annoſe, vt paret in alterum dient tempestuosum ligna arida Genio ad focum sacrificando, hilariusque cum famulis vino potando, quando per ventos & tempestatem non licebit in agris **vocati**. Captat autem hac laude eius benevolentiam: nam videtur more suo velle nonnihil **expansus**, Lamiamque detergere à luxu intemperie, memorique facere, vt ea curet in ætate florente vividaque quibus opus erit curando genio in ætate posteræ rebus agendis minimè idonea. **Aeli votus** s. nob. Satyr. 3. lib. 1. sub finem monui lectorem P. Alfinium Varum cum P. Vinitio Consil. fuisse anno Vr. cond. 754. Hic autem L. Aelius Lamis cum M. Seruilio (si non alij fuerit Lamis) Consil. fuerunt anno 755. Quare necesse est hallucinari cum qui in Horatij vita scribit eum mortuum C. Mario Censorino, C. Alfinio Gallo Consil. anno V. c. 745. si non multoante hanc oden ad Aelium scripsiterit quam fatu concessit. Non iniuria certe Petrus Crinitus in Horatij vita, non nullus ait memorie mandasse Horatium vivisse annum supra septuagesimum, ut videtur licet in Horat. vita tertio loco his Commentariis apposita ex codicibus Bland. **Lamo**. Lamus Paulus in Boetia fluuius est in Heliconis iugo. Est & urbis nomine, & nescio an ea fuerit à Lamo antiquissimo Læstrygonum rego Neptuni filio condita, postea dicta Caieta. Ouid. Metamorph. 14. Inde Lamis veterem Læstrygonis, inquit, in urbem venimus, Antiphates terra regnabat in illa. Fuerat autem Læstrygones feritate famosi, qui primi post Cyclopes Siciliam feruntur incoluisse, eam, puta, partem quam postea Leontini tenuere, ut in Comment. in Odys. Silinus. Et regnata Lamo Caieta. Quo ex Sicilia deuenere in extremam Italiz oram Siciliam versus: qui Formias quoq. considerunt inter Tarracinam

& Sinueſam: hinc Plin. lib. 3. cap. 5. Dein locus speluncæ, lacus Fundanus, Caicta portus, oppidum Formiæ, ut existimauere, antiqua Læstrygonum sedes, &c. ferunt. fides ab historia & **nepotum per memores**, hic locus variè potest ordinari, aut hoc modo, & ferunt genus omne nepotum denominatum ab Lamo per fastos memores. aut, quod magis placet, ferunt fastos **mæmoires** nepotum per omne genus. aut, ut permemores voica vor sit, ut in aliquibus scriptis offendit, & ferunt fastos permemores nepotum omne genus, per Synthesis. Dispiciat lector. & innatam Maricam. Marica nymphæ Minturnensis vxor Fauni, ex quo Latinū peperit: templum habuit in ripa Liris fluminis. Minturnæ autem oppidum fuit in Campania iuxta paludes ubi Marius latuit fugiens persequenter Scyllam. Quintil. in primo ubi Grammaticen subesse Musicæ contendit ostendere cum ex aliis, tum ex Eupolide, ubi Prodamus & Musicen & litteras docet, ait Maricam quandam Hyperboreum nihil ex Musicis nosse præter litteras. Itaque & Marica Nymphæ, & Maricas vir inueniuntur in eadem, ni fallor, etymologia; nempe λαοὶ θυμός Doricæ, γῆ in a, & βι in i. quod significat ruminio, & eam fuisse Ruminam Deam ea ratione qua D. Augustin. in lib. de ciuit. Dei 7. cap. vndec. docet Iouem Ruminum pro singulis maritis: nō enim dubium est quin Maricas denotet Cinandum & Ruminum: aut deminutiuum est maris. Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 4. Circe, inquit, in deorum numerum recepta nominata est Marica. **temnisse Lirum**. Plin. lib. 3. cap. 5. ultra, inquit, (Formias) fuit oppidum Pyra, colonia Minturnæ, Liri amne diuina, Glanico appellato, &c. **latè tyranus**. tyranus vnum est ex iis appellatiuis que per se quidē subsistunt, vel alii sustinet, ita latè regem, id est, regnantem. sic ad Pisones rorifores, verū ita riores, ita cōmendare dicaces cōuenient satyros. **cras foliis**. monet postridianæ tempestatis ab Euro imminente. **alga inuti**. nullius visus herba in littus maris electa. Hinc natum est proverb. vilius alga, pro reviliissima nulliusq. pretij. Fland. nominitatur **Elschouwe**. **augur cornix**. exegesis. Cornix augurium facit future tempestatis sua crociatione. De prognosticis aut serenitatis aut tempestatis futuræ, legitio Virg. 1. Georg. sub finem. **durus potes**. Mortatur Lamiana prudentiæ tempestiæ, ne præsentem rei bene agendæ occasionem sinat elabi, quod non tam ad diem solum postridianum pertinet videtur, quam ad ætatem posteram, de quo in initio huius dictum est. **genium mero cur**. non arbitror hoc intelligendum de sacro quod à maioribus diebus natalitiis erat celebrari solitum, sed de coniuvio, commissioneque cum familiaribus

bus habenda: Iubet enim porcum parari bimestrē; quod in sacris genialibus foedi erat auspicij, qua: tantum pulte, frizillo, mero, libis, floribus & ture siebant, sine animali hostia, sanguinisque effusione: erant enim dies hilaritatis latitiaeque plenissimi.

A D F A V N V M D E V M

agrestem, ut per agros eius trans-
eat innoxius.

O D E X V I I I . προεκτική.

F A V N E Nymphaeum fugientium amator,
Per metas fineis, & aprica rura
Lenū incedas, abeāsque paruis.
Aequis aluminis.

- 5 Si tenero pleno cadiis hadus anno,
Larga nec desunt Veneris fodali,
Vina cratera: vetus ara multo
Fumar odore:
Ludit herboſe pecus omne campo,
10 Cum tibi Non a redeunt Decembres:
Festus in pratis vacat otioso
Cum bone pagus:
Inter audaces lupus errat agnos:
Spargit agrestes tibi silua frondeis:
15 Gaudet inuisam pepulisse foffor
Ter pede terram.

C O M M E N T A T O R .

F A V N E Nymphaeum fugientium amator. Metrum tribus versibus Sapphic. 4. Adon. Precautur Faunum Deum terretrem, ut in sequendis Nymphis se fugientibus transiens suos agros velit esse propitiatus. *fugientum*. propter petulantiam. *fineis agros*. *apraca*. amena, temperata. ut, ducet apriſis in collibus sua colorem. *lenus*. propitius, placidus. *abeasque*. transcas. *aquus*. mitis, inno-*cuus*. *alumnus*. ruris vernulus, quos Fauni maximè vexare dicuntur. *pleno*. completo, annale ei sacrificium se facere ostendit. si. siquidem. ut, vestro si munere tellus. *cadir*, immolatur. *fodali* v. e. propter Liberum: nam sine Cerere & Libero friget Venus. *vetus ara*. supp. si. vetus autem non ætate. deserta, sed multo ture succensa. Ostendit autem se multis eum sacrificiis libauisse, quibus prome- reatur quæ petit. *ludit herboſe*. quasi deuotum diem in numinis honorem etiam pecudes lasci- uiō dō sentirent: Noni. autem Decembribus Fa-

nalia festa & sacra celebrabātur. *festus*. sollemnis. *in pratis*. In pratis enim & filiis & australia celebra- bantur. *otioso*. labore soluto. *pagus*. in compitis pa- gorum. Virg. præmiaque ingenteis pagos & com- pitacircum *Thesifide* posuere, atque inter pocula leti molibus in pratis vñctos saliere per vteis. *andacei*. non semper audaceis agnos, sed eodie, tamquam qui interueniuntur numinis non timeant: quod honoris Fauni applicat, festiuitatis suæ tem- pore lupos pecudibus nocere non sinentis. *spar- git agrest*. hoc est, etiam arbores latantur & siluae: quia Siluani & rustici propter amoeni- tam frondeis spargebant. vt, spargit humus foliis. inducere fontibus umbras. *inuiſam*. nimio labore odioſam. *foffor*. rusticus, cultu vinearum liberatus etiam Fauno ſacrificat. *pepulisse*. pulſaſe. ter. ad rhythmi retuit soaos. vt, inuitat genialis hieus, curaſque refoluit.

C R V Q Y I V S .

F A V N E Nymphaeum fugientium amator. Sup- plicat Fauno dum suos agros amore Nymphaeum pererat, ut sibi siisque sit innoxius: id enim se præmereri prædicat Nonis Decembribus in eius honorem Lycris sollembibus celebratis, vi- no libando, haedo immolando litandoque: adeò ut totus pagus sine cura pecoris arationisque strati humi frondibus, nihil quam totum diem lu- dendo, comisando, saltandoque festum peragat. *Fauze Nymph. fug.* propter eius falacitatem fugiunt Nymphæ, ne virginitatem amitterent: quemadmodum de Paue pastorum Deo, Syringa Nymphaeum persequente scribit Ouid. i. 2. Metam. Inter Hamadryada: celeberrima Nonaerina Naias vna fuit, Nymphæ Syringa vocabant; non femel & Satyros eluferat illa sequenteis, & quoſcumque deos umbrosaque silua feraxque rus habet, &c. & lib. i. 4. de Pomona Nympha: *Quid non & Satyri* falkatibus apta iuuentus fecere, & pinu præcincti cornua Panes, Silenusque suis semper iuuenilior annis: &c. *Nymphaeum*. Dryadum & Hamadryadum, que siluarum sunt & arborum. *alumnus*. que- ris: Nam ex sententia Alexandriab Alex. Faunos, qui & Siluani, vexare pueros erat opinio. lib. 2. c. 2. 5. In hac autem voce alumnus, Nonius à Valla reprehensus est lib. 6. cap. i. quem sequitur Spiegelius in suo Lexico, & alijs. Vult enim Nonius eam & passiuē & actiuē recipi, tam pro eo qui nu- trix, quam qui nutritur: Valla contrā, passiuē tan- tūm: Evidē Nonio suffragor, & Varronis dictum pro eo facere omnino iudicio, nimurum, Et ecce de improviso ad nos accedit caria Veritas, At- tice philosophia alumna: ex veritate namq; phi- losophia,

losophia, non etiam ex philosophia veritas nata est. Quin & Plin. eodem modovtis lib. 3. cap. 5. Terra omnium terrarum alumna, eadem & parés numine Deum electa. Tacitus de claris orator. est, inquit, magna ista & notabilis eloquentia alumna licentie quam stitii libertatem vocant. Virg. Non illa quidem communis alumna omnibus iniecta tellus tumulabit arena. Græcis huic in actiua significacione respondet τρόφος. Plutarc. deliberorū institut. τὸν θεόν τὸν τρόφον δίδωσιν τοῖς οἰκείοις τοῖς πατέρεσσιν ἐχοντις, ἀπὸ μεσθε φίλου, id est, nutrices & alumnae benevolentiam suppositiciam & adscripticiam habet, utpote mercedis amantes, & multis aliis in locis: ei vero in passiva significacione ferè respondet τρόφος, vt, ὁ τρόφος τρόφιμος, id est, Anaxagore vero alumnus, Alexander, patr. Aetolus, vt habet Agell. lib. 5. cap. 20. Est quidem τὸ αλούμνος πρὸς τὶ, sed τὸ ἄντε πρὸς τὸ ἄντε, nimurum alumnus alumni alumnus; non etiam, vt volunt a iij, alumnus nutriticus alumnus, sed potius nutriticius nutriticus nutritius, & cōtrā, nutritrix nutriticij nutritrix, si tener. & si nō est cōdionalis, sed causalis copula, siquidem, quia, quoniā, &c. pleno anno. Decemb. Nonis follēnibus, cadit. mactatur. hadus. Ode 4. lib. 1. cratera. ad hilaritatem, fumat odore. in litatione. lafit herboſo. vagatur, errat liberte te custode. Notat oīum & securitatem pastorum ipfis Nonis Decemb. quando dies ipse Fauno festus agitur. otioſo cum bove p. ceſſatū ab aratione. pagus. metonymicōs, pro paganis. Pagum autem dictum volunt δῶν τῆς τηνῆς, quod iij sint eiusdem pagi, qui ad eundem fluuij tractum habitant: Hinc quatuor pagi Heluetiorum apud Cæsarem in suis Comment. de bello Gallico. lupus. lupus eo die exuit suam feritatem, & innocenter agnis compascitur tuo nomine.

AD TELEPHVM OB MV-
renam augurio honoratum ait hilariter
esse compotandum.

ODE XIX. Διασολιδὴ δικαΐων.

QVANTVM diſſer ab Inacho
Codrus, pro patria non timidus mori,
Narras, & genus Aeaci,
Et pugnata ſacro bella ſub illo.
3 Quo Chium prelio cadum
Mercemur: qui aquam temperet ignibus:
Quo prabente domum, & quota
Peligni caream frigoribus, taces.

Dā Luna properē noua,
Da noctū media, da puer auguris
Murena, tribus, aut nouem
Mifcentar cyathis pocula commodū.
Qui Musas amat impares,
Ternos ter cyathos attonitus petet
Vates, treis prohibet ſupra
Rixarum metuens tangere Gratia,
Nudis iuncta ſororibus.
Inſanire iuuat, cur Berecynthia
Ceffant flamina tibia?
Cur pender tacit a ſiſtula cum lyra?
Parcentis ego dexteris
Odi, ſpargerofas audiat inuidus
Dementem ſtrepum Lycus,
Et vicina ſeni non habilius Lycos.
Spiffa te niuidum coma,
Puro te ſimilem, Telephe, Vefpero,
Tempeſtua petit Chlöe:
Me lentus Glycer a torret amor mea.

COMMENTATOR.

QVANTVM diſſer ab Inacho. Metrum Dicolon, priori Glycon. posteri Aſlepiad. Hac in ſe alioquitur Telephum ſuum ſodalem iocose cum corripiens, quod Romanis Græcas historias, nec ad propositum pertinenteis, potius eloquatur, quam quæ ſint apta praefati conuiuio: quæ reréque quantum temporis interefſet ab Inacho ad Codrum vſque: poſta conuersus ad puerum, hortatur ut impari cyathorum numero faciat repotiones. Inacho. Inachus rex fuit Argiūorum, qui filium habuit Phoroneum valde eloquentem. Codrus. hic fuit rex Atheniensium, qui imminentibus regno hostibus, pro patria mori voluit: Nam oraculo reſpolūm fuit, eos victuros quorum Dux cecidisset: Codrus itaque ſumto pauperis habitu, ad caſtra hostium perrexit, à quibus, post multas in eos coniecas iniurias, tandem occidit. Virg. aut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri. narras. & Telephe. & genus Aeaci. aut Achillis. ſacro. quia à Diis Apolline & Neptuno in ura Treiani facti dicuntur, vt Virg. conuertere ab imo ſtructa meis manibus penitū mœnia Troic. quo Chiurn. à loco. peregrinum vinum poſuit pro pretioſe. ſemper. tepeſtac: nam tepeſtac aquis ſoleat aut Græci vina temperare. quo prabente inuitante. quota. hora. Pelignis. Pelignum oppidum a

Samnites. da Luma. pinceruam puerum alloquitur. properè. festiuantur. Luna noua. id est, bibamus in honorem Lunæ nouæ & noctis mediae augurii. Murenæ. hoc modo veteres coniuiorum festiuitatem celebrate consueuerunt, ut ad singulos vini cyathos, singulorum deorum aut carissimorum hominum nomina adiici iuberent. tribus aut nonem. tribus, propter Charites, nouë propter Musas ad maiorem lætitiam miscensur. propinuantur. cyathis. calicibus. commodis. apis. aeronotis. expertus. doctus. imparis. vt, numero Deus impate gaudet. petet. exquirer. prohibet. vetat. rancere. appetere, ne ebrius factus exurgas in rixas, quæ sunt gratia lætitiaeque contraria; quæ nudæ pinguntur, sine vlo. velamine, quia sunt sine dolo & fraude. in sanare. ineibriari. cur. supp. nunc. Berecyntia. Berecyntus vrbis Phrygia, vnde & Phrygia tibi dicuntur, quæ matris Deum factis adhibeti consueuerant, ad quarum cantus à coniuiantibus saltabatur. vt, tympana nos, buxusque vocant, Berecyntia matris. flamma. foni & voces. vt, calamos inflare leuis. parentes. cessantes à vino miscendo. sparge. ô puer. dementem. magnum. ingentem. sprepitum. pro lætitia. Lycus. vicinus inuidia rumputur. Virg. fit strepitus teclis, vocesque per ampla voluant atria. vicina. xor. quæ seni puella inhabili coniuncta est. vnde & zelum eius ostendit dum inuidum dicit. spissa coma. decenter ornata. puro. sereno. vespero. occidetali Lucifero. tempestis. nubilis. ordo est, & Telephe tempestius Chloë peritte, nitidus spissa coma, & puro similem Vespero. Laus Telephi à pulchritudine, nā crinum compositio in iuuenibus amatitur. torret. interius consumit. vt, est mollis flamma medullas.

C.R.V.Q.V.I.V.S..

*Q*VANTVM disset ab Inacho. Monet vrbane Telephum ciuitatis non sine eius commendatione & laude à veteri historiæ cognitione, quam enarrare, cum neque locus neque tempus erat; eum loqui mauit quæ ad rem faciunt, præsentisque diei lætitiam, propter adsumptum Murenam in augurium collegium, promouere, déque antiquo coniuiandi bensique more reapple agere. quod vt fiat, iubet Telepho rancente avrogidari puerum aut tribus cyathis misere pocula, aut nouem petenti, sed commodis: velle quidem. Gratias, metu rixarum, non supra treis cyathos. At cum sit insaniendū, Gratias quasi valere iussis, cum Musis hilare secundum censem: titibus Phrygias, fistulam adesse cum lyra, à poculis non cessandum, rosas spargendas, nihilque omitendum quod ad insaniam facit vel invito Lyco.

vicino. quantum disset. Indicat Telephum fuisse amantem veteris historiæ. Inacho. Inachus vixit anno mundi 3344: Codrus autem 4111. Eusebий in Chronicis auctore: à quo multū discrepat. Venerabilis Beda, qui scribit Inachum vixisse anno mundi circiter 2508. cum Jacob Patriarcha cuius Io filiam Aegyptij mutato nomine pro Iside coluerūt. Codrum autem 2850. aut circiter. Inachus autem Geenai & Tethyos filius fuit, ut scribit Apoll. bb. 2. qui ex Melilla Oceani. Phoroneum & Aegilaum progeniuit: ex Phoroneo & Laodice Nympha natu sunt Apis & Niobe; ex qua & Iove Argus: ex Argo & Euadue Strymonis Iasus; Pirauthus; Epidaurus & Cratulus: ex Iaso Agenor nascitur: ex quo Atgus Panoptes, idest, oculatus, custos Io buculæ: quam Castor & alij Inachi filiam fuisse perhibent: Hesiodus autem & Aculeaus; Pirenis: Sed Apollod. ex Argi Panoptes & Iunene Afopi, Iaso natam tradit: quæ misera tandem Argo occiso post multos errores in Aegyptum portarent, vbi pristina forma recepta Epaphum peperit, & Telegono regi nupsit: Epaphus autem ex Memphis Nili filia Libyam progeniuit, ex qua & Neptuno gemini Agenor & Belus; ex Belo autem & Achinoe Nili gemini procreari sunt, Aegyptus & Danaus, qui Danaum quidem ad Libya incolandam, Aegyptum vero in Arabiam misit, &c. vide Apollodorum. Codrus. Eusebий in Chronicis, Codrus, inquit, (anno mundi 4130:) iuxta responsum seipsum morti tradens, intermixtus bello Peloponnesiaco: in quo Heraclida regnum destructum est, quod 382 annis perseverauerat. Lycurgus in oratione contra Leocratem, narrat hanc de Codro Athenarum rege historiam: Lacedæmones inopia victus laborantes ex agrorum in annos aliquot sterilitate, constituerant Atticam bello & armis occupare: Qua de re consultus Apollo, respondit eos non fore superiores, nisi ab hostiū rege manus abstinuissent: Quod oraculum cum didicissent Athenienses ex Cleomanti Delphico, ipsi quidem & suis posteris cibum in Prytaneo decreverunt honoris ergo: Codrus vero farmenta collecturus habitu seruili proprius hosteis accessit, iam per agros palanteis, qui hostili more percontantes quinam esset, vnam ex eis secuti, percutiū, interemis, ceterosque multis contumelias in suam cædem irritauit: itaque rege interfecto vi trices Athènas fuere. propatria. Laus Codri de pietate in patriam. Valcr. Max. lib. 5. c. 6. & genus. Eaci: posteros, puti, Acacias Peleum & Telamonem ex Endeide Chironis filia: ex Pfamathe Nerei, Phocum: ex Telamone & Peribea Alcathoi, Aiaceem; ex quo & Hesione Laomedonis; Teucrum: ex Peleo & Thetide Achillem, &c. Apollod. 1.

Apollod. lib. 3. At Aeacus Iouis & Aeginæ filius fuit. *pugnare bella*. Horatiana dictio, ut alibi notatum est. *sacra*, i.e. pugna, magni. quo Chium pret. nota decori minus obleruati à Telepho, *carta dioptra*. Chium *cad.* *μετονυμός*. pro vino Chio landatili-*mo*. *quoniam*. Maiores nonnumquam misfuerant vinum aqua, ne läderet: plerumque reperfa-*cetis* id niuibus ad delicias dñeubant; & quo foret incorporeus, aliquando marinam infundi curabent: licet itaque hunc locum referre ad nivis ca-*lore liquefactas* vinóque infusas. At malim ad balnea igni calefacta pertinere: moris enim fuit antiquis non nisi lotis & vñctis discumbere. quo *præbente de*: hoc est, quis *σωματικλήτωρ*. id est, nomenclator, qui conuiuas ad se vocet, locumque conuiuia ad di' cumbendum & tempus designet. *τελεφος τον διάνα* Athen. lib. 2. *Pelignus*. hic me ad focum quidem cùmque luculentum cenare maiores, discumberéque solebant. Sed aliud vi-*detur* notare Lyticus: fortassis aut narrationis in-*tempstiua* frigus, aut vini Peligni, quo Telephus vebatur familiariter, cui videretur his opponere Chium. Mart. Marsica Peligni nuntiunt turbata coloui, non tu: Libertus sed bibat illa eius. Pelignos autem ponit in Italiz regione quarta Plin. lib. 3. cap. 12. Ouid. 3. Fäst. Sabinos dicit Pelignorum proavos. Fefus: Peligni ex Illyrico orti: inde enim profecti ducta Volsini, vel Volsurij, vel Volsci regis, cui cognomen fuit Lucullo, par-tem Italiz occuparunt. huius siere nepotes, Paci-*nus*, vnde Pacinates; vel Pecinus, vnde Pecinates; vel Picinus à quo Picentes; & Pelicus, à quo Peligni. *da Luna prop. noua*. Apostrophe ad puerum *ἀντοχαδιεστ*, qualiam res agatur: Treis autem in poculum iuber in fundi cyathos, primum in honorem Lunæ nouæ, alludes fortassis ad *σομπίνα*; proper Telephum; qui græcitate gaudebat: alicum in honorem medie noctis, in quod tempus pocula protrahenda indicat. tertium in gratulationem Murenz iam auguris facti. Istud autem facere videtur, vt Græcē libendo, non etiam more Telephi, Græcē narrando, sit rufundus: qui iocu-*s* admodum festiuus est; Græco namque more bibere, est ad singula pocula, primū Diis libare, deinde honoris gratia, amicos nominare, largéque merum potare. *commoda*. minoribus ad voluptatem; ad imitationem Græcorum, qui primis in epulis brevioribus poculis sese inuitabant, sub finem vero adhibebant laxiora. *attonicus*. ludit ad *σύνθετην* poëticum: Poëtis namque & attoni-*tis* esse furerisque & haerire largius non indecorè licet, vt qui bibendo nouies addequent poculis Musarum chorum. trei prob. *supra*: anastrophe præpositionis. *ricutum metenos*: *anisodysis* mo-

derationis tritum poculorum ad Gratiarum numero, ab euentu: nimia namque & immoderata vi-*ni* potatio rixas inducere & iurgia soler. vide oden 27. lib. 1. *nudis iuncta*. vide oden 7. lib. 4. *infanire iuniae*. relictis Gratiis modestioribus, venit ad Mu-*las* poëtici furoris presides: & per quandam *έγα-
νάντος*, cum iuuet, inquit, infanire. Musisque i-*bare* vina, cur Musarum nos sunt omnia plena, cur non inflatur tibia Phrygia, cur tacet fistula; cur lyra non resonat? *parcentis ego*. Festinata ora-*tio* index est impatiens animi, tubseruitque de-*coro* personæ infanientis. Obiurgat autem desides conuiuas, qui quasi spectatores otiosi nihil agunt, neque pocula in manus, neque lyram fistulam ve-*capiunt*, aut manibus plaudunt. *flarge rosas*. apo-*strope* ad puerum. In apparatu spiculido secun-*dæ* mente rosis inspergi floriblique solebant & siccis odoribus *dementem*, indicem dementiaz. *non
habilis*. cod. Bland. antiquiss. legit, non habili. quæ mihi lectio videtur aliam superare; non enim puella seni, sed contraria, senex inhabilis est puellæ, & multum ineptus eius amoribus: & hoc nō mine dicit Telephum spissa coma nitidum elle, & habi-*bilem* Chloë puellæ seu Rhodæ, vt habent aliqui cod. Scripti, quia pares cum paribus rectius con-*ueniunt*: *Quem in amore ait se feliciorem, quod
Telephum quidem Chlœ petat, amorem vero
Glyceræ erga se esse lentum. Chloë* duo cod. Bland. cum Mart. & Sil: habent Rhodæ.

A D PYRR HVM, N E ABDV-
cat Nearchum à sua puella.

O D E · X X . συμβουλευτική.

N O N vides, quanto moneras periclio,

Pyrbe, Gænla catulos leaneas

Dura post paulò fugies inaudax:

Prælia raptor:

Cum per obstantes iuvenum catervas:

Ibit insignem repetens Nearchum:

Grande certamen, tibi preda cedat

Maior, an illi.

Interim dum tu celeres sagittas

Promis, bac denteis acuis timendos:

Arbiter pugna posuisse nido

Sub pede palmam

Ferrur, & leni recreare vento

Sparsum odoratis humerum capillis:

Qualis aut Nireus fuit, aut aquosa

Rapius ab Ida.

a 3

Com-

COMMENTATOR.

NO N *vides quanto moueas periculo.* Metrum Sapphicum cum Adonio. ἀληγορίας Pyrrho consulit, ne f. ustra conetur à meretricula Nearchum abducere, ob periculum futurum. *moueas.* coneris auferre. *dura.* amara. *inaudax.* non audax, timidus. *obstanteis.* repugnanteis. *grande certam.* magna contētio vtri p̄ræda erit maior, tibi habenti Nearchum, an illi per vim repetent. *celereis.* manet in metaphorā leæna. *promis.* paras. *timendos.* timeridigos. *arbiter pugna.* Nearchus. *sub pede.* hoc est, fertur Vénus & Libido ei succubuisse. Dicit autem Pyrrhūm frustra ab amore meretricis reuocare iuuenem. *leni.* suavi. *recreare.* reficere. *sparsum.* ordinatum, compositum: ad emphasis teruitis Venereæ dicit cum habere per humerum sparioſ capillos vnguentatos: nam pueri meretricij non tundebantur. *odoratis.* vnguentatis. *Nireus.* Nireus tam speciosus ab Homero traditur, vt omneis Græcoꝝ, excepto Achille, superaret. *raptus.* supp. Ganymedes. *Ida.* monte. vt, quem p̄p̄es ab Ida sublimem pedibus rapuit Louis armiger vacis.

C R V Q V I V S.

NO N *vides quanto moueas periculo.* Pyrrho consulit vt Nearchum puerum valere iubat: tieri enim non posse, vt eo vel rapto potiatur, nisi magno suo cum periculo: adeò vt aliquando leæna timore velit eum se non abripuisse, dum per vim leæna suum catulum repetet, cui etiam si repugnet, incertum tamen esse, viaci ne an vincere prædāque potiri foret vtilius: Illam quidem catulum diligere, eum verò non odisse; cùm ipse tamen amorū lecurus Nearchus agat liberè, capillos comat, vnguentoꝝ odorato imbutat, de victoria minimè tollitus, vtri ea cedat. *non vides quanto.* ἵππημεռናዥ, dehortatur Pyrrhūm, vt Nearchum ne rapiat, à difficulti. *moueas.* amoueas. simplex pro composito. *catulos leæna.* leæna leonis est semella. Alludit autem (vt mihi quidem videtur) ad lenam, quæ catulos, id est, pueros alebat meritorios lucri gratia: inter quos erat Nearchus, quem rapere inuita lena non erat tutum. At qui malit hæc de puella interpretari, quæ Nearchum desperabit, per me licebit. *Gatule.* Epitheton à feritate, quam immanem fuisse significat in Leona. de Gætulia Libyāque leonum feracissima, vide Strab. lib. 17. post paulo. s̄i habent scripta Bland. cum Diuæ. & Sil. reliqua, post paulum. Præterea antiquiss. Bland. ad marginem paginæ habet, dura post, est anastrophe. *Quod si ita est,* rectius, paulum, legemus, vt determinet s̄o inaudax, cum diminutione: sed ea adnotatio videtur esse sciolii al-

cuius ignari, p̄st paulo, & p̄st paullum, Latīoꝝ ex aequo ponit. Dijudicet lector. *inaudax.* ad Graecam dictionem ἄτοπο: sic & Lucian. ἄτοπο. ζ/ς, ignaua, abiecta vita. *obstanteis.* impediens, & diffundiens, ne per vim repeatat Nearchū. ibit. ire per cateruas, est eas pertrumpere via facta vi. *major.* vtilior & gratior, tibi ne, ob amorem, an illi, ob lucrum: *celereis* ad vim propellendam leænamque transfigendam, metaphor. *denteis acuit.* ad te lacerandum. Hoc non tam propriè leæna quam lena conuenit maledicæ: nam leæna propugnat vnguibus, dein lacerat dentibus; at maledicta denti, armat & os ad maledicentiam, conuicia & contumelias. Hinc illud est Mart. quid dentem dente iuuabit rodere, carne opus est, si satur esle velis. *posuisse nudo.* p̄cere sub pede est conculcare, metaphoricō, contemnere & paruifacere: Sic Nearchus, cùm possit suo facto contentionem dirimere, victoriā facit minimi, quinimo mauult vos contendere, vt alatur & ametur vtrīmq. securus vtri cedat palma, id est, victoria: Dicit autem sub nudo pede, quia nullum ei periculum imminet ex eo certamine; quare non est cur vel nudo pedi sibi que metuat: imo procul abest vt metuat, vt etiam certaminis de fenestrâ quasi spectator iucundus ad æstum leniendum flabello, sibi lenem ventum faciat, capillōsq. delibutos adornet, componatque, quo vos in amorem sui magis insanire faciat: vincit enim Nirea sua pulchritudine, & Ganymedem formosissimum; hunc Troianum, illum Græcum. Ex his verbis satis constat Nearchum esse meritiorum: à lena ne auara nutritum ad pretium participandum, an à puella adamatum, iudicet lector. *qualis.* sup. talis. Hæc faciunt ad Nearchi commendationem, à forma & cultu. *aquosa.* propter fonteis eius montis irriguos, ex quibus nascuntur Xanthus & Simois fluuij ab Homero celebrati Iliaꝝ.

AD AMPHORAM, VT IN
gratiam Coruini vetusta vina promat.

ODE XXI. ηεραυετική.

ONATA mecum consule Manlio,
Seu tu querelas, siue gerū iocos,
Seu rixam, & in fano amores,
Seu facilem, pia testa, somnum:
Quocumque lectum nomine Masicum
Seruas, moueri digna bono die,
Descende, Coruino iubente,
Promere languidiora vina.

Non

Non ille, quamquam Socratis mades
 10 Sermonibus, te, negliget horridus.
 Narratur & priscis Catonis
 Sepe merito caluisse virtus.
 Tu lene tormentum ingenio admores
 Pleyumque duro: tu sapientium
 15 Curas, & arcanum iocoſo
 Consilium retegis Lycos:
 Tu ſpem reducis mentibus anxiis,
 Virtusque, & addis cornua pauperi.
 Post te, neque iratos trementi
 Regum apices, neque militum arma.
 Te Liber, &, filata aderit, Venus,
 Segnesq; nodum ſoluere Gratia,
 Viueq; producent lucerne,
 Dum rediens fugat aſtra Phœbus.

C O M M E N T A T O R .

O N A T A mecum conſule Manlio. Metrum tricolon, duob. vers. Alcaic. tert. Iamb. di-
 mer. quart. Pindar. Alloquitur amphoram, quam vult vina vetusta promere Coruino: Eam autem dicit ſecum natam eſſe conſule Manlio: quæ vetusta-pertinet ad eius commendationem. ordo eſt: O pia iefta nata mecum conf. Manlio, deſcende promere languidiora vina Coruino iubente, querelas. liteis. geris iocos. vino enim aut ioci naſcuntur, aut querelæ & alia, quæ hic memorantur. quocumque lett. ſeu Manlij ſeu alterius conſulis. lectum. electum. nomine. Conſulis. Luca. Quidas nouz nomina festis. moneri. proferri. Coruino. Coruino ſe ad conuiuum inuitaffe ſignificat, in cuius honorem ſe vetuſtissima vina dicit proferre velle. deſcende promere. notanda locutio, pro deſcende vt promas. languidiora. vetuſtate le-
 niōra mades. hoc eſt, imbutus eſt philoſophia So-
 cratice, tamen optat etiam vino fieri madidus. horridus. triftis. ſeu rueris. negliget. cōtemnet. prisci. senioris, non Vticensis, ſed Censorij. caluſſe. effe-
 buſſe. virtus. prudētia. Virtus Catonis, id eſt, ipſe Cato tu lene rorm. laus vini, id eſt, tu per ebrietatem prodis, quod propter animi fortitudinem non potest extorqueri tormentis. duro. obſtinato mirabiliter. iocoſo. iecis apio. retegis. prodis. anxiis. ſolli-
 citus. prudentibus. aut cogitationem leuamien vi-
 no praefari, & remoueri triftitiam. cornua. ſuper-
 biam. temeritatem, quam fieri per vinolentiam
 vult intelligi. Ordo eſt, addis cornua pauperi, poſt
 te, nec trementi apices regum, nec arma militum.
 poſt te. bibitum. h̄pices. diguitates. trementi. timeti.

oſtendit ſuperiores & nobileis à patrēibus cō-
 tempi per vinolentiam & ebrietatem. te Liber &
 fi. ordo eſt, Liber & ſi aderit lata Venus, & Gratia
 ſegnes ſoluere nodum, & viuæ lucernæ producent
 te, dum Phœbus rediens fugat aſtra. ſegnes. pigrae,
 quæ nodum non ſoluunt quo ſunt connexæ: hoc
 ideò dicitur, quia qui fida inter ſe gratia iungun-
 tur, numquam ſoluuntur ab amicitia fide. vnde
 & ipſe Gratia coniunctis inter ſe manibus fin-
 gitur. nodum. fidem. producent. per Gratias & lu-
 cernas ſiguificat ſe conuiuum in lucem protra-
 eturum. dum. donec. vſque dum. fugat aſtra Ph.
 vt, ſtellis aurora fugatis.

C R Y Q V I V S .

O N A T A mecum conſule Manlio. Preca-
 tur amphoram ne sit ei curæ, aut grauiter
 metuat, quale vinum gerat, querulum ne an iocoſum,
 rixosum ne, Venereūmque, an ſomnolent-
 tam, ſed hilarior quod coniunct Massicum, de-
 promat: hoc enim & diei lētitiam & Coruino
 desiderare: qui tametsi ſe uerioris, Socraticeque
 ſit amans philoſophie, eum tamen ab hilarioribus
 poculis non abhorret; vt nec Catonē illum
 priscum; qui ſaþe cum amicis fertur incaluisse
 vino meraciūſq;. bibiffe. Tu certe vino recreas du-
 riore pectora, tu moleftias animi diſcutis, tu ſe-
 cretiore conſilia amicis iſcundē retegis, tu ſolli-
 citudine fugata meliore ſpem reducis, animos
 addis pauperi, metum adimis, in reges, in milites
 intrepidum facis. Itaque tu nobis cum Baccho, &, ſi aderit, cum lata Venere, Gratiaſque fidelibus
 praefens adiui in lucem posteram. O nata mecum
 conſule M. Amphoræ ſuæ mira Proſopopœia ab-
 blandit, vt deſcendat, viñumque promat, ne à
 conuiuis ſibi ſuæque vitæ metuat, qualecumque
 tandem vinum gerat; hortatur, ſe eam quaſi vitæ
 ſociam, integrum & ſaluum conſeruaturum polli-
 cetur: diem hoc poſtulare, Coruino iubere. Eam
 piam nominat, & neglectui conuiuis nō futuram
 etiam horridioribus: Poſtemò à vino, quod gerit
 collaudatā, promittit cum Baccho ſecum & Gra-
 tias Venerisque diſcubituram, foreque hilarem in
 alteram lucem. o nata mecum. amphoræ laus à ve-
 tuſtate. conſule Manlio. L. Manlius Torquarus, &
 L. Aurelius Cotta Conſi, fuerunt anno vt. con.
 688. auctore Sigenio. Glareano autem anno 689.
 quo anno natus eſt Horatius Venusij in Apulia.
 querelas. ex multis enumerat affectus aliquot, qui
 non vino, ſed vinolentis infunt: At eos tamea ab
 amphora in utero gei singit, eius quasi futuros
 fetuſ; de quibus hortatur ſuæ vitæ ne metuat, ſed
 deſcendat, & cuiuscumque modi ſuerint, fidenter
 pariat;

patiat: nam tamētē hoc ebris, rixosis præcipū, sic ferē peculiare in amphoras ſauire & pocula eyathōque; tamen in ſe recipit amphorę uithic tale futurum. *infusos amores*. epitheton ab effetu. ſic autem cœcū amors. *facilem*. non turbulentum, fed placidum, graſum & lenem. *pas teſta*. blandientis, quōd descendant. *quecumque lectum nomine*. ait amphoram ſecum natam continere vinum quidem Mæſticum, ſed notam & nomen conſulis quo ſit reconditum ſubtinet. *Martialis* quoque, De Sinuellanis venerunt Marsica prædī condita, quo queris, conſule nullus erat. Laudat itaque à loco: mons namq. Mæſticus est in Campania. vide oden 1. lib. 1. *moueri digna bone die*. à laetitia piaſentis diei, hortatur amphoram, vt ſe anoueat & deſcedat. *bono die*. laeto & fauſto. in gratiam Coruini. *Cornino iubete*. ab auſtoritate. *promere*. deſcede promere, id eft, ad promendum, Hellinicos. Omnino credo ḥo proinere, pertineat ad rāde. cende, non item ad ḥo iubente: nec puto lectorem doctum à nobis diſenſum. *languidiora vina*. non robusta, cerebrimque ferientia, ſed leua & delicata, ḥayq̄. *non ille*. Hortalur amphoram vt pareat, iubenti Coruino, aitq. eam non neglectui, ſed magno in honore futuram vito philo. *opho*, *narratur* & *pris*. fidem facit ab exemplo Catonis; ne credit viros philoſophos & ſeueros abhorre à vino: Narratur enim Cato cum amicis & familiariibus in multam ſepe noctem coniuia pitiſſando vino protraxiſe, non tam vt vino caleret, quām vt curas obliuſceretur. vide Plutarch. in vita Cato. *prisci*. hoc enim ei tertium nomen à Romanis datum ſcribit Plutarc. *caluisse*. hilaris fuiffe. *tuſene tormenta*. laudat amphoram à vini beneficiis, per emphalim, *ingenio ad duro*. homini natura ſeuero & tetrico moroſoque; cui ſobrio ieunóque urbanitas facietiaque mera crux eft, ei vinum lenit naturam & ex tetrico fit bellus homuncio. tormentum itaq. *λέριφερος*, pro lementio ſumma metaphorā à quæſitionib⁹. *in ſapiens cur*. ſtudia, cogitationes, & in rerum naturis inquiriendis operam ſollicitam tuo vino efficiſ, vt eloquantur, aliiſque communicent. *& arcanum* in rebus agēdīs, in administratione publica retegīs, recludis, reſignas, aperis, maniſtas in re-publice plerumq. & patrī ſalutem. Alij hæc interpetantur coniunctim per s. *λέριφερον*, ſapiētum curas & arcanum conſilium, id eft, curas arcanae & conſilium reconditū. Evidēt ſi hoc ſentīcē, malum eſſe *ἰατρόνοις*. at utatur quisque ſuo ingenio. *menſib⁹ anxiis*. id eft, deploratos & ſuis rebus diſfideutis bene ſperare iubes. *viresq. animos*. *τὸν μὲν ἐπιπόντα τὴν πάσην τοῦτον τὸν τὸν ἀποθέσθαι*. Plato 2. de republi. id eft, quo præſente ho-

mo omnino ad omnia imperterritus eft & *conquiſtus*. *addi cornus*. cōfidentiam ferociāmq. quibus quaſi armis induitus, procedit ad pugnam, *vb̄ boues irati* ſuis cornibus. hinc dicere ſoleamus hominem ſe defendere paratum, conuictam eſſe beliam. ſic Horat. Epod. 6. parata tollo cornua. *poſt te*. metonymi. *os*, contineſt pro cōtentio, amphora pro vi- no; quod vbi à paupere ad ſatietalem eft hauiſtum, in regiam potestatē irruit intrepide dicto factōq. nullo metu milites armatos innadit, ad pīcilia, pugna. contentiones paratus. *se Liber*, *Gr. ſi*. Nunc amphora vt descendant vinūmq. promat, pro hoc beneficio hilariatis, quo ſe conuiuāſq. eſt affectu- ra, pollicetur ſummos honores, nimirū, eam Bac- cho, Veneri & Gratiū ad lucernas totam noctem peruigilem laetāmq. ad futuram. *vinesq.* ardentes lucidaq. *lucerna*. ſi lucerna dicta ſit à lucendo, ad quid additur epitheton, viuæ? eo certe modo quo dicimus extinctam: nempe pro ipſa materia que lucet accē. *adum rediens*. periphrasis auroræ. *fugat* *aſtra Phæ*. hoc ex opinione vulga: i; nam ſtelle cęlo fugatæ putatur, vbi non apparet ob Solis claritatē.

A D L V C I F E R A M, ob vitam ſeruatam.

O D E X X I I . ἱuxapismā.

M O N T I V M cuflos, nemorumq. virgo,
Quæ laboranteis uero puellas
Ter vocata audis, adimiuḡ letho
Diua triformis:
Imminens villa tua pinus efto:
Quam per exactos ego laius annos,
Vetus obliquum meditantu icium
Sanguine donem.

C O M M E N T A T O R.

M O N T I V M cuflos, nemorumq. virgo. Metrū Sapph. cum Adon. Pinum Diana cōſecrat in agro ſuo, apud quam ſe verrem quotannis ſacrificarum promittit. *cuflos*. quia venatrix dicitur. *la- boranteis uero*. in partu ſcilicet, id eft, parienteis. *ter vocata*. propter tria numina, nam tria cuius eft po- testas, ipſa namq. venantibus praefeffe dicitur. Ipſa quoque Luciferā, quod partibus lucem ferat, unde Lucina à partu cibis inuocatur, quod ideo ei daturum eft, quod prior à Latona matre edita, in frarris Apollinis partu, eam iuuerit, & parturienti p̄fſtitet ut ei obſtericis officium. Ipſa & Proſerpi- na nominatur. *adimiuḡ*. ſupp. puellis. *diua triformis*. ut, tria virginis ora Diana. *imminens*. vicina. ordo eft, Pinus imminens villa, efto tua. efto. ſit. a- lias, efto, eft aduerbiū. xt, efto, ſegrā nulli quōdam flexere

*flexere matiti. villa. fundo meo. exactos. finitos.
verris obl. modum ferientis verris describit. se-
uius autem laedunt verres, cum transuersim fe-
riunt iuxta dentium positionem. donem. cui sa-
crificabo sanguinem verris.*

C R V Q V I V S.

Montium custos. Hymnus Diana ergemini-
nae ob triplex eius numen, in caelo, terris,
& apud inferos: cui pinum villae proximam con-
secrat, eamq. vocet quotannis lata memoria irri-
gandam verris sanguine, quod se seruant inco-
lument ab eius iectu mortifero, quasi hoc numinis
eius beneficio contigerit. An autem alludat ad Ver-
ris alicuis sic cognominati dentem, quod pueræ
sue quasi parturienti obrectarit, lector examinet.
montium custos. Diana Louis & Latona filia, in
terris venationis Dea, quasi Deuiana; quod in
silvis feras sectando, venatores saepè deuiae con-
tingat: montium autem custos dicitur, quod ve-
nando per monteis vagetur: hinc Phornuto ἐγ-
ειφερος, id est, montiuaga, & ἐγενόμενος, id est,
montium custos. *labor. vte. puell.* hinc opigena
dicta, quod parturientibus opem præbere crede-
retur: & Lucina, à luce, quod infantibus lucem
largiretur simul ac nati essent. Plaut. in aulula. per-
ij mea nutrix; obsecro te, vterus dolet, Juno Lu-
cina, tuam fidem. *audi.* ades, auxiliaris, *diana tri-*
formis. *τρίποδης.* Luna in caelo, apud inferos
Proserpina, Hecate, Persephone. In terris Diana.
vnde Virg. *tergeminamq. Hecaten,* tria virginis
ora Diana, & incertus auctor: Terget, lustrat, ag-
git, Proserpina, Luna, Diana, Ima, superna, feras,
scopro, fulgore, sagitta. Dicta & Triuia, quod Lu-
na in caelo tribus viis seu motibus vagetur, in alti-
tudinē, latitudinē & longitudinē. Orpheo *τραχύ-*
φαλος, quod tria haberet capita, dextrū equinū, si-
nistrum caninū, mediū suis agrestis. *imminens*
villa. Diana pinum consecrat ab euentu: fortasse
quod verris auerterit iustum. Est autem pinus
sacra Pani. *verrus.* Verreis appellamus salaceis:
in odium sortassis hoc ait obrectatoris puellæ,
quod nollet experiri verrem. *obliquum iustum.* ex
situ dentium. At obliquus iustum est obre-
ctatio. *sanguine donem.* donare sanguine pinū, est
perfundere & irrigare sanguine victimæ mactatę.

A D P H I D I L E N, D E
viëtimis diis offerendis.

Ode XXIIII. προστυχτική.

C A E L O *supinas fituleris manus*
Nascente Luna, rustica Phidile,

*Si thare placari, & horna
Fruge Lareis, auidaq; porca:
Nec pestilentem sentiet Africum
Fecunda viu; nec sterilem seges*

Rubiginem, aut dulcis alamni

Pomifero graue tempus anno.

Nam qua niuali pascitur Algido

Deuota, quercus inter, & ilices:

Aut crescit Albanus in herbis

. Victima, pontificum secureis

Ceruice tinger. te nibil attinet

Tentare multa cade bidentium,

Paruos coronantem marino

Rore Deos, fragiliq; myrto.

Immunis aram si tergit manus:

Non sumtuosa blandior hostia,

Mollibit auersos Penates

Farre pio, & saliente mica.

5

10

15

20

COMENTATOR.

C A E L O *supinas fituleris manus.* Metrum tri-
colon, duob. versi. Alcaicū, tert. iamb. dimer. quart.
Pindaric. ad Phidilen dicens non tumultuosis ho-
stiis, sed potius puris manibus deos & inculpata
mente coli debere. *supinas.* supplices ad cælum
& ciatas manus. vt, tendoq. supinas ad cælum cum
voce manus. *nascente Luna.* solent enim rusticæ
mulieres in initio primæ Lunæ ad cælum effundi-
dere preces. *horna.* hornotina, nouella; vino quo-
que novo ad sacrificia requisito. vt, vinaque fun-
debat patris. & mihi sacra parari, & faliz fruges
& circum tempora vitæ. &, farre pio & plena sup-
plex veneratur acerra. *niuia.* edaci. *pestilencem.*
auersum. *rubiginem.* qua est pestis frugum. vt, ne
malaculmos esset rubigo. *nec dulces alamni.* nati,
quos nutritionis affectio commendat & dulcis
facit. vt Iuuenal. interea dulces pendent cir-
cum oscula nati. *pomifero gra. temp.* pomorum
enim varietate & multitidine autumno language-
scunt corpora. *grae.* pestilens. Iuuenal. Iam
letifero cedente pruinis autumno. Iubet ergo ne-
cessitatem temporis deuotione & supplicatio-
nibus deorum mitigari. *niuali.* frigido. *Algido.*
supp. in monte Algido. *deuota.* diis promissis.
quercus inter. id est, in nemorosis locis. *Albanis*
in her. commemorat apta loca pascēdis gregibus.
tinguer. madefaciet. ordo est: Nam victimæ quæ
pascitur in Algido niuali inter quercus & ilices,
aut crescit in Albanis herbis, tinguet ceruice secu-
b reis

b

Digitized by Google

reis Pontificum, id est, magnæ victimæ decent Pontifices. *tenibil att.*, distare ait inter priuata & publica sacrificia, & aliud Pontificibus conuenire, qui ad immolandum diis magnas hostias inquirunt; aliud vult priuatum præparare; scilicet aut myrtum aut rorem maritum. *ordo est*, te coronantem paruos deos matino tote & fragili myrto, nihil attinet tentare illos multa ea de bidentium. *tentare*, placare, rogare. *bidentium*, bimarmorum ouium. *paruos deos*, penates. *bidentiam*, bidentes, propriè dicuntur oues quæ duos annos habent, sic vocata ab eminentioribus dentibus, qui circiter duos annos nascuntur. *coronantem*, ornantem. *immunis aram si*. *ordo est*, si manus immunis à sceleribus tergit aram sumtuosa hostia, non mollibit auersos penates blandior pio farre & saliente mica. *immunis*, supp. à scelere, id est, innocens & iusta. *sumtuosa*, fluxa. *blandior*, gravior, acceptior. *farre pio*, piè oblato. *saliente*, crepitante, cum in ignem inicietur, igni quasi reluctante. *aversos*, iratos, offenditos. & nota plus valere far, id est, paruum sacrificium cum innocencia, quam magnum cum scelere.

C R V Q V I V S.

Cælo supinas si tuleris manus. Monet Phidylen precibus deos Lareis & non magni sumtus sacrificiis placari propitiarique, ut & in agris fruges vberitatem vinâque proueniant, & dominatis alumnisque omnia prosperè succedant, autumnumque suis grauem fructibus incolumes subterfugiant: eos quidem non esse ambitiosos, nec amare splendidas, opimas & multas victimas, sed manus innocentie puras & immuneis à scelere, rapina iniuriâq. quas cum pio farre multo gratiores ait ad propitiacionem victimâ quavis vel exquisitissima. hic nescio an Phidyle suis agris fortasse vicinam notat iniuriæ rapacitatisque: quâ credebat operosis sacrificiis expiari posse: in qua etiam sicut sententia sunt plerique, atque adeo non infima nota mortalium. *celo supinas*. Exordium ab hypothesi, si deo supplicaueris, sacrâque piè feceris, multa mala effugies. *supinas*, supinum prono opponitur, ut & Gracis *ιερος καὶ περίθεσις*: At hic & in similibus supinus est sublimis, cælum versus: qui gestus est supplicantum. *nascente luna*, in nouilunio: qui dies olim rusticis lacer erat, *νεφελία*. Phidyle. sic habent omnes Bland. cod. per y in secunda syllaba, quos secutus sum, ut sumta vox sit *μετὰ τὸ φίδηλον*, quod parcum lignat & tenuem. Alij cod. partim Phillide legunt, partim Phidile. *ausidaq. porca*, de sue laribus mactanda legitio adnotata in Satyr. 3. lib. 2. ad eum locum,

immolet æquis hic porcum laribus, &c. *peſtilen-tem*, quod humidus sit & calidus, in quibus qualitatibus eo multò inferior est Austr. *rebiginem*, sic legunt Bland. cod. qua vera & antiqua vox est, vt alibi notaui: Est autem plantas & herbas sua robigo, vt ferrugo ferrum, æs ærugo. *nam que ni- uali*, *μέτελεγία*, eius quod dixit lareis placari ture & fruge, ne sollicita sit Phidyle de victimâ pingui & magnifica, qualem decet mactare Pontifices pro salute populi. *multa cede*, videtur alludere ad Hecatomben; quod genus sacrificij fieri solebat tempore pestis apud Græcos. *bidentium*, bidens non sola ouis, sed & alia pecus dicitur à dentibus duabus altiorib⁹, auctore Festo & Hygino: aut, ut scribit Agell. lib. 16. cap. 6. bidens quasi biens, interposita d littera, id est, duoruannorū. *rore marino*, seu rosmarino, id est, coronariis & parabilibus, de tote seu rosmatino coronario, qui Dioscoridi est *λιβαρών εὐφαίνω μετπάνα*, vide Mathio. in Dioscor. *immunis aram*, variant hic enarratores. Bonfinis Porphy. vulgarum sequitur: Quem Badius cum Glareano confusat: eis assentitur Lambinus, atque sumtuosa hostia casus esse septimi, qui Glareano est instrumenti. Evidem suffragor omnibus, sed ea lege ut τὸ blandior ἐναλλαγήκεις pro blandius accipiatur. prioritaque, meoque iudicio simplicior, sententia hæc est, Si manus tua fuerit innocens, ea non blandior mollibit auersos Penates hostia sumtuosa quia farre pio, &c. per ellipsis. τὸ, quām. Posterior, Si tua manus inter sacrificandum fuerit innoxia, hostia tua sumtuosa non blandior mollibit auersos Penates farre pio, id est, quām mola falsa: sed hic opus est licentia in nominatio sumtuosa, ut & a producatur, aut cœsura, aut ob sequentis vocis, blandior, bina cōsona. *mollibit*, placabit. cod. vñus Bland. cum Maldeg. & Mart. habet mollivit; deinde Maldeg. & Mart. habent auersos. *saliente mica*, mica, hoc est, grano fali: saliente autem non crepitante, ut habet Comment., sed far salum reddente, fari namque sal admiscebatur, vnde mola falsa fiebat. far pium mola est sale condita.

IN D I V I T E S
A V A R O S.

Ode xxii r. συλλογισικâ.

INTACTIS opulentior

Thesaurois Arabum, & diuitiis Indiae,

Clementis licer occupes

Tyrrhenum omne tuu, & mare Ponticum:

Sifigis adamantinos .

Summa

Summis verticibus dira necessitas
Claus: non animum metu,
Non mortu laqueis expedes caput.
Campestres melius Scytha.
10 Quorum plaustra vagas ritè trabunt domos,
Viuuere, & rigidi Geta:
Immetata quibus iugera liberas
Fruges, & Cererem ferunt:
Nec cultura placet longior annua,
15 Desuntq; laboribus
Aequali recreat sorte vicarius.
Ilic maius carentibus
Primitus mulier temperat innocens;
Nec dotata regit virum
20 Comix, nec nido fidit adultero.
Dos est magna, parentium
Virtus, & metuens alterius viri
Certo fudere castitas:
Et peccare nefas, aut pretium est mori.
25 O, quisquis volet impias
Cedes, aut rabiem tollere ciuicam:
Si queret, pater urbitum,
Subi. ribi frustis, indomitam audeat
Refrenare licentiam
30 Clavis postgenitis: quatinus, heu nefas,
Virtutem incolarem odimus,
Sublatam ex oculis querimus inuidi.
Quid tristes querimonia,
Si non suppicio culpa reciditur?
35 Quid leges sine moribus
Vane proficiunt: si neque feruidis
Par inclusa caloribus
Mundi, nec Boreæ finitimum latum,
Duraq; solo nives
40 Mercatorum abigunt? horrida callidus
Vincunt aquora nauta?
M A G N V M pauperies opprobrium iubes
Quidum & sacre, & pati,
Virtutusq; viam deserit exdue.
45 Vd nos in Capitolum,
Quid clamor vocat, & turba fauentium:
Vel nos in mare proximum
Gemmas, & lapides, aurum & inuile,
Sacrauimus etiam mali,

Miserrimus scelerum si bene parinet: 50
Eradenda cupidinis
Prae suis elementa, & tenera nimis
Mentes a superioribus
Formanda studiis, nescit equo rudit;
Hoc erere ingenuus puer,
Kenarique timer, ludere doctior,
Seu Graco iubeas trocho,
Seu malu recita legibus alea.
Cum periura patria fides
Consortem socium fallas, & hospitem, 60
Indignoq; pecuniam
Heredi properet: scilicet improba
Crescunt duitia, tamen
Curta nescio quid semper abest rei.

COM-MENTATOR.

I N T A C T I S opulentior. Metrum Dicolon, priori Glycon, posterior. Alcepiad. Hac ode generaliter inuechitur in luxum omnia profanantē, & edificis non terras tantum, sed etiam maria inuadentē. ordo est, ô tu auare opulētior intactis thesauris Arabum & Indiæ diuitiis, licet occupes omnē Tyrthenum mare & mare publicum tuis cæmentis, non expedes animum menu, & caput laqueis mortis, sed dira necessitas figit adamantino clausis summis verticibus. *intactis*, custoditis, integris, collectis. *opulentior*, ditior. *Arabū & dicit.* Ind. ditissimas genteis posuit ad iugum. *camentis*. saxis casis & ad fabricandum paratis. *occupes*. inuadas. *Tyrrhenum*. *Tuscum*. *omne*. per exaggerationem. *si*, si quidem. *adamantios*, qui frangi non possunt pro materia soliditate *summis verticib.* in vertice si quidem facilius est summus ad mortem, vicinitate cerebri. *dira necessitas*, necessitatem pro fato posuit. sensu: autem hic est, quamvis multa posseideas & ampla, non tamen sincera & certa voluptate his frui potes; quippe cum necessitatē mortis astricta sit humana condicio, nec possit ex illo remedio inde, aut præmio redimere. *clausos*, stimulus mortis *metu*, à metu *expedes*, liberabis. *campestres mel. Sc.* Scytha campestres dicit, eò quòd in campis sine testis sub tentoriis vivant, quæ carpentes mouentur, vt Sallust. in quibus plaustra sedes sunt. *vagas*, inabile, incertas. *rite*, pro more & consuetudine. *rigidi Geta*, a'peri, fortes: propter rigidam regionem. vt siue Gavis inferte manus, seu tendere ad Indos. *immunitata*, non terminata, indiuisa. *iugera*, arva, liberas, non vnius tantum, sed omnibus communis. *longior*
 b. 2. *annulus*.

annua, qui nō plus agri colunt, quām quōd vnius anni sufficit expensis, permanentis sedis incerti. *defunctūmque*. liberatum. vt, magnis pelagi defuncte periclis. *equali sorte*. & equali labore. *vicarius*. alterius vice fungens, eō quōd labore lassato alter succedat in opere. *illic matre car.* parcit, obtemperat, fāuet, nec sūnt odia nouercarum. *nec dotata*. dos est donum puellarū nubentium. Castitatem laudat exemplo barbarico, eō quōd dotem habent virtutē parentum, & amorem coniugum, quā vitos vitantes externos, seruant pudicitiam coniugalem. *nitido*. pulchro. *adultero*. quia non habet in adulteri amore fiduciam *certo fædere*. certa copula & firma. *aut pretium mori*. mortem dicit p̄m̄ium eīlē peccati. sēnsus est, & pecare est illis nefas, aut peccati pena mors est. ô, aduerbum vocandi. *tollere*. remouere, sedare. *si queret pater urb.* hoc est, si senatu vel consularu fungi, aut pater patriæ nominari, & eos titulos suis statuī subscrībi, is tollat indomitam licentiam p̄fūmendi, & illicita nō p̄m̄iat, *indomitam*. infatiablem. *refrenare*. coēcere. *licentiam*. cupiditatē. *clarus postgenit.* vt postea laudetur in filiis, ob seueritatis & correctionis institutū posteris admirandus. *quatinus*. quoniam: Nam quatenus aduerbum est interdum tēporis, interdum loci; quatinus verò coniunctio est tantū. *heu nefas*. exclamatio. *incolumem*. quē facit incolumeis. incorruptam, nec sine corrigitis distinctione seruatam. *sublatam*. remoram, causa videlicet nostrę malitię. *quid tristes*. quid prodest nos de malis moribus conqueri, si non culpae licentia pena cōpescitur. *tristes*. quia tristis eis faciunt. *culpa*. licentia mali. *recidit*. coēcetur. *quid leges*. vanas dicit leges, nisi moribus & honestate seruentur. *si neque feruīdis*. nihil potest. obstate cupiditatibus, per quas non leges tantū rumpuntur, verū etiam natura rerum expugnatur lucri causa, quia nec inhabitabiles orbis regiones possunt prohibere commercia. *feruīdis*. indicat ob caloreni clima inhabitable, scilicet zonam torridam. *Borei finit.* lat. vicinum, aliud clima frigidissimum commemorat scilicet Boreale, in quo est axis mundi. vt Virg. hic vertex nobis semper sublimis, ab hoc etiam climate nobis propter gelu natura interdicto non abstinet mercator. *durata solo*. in crystallum coacta gelu nimietate & frigoris soliditate. *abigunt*. coērent, cohibent, repellunt. *horrida*. timenda, aspera. *callidi*. docti, scientes. *pauperies*. egestas. hanc dicit cupiditatē & vitiōrum originem: Nam primum, inquit, ob paupertatem; quod negatum mortalibus est elementum, nauigiis tentatum est; deinde ad maiora peruenit est; unde & Virg. Paucā ramen suberunt p̄sca vesti-

gia fraudis, quæ tentare Tethyn ratibus, quæ cingere muris oppida, quæ iubeant telluri infundere sulcos. *opprobrium*. hoc est, ex quo coepit probro esse pauperes & dari criminis, per omne nefas diuinis quāri cōperunt. vt, & quem lūsifser egestas vīle nefas. *virtutis que*. quæ grata erat & amica viris fortibus & sapientibus. *ardue*. magnæ. in *Capitolium*. offerendo diis. *clamor*. strepitus popularis. *aurum inutile*. quia obest sui amantibus. ordo est: Si bene p̄enitet scelerum, eradenda sunt elemēta proni cupidinis, & nimis tenerē mētes asperioribus studiis formande, vel in Capitoliu quō vocat nos clamor & turba fauentium, mittamus gemmas, & lapides, & inutile aurum materiam summi mali, vel nos mittamus in proximum mare, &c. *materiam*. per Ep̄egefin. *summi mali*. id est, avaritia, ex qua omnia vita procreantur. *eradenda*. purganda. *cupidinis*. cupiditatis. *elemēta*. exordia, occasions. *severa*. vaga. Duplex est intellectus: vtrū puerorū menteis teneras & tenaces dicat esse formādas ad asperiora studia, id est, fortiora: an ceterū luxuriosorū menteis teneras appellat, quas vult luxuria instrumentis abiecit, auro & gemmis, asperioribus studiis reformati. *ingenuus*. nobilis. vt, ingenui vultus puer, ingenuiq. pudoris. *ludere*. ad ludendum. Culpat Romanos, quos omisso exercitij studio, ad Gr̄acos ineptos, luxuriosique ludos, filios transtulisse commemorat. *Graco*. à Gr̄acis inuento. *trocha*. rota. *vetita*. prohibita. *cum periura pat.* cūm patris familię fides, ad congregandā hāredi pecunia, perfida hospites fallat & socios. *confortem*. in asse. *indignoq.* hæc, inquit, quæ per scelus acquiruntur, congreganti nihil prosunt, dū relicta indignis hēredibus per luxuriā cōsumuntur, & malè parta, malè dilabuntur. *properet*. acceleret, & accumulet. *improba*. Inexplebiles, inexhaustæ. *semper aliiquid*. numquā tantū res crescit, vt cupiditati sufficere videatur; nā cupidini semper aliiquid deest.

C R Y Q U I V S.

I N tātis opulentior. Obiurgat diuites auaros, qui licet Indis Arabibūsq. opulentiores omnia possideant, tamen id nec tranquillos eos efficiet vñquam, nec mortis euadere necessitatem, sed contrā, insaniire magis Seythis ip̄sis Getisq. barbarissimis, qui nullā priuati boni cura, querunt in commune omnibus, annui tantū viētus solliciti, moribus animoq. compoſiti, arans, serunt, metū æquatis laboribus diuitiisq.; virtutibus maiorum doratae virgines nubunt, maritis per omnia morigerat: æmulationes nullæ, casta conjugia, nec ea violata nisi morte vindice. *Quæ Romanis*

vīz

vite ratio si cordi esset, non virtute neglecta ciuique
factiones & cædes omnia perturbarent: non es-
sent vanæ leges, non iudicia vana: denique nō im-
ponunt peccandi licentia, nec ditescendi studium
fueret indomitum: Itur ad omne latus mundi,
non æstus, frigora, niues, non vndosa maria & ab
orbe propè remota deterrent ab instituto curu;
conquiruntur, conuasantur, conuehuntur opes,
aurum, gemmæ, lapides, nihilque intentatum re-
linquitur, dum pauperes ne sint, maiorumq. vir-
tutis viam coganturingredi. Monet itaque vt huc
tandem vite modum pertæsi, mentibus eximant
habendi cupiditatem, ciuisque fomenta coaserant
in viis publicis, in ornatum ciuitatis, rei que pu-
blicæ conseruationem, in educandis & alisperius
formandis teneris liberorum animis, vt equitare,
luctari, venari, non etiam trocho Græco, non alea
verita ludere sicut, que recta via est ad fraudeis,
fallacias, periuria, & improbas diuitias hærediti-
bus exitio futuras. *intactus*, intactum est integrum,
incorruptum; intacta virgo manet. Catull. in E-
pitbalamio. intactæ opes Arabum, quas Romani
nondum inuaserant, *diuinitis India*. de Indiæ opu-
lentia lege Strab. lib. 1. s. & Indoscythica Becani.
clementis. clementia pro structionibus, ædificiis,
prætoriis, quibus Romani terræ limitibus non
contenti, mare quoque inuadebant. vide oden 1.
lib. huius. & *mare publicum*, sic habet cod. Bland.
vetustissimum cum hac adnotacione, id est, latè pa-
tens, cui cum Sil. consonat alius Bland. sed tertius
Bland. legit Ponticum, & supra scriptum, vel A-
plicum. Maldeg. sine litura, Aplicum. Diuæ,
Ponticum, & supra, vel Punicum: Alij omnes
Ponticum. Ex qua varietate lector deligat impu-
nè quod animo suo collubitum fuerit. *necessitas*.
singunt poëtæ necessitatem Parcarum matrem se-
cum inexorabilem. Philosophis autem est æterna
series, rerum ita cohærentium, vt ne diis quidem
ei liceat obniti. vnde illud est Maro. fata viam in-
uenient. lege oden 3. lib. 1. *clausos*. hoc est, si fatu
mors ingruat, vimque capiti vitæque faciat, non
te liberabunt tuz diuitiaz licet amplissimæ. Sumta
autem metaphora est ab annali clavo; qui fige-
batur in parietibus ædium sacratum per annos
singulos, vt per eos numerus annorum colligere-
tur. Festus. *campesbreis*. in campis & agris sub sce-
nis, vmbraculis, & tentoriis vicitantes, *rouadis*:
Quæ gens vaga dicta est à mutandis pascuis, Plinius
lib. 5. cap. 3. *éindis m̄s auaritia Romanæ* *ovu-*
zeptos, ab exemplo Scytharum: de quibus legi-
to 35. oden lib. 1. *vagæ domos*. hinc dicti sunt
άμφεροις οι άμφεβοις. *immetata*. Agricultu-
ra Scythicæ & anni vicius notatio. & Cererem.
ιερογυνος. nec cultura p. hoc est, annum colunt,

annum vacant à labore, sed eis succedit vicarius,
id est, eorum in cultura vicem subiens ad annum,
hoc est, vicissim laborant, vicissim vacant à labo-
ribus æquali sorte, id est, æquali condicione an-
nuia. *ilic matre car.* laus nouercarū in priuignos
ab innocentia & fideli cura. *priuignis*. ellipsis pre-
positionis à. *temperat*. abstinet, hoc est, benefica
& benigna mitilq. est in priuignos. *innocēs*. ex an-
titheis collige nouercas nocētes & iniustas. *nec do-*
tata. qui dotata ducit, libertatē vendit: dotata nāq;
plurimum imperiosā est, satis ea dotata est quæ
proba est. *dosest magna*. Sic & Euripides, *ταχείς* *πλάναται*, *ότι οις γιναίς λέξος ινέσται*, id est, opu-
mē sunt diuitiae generolam inuenitie coniugē. cer-
to fæd. constanti & indiuidua vite confuetudine. *ο* *quisquis volet*. *ιτανοδος* ad institutum *κατ ινχλι*.
propter perpetuam seditionem, cædeisq. reipubl.
cōdolens Horatius, optat sibi dari vitum fortē,
qui compelcat in Ianam effrenēmq. ciuium licen-
tiā, Scytharūmq. in morē cōponat politiū sta-
tū, quo pater patriæ sua statuæ inscribi, posterūq.
immortalis esse possit. Latenter hortatur Augu-
stum, si non legibus, vt armis in ordinem eius
redigat: hoc enim eum fecisse laudat odo 1. lib. 4.
vbi ait, Et ordinem rectū euaganti frena licentæ
iniecit, &c. *licentiam indomi*. Licentia indomita
præcipue est in pecunia studio, quod neque legi-
bus, neque sententiis, nec nisi vi & armis reprimi
posse videtur; cetera certè, aut vnu tædiosa fiunt,
aut ærate molestiāq. Sopiuntur aut pereunt: Aua-
ritia verò cum cratè crescit insatiabilis. *clarus peſ-
genitis*. ab opinione post mortem. præclarum fa-
nè benefactorum præmium, vitaq. honestæ à po-
steris laudari. Post genitus, dictum est, vt ode 28.
lib. 1. post natus, *ἴστοις παιῶν. quatinus*. quo-
niā, est enim caufaiis, comprehendens in se cau-
sam, cur is sit apud posteros futurus præclarus, aut,
vt notat Canterus noster ex veteri codice, *carus*,
qui nimiam licentiam populi cohibuerit: Quia
nos, inquit, virum fortē, dum superest, ha-
bemus odio, mortuum requiri mus extollimus-
que. Enthymema ex oppositis. *quid tristes quer.*
vna legum pars est punire scelera; quæ si negle-
cta jacer, frustra queruntur boni regnare ma-
los. *tristes*. ab effectu: viris enim probis nihil
tristius est quam malitiam non coæceri. hinc
Menander apud Stobæ. *οι πατηλῶς δέ τοις πονη-*
γεῖς ιτιρέτων, ἀλλ' ἀτιτάνοις. *ιδὲ μῆ, τάσσε,*
χάτα ιποι ο διει λίτει ματασεγγήσει ολός. id est,
omniō non concedendum est malis, sed resisten-
dum; sin minus, sursum ac deorsum vita nostra
inopinatō tota perueritur. *quid leges*. Erotema à
contenu legum. *sine moribus*. hoc est, quibus
mos non geritur, quibus non obtemperatur,
b 3 quæ

quæ telissaranearum similes per rumpuntur à potentiis. *τετραδιάστιγγος π., οὐ πλέοντες, οὐ πλέοντες λίθοις,* id est, vbi & pauperes & diues sequate ius non expertiuntur, Eripiде restе. *νανε* contentia. inutiles *σινέκει φεριδις.* hoc est, si non regatur auaritia, certi que limitibus habendi studium continetur, vnde cetera mala, ambitione, seditione, regnandi cupido sumunt incrementum. *pars inclusa.* periphrasis Indiae à torrida zona quæ inclusa est duobus tropicis Cancri & Capricorni. *Boreæ finitimum,* descriptio plagæ septentrionalis sub circulo arctico, vbi nubes altissimæ, & solo, id est, in solum duratæ, equis, curribus, hominibus, iter facientibus. legit^o *Sigismundum Libertum Baronem de rebus Moscovitiis.* *horrida callidi.* amplificatio ab vndis mariis, quas non formidat auarus habendi studio. *magnum pauperies opp.* *ἰτερηγοις.* Pauperies quæ habeatur oppubrio, causa est auaro diuti, vt neglecat legibus, viisque virtutis deserta currat ad extremos in dōs, per mare, per saxa, per igneis, inui atque borealem circumflexum. pauperies autem hic non est inopia importuna, quæ inimica bonis est moribus, sed tolerabilis victus, qui viris fortibus sa. is est ad vitam tranquillam felicemque, meraque frugalitas in rōpis & ligneis carnis Curianis, *ἱ τρόπον διδάσκει.* Menandro. *vel nos in Capitol.* hæc clausula est per distributionem ab honesto & utili huius hypothelios; si bene nos p̄enitentia scelerum (vt certe penitere debet) vel in Capitolium mittamus gemmas, lapides, &c. vel in mare proximum, &c. in *Capitolium.* hoc est, dies consecratus ad religionem, ornatum ciuitatis, & dies festos agendos, ludos q. populo gratios. aut in Capitolium, id est, in æarium Romani populi, ad eius defensionem, tranquillitatem & duro tempore sustentationem. in Capitolij sacibus erat Saturni fanum & æarium populi Romani. *vel nos in mare.* id est, in naua ia quibus mare aperte aut hostibus tutum sit navigationi. Mebercule non placet Horatium hic tam esse philo'ophū, qui tamquā Crates aliquis ignarus politie, nescitiat que publicæ, velit aquis immergi pecuniam, nulli postea visui futuram. *sursum inutile.* quo non viimur propter abundantiam lupi modum necessarium nobis & amicis, cuius v̄sus est inutile & perniciosus, materies summi mali, ambitionis, seditionis, dominatus, regni appetendi, &c. *summi materiem.* sic habent omnes lib. scripti quos fecuti sumus. eradenda cupid. primordia, occasiones & caute prauia cupidinis & auaritiae sunt animis radicibus euelenda. & teneri animis mentes. per exegesin, hoc modo, eradenda sunt elementa, id est, teneri me-

tes sunt asperioribus formandas studiis; nam educatione liberorum & instituto prava mollisque indulgentia à primis annis sunt elementa & causæ omnis malicie. Quare interrogatus Pythagoreus aliquis, *τις οὐρανὸς πολιτεῖα.* *νιαντὶς, τρόφα,* id est, quod nam est in reipubl. fundamentum adolescentum educationis, inquit. Sunt itaque elementa eiusmodi cupidinis eradenda, non instillanda certe teneris animis, ed potius si infusa sint, legibus coercenda, granib⁹ que monitionibus & disciplinis sanctoribus corrigitur. *νεστις εργον τεράστιον* harere. expolit asperiora studia, quæ vult esse equitationem, venationem, & id genus ia in Martio campo exercitia. *Græco trocho.* moliores hi ludi sunt, à quibus deterrendos ait adolescentis. *και περιστρέψας.* Illustrat quod dixit, vetita legibus alea, quasi uolit omnem aleam legibus vetitam, sed eam qua fides patris peritura socium fallere possit & hospites, hoc est, quæ non animi recreandi, sed lucri turpis gratia tractatur damno& rei, & non mini, vt quæ nec socio fidem seruit in rebus agendis tractandis, que, nec hospitalitatem inuiolata. Non me latet hos versus, cum peritura patris fides, conseruare socium fallat & hospitem, dependere posse à supràpositis, puta, eradicanda cupidinis prauia sunt elementa; quasi patris peritura sit ex iis elementis unum, quo uolit exemplo patris imbuī liberos; verum alterius expositionis deductio mihi clarior appareat minùque inuoluta. sed deligit lector pro arbitratu, aut aliam committetur. *consortem.* socium fortis eiusdem in damno & lucro. hospites. sic habent Blād. cum Maldeg. Sil. alijs hospitem. properet. propendo accumulet. *curta.* pro cupidine auari, cui semper aliiquid decisi videtur.

L I B E R V M P A T R E M inuocat Augosti laudes dicturus.

Ode xxv. *ἰερτιὰ.*

Q u o me Bacchus rapis tui
Plenum? quæ nemora, & quos agri in specus
Velox mente noua? quibus
Antrū egregij Caesaris audier
Deternum meditans decus
Stellus inferre, & concilio Iouis?
Dicam in signe, recens, adhuc
Indictum ore alio. non secus in inge
Ex seminū stupet Euias,

Hebrum

- 20 *Hebrum prospiciens, & niue candidam*
Tbracen, ac pede barbaro
Lustratam Rhodopen. vt mibi denuo
Ripas, & vacuum nemus
Mirari libet! ô Naias dum potens,
15 Baccharumq; valentium
Proceras m.inibus vertere fraxinos;
Nil paruum, aut humili modo,
Nil mortale loquar. dulce periculum est,
O Lenee, sequi Deum.
20 Cingensem viridi tempora pampino.

COM MENTATOR.

Quò me Bacche rapis tui plenum? Metrum
 consentiens superiori. Hac ode Liberum patrem
 inuocat, eo quod & ipse Musicus dous sit; petens
 ab eo, vt se in secreta nemorum suorum duçat, ybi
 numinis eius repletus Cæsaris Augusti laudes di-
 gñè canat, significans non sufficere spiritu suum
 laudibus Augusti decātandis, nisi numinis eius in-
 stinctu iuueretur. *ni. supp. nominis. agor. ducor.*
quos species. in masculino genere. dicitur & hoc
species. mente. propter numinis presentiam. noua.
homini inconsueta, attonita. quibus. grauiter pro-
nunciadum. dectus. consecrationem intelligit. or-
do est, quibus antris meditans audiar inserere stel-
lis & consilio Iouis aternum dectus egregij Cæsa-
ris. consilio. nam dij intererant consilio Iouis. in-
signe recens. admirandum & nouum. inditum.
non dictum adhuc ab alio. exponens. vigilans per
furem poëticū. Eius. id est, non aliter quam
Baccha prospiciens Hebrum fluuii Thracie, aut
Rhodopen mótem regionis eiusdem delectatur,
quam ego videns nemora scripturus Cæsaris con-
secrationem in antris Musicis. vt. quemadmo-
dum. denuo. vaticinanti: repleti enim numinis, per
deuia agi, & à populo remota loca consueuerunt.
Deuia autem dictum est à via temotum. Nai-
as dum potens. habens potestatem in Nymphas &
Bacchias. valentium. tantum autem virium dicit
ineffè Bacchi cultricibus, vt arbores radiculis pos-
sint euertere numinis instinctu. proceras. magnas.
nil mortale. nil quod mortali conueniat, si me in
tus species ac secreta nemorum duxeris. ô Lenee.
ô Bacche. sequi Deum. repleri Deo. cingensem
coronantem.

C R V Q Y I V S.

Quò me Bacche rapis tui plenum? Fingit Ho-
 ratius ob magnitudinem rerum gestarum

se laudibus Cæsaris deprædicandis imparem, sed
 opus esse mente diuina, vt qui iam Diuus factus,
 sit in consilium deorum referendus. itaque Bac-
 chico furore agitatum audere se dicere eum diis ad-
 numerare, idque carmine non prius auditio, vt qui
 Baccharum modo per fluminā, monteis, & silvas
 errantium, ipse Bacchum subsequatur per de-
 uia quæque loca trahentem, confidens eius nu-
 minis tandem se plenum, noui humili mortalique
 præconio Cæsarem, sed planè diuino immortali-
 que celebraturum, vbi deus ipse eius tempora vi-
 ridi pampino coronauerit, diuinumque poëtam
 efficerit. quò me Bacche ra. Horatius in *Octa-*
xios alloquitur Bacchum, scéque iam neminis eius
 plenum rapi clauit, p. nemora, & specie in-
 cognitos. Bacchus autem canitur à poëti inco-
 lere silvas & nemora, inque suo comitatu habe-
 re Nymphas, Satyros, Faunos, Tityos, Panas,
 eosque docere: propterea quod p. Ætarum est
 odisse quidem turbam & strepitum, sed amante ter-
 cessum & solitudinem. Fingit itaque le iam esse
 de comitatu Bacchi, ab eó que doceri, quo possit
 ore laudare Cæsarem, quod à se fit consilium,
 cum vt honeste, vt sapienter facit, se fateatur rebus
 magnis pro maiestate describendis à natura mi-
 nus aptum, tum vt maledictis occurrat, qui ca-
 lumniantur Cæsaris amplitudinem non deside-
 rare lyram, sed tubas tibiisque, hoc est, non
 lyricum, sed carmen Epicum. *rapis.* verbum fu-
 renti conueniens. *aut quos.* sibachat omnia no-
 stra scripta, non, & quos, vt libri vulgati. *in*
species. sic oda 19, lib. 2. Bacchum in remotis
 carmina rupibus vidi docentem, &c. quan legit.
 to. *velox mente no.* attonitus ob mentem nouo
 nomine raptam. sic & ode dicta, Euse, recenti
 mens trepidat metu, plenóque Bacchi pectore
 turbidum letatur. *antris.* per ellipsis r̄ ex, po-
 tius quam r̄ in. alludit enim ad antra seu adyta
 deorum vnde reddebantur oracula: perinde ac
 si carmen hoc sit vaticinium de Casare in deo-
 rum numerum adserendo ex antris auditum.
aternum de. Cæsar. ipsum Cæsarem. *stellis infe-*
rire. per *at. odiōis.* consilio Iouis. sic omnes ma-
 nuscripti nostri, per s, non per c consonam. *di-*
caminisigne. locus attritionis à rebus magnis, no-
 uis, & ante non-dictis. *nunc secus in iugis.* argu-
 mentum à simili. *exponens.* *iquar.* *Eius.* Bac-
 cha, nam *Eius* Bacchus nominatur. vide oden
 vndecimam lib. 2. *Hebrum.* Strabo lib. 7. *Hebrum*
 non fluuium, sed amnem nominat. Solinus
 cap. 15. *Hebrum*, inquit, Odrysarum solum
 fundit, qui fluuius excorrigit inter Briantas, Do-
 laucas, Thynos, Corpillos, aliisque barbaros;
 tangit & Cyconas, &c. nascituraem non pro-
 cul

cul ab Adrianopoli ex Rhodope monte, labiturque in Aegæum mare erigente insula Samothraciæ, voluens aureas arenulas. *pede barbaro*. nimurum à Thracibus barbaris. *lustratam*. perlustratam & illustratam. Scribit enim Melalib. 2. cap. 2. Monteis interior (Thracia) attollit Hemon & Rhodopen & Orbelon sacris Liberi patris & cœtu Mænadum, Orpheo primum initante, celebratos, &c. ut *mibi deuio*. redditio comparationis. Cod. Diuæ. Sil. & Mart. habent, ac mihi deuio. Videtur autem hæc esse sententia: non alter Baccha miratur Thraciam barbaro carmine illustratam & celebrem factam, quam mihi libet decantare ripas & nemus vacuum, id est, Italiam r̄isque Romanas deuio pede seu carmine lyrico. Nemo enim Latinorū poëtarum ante Horatium eo pede seu carmine est vñs; quare meritò ipsi erat deuio & inuisitatum, & nemus vacuum à tali scriptore. *ripas*. flumina. *vacuum*. desertum, à tumultu & irrepitu liberum, semotum à populo. ô *Naiadum potens*. Apostrophe ad Bacchum, quem veneratur & laudat à potenti dominatu in Naiades comites & Bacchas Orgiorum ministras sacerdotes. *fraxinos*. fraxinus arbor maritandis viribus apta. Plinio teste. *nil parvum aut hu*. plenus tuo numine, non humana, sed diuina, non humili, sed sublimi carmine loquar: hæc faciunt ad laudem Cæsaris, qui & Diuus iam factus immortalisque, & diuina eius gesta, non humana, sed diuinum carmen exquirunt. *dulce periculum*. περικατάληψις criminatiois quam facit minimi, dum possit afflatus diuino spiritu cum diis versari; & quasi iam deus factus deorum consuetudine praesentiisque dicere diuina. cum eo consentit quod huius lib. dicit ode 4. me ludit amabilis insania. O *Lenee*. Lenæus Bacchus ἀπὸ τῆς λαγῆς. λαγῆ autem est torcular ἀπὸ τῆς λαγῆς, tero, contero, premo, torqueo. Donatus ait Lenæum dici Bacchum à leniendo, quod vinum mentem leniat: sed errat meo iudicio.

AD VENEREM, lyrae & amoris valedicens.

Ode xxvi. ἐπορευτικὴ.

Vixi puellus nuper idoneus,
Et militai non sine gloria:
Nunc arma defunctumq; bello
Barbiton hic paries habebit:

Leuum marina qui Veneris latus
Custodis. heic heic ponite lucida
Funalia, & vecteū, & arcus
Oppositū foribus minaces.
O, qua beatam diua tenes Cyprum, &
Memphim carentem Sithonia niue,
Regina, sublimi flagello
Tange Chloēn semel, arrogantem.

COMMENTATOR.

VI X I pueris nuper idoneus. Metrum Alcæcum vt suprà. Hac ode videri vult iam renuntiare carminibus, lyra Veneri consecrata, amarèque desinere. *vixi*. extiti. *idoneus*. aptus amoribus. *militai*. allegoricōs. militiam nunc amorem vocat. *non sine gloria*. commendatione & gratia. *arma*. bene amoris arma lyram dicit: hac enim expugnantur animi puellarum feroceis. *marina*. mari ortæ. vt, fas omne est Cytherea meis te fide-re regnis, vnde genus ducis. verba Nepruni ad Venerem. Atque ideo Aphrodite est dicta εὐτὸν αφροδίτη, id est, spuma. & est ordo, qui paries marinæ Veneris lœuum latus custodit, *custodit*. respicit, *funalia lucida*. luciflua. *vecteū*. hæc instrumenta amoris vult intelligi, quibus etiam fastus puellarum contentionum per vim superantur. *oppositis*. clausis. *Cyprum*. in Cypro enim insula Venus præcipue colitur. *Memphim*. Memphis vrbs Aegypti celeberrima, vbi Venus etiam colebatur. *Sithonia niue*. denfa, qualis iacet in Sithone Thracia monte. Est enim Aegyptus regio calida. vt, Sithoniāque niueis hiemis subeamus aquosq; *sublimi*. in. altum sublatu id: quod sit dum quis vehementius vult ferire. & ideo Chloēn, quia arrogans est, & superba amarib; vult percuti vna amoris plaga vehementi.

CRIVTVS.

VI X I pueris nuper idoneus. Veneri & amatoris valedicturus Horatius contentionibus in quibus forte se validumq; militem suis gloriatur, arma sua, quibus eo in bello est opus, ei consecrat à lœuo eius latere suspensa fixaque parieti: Atqui blandè cam precatur, cuius arrogiam ipse ferociamque nullis armis expugnare, & suos in amplexus pellere poterat, vt Chloēn tangat, eiisque amoris incurabili vulnere sauciā reddat. *Vixi puellus nuper*. διερύπαντι glorioſi militis de armis ie rebūque fortiter in euo bello gestis magnificè venditantis: ne cogitato

Esto Horatium state, sed Chloës amoris impaientia victimum hæc scribere serio, sed ut his quasi minis Chloës animum adhuc rigidum flectat erga se, mollior etquoque solito efficiat. militari. armis usus tum magna cū laude. hæc verba Chloën inuitare posunt ad eiusmodi arma pugnamque experiadū; allegoricōs autē ad lyricū carmen pertinet, cuius ipse inter Latinos facile principes extitit. **a**rma. amatoria, nocturnis amoribus præcipue subteruentia, barbiton defunctum. èr paginā, iners est & lurdus. **p**aries habebit. tale est illud in Alexi Virgiliana. Et dixit mortiente nunc habet ista secundum. **I**lexum. lœua, rebus in humānis parū fausta solemus habere, sed in diuinis feliciora: Quod Etrusca disciplina in auguriis, in auspiciis, quæ à lœua apparetant, ea dextra Dei manu fieri sibi persuasit antiquitas: itaque ad lœuum Veneri partem, qui deam precanti ex opposito sibi dexter erat, amatoria iubet arma sua figi; ut eam magis habeat propitiām, in amorem sui Chloën pertrahendam. **m**arina. hoc si datur epitheton, quando speratur ex amore concubitus, ob humoris salī pruritum, quod ipsam ex spuma salī maris & saturni genitalibus mox natā putatur. **v**eccīs. quibus & foreis & paries noctu effringebant amatores à meretriculis non admissi; hinc est vita vecicularia, corū qui vectibus paries alienos perfodiunt furandis gratia. **C**ato, veciculariam vitam viuere, repente largiter habere, repente nihil. **o**ppositū. obiectis, aduersis; nimirum occlusis. **o**qua beatam. **x**egorū, precatur Venerem; Chloës ut percellat animum sui amore. **b**eatam. diuitem, opulentam. **t**enes. protegis & amplecteris. tres scripti lib. **B**land. vnu, Maldeg. & Mart. habent, regis. **s**ublimi flagello. Quid si per flagellum sublime castigationem intelligamus, qua velit è sublimi, hoc est, numine Venereo Chlœn affici, ut deponat arrogantiā, nimirū, veteri gestacione? hæc enim vna res, puellas lasciuviores elationis animi perdomare, dictioque obedientiores efficerē solet. at flagellum propriè est hic in amore infanția.

A D G A L A T E A M, dehortans nauigationem ab exemplo Europæ.

Ode xxvii. προσφεντική.

IMPROS patra recimenti omen
Ducat, & pregnans canis, aut ab agro
Raua decurrenti lupa Lanutino,
Feraq, vulpes:

Rumpat & serpensiter instillatum,

Si per obliquum similio sagitta

Terruit mannos. ego cui timebo

Prouidus auffex?

Ante quām stantei repeat paludes

Imbrum diuina auiū imminentum,

Oscinem coruum prece suscitabo

Solis ab ortu.

Sū licet felix, ybicūque manū,

Et memor nostri Galatea viuas:

Tēque nec laus vecet ire picus,

Nec vagi cornix:

Sed vides quanto trepidet tumultus

Pronus Orion? ego, quid sit ater

Hadria, noui, sinus: & quid albus

Pecet lapyx.

Hastum uxores, puerique racos

Sentiant motus orientū austri, &

Aequoris nigri tremicū, & trementes

Verbēris ripas.

Sic & Europe niueum doloso

Credidit taurō latus, & scatentem

Bellūs Pontū, mediisque fraudes

Palluit audax.

Nuper in pratis studioſa florū, &

Debita Nympha opifex corone

Nocte sublustrī, nibil, astra preter,

Vidit, & vndus.

Qua simul centum teigit potentem

Oppidū Creten: pater o relictum

Filiū nomen, pietasque dixit

Vita furore.

Vnde? quid veni? leuis una mors est

Virginum culpa. vigilansne ploro

Turpe commissum? an virtus carentem

Ludit imago

Vana, qua porta fugiens eburna

Somnium dicit? melisusne fluctus

Ire per longos fuit: an recentis

Carpere flores?

Si quis infamem mihi nunc iuuencum

Dedat irata: lacerare ferro, &

Frangere eniat modū multū amari

Cornua tauri.

5

10

15

20

25

30

35

40

45

- Impudens liqui patrios Penates:
 50 Impudens Orcum moror. ô, Deorum
 Si quis hac audis, vinam inter erram.
 Nuda leones.
 Ante quam turpis macies decencet.
 Occupet malas, teneraque succus
 55 Desficiat preda, speciosa quero
 Pascere tigres.
 Viles Europe, pater vrget absens:
 Quid mori cessa? potes hac ab orn.
 Pendulum, zona bene se secura,
 60 Ladere collum.
 Siue te rupes, & acuta letho
 Saxa delectant: agd, te procella:
 Crede veloci: nisi berile manus
 Carpere pensum
 65 Regius sanguis, dominaq; tradi:
 Barbara pellex. aderat querenti:
 Perfidum ridens Venus, & remisse:
 Filius arcu.
 Mox vbi lufia sat: abstinet.
 70 Dixit, ivarum, calidaq; rixa.
 Cum tibi iniuisus laceranda redde:
 Cornua taurus.
 Vxor inuiti loui esse nesci?
 Mitte singulus: bene ferre magnam
 75 Disce fortunam: tua scelus orbis
 Nomina ducet.

COMMENTATOR.

IMPERIOS parra recipientis omen. Metrum Sapph. cum Adon. Amicam peregrinè prosecutaram dimittens inuitè, timeret ne malis pergit auspiciis, & optat ut impij potius, quam ipsa, augurio aviis parva, vel ceterorum quæ subiicit, proficiuntur: atq. ita nititur eâ reuocare ab itinere instituto. *parra*. parra est avis parua. *pragnans*. quæ mali est omnis. *raua*. fulua, vel ab oculorum colore vel crinum. *rauus* autem color dicitur niger cum fuluo mistus. *seraque*. grauida; nā & hac est omnis mali. *si per obliquū*. à serpentis celeritate, qua etiam bruta deterrit. *mannos*. equos paruos, burdos, siue burridos. *Mannus* autem dicitur, quod mansuetudine manuum familiarius sequatur. *ego*. desertus ab amica. *prosibus*. sollicitus. *auspex*. peritus observationis avium. *stantis*.

quietas, non fluenteis. *dixina aviis*. cornicen diuinam dicit, hoc est, præsciam imbrium immimentium. vt, tum cornix plena pluviam vocat: improba voce. *corum*. dicit se ab ortu susciturum corum ad felicitatem Galateæ. *ofinem*. oscines quædam dicuntur aues quæ voce faciunt augurium: Præpetes autem quæ volatu. vt Virg. Qui volucrum linguas & præpetis omnia pennæ. *solis ab ortu*. Nam ab ortu solis omnia corui prospera sunt, ab occasu aduersa. *sis licet felix*. ordo est, Galatea sis felix & memor nostri, licet viuas vbiicumque mauis: hoc est, et si sine me esse mauis, sis felix tamen. *Téque nec lauus*. à sinistra picum mali omnis dicit, & vagam volatu cornicem. *vaga*. incerta, vagabunda. *trepidet*. propterea, festinet in occasum, cum magno ventorum & maris fremitu. *pronus*. vergens in occasum. Orion sidus est tempestuosum; & quia amicam non valet precibus, conatur retinere minis tempestatis. vt, dum pelago desauit hiems & a quoclus Orion. *acut*. noxius. *Adria no. si*. dicit le nosse futuræ tempestatis signa, vel ex Adriatici maris sono, vel ex flavi veti Iapygis, qui ex sereno celo subitam facit tempestatem. *Iapyx*. ventus flatus ex Apulia. *peccet*. aut propter erectionem fluctuum, aut calorem nubium vacuarum. *hostium uxoris*. imprecatur tempestatem vxoribus & libe-ris hostium. *cacos*. improbos. *trementes*. commo-
tas. *verbere*. impetu vétorum & fluctuum. *sic & Europe*. ab exemplo Europæ. *Quemadmodum*, inquit, tu præsumtuosè sumis peregrinationem, sic & Europe præsumtuosè creditit niueum latus doloso tauro, & vide quid passa sit. *niueum*. pulchrum. *doloso*. falso, fraudulento. *tauro*. loui in taurum mutato. *scatentem*. repletum, fremen-tem. *mediisque*. non fraudes medias, sed in me-dio dolo cognitas, non ante repertas. *palluit*. ve-bementer timuit; id quod efficitur poluit pro ef-ficiente. *audax*. quæ prius fuerat audax se crede-re boni, tunc timuit & palluit. *studio* a flo. quæ Nymphis studebat facere floreas coronas. *opifex*. artifex. *subflustri*. lucida, serena. *qua*. Europe. *simul*. mox vbi. *terigit*. attigit. *ordo* est, quæ simul ac tetigit Creten potentem centum oppidis, dixit, ô pater & pietas, & relictum nomen filiae. *relictum*. supp. à te. *pater*. verba sunt Europæ in-gemiscensis. *unde?* quò venit? vt, quò seror, unde abi? *leuis una mors*. quanto minus virgo peccare debet, eo peccans dignus. Et maiori supplicio: leuior liquidem mors est, quam culpa pudoris. vt Virg. ferroque auerte dolorem. *culpa*. culpa hic est amissio pudoris. *vigilansne plo*. sic incredibile dicit factum, vt etiam sibi somnio simile videatur. *imago*. imago pro insomnio. vt, si numquam fallit

fallie imago: & est sensus, an sum sine vicio, an hoc potius somnio? porta. per quam somnia vana emituntur. vt, altera carenti perfecta nicens elephanto, sed falsa ad celum mittant insomnia manes. melius. semetipsum increpat, carpere. colligere ad honorem Nympharum. infamem. malitiosum, mihi infamem. dedas. tradat. laceras ferro. vt, non potui abreptum diuellere corpus & vndis spargere? Quod dixit, vt indignationem similis sexus indignatione monstraret. modò. dum, paulò ante. vt, quem modò nauali M aestus certamine victor consequitur. impudens. turpiter nomen pro auderbio. Orcum moror. mortem retardo: quasi dicat, eadem impudentia viuo qua patriam reliqui. ô Deorum. interiectione inuocantis. insor erem. tmesis, pro errare inter leones. nuda. sine auxilio, velut offerenda sauitia ferarum. turpis. quæ turpeis facit. optat perire ante tempus. decantus. pulchras. occupat. inuadat. senectus. speciosæ. succus. vigor & pulchritudo corporis signature. vt, corpus solidum & succi plenum. defens. dilabatur. præda. iam se prædam fieri querit tigribus. vilis. scilicet perdita virginitate. virges. insequitur. zona. tamquam quæ adiutoria sit mortis neglecta consilium. sive terups. sive mauis præcipitio dari. lesbo. morti, pro ad lethum. te procelle. vento & mari; tamquam quæ debeat magis se tempestatis tradere peritura, aut præceps per abrupta demitti, quæ dominæ alicuius imperium seruendo perferte. crede. iniuste, immittit. regius sanguis. regia proles. pellex. concubina. connuba. vt exaggeret feritatem barbaricam, addit pellex, id est, quæ me sic insequeatur vt pellicem, timens sibi ob meam pulchritudinem. perfidum. dolosum. epitheton Veneris. perfidum ridens: eò quod rideret eam imagine iuueni deceptam, & quasi verè pecudis concubitu illusam. remisso. tamquam qui Europe iam pudorem expugnasset. lusit. insultauit. abstinet. cessa à caliditate & ira, id est, postquam passa est illam diu casus suos conqueri, dixit, abstineto iratum, &c. calidæ. rixa. ex calore & commotione animi venientis. cum tibi inuisus. Ironice: quia minata fuerat se cornua tauri fracturam: quasi dicat, non lacrabis eum, cum se rursus tibi obrulerit. inuisus. odiosus. mitra. omittit. setus. diuisus; eò quod vna pars orbis Europe nomen haber, altera Asia, tertia Africa dicta est. vt, Europa arq. Asia pulsus. nomina ducet. tuo nomine appellabitur. vt, vnde genus ducis.

C R V Q V 146.

IMPIOS *parre* recinentis omen. Galatea nauigio peregrè profectus precatur omnia fausta felici-

ciæq; at sceleratis & impiis imprecatur quæcumque sunt iter faciéntibus omnia, polliceturq; auguria ei sinistra lè precibus auerterū, coruūmq; prius ab oriente vocaturum, quæ vel picus vel cornix apparet, aues tempestatum nuncæ: sed obliterat, vt, vbi cumq; terrarum viuet, sui non obliuiscatur. Ceterum in discessu, cum nequeat, vt sit, ab ea diuelli, profectione dissuadens, inducit ei in memoriam pericula nauigationis ab Orionis occasu tempestuoso, ab Adriatici maris vndoso sinu, ab Iapyge vento procelloso: sed ea quoque, ne quid ipsa ferat incommodi, cupit ab ea verti in hostium coniuges liberatq; at interim non parum metuit, ne velut Europe altera in medio cursu monstris terra marinis, sua temeritatis ipsam poeniteat: néve memor præteritæ conuersationis agens apud alienigenas aliquando dolet patremq; patrāmq; reliquiss; vnde tandem vita pentæta, aut suspendium optet aut præcipitum. *impios parre* rec. Exordit ab insinuatione, ne primo mox obtutu percipiat Galatea, profectionem sibi dissuaderi: enumeratio namq; signorum, quæ faciéntibus iter, esse solent ominosa, posset eam ab instituto deterrire: sed artificios hoc mitigatur auctorisatione in impioru capita. *parre*. Plinio lib. vndec. cap. 37. *parre* aui in capite cornicularus est apex, vt phasianis, inauspicatusque, quæ Syrio oriente ipso die nō appetet donec occidat. lib. 18. cap. 29. dicta autē parra ab antiquo verbo parreo, pro pareo, id est, appareo: ea namq; avis suo cantu soius prætereuntis ad se cogit aspicere, quare *farpi* apparetur dicitur. *ducas*, dux sit itineris, nimirū vt male pereant. *raua*, fulua, nigricans: Nā fuluus color, si obtusus quodammodo est, inquit Thylesius lib. de colorib. cap. vndec. atque obscuratus, vocatur rauus, sic Horatius & lupum appellauit, cuius colorem nota magis verbo plerique omnes fuluus diserunt, &c. *setaq;* vnu Bland. habet, pestilæque, alius Bland. fertaq; *volpes*. Varro lib. 4. de Latina lingua ex Aelio, & eius sequaces, volpes interpretantur quasi volipes, perinde acsi curiendo videatur volare pedibus; quod quæcum sit absurdum iudicent venatores: quin potius dicemus à Greco deriuari ἀλόνη, ἀλόνει. Falóneq;, per digáma valopes, vnde pōt factū est, volpes. De auguribus & signis inauspicatis legitio Alex. ab Alcraū. lib. 5. cap. 13. *rumpas*. impedit; infaustus sit quidem impiis, tibiq; huius fortasse profectionis auctoribus comitibusq; sed te ab instituto deterreat. *serpens simili sagitta*, si per obliquum terr. mannos. periphæris *æxortis* serpentis, qui Latinè quoq; iaculus dicitur, qui in modum sagittæ ex ramis arborum in viatores se vibrare solet, auctore Plinio, lib. 8. cap. 13. iacculo ait Horatius per obliquum,

nimirum ex herbis vel arboribus viæ adstitit. *si. rō si.* Lamb. exponit; cùm. Ego malum esse caualem particulā, hoc modo: quia serpens similis sagittæ, seu iaculus, per obliquum terruit mannos, rumpat iter institutū: videtur enim significare, quibus ad nauis vecta fuit, mannos à iaculo serpente territos fuisse, quo terrore sperat iter iri ruptum. *ego quid timebo.* variant hic cod. Bland. antiquiss. habet cui, cum litura, & suprà notatū, alias, quid. alius habet, cur. tertius cum reliquis omnibus habet, quid, quos secutus sum in hanc sententiam; quid ego prouidebo pro auspicio timendum vitandumque? *os cinem coruum.* Oscines aues quā orīcīes, quā ore canentes furura p̄nūciant, ut coruus, cornix, noctus, aliæ sunt p̄p̄tētes, quā se ante auspicantem ferunt, seu volant, nā p̄p̄petere dicebant antiqui pro anteire. Festus, Agell. lib. 6. cap. 6. *solis ab ortu.* hoc est, precabor ut ab ortu solis coruus clare occinat, non eriā gloriari velut stragulatus quod est inauspicatū, nec ab occasu canat, quod est exītiale. *sis felix.* *περισσωπή τοι ερχεταις,* quā valedicendi benēc. precandi formula est. *sis licet felix.* sunt qui hoc enarrant, licet tibi esse telici, quod etli non confurem, tamē amplecti malim simpliciorem Cōmentatoris ordinem, nimirū, ô Galatea sis felix, & memor nostri licet viuas vbiicumq. māuis, supp. quām nobiscum. *veter.* sic habent omnia scripta, non vetat; & est modi potentialis, id est, vetare poslit. *picus.* de pico, qui Martius cognomine, nec non arborarius Plinio dicitur, vide eundem lib. 10. cap. 18. Plurarcho autem in vita Numa, *περιφέρεια φάνησος δάμανος,* hoc est, Picus & Faunus dēmones, id est, numina quādam Italiz, quibuscū versabatur Numa. sed *vides. περιφέρεια.* qua suader ne proficiscatur, ab occasu Orionis turbulentō. *prores.* Gr. vergens ad occasum, nimirū, sub Decembrem: torus enim Orion occidit ex oriente Sagittario in Decembri. *quid sit.* quām sit periculosis. *nowi.* ab auctoritate. *albus.* *ἀγείρεις; ιάτη;* vide odēn 3. lib. 1. Argumentū disillusionis ab impetu ventorum. *hostium uxores.* exprimit miros amoris affectus, priūm ex observatione dicit auguria non esse inauspicata, & si qua sint occulta sc̄ preciūs auersurum: doinde valedicit, cīq. precatur omnia felicia; postea rursus ponit oculos pericula à sideribus, ventis & vndis mariis Adriatici, quibus eam conatur à proposito diuertere. Postremo, animaduertens eius constantiā, ne benevolēcia & amore excidat, hostibus imprecatur hæc: pericula: At non desinit tamen ad finem vñque dehortari p̄fessionem ab exemplo Europa. *hostium uxor.* abominantis sunt hæc verba, quibus imprecatur hostibus, quicquid in navigando periculi Galateā lādere possit.

vide adag. si quid mali, in Pyrrhā. *orienta Austrī.* sic habet omnes & scripti & vulgati libri quos vidi, nec incepit respondet Auster Iapygi p̄cedenū ad vndas cōcitandas: Quare miror Lambinū legere Hædi. *nigri.* tempestuosī. *sic & Europe.* operosē multūmq. describit Horatius incōmodia malāq;, quibus Europe obiectata fuit, eò quōd nimis temerē se tauto blandienti crediderit: hanc ob causam mihi persuaserim Galateā peregrini alicuius amore captam, vel inuitis parentibus & amicis hanc instauruisse p̄fessionē, àqua vt deterreat, amicorum fortasse gratia, tam varius hic est & tam artificiosus. De Europa Agenoris ex Telephassa coniuge filia, cum fratribus Cadmo, Phoenice & Cilice, Apollod. lib. 3. & Palæphatus. *tauro.* hoc ad fabulam pertinet de loue in taurum mutato. At Palæphatus virum quidēam Cretensem. Taurum nominatum. fuisse scribit, qui ex Tyrrhenā regione cū ceteris puellis Europā quoq. regis filiā abduxit captiuam. Alij qua vecta est nāi fuisse taurō nomen ferunt. *Pontum.* Bosphorus Thracium apud Byzantium: sic dictum à bouis trāstū vel gestatione in tergo Europam sciētis. *palluit.* expauit, *ἐπεγνύσθη.* actiū, cùm sit aliqui neutrū. sic Ouid. 2. Metam. de Europa. pauet hēc, littū que ablata relictum respicit, & dextra corona tenet, altera dorso imposta est, tenues sinuantur flamine vestes. *super in prati.* amoris occasio, otium, licēria, & nimia parentū indulgentia. sic Ouid. 2. Metam. iuueni littora magna petunt: vbi magni filia regis ludere virginibus Tyrinis comitata solebat. hoc initium est narrationis fabulosa: à lusu & studio puellari. *debite.* ex promissio. *astrapator.* *ἄρες φόι* dū tergo, bouis vecta trāiceret pontum. *centumstei. poter opp.* C. Ilia. β. *κέντητος τεριούσας.* & Virg. Creta Iouis magni medio iacet in insula pōto, centum vrbe habitan magnas vberrima regna. *pater op̄lētū.* exclamatio Pathetica. & nomen pater, per exegesim, relictum filiæ, id est, à filia, vt sit casus septimus. *furore.* insano amore tauri. *unde quid venit?* Erotemata incisa vehemētiā doloris, & mētis emotionem denotant. *leuis vna.* hyperbolicōs: quasi propter amissam virginitatē digna sit mille subire morteis. *culpa.* ad culpā luendā violatæ virginitaris in cīis parentibus. *an vitiis carent.* an inculpata, ludisicor phantasmatæ: *porta fugit eb.* de somni portis apud Hom. Odyss. 7 & Virg. lib. Aen. 6. *inclusus fluctus.* hoc est., dulcius ne mihi jucundiūs fuit trāiceret pontum, an serta Nymphis florea cōponere? dolor ingens ex memoria vitæ anteaestæ. *si quis infam.* *περιφέρεια: ιάτη:* in qua mirè subseruit poēta decoro personæ. *innuncum.* taurū. *tauri.* Bland. omnes habent, monstri. cū adnotacione, aliā: *tau-* *ti. fed:*

ri, sed Mart. Maldeg. & Sil. monastri, sine adnotatio: Diuæ. habet, tauri, cum vulgatis: remonstrat certè non displicet: & nescio melius ne quadret ira percit feminæ. *impudens liqui*, querela facti virtutæ. impudentis & inuercunda: peinide acsi dicat, non puduit esse impiæ in patrios penates; nunc quoq. non pudet esse impiæ in Patonem, quæ mea vita morte digna ludifico. ô deorum. exclamatio exclamantis viræ, sibiique crudele genus mortis imprecantis facti pudore. *antequam turp.* ab effectu: Nam ut seniū deturpat faciem, rugosamq. facit, ita & dolor nimius sua macie. *præda.* inhi quæ preda feris esse desidero, dum succus ad huc est integer caroq. solida paſcēdū, tigribus. *vitis Europæ pater.* Eralmus p: imius, quod sciam, indicavit hic Europæ casus esse datiu: quæ subsecutus est Glareanus: ego certè ita scriptum inueni: in omnibus cod. Bland. & Diuæ, itaq; iam olim vulgati libri, in quibus Europe, per e vocalem legitur, sunt emendandi, ut sententia sit, pater vilius Europæ, id est, vilipendius, vili habitus, neglectus, & ut supra, relictus ab Europa, absens quidē corpore, sed in animo cogitationeq. prætens, vrget, increpat, persequitur, mortem minatur, &c. *quid mori e.* cur tibi morte consilicere differt? hæc per increpationē legenda sunt. *potes hac ab orno.* hoc est, potes aut suspendio mori aut præcipitio. *hac ab orno.* quam in marinistupibus demonstrabat, ubi in litore forstallis à luce stuprata fuerat: Gaudent enim ornii locis laxosis, ex tentantia Virg. 2. Georg. nascuntur steriles laxosis montibus ornii. *Zona bene se secuta.* cingulo seu cinctu vestium, quæ zonam per quandam prosopographiam laudat, tamquā fidam comitem: in odium zonæ virginalis, quæ per stuprum eā deseruerat: hinc zonam soluere dicitur virgo, quæ ad initiat mares. ut Hom. Epigrā. λόιος δια πράγματι τὸν ζώνων. Et acuta saxa spæcægæsis. *leto.* ad leto: calus leptimus. *delectans.* hoc est, seu mavis ex axis in mare te date præcipitem. *age.* hortantis, te pro credo. præcipita te in mare procellosum, eti. consecratio tuæ vitæ. *nisi herile manus.* periphialis seruitutis, id est, nisi manus in seruitutem tradi dominæ barbaræ, cibisq. iussa exequi. *herile.* abs hera imperati. *carpere pens.* in fila duceat lanam, quæ tibi fuerit appensa, id est, certò pôdere tradita: pensum enim pro appensum dicitur: hinc est persoluere pensum, debitu facere officium. vide adag. persoluere pensum. *regius sanguis.* ἐμφύτεις ή ἀρρεθρος seruitutis: erat enim filia Agenoris regis Phœnicæ. *adversari querenti.* aduerte huius odes epilogū mirè artificiosum, idq. ex artis præcepto, quod ad Pisones scribit, nec Deus interlit, nisi dignus vindice nodus inci. letit. sic in hac Europæ querela, quæ quā-

dam Tragedie formam referre videtur, inexpectatò fingitur adesse Venus cum filio, quæ iam propæ desperanti, secumque quid ageret deliberranti Europæ reddit animum, benéque sperare iubet, ut quæ iam sit vxor Louis. *perfidum rid.* *artificiosa.* pro perfidè, *καταπειδῶν,* ludo habens Europæ. *remissio arcu.* prius enim adfuerat tensio arcu, cum suo telo tangenter eius animū, incendit eq. amore tauri, *abstineto dixit.* solatur & monet, *ἴσεων κός,* animi fedatoris, vbi taurus ei sua fonte se cornua reddet lacerâda. *vxor inuicti Louis.* *ἄγνωστος μεταπτελέγοις,* ut sententia sit, nescis ellis inuicti Louis vxor, id est, nescire te gerere tâquam Louis vxorem; quæ dicat, indigna es Louis coniugio, quæ tu taurum tibi optas, insulsa, lanceandūdati: aut est *ἰσάρημα* cum admiratione ignorantis Græco more, hoc modi, vxorem Louis inuicti te esse nescis? *τὸς διογύων σοι.* *οὐδὲθε:* quod sis Louis vxor, hoc nescis? *bene ferre mag. cōsolatio à felicitate summa:* disce ferre ad phrasim Grecam *μάρτυς ιυροχόος.* tua sectus, consolatione à maximo præmio virginitatis amillat.

A D L Y D E N D E Neptunalibus sacris.

Ode xxviii. *τραγουρτικὴ συλλογισμὴ.*

FESTO quid potius die

Neptuni faciam? prome reconditum.

Lyde strenua Cæcum,

Munitaq. adhibe vim sapientie.

inclinare meridiem

Sentu, ac, veluti fleti volvitur dies,

Parcis deripere horreo

Cefantem Bibuli consulis amphoram.

Nos cantabimus inuicem

Neptunum, & virides Nereidum comau:

Tu curua recines lyrs

Latonam, & celeru spicula Cynthias;

Summo carmine, que Cnidon,

Fulgentemq. tenet Cycladas, & Poppon

Iunctis visit oloribus.

Dicelut merita Nox quoque neris.

5

10

25

COMMENTATOR.

FESTO quid potius die. Metrum dicolon, priore G'yon, altero Asclepiad. Lyden amicam alloquitur, interrogans quid sit agendum sacro die Neptuni,

c 3

Neptuni, potius quam hilariter viuendum. *pro-
me.* hauri, defer. *strenua.* cira, parca, fidelis. *mu-
nita.* tutus, qua nulli casui subiecta est. *vim.* acum-
men, augmentum; quod per vinum acquiritur.
inclinare. labi in occasum sine letitia. *ac velut
stet.* hortatur ad celeritatem promendi, dicēs bre-
uitatem diei, moræ impatientem. *parcis.* cellas.
borreo. penu promptuario. *Bibuli.* proprium no-
men: Quod Bibuli consulatu reconditum est.
inuicem. singuli viciissim. *virideus.* aquæ marinæ
simileis. *recines lyra.* iterum canes. *Latonam.* Dia-
nam, est enim trinominis, Luna, Diana, Proser-
pina. *celeris.* celeriter vulneratis. *Cynthia.* à Cy-
netho monte.
summo. supremo. *Cuidon.* nomen
ciuitatis in Caria. *fulgentisque.* fortunatas. *Cycla-
das.* nomina insularum, quas Venus cygnis vecta
circuit. *oloribus.* Venus singitur vehi cygnis. *ne-
nia.* carmine. *merita.* conuenienti, soporifero;
quia nox somno consecrata est. Nenia etiam car-
men est quod mortuis cantabatur in honorem in-
scrorum. *nenia noctis,* carmen somnolentum.

C R Y Q V I V S.

FESTO quid potius die. Quando Neptuni festo
die nihil sit quod agat optatus, invitat Lydē
vt hilariter secum viuat, vinum prius acceleret,
quam dies auolet, depromere Cæcubum: id po-
stulare Neptunalia, non vt sapienti, sed vt alternis
cantionibus reficiant animos, agantque iucundē.
quare se quidem Neptunum cum suis Nymphis
decantarū dicit, dum illa ad lyram Latonæ lau-
des à venatione resonet, at ambos supremo carni-
ne vult encomiis Venereis operam dare, donec
suas ipsa nenia Nox audiat. *festo quid p.* Ero-
tema deliberantis est de re certa: ita namque se-
rè fit in otio, vt sodales interrogemus ea de re
quam & apud nos statuimus, & eis non ingrat-
tam fore iudicemus. *pro me.* hortatur Lyden, quasi
ex conuento, puellam ad genialiter viuendum
commodiissimam, vt vinum promat: fuere autem
Lydi libidinis infatiaz & molitiae notabiles,
Athen, auctore lib. 12. *strenua* antimeria, pro
strenue, mox. *munita.* adhibe vim, expugna vino
laetitiāque casta sapientiæ, facito vim eius satelli-
tibus vt lococedant, valeant curæ, grauitas, seueri-
tas, temperantia, moderatio, sobrietas, siccitas,
frugalitas, &c. munita namq. dicitur eius sapien-
tia, qui per vinum nondum secreta pectoris
aperuit, i. *veluti.* sic habent duo Bland.
& Diuæ. sine villa litura, & est ellipsis rū tamen.
Arguit incuriam & inanimaduentientiam Lydes
in notandis diei momentis velociter prætereuntis.
deripere. sic in omnibus manuscriptis præter

Mart. vbi diripere ponitur, *ceſſantem.* recondi-
tam. Nota temporis à consulatu Bibuli anno vr.
con. 694. anno post natum Horat. 5. hic autem
Bibulus aliis M. Calpurnius, aliis L. vocatus est.
vide Comment. Signorij in Faſt. Consula. & Sue-
to. in vita Iulij Caſtaris. *inuicem.* Mart. habet in
viceis, separatum. Maldeg. in viceis coniunctum,
sed inepte. *Neptunum.* in honorem dici festi. *Ne-
reidum.* Nereides filiæ Nerei dei marini ex Dori-
de. vide dictionarium Perotti. *Latonam & celeris
spic.* *Cynt.* Latonam Dianam in Cyntio monte
celeribus iaculis feras sectantem. has autem La-
toniæ, Diana decantandæ parteis Lydæ tribuit,
periende ac si velit Horatius norare Lyden venari
quidem amores, sed opus esse Diana duce in iis
captandis. *Cynthia.* Cynthia mons Deli insulæ:
vnde & Apollo Cynthia. *summo car.* supremo
seu ultimo carmine Venerem celebrabimus à lo-
cis ei sacris. *Paphon.* Paphos vrbis in Cypro clarissima
vnde Paphia Venus nominata est. *suntis vi-
sitoloribus.* per olores iunctos quibus currus Ve-
neris trahi singitur, non obscure notat Venereum
carmen iunctim canendum, idque fore supremū:
ait enim noctem desiderare suam neniam, quasi
velit in gremio Lydæ velut in cunis vagire sopi-
riique. & nescio an alludat ad *to vīnor, to īz, toz
mādīos* γανεβοντας αὐθε, auctore Hesychio, id
est, ad eam cantionem qua nutrices vti solent in
infantibus spondis, dum vagiunt, demulcentis-
que, quales voces sunt ni na, la la. hæc nostra de
Nenia noctis sententia est. de nocte autem quæ
putata aut habita dea est antiquis, nihil hic facere
credo. iudicet lector. Ceteram de Nenia puer-
orum, lege adnotata in lib. 1. Episto. 1. ad eum lo-
cum, Roscia, dic sodes, melior lex, an puerorum
Nenia, &c.

A D M A E C E N A T E M,
inuitans eum ad coenam
kilarem.

Ode xxix. οροφωντεινη ωμαρετικη.

T Y R R H E N A regum progenies, tibi
Non ante versolene merum cado
Cum flore, Macenas, roſarum, &
Preſſa tuis balanus capillis
Iam dudum apud me est. eripe te more,
Ne ſemper vduum Tibur, & AEſula
Decline conempleri arauum, &
Telegoni iuga parricide.

Festidiosam

Fastidiosam desere copiam, &
 10 Molem propinquam nubibus ardus:
 Omitte mirari beata
 Funum, & opes strepitumq; Roma.
 P L E R U M Q; V E grata diuitibus vices,
 Mandaq; parvo sub Lare pauperum
 15 Cœna, sine auleis, & ostro
 Solicitam explicuere frontem.
 Iam clarus occultum Andromedespater
 Ostendit ignem: iam Procyon furit,
 Et stella vesani Leonis,
 20 Sole dies referente siccis.
 Iam pastor umbras cum grege languido,
 Riuumq; fessus querit, & horrido
 Dumeta Silvani: caret q;
 Ripa vagis tacitura venit.
 25 Tu, ciuitatem quis deceat statu,
 Curas: & urbi sollicitus times,
 Quid Seres, & regnata Cyro
 Bactra parent, Tanaisque discors.
 P R U D E N S futuri temporis existim
 30 Catinosa nocte premis Deus:
 Ridetque, si mortalium ultra
 Fas trepidat. Q V O D adest, memento
 Componere aquos: cetera fluminis
 Riu seruntur, num medio alio
 35 Cum pace delabentis Etrus-
 cum in mare, nunc lapides adesos,
 Stirpeq; raptas, & pecus, & domos
 Volueniis vna, non sine montium
 Clamore, vicineq; filie,
 40 Cum fera diluvies quietos
 Irritat amneis, ille potens sui,
 Letisque deget, cui licet, in diem,
 Dixisse, vixi: et as vel atra
 Nube polum, pater, occupato,
 45 Vel Sole puro: non tamen irriuum
 Quodcumque retro est, efficiet: neque
 Diffinget, infectumque reddet,
 Quod fugiens semel hora vexit.
 F O R T U N A seu lata negotio, &
 50 Ludum insolentem ludere pertinax,
 Transmutat incertos honores,
 Nunc mibi, nunc alijs benigna.

Laudo manentem: si celeres quatatis
 Pennas, resigno que dedit, & mea
 Virtute me inuoluo, probamq;
 Pauperiem sine dote quero.
 Non est meum, si mugias Africis
 Malus procellis, ad miseras preces
 Decurrere, & votis pacisci,
 Ne Cypria, Tyriq; merces
 Addant auaro diuitias mari:
 Tunc me biremis præsidio scaphe,
 Tutum per Aegeos tumultus
 Aura feret, geminusq; Pollux.
60

COMMENTATOR.

TYRRHENIA regum progenies. Metrum
 Alcaicum duob. vers. tert. iamb. dimet. hyperca-
 tal. quart. Pindar. inuitat Mæcenatem ad epulas,
 cui destinaram vini amphoram & libitam iam
 dudum apud se esse promittit. principium huius
 in sententia ferè conuenit cum principio primæ
 odes, Mæcenasatauis edite regibus. ordo est: Mæ-
 cenas Tyrrhena progenies regū, iam dudum apud
 me est tibi lene merum, non antè verso rado cum
 flore rosarum, & balanus pressa tuis capillis. Tyr-
 rhena. Tusca, sic & Tiberis Tyrrhenus dictus est.
 vt, Tyrrhenoque boneis in flumine lauit Iberas.
 tibi. in honorē tuum. non antè versa. nō antè de-
 tecto. lene. vetustate domitum. cado. amphora.
 cum flore. cum magnifico & voluptuoso appara-
 tu. pressa. expressa. tuis capillis. tuo capiti infundenda.
 balanus. balanus generaliter appellatur
 omnis glans sive nux: specialiter autem glans o-
 dorifera, de qua conficitur vnguentum sati vñ-
 gentioni capitisi aptum, quod appellatur myrobala-
 num, teste Isidoro: hic autem glandem pro vñ-
 gento posuit. apud me est. hoc est, hæc omnia
 in tuum honorem iam diu seruantur apud me.
 eripe te. festina, no' i' esse in mora. uidum Tib. pro-
 pter aquarum copiam. Æsula. nomen urbis alterius, in latere montis constituta. decline cōtemp.
 turrim in hortis suis Mæcenas construxisse dice-
 batur, vnde hac prospiceret. Telegoni iuga. Tu-
 culum ciuitas est in iugo montis constituta: hanc
 significat nomine conditoris: à Telegono enim
 Circes filio fundata est, qui per ignorantiam pa-
 trem suum Ulyssem interemit. fastidiosam. quæ
 fastidiū aliquando ingerit. copiam. luxum. molem.
 ædificiū turriū. propinquam nub. ard. in sublime
 extrectam. omittit. deline. beata. fortunatæ. fu-
 mum. honores. strepitumque. tumultum. plerumq;
 grata d. v. vicilistudioem rerum dicit grata lo-
 lere

lere esse diuitibus, quos interdum post diuitias & copias delectat familiarium medicritas. *Ordo* est, plerumque magna cœnæ gratæ vices diuitibus sine autæis & ostro super paruo lare pauperum explicuere sollicita frontem. *Sincaulus* & *ofsi*. fine tapetibus, id est, sine magna penuria. *Aula* iam se regna superbis, *sollicitam*, *tristem*, *explicuere*. frontem rugis obductam extenderunt. vt Plautus, *Exorge frontem. Andromedes pater*. *Cepheus* *Aethiopum* rex inter sidera collocaitus propinquus *Cynostræ*. ostendit ign. a statu. vt, finit canis ætifer arua. *Procyon*. stella qua ante caniculam oritur. *Vesani*. moibiferi. *Ficcos*. astros. *cum grege languido*. *xtu farigato*. vt, nunc etiam pecudes vmbras & frigora captant. *riuumque*. ad depellendum æstum. *horridi*. agrestis, birtuti. *dumeta*. *spinæ*. *tacitura*. sine sono, vento non mota. vt, aspice ventosi ceciderunt murmuris auræ, hoc est, iam transiuit tempus ventosum. *tu ciuitatem quiu*. ostendit autem *Mæcenatem* præfatum vibis eo tempore fusile. *statu*. *honor*. *Seres*. nomen *p. puli*. *regnata à Cyro* possessa. *Cyrus* rex Persarum fuit. vt, ultima ecum Baetra vicit. parent. præparat. *Tanaisq; discors*. *Tanais* flumen in *Mæotidem* paludem fluens. *discors*. quia discernit Europam ab Asia: aut quia incolæ regionis illius feroce sunt, & frequenti iuter se discordia colliduntur. *prudens*. prudenter dicit Deū fuisse nesciri futura; tamquam qui hominem vellet probrevitate *vita* vñ pætentibus. *ordo* est, prudens premit Dcū futuri temporis exitum caliginosa nocte, & ridet si mortalis trepidat ultra fas. *exitum*. *finem*. *caliginosa nub*. *den'a* ignorantia. *premit*. *reprimit*. *fas*. *licitum*. *quod adest*. *præsens* est. *componere*. finire; vnde lites complicitæ, dicuntur *fuitæ*. vt, non nosciū inter vos tantas componere lites. *aqnas*. patient. *cetera*. futura scilicet, ferūtur. dilabuntur, hoc est, vnum cursum habent & rapiuntur. vt, si brachia forte remisit, atque illum in præcessu raptus alueus amni. *Ordo* est, cetera feruntur ritu fluminis, nunc cū pace dilabentis in *Etruscum* mare mihi alueo, nunc volentis vnā ad eos lapides, & raptas stirpes, & pecus, & domos. per allegoriæ describit varietas & viciss humanæ vitæ, quæcumq; quietia & latia est, subito aduersus casibus in quietatu & perturbatur. *cum pace*. sine perturbatione decurrentis fluminis. *Etruscum*. *Tyrenum*. *stirpesq;*. arbores. *raptas*. ex raptas. *climore*. strepitu, vociferatione. vt, rapidus mentano flumine torrens sternit agros, sata latia, bovemq; labores, præcipite! q. trahit filias, &c. *dituaries*. te mpestas. *irritat*. incitat. vt, irritatq; viri m' reis & voce lacessit. *ille potens*. id est, ille felix est qui modum vitæ sua ha-

bet, & qui futura non curat. *æger*. viuet, vt, degere more ferat. *in diem*. *hodie*. *vixi*. quiete degi. *cras vel atra*. perseuerat persuadere præsentia tantu curanda, nec futuris aniri. um accommodandū. *occupato*. occupa. *puro*. sereno. *irritu*. vanu. id est, nō posse cōmodum vita, quod iā perceptu fuerit, infringi. *quodcumq; retrò*. id est, quod iam transiit: qui præterita non poterunt im. mutari, quanvis futura sint incerta: & ideo desine esse sollicitus de futuris. *diffinget*. cōfunder, in. murabit, cōuellet. *fortuna suo*. quæ delectatur incertis, & inquietudine hominū gaudet, cum prospera mutat aduersis. *insolentem*. iniquū, nouum. *Iuuenal*. Quoties volvit fortuna locari. *ladere part*. vt ludaret. *transmutat incertos*. instabileis. vt, um ipso honores incerto, an transmutando fiant incerti. *Fortunæ* inconstans? *pertinax*. persistens. *benigna*. *prospera*. *laudo man*. cum non est mutabilis. si celeris. si ad aliū deuo'at, reddo quod dederat. *quætit*. cōmouet. me inuoluo. mea virtute me munio, non timens incerta Fortunæ, dum aut desidero, aut formido quod præstat bona cōscientia, & probitatem cōtentus. *probâmg*. laudabilē, probabilem. *fine dote*. fine opibus, fine præmio. *non est meum*. hoc est, nec vita, nec propositi mei est timere aduersa, quia nec periculo, nec tempestate quæsus cauta me cōmittit. *remugiat*. rebo'et. *miseras*. misericordia conuenientis. *votu pacifici*. promissis placare: quæspicuntur cum diis homines oblatione votorum. *auaro addant*. augmentent, insatiabili, cuncta recipienti: quod omnia intercipiat. *tunc me*. duos ordines tremorū habentis. *ordo* est, aura & geminus Pollux feret me per Aegaeos tumultus tutum presidio biremis scaphæ. *geminusq*. Poll. Pollux cū Castore, quia gemini natu sunt.

C R V Q V I V S.

Trrhera regum progenies. Horatius ut vbiq; ita hic quoq; mediocritate gaudeus, rus inuitat Mæcenatem, vt inter flores odorēsq; iucundè secum vino indulget. hoc quidē decete principes viros, nec vti semper assueta magnificentia, non splendore & luxu solito, sed apparatu tenui nonnumq; mūdōq; victu in domibus pauperū modicis lætari, fastidiosiq; luxus obliuisci: præsentim vbi tempus est in vmbrosis siluis ad fonteis & flumina in viridi gramine vitare Caniculæ flagratiōres æstus: æqui quidem esse suu quemq; officium facere: Mæcenatē autem reipublicæ sua fidei credita, cuiā gerere; sed velle deos non iniquo ferre nos animo quicquid acciderit, non metuere supra modū, sed mente præsenti sua componere, sibiq; cōmittere cetera, nunc ita fedata, vt nihil metuēdū, contrā, citius opinione ita turbulēta, vt credas cœlū terræ miseri: hęc autē omnia fortunā voluere suo

suō nutu mutarēq. nunc huic, nunc alij benignā. Ceterum felicem esse eum bearumque qui latus frontēque serena, cibisque suis bene compositis in diem viuit, ad solam virtutē sua referens omnia. *Tyrrhenia regum prog.* Exorditur à stirpe regia Mæcenatis, ad beaueolentia conciliationem: de qua lege oden 1.lib.1. Mæcen. atauri &c. non ante verso. apparatus Horatianæ cœnæ descriptio. ante verso. infuso ad vinum, promendum. *flore ros.* rosa ferè ponitur pro siccis odoribus. *balanus.* nux pro oleo balanino, de quo suprà. Plin.lib.2.3. cap.4. balanum, inquit, oleum repugnat varo, furunculos, lemigines, gingiuas. De myro balano vide eundem lib.1. cap.22. *capillus.* de capillis ad voluptatem perfundendis oleo, multis in locis Horat. eripe temora. hoc est, ijs rebus quæ tibi sunt in mora, quæ te remorantur & detinent, quæ minus ad nos venias. ne semper uidum. illustratio carum rerum quæ Mæcenatem remorantur. *vñ Tbus.* hoc epitheton facit ad naufragia loci, ex aere minus salubri propter exhalationes ex aquis stagnantibus aërem insidenteis. vide Strab.lib.5. *parcide.* ad eius loci execrationem ingerendā Mæcenati, quod citius ad se veniat, ijs iam locis relictis vbi in estate apicari. vmbra que caprare solebat. *Aesula.* vnde Aesulanus Plin. seu Alulanus lib.3. cap.5. *Tlegoni iuga.* periphrasis Tusculi oppidi à conditore. Strabo lib.5 *fastidiosam.* ab effectu, nam rerum abundantia, sui savietae, satietas autem parit fastidium. *fumum.* metaph. ambitionē, arrogantiam, auram popularem, laudes, rōs, *slū alaq'nius.* Martia. vendere non vanos circum palatia fumos, plaudere nec cano, plaudere nec glaphyro. vide in Chiliad. fumus, & fumos vendere. *plerumq; grata.* amplificatio ex *ärniryo.* *vises.* varietas, quæ tedium discutit. *mundaq;* frugales. vide notata lib.1. Saty.2. ad eum locum, Mundus erit qui non offendet cordibus. *sine au- liis.* aulæ, rā megrātām, megrāpāym, rā- arnis, stragula, plage. vide Budz. in Pandec. posterior. *ostro.* oltrum propriè est purpuræ saudes; ἄρπα, autem propriè est conchylium sive blatta pisces, id est, purpura. *Vitru. lib. 7. cap. 13. & 14.* explicare frontem est hilarescere; cui contrarium est, contrahere frontem. vide adag. frontem exporrigere. *iam claram occultum.* *χε- roγεφία* ex ortu Cephei, Procyonis, leonis, quo cempore iucundū est turi versari, καὶ τὸ οὐκάτιον, καὶ τὸ πίνακας. *occultum.* corporibus noriū, eo quod ea sidera ex oculo iædant. *Andromeda patet.* periphrasis Cephei patris Andromedæ, que secunda exposita, liberata est à Perseo. Apollod. Hyginus, lib.2. Arati phænom. omnes cod. scrip. habent Andromedæ. *Procyon.* exoritur post leonem

exortum, cum pedibus prioribus canis & aquila tota. vide Hyginum lib.4. & Arati phænomenon. Cicero in versione Arati nominatus Anticanis. *siccis.* propter multitudinem stellarum, ex quibus ea sidera constant cum sole simul exorientium. *iam pafor.* amplificatio ab adionelis. *vagus ven- tis.* incertis & inconstantibus. vnde satis aperè ex antiquo cōstat cum ventos tunc flare statos significare quos Etesics nominamus, quas auras, id est, ventos leniores nominamus. sic Aristot. de mundo, ἔνεστι τὰς ἵζην περιπλόκους ἀνταντάς ταῖς ἀνταντάς, id est, auras dicimus ex spirationes, quæ ex humore prodeunt. Plin.lib.2.ca.47. de canicula loquēs, huius exortum diebus octo fermè Aquilones antecedunt quos prodromos appellant; post biduum autem exortus, id est Aquilones constantius perflant diebus quadragesinta, quos Etesias vocat: molliori eis creditur solis vapor geminarus ardore side- ris, nec vlli ventorum magis stati sunt. deinde lib.18.cap.34. de Aquilone: Molli sidera æstate media, mutatque nomen & Etesias vocatur. Strabo autem lib.3. non Aquilones Etesios, sed Subsolani & Euros nominat. *tu ciuitatem.* per cōcessio- nem tacitè notat Mæcenatem nimia sollicitudini- nis in reipubl. cura, vt qui non præsentia modò ordinet, sed in futura quoque anquirat plusquam necesse est. *Seres:* de Seribus legitio Solinum cap.6.3. & in hunc Vadianum. *Battra.* Solinus ca.62. vbi obiter quoque agit de Tanai. Mela de Tanai lib.1.cap.21. Strabo lib.vndec. *prudens fut.* con- futatio inquisitionis rerum futuraru à nro diuino. *ultra fas.* si modum excedat. quod adeft probat rerum præsentium compositam moderatam- que curam; hic enim à plerique non minus pec- caturaque in futuris à nimis curiosis prognostis. *cetera.* præter ea quæ in manu tua sunt, moderari & attemperare pro arbitratu tuo. *fumis in star.* artificio comparatio rerum futuratum ad fu- minis vel placidum decursum vel rapidum. *cum pace.* placidè. *delabens.* sic est in omnibus auti- quis lib. quos vidi. *nunc lapides.* excavata ri- più saxa. descriptio peregans inundationis flu- uialis, quæ ex altis decidē rupibus, quicquid ob- uium est secum trahit. *montium.* montanorum, eorum qui & monteis & silvas incolunt. *fera. im- proba, magna, irritat.* hoc autem verbum neque per unicum r scribi debet, nec ab ira venit, sed à verbo ruo cum præpositione in; quasi irritat, per etiam penultime syll. sic enim non semel scriptū inueni politissimè; ita vt irritare seu irritare, sit incitare, prouocare, vim facere, mutare, perdere, destruere: atque hoc modo lacescere inque iram prouocare. sic diluies irritat amneis, mouet & impellit ut ripas suas exsuperent. *ille potens suis.* d. *hæc*

hæc clausula est, qua vult innuere Mæcenati non licere esse læto, nisi suis affectibus imperet, vi-
dūque in diem, id est tranquillè, de crastino mi-
nimè sollicitus, potens sui, suis affectibus impe-
rans, compos meuris. in diem dixisse, vixi. videtur
amphibolo, in diem dixisse, vel in diem vixi: sed
quia flagitiora quoque & affectis mihi è licet in
diem dicere, vixi, ut Dido apud Virg. vixi, & quæ
dedy cursum fortuna, peregi, potior est alia sen-
tentia, putà, in diem vixi, hoc est, latus & iucun-
dus hunc diem peregi, non anxius quid eras futu-
rum sit. vide Adag. in diem vivere, ex tempore
viuere. *eras vel atra*. conuenit cum illo apud
Math. Noite sollicitus esse in crastinum, crastinus
enim dies sollicitus erit sibi ipsi, sufficit diei mali-
itia sua. vult eum Horatius virum bonum ad om-
nem euentum semper æquo animo viuere, neq.
perturbari magis aduersis quam propteris, futu-
raque habere tamquam præsentia. non tamen ir-
ritum. περιστάλψις: ne quis existinet Horatiū
velle nos instar brutorum in diem viuere, sine vi-
lla mente vel honesti ratione, sed etiam futuorum
habere curam, quæ posteris nostri nomen tradat
& immortalem laudem, quod non fortuna nobis
aut luxus quæ cada sunt, sed rerum bene gesta-
rum virtus præstare poterit quæ imortalis est.
quodcumq; retro est: quia præterita certa sunt nec
villo fato immutari possunt. *infestumq; reddet*. vi-
de in Chilia, factum infestum fieri non potest.
Vixi iraque in diem in memori virtutis, quæ relata
posteriori perpetuò viuet; non etiam vixi in diem
sollicitus rerum fortutarum; nam *fortuna seu a-
lera negotio*. hoc est, quæ gaudet siue in aduersi-
fis, & pertinaciter suum ludum inconstans lu-
dere, neque apud te manebit semper, neque ad
posteros te transferet immortalem. sic Ode 34.li.
1. huic apicem rapax fortuna cum tridore acuto
sustulit, hic posuisse gaudet. vide adnotata in eum
locum. *laudo manentem*, ostendit Horatius se non
ita durum, vt affectibus nō n. oceatur, fortunam
que sibi molites per perpetuò prosperant, sed in om-
nem euentum s' patet ad eo constantem vs nō su-
pra modum doleat eam mutant, viuāque tran-
quillè sua contentus mediocritate. *probamq; pau-
peri*. per virtutem & honestam pauperiem peri-
petuālicos norat mediocritatem frugalitatemque.
sine doce. alludit ad id quod dici solet, *autis dorata*
est mulier si proba est, sic satis dotata pauperies si
proba est, *non est in eum*. norat auiditatem auaritorum,
qui nulla vita cura maria nauigant in Alia,
Africam terrāsq;. remonissimas ab orbe Romano,
vt pretiosis mercibus ditescant cum diis quodam-
modo paciū voris solitus, vt salui domum reuer-
tantur, se vero aut nihil tale aut pati, aut facere, vt

cuius institutum vitæ longè diuersum, non à for-
tuna, sed virtute pendeat. *ne Cypria Ty.* hoc est,
ex Cypro insula, & Tyro Phœnicie ciuitate anti-
quissima comparata. *tunc me biremis*. allego-
rico, haec accipio in hunc sensum: Quando alij di-
te secundū studio viras mercede que cu[m] diis preci-
bus votisque paciscuntur, vt incolues peregrin-
dom reuerantur, se quidem ait etiam Aegæis
vndis lactari, id est, insultus fortuna varios expe-
riri; sed tutum tamen esse, non precibus & votis,
sed biremis scapha, id est, paupertate duobus acta
remis, nimirum, tranquillitate & securitate, non
sine aura leni adipicente geminóque Polluce, id
est, fauore & ductu virorum principum. vide
num alludat ad antiquum proverbum, *πέρι ἡρώ-
νος ἀγαλμάτων διατάσσεται*, id est, Aegæum stora, seu
erate viminea, trajcere.

A D M E L P O M E N E N

Musam, se scriptis semper victurum.

O D E X X X .

ἀποτελεσμή, προσφωνητική.
καὶ εὐχετική.

Ex eg i monumentum ere perennius,
Regalq; situ Pyramidum aliis:
Quod non imber edax, non Aquilo impotens.
Possit diruere, aut innumerabilis
Annorum series, & fuga temporum.
Non omnis moriar, multaque pars mei
Vitabit Libitinam, rsque ego postera
Crescam Laude recens, dum Capitolium.
Scandet cum tuis ita virgine ponifex,
Dicar, quæ violens obstreps Aufidus,
Et quæ pauper aqua Daunus, agrestium.
Regnator populorum, ex humili potens.
Princeps Aeolian carmen ad Italos.
Deduxisse modos. sume superbiam.
Quæsitam meritū, & mibi Delphica.
Lauro cinge volens Melpomene comam.

C O M M E N T A T O R .

Ex eg i monumentum ere perennius. Metrū
Asclepiad. monocolon. Dicit leætinatatem suo
carmine consecuturum: & hoc operis suis monu-
mentum statu's æreis, & magnificis solidisque
Aegyptiorum sepulchris diuinius victurum. exegi-
finui, perfeci. sic Ouidius, iamque opus exegi,
quod nec Louis ira, nec ignes, nec poterit ferrum,
nec edax abolere vetutas. *monumentum*, opus
carmianum.

earminum, quod durabilius dicit statutus diuitium ex ære factis. **p**erennius. diuturnius, validius. **f**atu. constructione. **P**yramidum. Pyramides propriè regum Aegyptiorum sepultra sunt, ingenti mole constructa, & in casumen educta in modum flammæ surgentis. vnde & eis nomē est inditum. Ordo est: Melpomene exegi monumentum perennius ære, id est, durabilius metallo. **e**dax. corrumpe[n]t venustate. non aquilo. ventus tempestuolus & procellosus, hiemalis. vt, & mediis properas Aquilonibus ire peraltum. **i**mponens. valde potens. diruere. cuertere. annorum series. venustatis eius. vt, annis soluit sublata venustas: Dicit sua scripta, nec tempestatibus, nec vetustate abollenda. non omnis moriar. in litterarum laudem dicit se corpore quidem moriturum, sed carminibus suis viviturum. **l**ibitinam capulum, in quo mortui efferebantur ad sepulturam. **v**sque ego proff. ordo est, ego recens crescam posteram laude, id est, per laudam posteriorum, vsque dum Pontifex scandet Capitolium cum tacita virginē. recens. nouus: noua enim magis consueverit placere, vetera verò abolescere: quare se posteris in oblatione nouum futurum. tacita. hoc est, aut veccunda, aut pro sacrificio tacente, aut pro sacerdotij dignitate, clara. Consueverunt enim sacrificature Capitolium tacentes ascendere. Virg. ratice per amica silentia lunæ. **v**iolens. torrens, impetuofus: de quo amni Virgil. Adriacas retro fugit Ausfidus vndas. **obstrepit**. murmurat. **A**usfidus. per Ausfidum vuln intelligi Apuliam, cuius provinciaz fluuius est. **d**icar. laudabor. **qua**. per quæ loca. **p**auper aquæ. egens aqua, quia inopia aquæ est fitculoſa. **D**aunus. Daunus fuit rex Apulie. Ordo est: ego potens ex humili princeps dicar deduxisse Aeolicum. carmen ad Italos modos, qua obstrepit violens Ausfidus, & qua pauper aquæ Daunus regnauit agrestium populorum. ex humili. parua progenie. gloriatur felibertino patre natum ad tantam studiorum claritatem venisse. **p**rinces. primus. vt, Massicus ærata princeps secat æquora Tigri. Dicit autem carmen Aeolicum, quo vñs est Alceus Poëta, deduxisse in vñsum Latinum. **m**odes. **r**hythmos. sume superbiam. nobilitatem mentis, non venientem à natalibus. ordo est, Melpomene sume superbiam quæstam meritis, & vñlens cingit mihi comam Delphica lauro ea enim erat sacratissima propter Apollinem Delphicum. **m**eritis. virtutibus. **c**inge. circumda, illiga, vt Virg. Baccare frontem cingit, ne vati noceat mala lingua futuro.

C R V Q V I V S.

Exegi monumentum ære perennius. In

hac Ode tritum librorum postrema, velut in operis perfecti coronide, Melpomenen Muam precatur Horatius, vt lauro caput tuum merita cingat ob carminis Lyrici dignitatem: quo te nunc id apud homines commendationis assecutum glorias, quam nec æneæ statuæ, nec Pyramidi molles suscipienda sua diuturnitate superare, nec villa temporis iniuria possit abolere: hos eni modo Lyricos ab Aeolis in Latium à se deductos, eam suæ vitæ partem continere quæ nec moritur cum corpore nec sepelitur: sed ex humili agrestique Apulia loco cum principem, primumque sui auctorem posteris tradere decantandum celebrandumque laudibus, tantisper dum Pontificia Romæ dignitas stabit incolamis, imperiumque sine fine darum. **E**xegi monum. Exorditur à laude facti, ab immortalitate. **m**onumentum. ingen: mei & doctrine. **t**ò μηνη. Monumentum, quicquid ob memoriam aliciu[m] factu est, vt, fana, porticus, scripta, carmina; Festus. **ære**. statuæ ex ære. materia pro opere. **r**egali **f**atu. Quæ sitæ sunt seu cōstructæ à regibus Aegyptiis, geometrica ratione ad ignis flammatum à lato in rotundum, vide Plin. lib. 36. cap. 12. Melam lib. 1. cap. 9. **a**ltius. de altitudine Pyramidum lege, præter alios, Amnianum lib. histor. 22. Suum autem hoc litterarum monumentum dicit altius esse Pyramidibus: non enim nubeis modo penetrat gloria virtute pars, sed super astra quoque fertur. **q**uod nō imber edax. Ea namque sola tempori & iniurias cæli sunt obnoxia quæ ex elementis constant. **a**quilo **i**mpos. ex alto, mari terrisque magno impetu incumbens. **i**nnumerabilis. pro vetustate incomprehensibili. **f**uga. laplus, truditur enim dies die. **m**ultaq[ue] pars mei. an sp[iritu]s ille diuinus? quem Deus nominat Plato, hinc Cicero in som. Scip. Quoniā nō is, quem videmus, homo est, sed Deus ipse in nobis existens: An eius vires & exercitia, inuenta, dicta, scripta, eorum memoria? vtrumque certe nō temere mihi persuaserim denotare Lyricum, nec minus animi quæm scriptorum immortalitatem statuere. Nam licet in indulendo genio curé que curanda subscriptabat aliquando Epicuro, tamen in hoc ab eo dissentire videtur, quod in animi tranquillitate virtutēque beatitudinē ponat; qui affectus animi cum sint immortales, necesse est quoq[ue] immortalē esse animū: verūm si sile eum omnium horarū hominem, vt aiunt, mihi ipse fidem facit, inquiens, nullius addictus iurare in verba magistrī, vt postea clarius aperiemus. **l**ibitinam. deam funerum. vide lib. 2. Saty. 3. & 6. libixina quæstus acerbæ. **v**sque ego, hic vel tmesis est, vsque dum i. donec. aut tò viq[ue] determinat tò recēs, vsq[ue] recēs. i. semper recēs. **s**candes. ad sacra Idulia peragendā: Nam

ds: Nam singulis Idibus à Pontificibus in arce sacra fiebant quæ Idulis Pompeio dicta sunt, quibus agna alba cædebatur. Idibus alba Ioui grandior agna cadit. Ouid. vide Idulis ouis, apud Festū. Est autem peri, hrasis æternitatis à sacris perpetuis. tacita. in tincula facrorum reverentia & religione. huc sacrifili illud Plutarchi de liber. educand. 229. dīa tētō mīs. dñx̄ tās mīs. rēdōtēs. tīlētēs. ēt. mīlātōi nātōdētēs, ita ī tās. gīs. oītētēs, ītētēs. tētō. tētō. Itā. pītētēs. l. ob. hanc caulam (tacitur- nitate) vt mihi videtur, arcana cærimoniæ antiqii descriptæ sunt, vt in his assueti tacere, ad huma- norum aī canorum fidem, Deorū meū trans- feramus. vide oden z. lib. huius, de fidelitate. dicar. q̄a violens. hoc est, ego Venusinus seu Apulus Poëta dicar à posteris princeps seu primus carmē

Lyricū ab Aeolis (Alcæi causa) deduxisse ad modos seu cantus Italos, id est, primus carmen Lyricū Latinè cecinisse. *Aufidus*. notatio Apuliæ à fluvio. Aufido ex Hirpinis montibus defluente in Adriaticum. *Danua*. fluuius à Dauno rege Apuliæ ex Pilumno. *regnauit populus*. sic tres Bland. antiquissimus hoc vila litura cum Sil. sed duo alijs: Bland. per lituram. Reclē. itaque monet Seruus aliique Grammaticus hoc modo legendum ad hel- lenismum īp̄tētēs, n̄ īp̄tētēs tētō. *sumo- superbiam*. Apostrophe ad Melpomenen Musam, cui refert acceptam hanc superbiam meritis que- sitam, id est, Lyrici carminis apud Latinos princi- patum seu primatum, tētō. *port̄s*: Quo nomine- cupit ab ea libi laurea corona cingi caput. Idem facit Ode z. lib. 4. Est autē hæc Apostrophe que- dam gratiarum actio.

Q. HORATII FLACCI CARMINVM LIBER QVARTVS.

AD PAVLLVM FABIVM MAXIMVM ALEGORICOS AFFIRMATA SE EX- INTERMISSO SCRIBI CARMINA.

ODE I. ēxpt̄nū ēp̄t̄nū.



NTERMISSA Venys dim.

Rursus bella moues. parce pre-
cor, precor.

Non sum qualis eram bona.

Sub regno Cynare: desine dulcium.

5. Mater sua Cupidinum

Circa lustra decem flectere mollibus.

Iam durum imperiu. abi

Quod blanda iuuenum te reuocant precess.

Tempestiu in domo.

10. Pauli. purpureis ales oloribus,

Comissabere Maximi,

Si torrere iecur qu. rī idoneum.

Namque & nobilis, & decens;

Et pro sollicitis non tacitus reis,

15. Et centum puer artium,

Late signa seres militia sua.

Et, quandoque potentior

Largi muneribus riserit amul.

Albanos prope, te; lacus

Potet marmoream sub trabe Citrea:

Illic plurima naribus

Duces tura: lyrâque & Berecynsia.

Deleatibere tibia,

Mistis carminibus non sine fistula.

Illic bu pueri die:

Numen cum teneri virginibus tuum

Laudantes, pede candido

In morem Salium ter quatient bumus.

Me nec femina nec puer,

Iam nec spes animi credula mutu;

Nec certare iunat mero,

Nec vincere nouis tempora floribus.

Sed cur, heu Ligurine, cur.

Manas rasa mea lacryma pergenas?

20.

25.

30.

Cap.

35 *Cur facundā parum decoro*

Inne verba cadit lingua silentio.

Nocturnū ego somniū

Iam capsū teneo, iam volucrē sequor.

Te per gramina Marij

40 *Campi, te per aquas, dure, volubileis.*

COMMENTATORI.

ME T R I C U L U M. Dicōlōn distrophō, pātōri G'yconium, posteriori Alcēpiādēum. Statuerat Horatiū ad tertīū usq̄e librum completere opus carmiñū: verūm tribūs libris iam editis, ex maximo intervallo hunc quartum scribere compulſus est ab Augusto; vt refert Suetonius in vita Horatiū, in laudem priuigni sui Drusi Nero-nis, qui victor de R̄ hētis Vindelicis fuerat reuersus. *intermissa*. *Venus*. deprecatur Venerem, ne p̄z̄er decorum, iterum res amatorias scribere ab illa cogatur, iam propemodū lustris decem, hoc est, quinquaginta annis grauis, maturus, & ab omni volupate alienus. non sum qualis: commēmorat amicam per occupationem. *bona*, benigna, non nimis imperioſa. *sub regno*. tamquā imperet amatoribus quæ amatur. *mollibus*. Antitheton: mollia sūnt imperia Veneris ab effēctu: sunt enim ludicra & delicata, quæ molles efficiunt amatores: se verò durum ait, acc mollescere, aut domari posse propter ætatem, nō magis quā pecora annosā, quæ nec iugo nec freno edomari possunt; metaphoricos. *quo blanda*. qui te vltro vocant ad iocos, quibūlque facilē possis persuadere quod velis, mihi verò seni non nisi difficulter poteris. *tempestivius*. opportunius. *Pauli*: adolescentis erat hic nobilis, elegans & disertus, cui Veneret luxus eur maximè conueniebat, sequentia indicant à nobilitate & forma. *purpureus*. pulchris, nitidis, puris, reginæ Veneri dicatis: vt propter regnum Veneris & dignitatē purpureos dixerit. *ades*. fingitur Venus à Poētis vehi curru iunctis oloribus: hinc ales dicta, hoc est, volucris, siue velox. *comifabere*. delectaberis coniuando, luxuriando. *si torvere iecur*. si tuum velis exercere officium. *iecur idoneum*. tuis ignibus & amoribus appositum: idcirco autē iecur amori dedit & libidini, quia iecore amare nos volunt Philosophi, felle irasci, & corde dolere. *decens*. flos ipse iuuentutis. & *pro sollicitio*, causarum patronus diligens. *centum puer*, qrs. finitum pro infinito, hoc est, qui pro facundia & cōmodo ingenio facetōque optimè possit in amore versari. *laefer*. validē amabit & libens. & *quædage*. hoc est, quandoquinque validior in amore.

quam munera plurima æmuli, hoc est, triualis sui. referit. hoc est arriserit, & gratus fuerit. *emuli*. triualis. vt, partim rostro premit æmula Pisistris. *Albanos propete*. in Albano monte, vbi Paullum dicit ad lacum habere optima prædia, quare illū & effusorem ad cultum Veneris promittit, & ad munera propensiōrem. *ponet marmoream*. ex solidō marmoro statuē. *trabem Citream*. aut pro difficulti, aut nobili posuit, aut pro amēnitate Veneris odoratam, vt adificantis diuinitias ostentaret. *lyráque & Berec.* à Bereczyto monte Phrygiz, vbi primū inuenta dicitur tibia, vel à matre Deūm Bereczyntia, cuius sacris deputata est; vt, Ite per alta Dindyma, vbi assueris biforem darticula cantum. *illuc bis pueri*. in facello tibi dicato. *teneris*. pulchris, gracilibus, delicatis, paruis. *lau-dantes*. tuo numini hymnum canentes. *caridido*. pulchro, nudo *in morem Salium*: Saliorū, sacerdotum Martis. *quasi ent hunc*. Periphrasis saltationis ex agitatione & concussione pedum, Poētæ vistatus etermo. *nec spes animi*. hoc est, amoris mutui: negat se amari posse, cum per ætatem nolle: amare. *nec certare iunat*. hoc est, poulis æqualibus contendere. *nec vincire*. Syncdochicos pars pro toto, coronare caput. *sed cur heu*. Apostrophe pathetica, quòd recordatione Ligurini pueri adamati flere se queritur. *rara*. non amoris parvitate, sed ætatis verecundia: seni namque præ amore flere non contenit. *cur facundā*. indicium est nimij amoris subito inter loquendum tacere, vt, Incipit effari, mediisque in voce reficit. *nocturnis-teego*. ait se Ligurinum puerum semper præ desiderio somniare, &, vt sit, terrore quodam menis imaginari eum, quasi diu quæsitus, & tandem inuentum, velut alitem ex ipso euolare complexu. *te per aquas*. in Tiberi natare. *dure*. inflexibilis, inexorabilis. *volubileis*. fluuialeis.

CRIVYVS.

NT E R M I S S A. *Venus diu*. Rogat Venerem. Ut à militia ipsius vacare possit iam fractus, illi: bello inutilis, & quasi iam emeritus miles, qualeis viros illa non deposit, sed integros, validos, & succi plenos, cuiusmodi se faceret *sub regno suis*. *Cynara*: idcirco illam transferre studet ad Paullum adolescentem nobilem, diuitem, formosum, peritum, & strenuum in ea militia virum. *sub regno Cynara*: regnū hic non ram ad graueis & superbos amores, quam ad dignitatem, maiestatem, & benevolentiam Cynaræ declarandam pertinet videtur, qua gratia illam bonā nominat, vel quod pauciora acciperet, vel quod esset ipsi inter certos amatores benevolentior. hæc alibi eadem Horatio proterua dicitur & rapax, quod scorto est propriū, vel quod illius villicus non æquo fertur animo,

animo, se quoque immunem Cyanarē nō esse gratum. *Pauli*. an hic fuerit Paulius Fabius Maximus cum Q. Tuberone consul anno ab urbe condita septingētesimo quadragesimo tertio, an ali⁹, penes lectorē esto iudicū. *purpureis ales*. hic locus diu multumq. mihi moleitus fuit. Primum lectiōnē hanc ieruandā oīnino nō dubitauī, & cōmentatorem nostrum satis appositū interpretari, præsertim omnibus antiquis codicibus manucriptis in hoc cōsentientibus. Rurum quandoquidē nihil sit à sensibus magis alienum, quām cygnū dicere purpureum, deinde cūm sit abiurdū dicere illud ignorauisse Horatiū in naturis reū perspicciendis sagacissimū; principio legi, fursuēis, quā proximē accedens ad hāc purpureis: led quia furfures non omnes sunt eiusdem generis, euoluī eos auctores qui de naturis terum, quīq. de animalibus & regionibus variis scripserūt, num qua regio aleret ita cygnos purpureos, aut, si mavis, nigros, sicut certò cognovimus coruos inueniri albos: interea temporis dum hāc meū cogito, ad nos deferuntur Dionysij Lambini in Horatiū cōmentaria, quæ cūm studiosē & audē legerem, persuasus hunc locum non magis subterfugere posse vi rum illum & doctissimum & in Horatio versatissimum, quām multa alia, quæ deprehenderā castigatissima, tandem ostendi pro, purpureis, repositū marmoreis, nec id incepte, nec sine approbatione, vt ait, doctorum viorum. Atqui quōd priores syllabę marmar nimis abcederent à purpur, quām vt librarium culpandum ducerem, non potuit mihi probari tam è longinquo petita mutatio: Quid multis? Hoc asscutus sum, Plinium in naturali historia scribere, Cythere, oīl Porphyrim nominatam: protinus in Mela eandem sententiā cūm inuenitem, reuersus ad Bland. codices quod ante non obseruaram, vidi in tē purpur, apertas maculas & porphyreis, quare sine villo scrupulo sē porphyreis, vt genuinam & Horatianam dictiōnem in sua sede statuendam putavi, allusione ad insulam Porphyrim Veneri sacram, vt sint porphyrei olores, id est, Veneri sacri. Antonius Thilesius, ex hoc loco Horatiū, non dubitauit candidum colorē, quando intensius oculos remoratur, & apparet & dici purpureū, iudicet lector diligens, quā hoc ab illo factum sit *quorū*. *comissibere*, ita habent tres codices manuscripsi Blandinij, non consenseribꝫ, vt habeat vulgares editiones, cōtra antiquam & Festi & Varronis lectionem: non enim à comedendo venit comissatio, vt doctē & diligēter notauit Lambinus, sed à *zēp̄* teste Varrone: non etiā à vicis, vt scribit Festus, quas Grēci *zēp̄* nominant: Comissatio aubem longē aliud motar quām comedio, vt sic loquar; quemadmodū

videre licet in verbo *zēp̄* dr. namque & nobilis. Aetiologya à nature dotibus, nobilitate, forma, industria, à virtibus & potentia, à recta institutione & linguarū pertia, postrem ab opibus. *sub trabe Citrea*. trabs, inquit Paullus, propriè dicitur duo ligna compacta itaque trabs Syncedochicōs profacello ponitur. *Citreæ*, ita habent duo codices Blandinij antiquissimi, ex quibus hanc dictiōnem reprophi. quia in dictiōne, Cypria, hic nunquā mihi feci satis, quōd ea arbor vilior esset & neglegtiō, quām vt ea donaret. Venerem Paullus ad obscuranda æmulorum larga munera, ex ea namq. Poëta naueis ædificatas scribit, Ode prima lib. p. iiii, numquā demoueas vt trabe Cypria &c. quæ verba forrasse huic lectioni locū dederunt. deinde neq; Cyprus arbor odorata, nisi in flore, aut femine cōtulō conditōq. legitur. contrà, Citrum & odoratissimam, & maximē pretij apud Romanos, in delicijs fuisse signant tabulæ, lectuli, mensa Citrea illæ memorabiles, de quibus Cicero in Verrem 6. Tu maximam, & pulcherrimā mensam Citream à Q. Lutadio Diodoro &c. & Varr. 3. de re rustica: Nuncibi hīc vides Citrum aut aurum. Martialis 10. lib. Inspicit aut pueros, nobiliūs Citrum. Postremo scribit Plinius naturalis historiæ lib. 13. cap. primo: Cedri tantum & Citri suorum fructuum in fumo conuolutum nō dorem verius quām odorem &c. quæ verba, meo iudicio, appurissima sunt pro odore Citri ad declarationem versiculi sequentis, illuc plorima naribus duces. Alexander. ab Alexand. lib. 4. cap. 17. proditum memoriz est, inquit, Iliacis temporibus veteres nō ture, nec costo, sed Cedri & Citri fumo adoleuissc. Nō sum tamen nescius hāc etiam aliò referri posse, aliamque habere interpretationem, quā ego tempore secutus sum, donec deprehenderem in duobus codicibus Citrea, & in tertio non sine lituris Cyprea: deinde opitulata mihi est annotatio licet Barbara ac ferè vetustate deteta. Trabem vero, inquit, Cithream, per aspirationis notam, aut pro difficulti, aut nobili posuit, aut pro amēnitate Veneris cedoratam, vt ædificantis diuitias ostentaret. sed que diuitiae in Cypro? quis odor memorabilis aut in caudice aut ramis? quis visus illius in sacris? Verum enimuero ne quis mihi controueriat, Citrum humiliorem, cenuiorēmque in Italia & Hispania conspicī, quæ Citrea, siue Medica mala profert, quām ex quadrabes parentur, paucis hic adnotandum duxi. Citrum alteram cupresso feminę silvestri similem folio, odore, caudice, ex qua celebres illæ menœ oīl in Africa Mauritaniāq. plurimā, vel Plinio teste lib. 5. cap. 1. alteram humilem in Italia & Hispania omnibus obuiam, nunquā non pomiseram, vt videre est apud Theophrastum, Plinium,

Plinium, Ruellium, & existente, apud Nicolum Monardum medicum Hūpaleniem, in epistola ad Quadrā suum, apponita libello de secunda vena in pleuride. Si quis hic contendat Cypriam trahē non esse Cyprī arboris, sed Cedri, quæ in Cypro in uala ita multa, & monstrōse cuiusda[m] magnitudinis apud Theophrastum legitur, ut esset vnde vnde decimis Dēmetrij adficietur, centum nempe & triginta pedum longitudinis, crassitudinis autem ad trium hominum complexum, ego sanè ab huius opinione ne vel latum, ut aiunt, pedem discesserim, nisi me cogere expressa dictio Citrea: nam & Cedri cor est odoratum, totaq[ue] eius materies durissima, ut aeterna olim sit credita: quinimo eadem est arbor Cedrus & Citrus, ut doctissime annotauit Gulielmus Pantinus medicus, in suis adscriptis que iam parat in Plinium, ex quibus hec meo rogatu mihi concessit in hoc praesens argumēnū. Plinius lib. vigesimi tertii capite sexto Citrea vocat quæ dicuntur Persica, item ut Medica & Cedromela, & Cedria: ex Theophrasto libri quarti historiarum capite quarto. Virgilius libro secundo Georgicon Medicam arborem graphicè depinxit. meminit & Phinius lib. i. cap. tertio. id est lib. decimi terii cap. decimo sexto, & capite precedenti, malè ab hoc diuiso, crucem grammaticis grauem fixisse & exesse creditur de mensis Cedris, quæ Citraria ipse lib. 5. cap. primo vocat: sicut & Cicerio in Verrem: propterea quod si dicitur etiam Citri sit arbor, cuius materies Citru[m] appelletur tum Varroni, tum Martiali, vnde & Cedrinae & Citrinae mentes sunt nuncupatae vocibus diuersis, reeadē: nam & Cedromela nominantur Citrea, Citreæ mala, quin & de Citrea mali arbores post Cedri mentionem, Alia, inquit, est arbor eodē nomine &c. & lib. i. cap. 5. de Parthiorū populo loquēs. Portò Citriortū genera quatuor à viris doctis hodie enumerantur, Citria, Limonia, Arantia, Cereæ, seu potius Assyria, aut Adami poma: certè Nicandri interpres malum Medicum Nerantium vocat. Ceterū poma aurea apud Virgiliū, ne quis h[ic] erret, Cōtorea sunt, quæ & Chrysolæ suissæ appellata, reitis est ipse Plinius lib. i. cap. i. ethi Athenæo lib. 3. autea mala, He[re] peridū mala apud Virgilium elega[re] exta, & poma Hesperidum Statio tetrico siluarum, Citria, siue mala Medica existimantur. Et quamquam & malum Medicum, Persicum etiam appellat Dioscorides, tamen id ex aliorum verius quam sua refert opinionem aque sententia, qui dicitur item ut Theophrastus historiar. lib. 4. cap. 4. haec ipsa distinguit. Haec Pantinus, lyraque & Boreycyma, sic habet codex Blandinius antiquissimus. quæ si nō multum discrepavabat alia lectio, certè plenior est.

& magis sonora, ut omittam ad lyra, tibia, & fistula strepitum velle Horatium pueros accinere & virginēs, landantes, inquit, nomen tuū. Valde commode meminit hic Hermaenus Figulus statu[m] Apollinis, quæ in Delo dextra tenebat arcu[m], & sinistra Gratias, quæ singulare instrumentum musicum gestabant, hec lyram, illa tibiam, media autem fistulam, in morem Salicium. qui gestantes ancilia, magna corporis latitudo saltabant, ut ducemus od[em] proxima, ser quatiens humum, notat saltum & rotationē chori, aut processum sine retrogradatione ad numeros imparis: me nec femina. Ellipsis aduerteriue, nec puer, huiusmodi amatores à Diuo Paullo apolloz, nominantur. nec vincere noui. Romabis enim moris erat corollas cum poculis accipere, festi q[uod] diebus coronatos, & fertis redimitos epulari cum lemniscis, p[er] gemina exercitia inuentutis Romanæ in campo Martio certare cursu, lucta, equo, natatione.

AD IV LV M ANTONIVM M.

Antonij Triumuiri filium. Antiquorum Poëtarum veneratio.

ODE I. ἐγκωμιαστική.

Pindarum quisquis studet emulati.

Iuste, ceratis ope Dedalea

Nititur pennæ, vitreο daturne

Nomina ponte.

Monte decurrentis velut amni, imbris

Cum super nos saliere ripas

Feruet, momensisque ruit profundo

Pindarus ore.

Laurea donandus Apollinari,

Seu per audacem noua dictyrambus

Verba deuoluit, numerisque fertur

Lege solutis:

Seu Deos regesque canit, deorum.

Sanguinem: per quos cecidere iusta

Morte Centauri: cecidit tremenda

Flamma Chimera:

Sive, quos Elea domum reducit

Palma calestis, pugilisque, equumque

Dicte! & centum potiore signis

Manere donat:

Flēbilis sponsa iuuenemque raptum

Plorat, & viris animumque, moresque

Aureos educit in astra, nigrisque

Inaudet Orco.

20

Miles

- 25 *Multa Dirceum leuas aura cygnum,
Tendit Antoni, quosies in altos
Nubium tractus: Ego apis Matina
More, modisque
Grata carpentu thyma per laborem.*
- 30 *Plurimum, circa nemus, ruidique
Tiburi ripas, operosa parvus
Carminā fingo.
Concines maiore Poëta plectro
Casarem; quandoque trahet feroceis*
- 35 *Per sacrum clivum merita decorus
Fronde Sygambros.
Quo nibil maius, meliusue terris.
Fata donauere, bonique diuis.
Nec dabunt, quamvis redeant in autum*
- 40 *Tempora priscum.
Concines letosque dies, & vrbis
Publicum ludum, super impetrato
Fortis Augusti reditu, forunque
Litibus orbum.*
- 45 *Tum mea, si quid loquar audiendum,
Vocis accedes bona pars: & ô Sol
Pulcher, ô laudande, canam recepio
Cesare felix.
Téque dum procedis, io triumphe*
- 50 *Non semel dicemus, io triumphe
Civitas omnis, dabitusque diuis
Tura benignus.
Te decem tauri, totidemque vacca,
Me tener soluet virulus reliqua*
- 55 *Matre, qui largi iuuenescis herbis
In mea vota,
Fronte curuatos imitari igneis
Terium Luna referenti ortum,
Qua notam duxit niueus videris
Cetera fulvis.*

COMMENTATOR.

M E T R U M Sapphicum dicolon tetrastrophon. Continet hæc Ode laudes Pindari Poëta Lyrici celeberrimi, quem si quis imitari velit, is ita suæ aestimationis & fame periculū, vt Icarus sui conatus, incurrat. *amulari.* imitari cum accusatuo. *ceratis pennis.* cera coniunctis, affixisque corpori. *ope Dadalea.* artificio Dædali patris, qui dum pennas cera compositas sibi & Icaro filio ap-

posuisset, affixissèque, vt volatu Minoidis tyrannidem effugeret, Icarus altum petens, cera ad solem liquefciente, & pennis disolutis, ex alto decidit in mare, cui suo casu nomen dedit Icareum. *naturam.* innaturam, sustentatur. *vitreo.* perspicuo. vt, vitrea te Fucinus vnda. *monte decurrens.* Torrenti fluui comparat ingenium Pindari, quem citum dicit in dicendo, & sententiis abundantem. *quem.* supp. amnem, *aluer.* supp. imbris, id est, crecere fecerunt aquæ pluviæ, & ita aluere supernotas ripas, quia aliue ripas annis velut aquis nutritus accesserit. *feruer.* ignei ingenij vim & acumen ostendit metaphoricos. *laurea donandus.* coronandus laurea corona: laurus Apollini est sacræ hinc lauro coronari Poëtas dicimus. *nous verba.* aut admiranda, vt, Pollio & ipse facit noua carmina, aut ab eo intenta. vt, Finibus expulsum partiis noua regna petentem. *Dithyrambos.* Dithyrambi genus est carminis in honorem Liberi patriæ rhythmis vehementioribus liberioribusq. & numeris cōpositum. *audaces.* quia sine certa pedum lege, æquali vocis tono & rhythmo cantabantur, dicti hoc nomine à Græco vocabulo οὐρα, hoc est ianua vel ingressus. *numeris.* quibus rhythmus ad sonum perrinens colligitur sine certa versuua mensura, sine certa lege. itaq; hic nō desideratur aut lex pedum aut certus syllabarū numerus, sed quali tono vocis Dithyrambi & rhythmi cantantur. *fertur.* rapitur, veluti vates. *seu deos.* scripsit enim Pænas cantiones in laudem Apollinis. *regesque.* propter encomia virorum principū: quia in Olympicis laudavit Hietonē, qui suo tempore regnauit in Sicilia. *per quos.* laudavit Herculem, Ixionem, & Perithoum, qui occiderunt Centauros. *ecclisid tremenda.* in Chimæra Bellerophonem laudatum intelligimus. *sive quos Elea.* laudati à Pindaro Castor & Pollux, qui in Eliæ Epiti ciuitate agone Olympico edito, pugillatu & equoru cursu floruerunt. vt, Hic & ad Elei metas & maxima campi sudabit spatia. In eodem agone Poëta Heroum laudibus decantandis, & accepto themate certabant, & victores coronabantur. *palma caelestis.* propter honorem numinū quibus agō impendebar. *centum potiore signis.* quia magis illustratur honore quem Pindarus carmine suo agonistico celebrat, quam si centū statuis honoretur. *febili sponsa.* in Epitaphiis & Epicediis Pindarum insignē fuisse cantat, cū aut sponsam celebrat, aut iuuenē fortē suæ sponsæ nō matura morte ereptū deplorat, illūmq. in feris subducit, & laudib⁹ immortallitate donat. *ploras.* describit plorādū, lamentatur. *aureos.* probos, honestos, sanctos. vt, Autem quæ perhibet illo sub rege fuerūt Secula. *Dirceū.* Thebanū: Dirce fons Thebis. Statius, Cœrulea cūm rubuit

rubuit Lemnæ sanguine Dirce: hinc Pindarum
 Dirceum nominat cygnum à suauitate carni-
 nis. *lexat aura.* multa fama fert ad celos, &
 sublimem facit. *apis Matina.* quia Pindarum cy-
 gno comparauit, fē, vt arrogantiam fugiat, apī
 confert quē in Calabria faltu Matino & circa ter-
 ram volat, & amicitatem depascitur florū: vt,
 iam calidi lucent buceta Matini. *vuidi.* humidi,
 ab aquarum copia. *fingo.* meditor, compono. vt,
 Corpora fingere lingua. *concines.* describes, can-
 tabis nobiscum. *maiore plectro.* iubilimori & grā-
 diori metro victorem Cælarem: quia Antonius
 Heroico metro Diomedes scripsit duodecim li-
 bris, & nonnulla alia oratione solura. *quandogus.*
 id est, quandocumque. *ferocius Sygambros.* Ger-
 mania populum. *per sacrum elium.* per viam sa-
 cram, quas cēdebat ad Capitolium, per ascen-
 sum Capitolij. *ferocius.* quia antea Centuriones
 Romanos, qui ad stipendia missi erant, circum-
 uentos crucibus affixerant. *bomique dini.* iberales,
 propitijs. vt, Sisbonus, ô, teixque tuis. *redeant.*
 nec aucteo seculo similem Cæsari virum natum
 fuisse, aut nasci posse, si in eum statim tempora
 recurrant. *concines.* publicam urbis lætitiam de-
 cārabis. *& urbis.* ferias imperatas, propter trium-
 phum Cæsaris, & eius redditum. *forūmque litibus*
urbus. æquitate Cæsaris, *si quid loquar.* modeita
 oratio, vt fugiat arrogantiam. vt, O mihi tam lon-
 gæ mœdate pars ultima vita Spiritus, & quan-
 tum sat erit tua dicere facta. *audiendum.* memo-
 ratu & auditu dignum. *O Sol pulcher.* Solem pro
 eo die posuit quo Cæsar vīctor est ingressus: vt,
 Treis adeō incertos cæca caligine soles Erramus.
pulcher. felix & faustus. *O laudande.* laudibus
 celebrande. *recepto Cesare.* recuperato à feroci-
 bus & inhumanis Sygambris, quos non parum ti-
 mebamus. *felix.* ego forratus te saluo & incolu-
 mi. *teque dum procedis.* Sacra acclamatio cum
 inuocatione ad ipsum triumphum, qua Io, Io-
 dicebatur. vt, Io matres audite. *benignis.* redditum
 Cæsari benignum præstantibus. *te decem tauri.*
 ad honorem enim maiorum numinum & poten-
 tium permodarum pertinet si magnis victimis im-
 molatio fiat. vt, *Tē maxima taurus vīctima. mete-*
vers solus. ab oluet à votis pro salute Cæsari Dii
 facti. *relicta matre.* à lacte depulsus. *in mea vo-*
sa. à me Dii promissa. *curnatos igneis.* Lucem
 lunæ tertie imitatus cornuum incurvatione &
 breuitate. *Qua notam duxis.* vitulum pro redditu
 Cæsaris Dii promissum ait in fronte signatum
 nota candida, cum reliquo corpore totus esset ru-
 fus. *niveus videri.* Hellenicōs. vt, certus amari.
cetera fidum. Synecdoche.

C R V Q V I V S.

P I N D A R V M quisquis studet. Pindarus Ly-
 ricorum poëtarum faci. è princeps, Quintili-
 liano teste, natus Thebis in vico Cynoccephelorum
 apud Dircen fontem, vnde Dirceus nominatus.
 Floruit Olympiade septuagesima sexta, v. i. e-
 fert Eusebius in Chroniceis, ab urbe condita du-
 centesimo septuagesimo septimo, annos agens
 circiter triginta quatuor. Scriptit Olympia, Py-
 thia, Nemea, Isthmia, & oratione solura admo-
 nitiones ad Græcos. Lyrici autem poëta Græci
 fuere nouem, Pindarus, Alcæus, Sappho, Ste-
 chorus, Ibycus, Bacchylides, Simonides, Alcmae,
 Anacreon. *mititur pennis.* tres codices manuscri-
 ptū Bland. hic habent, & vbiique in aliis odis, pin-
 nis, pro pennis: *quem super notas.* In euui-
 gatis ante annos decim adnotacionibus, censui legen-
 dum ex Blandinio cod. verutissim. *Cum super notas*
saliers ripas; & per rimes in ordinandum hoc mo-
 do, Cum imbræ, id est, aquæ pluviae super salientes
 notas ripas, idque ad eundem vocum ordinem
 perturbatiorem: verū quia video doctis hoc
 velut minus proprium non placere, Commenta-
 torēisque sequi aliam lectionem, non grauatum
 mutavi sententiam *feruet.* unus codex hic habet
 feruit, antiquo more. *Dithyrambos.* hic non du-
 bitarim tam ad cantionem ipsam rhythmicam,
 quam ad chorum Bacchicūm referri Dithyram-
 bos, qui ad numeros ipse, nunc in dextrum, nunc
 in sinistrum magno & corporis & voci impetu
 contendebat: quod certè sati indicat Alexander
 ab Alexandro lib. quarti cap. decimo iep: imo, tuie,
 inquit, obseruatim, ut sacrificantes aras circum-
 currerent, auspicati cursum à lœva dextrorum,
 quod religiosus putabatur: mox à dextra lœvorum.
 Cumque hymnorum plures species forent
 quibus p̄allebant Diis, hi tamen fuere in vlo fre-
 quentes, Hypingus Diana, Pæan & prosodia Apollini,
 Dionylio Dithyrambus, Cereri Iulus,
 Eriticus Veneri decantabatur: præter quos fuere
 proædion, Hyporchema, & Stafimoi: quod ideo
 inuentum est, ne qua pars corporis religione vaca-
 ret, quasi penitus sacro numine afflati, & quadam
 furore capti essent. Dithyrambus etiam eritethon
 est Bacchi, *τετρά τὸ δέ δύο βασις:* quod ibis
 natus duas veluti iugnas penetrauit, dicitur etiam
Διθυρανθεσίν, fortasse quia in dīthys, antro της
 νύσσας nutritus fit: hinc διδυροβασιὰ διθυρα, δι-
 dυροβασιοι, quos ait Ariophanus interpres vī
 λεξισ πλωπόλεγις, quod hic Pindarus non obscu-
 re videtur innuere per nostra verba, dicitur etiam
 ab Ariophane κυκλαδ δύσηρας, ex cuius nomi-
 nis compositione liquido contactus illos διθυρα-

διδυσκάλος etiam instituisse sacrum & insaniensem chorūm. *numerisque fertur*. an hic lo. us pertineat ad rhythmos Dithyrambicos tantum, quia solutiones sunt, nimirum numeri innumerū. *Comicisque aliquanto liberiores nec vilis certis legibus astricti*: an etiam velit ostendere Pindarum non minus oratione quam carmine valuisse, quod etiam orationes Parthenicas scripsit ad Gracos, per me vniusque libera esto sua sententia vel hoc assertendi vel negandi. *sen deos regesq; can. ad elucitationem huius loci, satis opportunè, ut mihi quidem videtur, poterit hic adnotari illud tetraphthon Archie:*

τίοταρπισιον ἀγρῶντες ἀ' ἐπάδεια, τίοταρπισιον ἰερο,
οἰδός πλήθητον, οἰδός εἰς ἀθανάτων.

Σητε, λαρνάδεο παλαιμόνος, Αρχμόρογος,
ἄττα ἢ τὸν κόπονος, μῆλα, οὐλίνα, πίτον.

Quatuor athletis sacra sunt certamina Gracis.
Terrigenum duo sunt, sunt duo calicolūm.

Nempe Iouis, Phœbique, Palemonis, Archemorique.
Quaeis olea, & pinus pramia, mala, apium.

Namque in honorem Iouis ab Hercule instituta sunt Olympica, in Olympia luco oleastris consistit, iuxta Alpheum flumium, ad templum Iouis Olympici. Alterum Pythicum erat certamen Apollini dicatum Delphī, ob interfectum Pythonem serpente, vbi victoribus corona erat laurea. Tertium Isthmicum à Theseo institutū in honorem Meliceræ sive Palæmonis, in Isthmo loco angusto Corinthi. Atqui scriptores hīc multum varij sunt, in honorem ac Herculian, ac Neptuni, ac Palæmonis. Quartus Nemeus ludus ordinatus est propter Archemorum puerum Lycurgi in Nemea silua defunctum. In his itaque ludis, quando alij certabant cursu, lucta, pugnis, saltu, poëta & Musici cantionibus, Herōumq. describendis laudibus contēdebat, inter quos primas tenuit Pindarus, *signis tabulis, statuis, stimulacris, quæ vt motu ipsa carent, ita caduca tandem pereunt, at virtus clara æternaq. habetur, quæ ipsa cum suis comitibus omnia superans, ad æternitatem prouochit sui studiosos.* *munere.* munus hīc accipimus carmen Pindari partheneticum, quod vt immortale, ita semper terrena gloria donat & suos auctores, & quos illi laudibus celebreis efficiunt, vt Ouid. Scindent uestes, gemma frangunt & aurum, Carnina quæ tribuunt fama perennis erit. Musarē gloria carmen est, inquit Hēodus, ipsum vti virtus quā celebrat; æternū & immortale. *flebilis. deslenda, deploranda.* vt Multis ille quidem flebilis occitit. *edictis extollit.* sic scriptum inueni in uno codice antiquissimo contra vulgatam editionem deducit, non aprim etiam teste Lambino *inuidet nigro. subtrahit, subducit ab obliuione, & donat æterna memo-*

ria. leuat aura. hēc Apostrophe tacite dehortatur Antonium ab imitatione Pindari poētae inimitabilis, suōq. exemplo suadet, humilius vt de se sentiat, quām vt instar Pindari, velit sublimiori carmine delcibere laudes magni Cæsaris, haber enim Horat. sibi peculiare, & tamquam proprium, (vtr sit Pers. Callidus excusso populum suspondere nalo) vt quē nolit aperte offendere, illum amicē, quasi aliud agens, moneat ad meliora: concedit quidem Antonio maius plectrū ad decantandum Cæsarē, sed quasi ex obliquo illabitur in illius animum, vt facile intelligat se moliri aliquid supra vireis. *in altos nabium.* in eam vsque regionem seu plagam caēi, vbi nubes condēsantur, hoc est, in celos ipsos, seu cam ingenii sublimitatem, ad quam perlungere non fas est cuius. *grat accepit* Thymus vel thymū herbasatis est obvia, cuius flos albus est apibus gratissimus, ex quo mella congerut suauissima: at hīc, thymi nomine quosuis flores accipimus, ne existimemus hīc Horatium aliquid signare aliud, quām omnis generis flosculos apib. gratos: quales sunt flores melissophylli, fabarum, cytisi, cunilæ, conilæ, rosaum, thymi, &c. vt scribit Pinthus lib. vige simi primi cap. i. 2. *opera parvus.* elegas verborum & venusta *artis opus;* parvus, operola, labore plena: parvus, quā naturam suoper & ingenii laboris magnitudine. honesta hēc est Tapinosis, & verecundè seruiens comparationi, *maiore plectro.* Heroico carmine, quod lyrico maius est. *Sygambræ.* hanclectionem antiquam mutare nolui, quōd sibi consonaret codices Blandinij tres, tūm quōd ex ea, vt genuina, nihil vidi subordini posse vel difficultatis, vel obscuritatis, propter litterarū G. & C inter se cōfūsum: vtaceam hanc huius dictionis *euγαμβρὶς*, antiquam & veram esse orthographiam, quod ex Strabone manifestū est lib. septimo in princip. verū Sygambri Hessi ne sint, an Geldrenses, cum Iuliis, Leodiis, & toto i. tractū Rheni ad fossam vsque Drusianam, an vltierius etiam extendatur ad Oceanum, multa & diuersa sententia est. quare ego antiquam illorum sedem, aliquantiō certius cognitam, vt litteris mandarem, non destiti, ad instat apis, periuolare loca & hortos omnēs illorum auctorum, quos arbitratus sum in ea cultura diligenter versari: tandem in ea charta quæ ad oculū nobis delineata Rheni tractū, offendit in Marca Comitatū ad dextram Rheni ripam Sygamburgum oppidum, non procul ab origine Ruræ fluminis. hanc profectò crediderim & sedem antiquam Sygambrorū fuisse, & metropolin. Strabo autem lib. 7. ait: ad Oceanum præterea pertinentes Sygambri, &c. & paulo pōst: ceterū Sygabri vicini Rheni annis accolæ, bellī exordia factarunt. *in aurum priscum.* in inores optimos, optimi

optimi seculi, quod ab excellētia verē aureū nuncupatur. atque adōō non in aureum tantū, quod minus est, sed in ipsum aurum purum putum. *si quid loqueris. invicēs omnibꝫ et licitū de se sentire & dicere. nulla namque virtus, aut immoderata eit, aut non bene sibi cōscia: verū hoc vehementer est caudēum, ne. vitorum cum virtutibus propinquitate decepti, à recto decinemus; vt canit lucenta. Decipitur specie recti. Fallit enim viāum specie virtutis & vmbra. mea vociꝫ magna pars mei carminis, eāq. prima, in laudem Cæfaris, & sui reditus gratulationem accedit ad tuas laudes, & cantus digniores. tēq. dum procedis. sic legitur in tribus codicib. Bland. Deinde hunc verū, Non semel dicimus *Io triumphē*, habet vous codex huic prepositum. Tēque dum procedis. verū quōd locus non careret multis litoris & notulis, seruauī communē lectionem, quia dilucidior videretur, & minus perturbata. benignis. eiusdem est sentētiūcum eo quod suprā dixit, boniq. dixi. insuēscit. adolescent, fit iunex. iunices erant tenera etate boves, qui iam cessarant esse vituli, & nondum ad iustum magnitudinē peruererant. hinc Persius: Tot ubi cūm in flamma iūnicum om̄enta liqueſcant. non obscurē significat Horat. antiquum apud Atheniensis morem in ludis celebris ad Thesēi sepulchrum, vbi ex decreto & sententiā decēm iūdicium ex singulis decuris electorū. Lyrici iūuentam immolabant, Tragedi hircū, & poētæ taurū.*

Vacuum ponere me choros:

Et iam dente minus mordeor inuidō.

O testudinis aurea

Dulcem qua strepitum Pieri temperas:

O mutu quoque pīcībus

Donatura cycnū filibeat sonum,

Totum muneris hoc rui est,

Quod monstror digito prætereunium

Romana fidicen lyra:

Quod spiro & placeo, si placeo, tuum est.

COMMENTATOR.

M E T R U M dicolon distrophion, priori Glyconicum, altero Asclepiadeum. Affirmat studio poētices deditum, nulli posse alij rei laudabiliter vacare: inde subiungit laudem Melpomenes Musæ cum gratiarum actione. *semel. mox:* non semel nascenrem, sed quem semel videris nascenrem, is non athleta, neque mīles erit, ed poēta: nemo enim nisi semel nascitur. *videris. delegeris labor Isthmias.* certamen curule. Isthmos locus est Corinthi, vbi celebrantur agones in honorem Neptunei. *clarabit.* nobilitat; notum omnibus faciet. *pugilem.* pugiles autem dicuntur athletæ, quia pugnus valent. *non equus.* non equestri certamina enitescer. *Achaico.* Greco, curru quadriga. *neque res.* neque Republica eum ostendet Capitolio triumphantem. *Delii foliis.* laurca corona, qua triumphates coronati Capitolum conſcendebat. *Delii.* Apollinis: à Delo insula Apollini sacra. *sed que Tibur.* non suprā memorata eum facient nobilē, sed aquæ qua praterfluit ferile Tibur ab eo descripta Aeolio carmine facient clariorem. *Tibur.* hoc propriè Horatius ad secessum suum refert, nam Tibur ferē otium suum dicebat, ibi q. carmina sua conscribebat. *Aeolio.* quia alij Aeolica, vt Alcœus, dialecto magis sunt vñ, hoc est, sermone Ceio: nam apud Lyricos quinq. characteres in vñ fuere, Atticus, Asianus, Aeolius, Communis, Rhodius. itaque Aeolio, hoc est Lyrico, Sapphico, Alcæo. *tingent.* facient. *dignatur suboles.* posteritas Romana dignatur me inter poētas enumerare, & in numero poētarum habere, per suboles potissimum significat Nerones, quos Augustus non vt priuignos, sed vt filios diligebat. *amabileis.* honestos. *Etiam dente minus.* vici virtute & laude inuidia, hoc est, minus me lacerant inuidi: secundum Sallustianū illud, Gloria inuidiam vici. *O testudinis.* ex primo versu adhuc penderit, vt sit sensus, O Pieri Melpomene Musæ, que temperas, hoc est, aptas, componis, modularis, dulcem strepitum, sonum musicum, testudinis, hoc est, lyra aureæ

aureæ, pulchræ & dulcisonæ. *Pieri*. vocatiuus Græcus est à nominatio Pieris, à nemore Pierio. *cygni sonum*. cantus dulcedinem. *muneris tui*. gratia & beneficij. *fidicen*. poëta, à fidibus lyræ: ut, Threicia fretus cithara fidibusque canoris. *si plaece*. Ellipsis coniunctionis tamen.

C R V Q. V. I V S.

LA B O R Isthmias. de Isthmo certamine dictum est ode secunda huius lib. *Delis solis*. precedenti ode dixit, merita fronde. *suboles*. sic inueni in tribus codicibus Blandiniis, idque ex sententia Festi rectius, ab olescendo, inquit, id est crescendo, ut adolescentes quoque & adulatae, & indoles. Lucret. lib. 5. siue virum suboles siue est muliebris origo. Virgilii, Cara Deum suboles magnum Iouis incrementum. Sribit etiam Lambinus in tribus codicibus Vaticanis se ita legisse. *Vastum amabileis choros*. id est Lyricos poëtas, qui amabilia seu amatoria canunt. *dulcem qua strepitum*. Hoc ipsum est chordarum seu fidium proprium: nam ψάλμοι, quod est τῶν κατερποσθίων, εὐποίει τὸ τῆς ἀκρω τῶν δικτύων τῶν χρόνων ἀπίλει, ut ait Suidas: à quo adducitur hoc exemplum, τὴν πάγην τὴν τέχνην ψάλμων, quod verbum etiam retinuit Horatius inquiens, Psallimus & luctamus Achius doctiū vñctis: deinde apud Euripidem Ione sunt ψαλμοὶ τέχνων. *O muria quoque pisif*. Hic aduerte quæso, quām parum sibi constent adnotaciones vulgatae: ô musa quæ es idonea sonum quoque dare piscibus mutis si velis: aut, quæ potentia tua, inquietu, & muta animalia oblectari facis: propter Aironem, quem cithara in maricamentem fecuti delphines dicuntur. Quām sunt hec digna Acrone aut Porphyrione! quali non intelligerent. Horatium velle ipsam musam vocalis posse reddere piscis, non etiam cithara strepitu illos delectari, quām non potius illi nebuloni conueniant per quem de sua fama laborant tanti viri, & nominis integritate? Quis enim non videt ab Horatio hie scriptū esse παράδοξον κατ' ιζωχήν: neque enim natura piscibus vocem conceilis præterquam quibusdam sonitum aliquem; ut eleganter ostendit D. Erasmus in adagio, mutus magis quām piscis: & cygnos sub mortem modulari tam omnium scriptis est celebratum, quām nulli vel compertum vel creditum. Quare ego certè crediderim, si hatriolari licet, hæc quæ de Cygnea cantione scribuntur, omnia sumta esse ex Ornithogonia: vbi, interalia, commandantur nautis auguria cygnorum: quodd iis in tempestate visis, nautas hilariter canere, & τὸ ἐνθυμεῖν, suauiter in clamare constet: quemadmodum Virgiliius scribit

vñ venisse Aeneas in extremis naufragij periculis laboranti: Alpice, inquit, bisenos latenteis ordine cygnos. Itaque quodd dicantur cygni sub mortem suauissimè canere, illud opinaret ascribendum pericitatibus nautis, quod illi sub mortem, quam ob oculos versari cernunt, cygnis apparentibus dulcis modulentur, certo persuasi liberaturam iri. Versus autem ipsi ex Ornithogonia sunt, Cygnus in auguris nautis gratissimus ales, Hunc optant semper; quia numquam mergitur vndis. Apud Athenæum legimus, lib. Septimo, Κακόρεμαδην παρέχεται βονος διος νεαρος επιμητηρης θεος λόγος της ιχθυος, ος την κατερποσθίων Απόδειντος, &c. vbi Pherecrates nullum alium piscom omnino vult esse vocalem: Κάκις enim dicti sunt quasi Κάκις, clamosi: vocatur & Κάκη vel Κάκη: qui pisces est ex Menarum genere, βαζ Plinio nominatur: Gaza vocam vertit, nostri autem houtynek appellant. hæc Pantinus medicus.

A D V R B E M R O M A M.,
de indole Drusi & institutione
sub Augusto.

O D E I I I L προσφωντικὴ ἐγκωμιαστική.

QU A L E M ministrum fulminis alitem,

Cui rex deorum regnum in aues vagas.

Permisit, expertus fidelem.

Juppiter in Ganymede flauo,

Olim iuuentas & patrius vigor,

Nido laborum propulit insciū:

Vernique, iam nimbi remotis.

In solitos docuere nisus

Venit pauentem: mox in ouilia

Demisit hostem viuidus impetus:

Nunc in reluctanteis dracones

Egit amor dapis atque pugnaz

Qualemve latu caprea paciu

Intenta, fulua matris ab vbera

Iam lacle depulsum leonem,

Dente nouo peritura vidit:

Videre Rhati bella sub Alpibus

Drusum gerentem Vindelicis: quibus

Mox vnde deductus per orane

Tempus Amazonia securi

Dextras obarmet, querere distuli:

Nec scire fas est omnia: sed diu

5

10

15

20

La-

- Latēque victrices ceterae
Confiliis iuueni reuicta*
- 25 *Sensere, quid mens rite, quid indeles
Nutrita faustus sub penetralibus
Posset: quid Augusti paternus
In pueros animus Nerones.*
- Fortes creantur fortibus, & bonis.
Est in iuueniū, est in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroceſ
Progenerant aquila columbam.*
- Doctrina ſed vim promouet iſitam:
Rectique cultus pectora roborant.*
- 35 *Vicumque defecere mores,
Dedecorant bene nata culpe.
Quid debet, ô Roma, Neronibus,
Teſſis Metaurum flumen, & Asdrubal
Deuictus, & pulcher fugatis*
- 40 *Ille dies Latio tenebris,
Qui ſuprimus alma riſit adorea.
Dirus per urbēs Aſer vt Italus:
Ceu flamma per teſtas, vel Eurus
Per Siculas equitauit vndas.*
- 45 *Post hoc ſecundis vſque laboribus
Romana pubes creuit: & impio
Vaſtas & Pœnorum tumultu
Fana deos habuere rectos.
Dixitque tandem perfidus Annibal,*
- 50 *Ceruſluporum præda rapacium
Sectaneut vltro, quos optimus
Fallere & effugere eſt triunphus.*
- Gens que tremat fortis ab illo
Iactata Thſci equoribus ſacra,*
- 55 *Natōſque, matrōſque patres
Pertulit Ausonias ad urbeis,
Darii vi ilex tonſa bipennibus
Nigræ feraci frondiſ in Algido;
Per damna, per cades, ab ipſo*
- 60 *Ducit opes animamque ferro.
Non Hydra ſecto corpore firmiter
Vinci dolentem creuit in Herculem:
Monſtrumve ſummiſere Colchi
Maius, Echionieue Thebe.*
- 65 *Merses profundo: pulchrior euenit.
Luctare; multa prouet integrum*

- Cum laude victorem, geretq;
Prælia coniugibus loquenda.
Carthagini iam non ego nuntios
Mittam ſuperbos: occidit, occidit
Spes omnū, & fortuna nostri
Nomini, Asdrubale interemto.
Nil Claudia non perſiciunt manus:
Quas & benigno numine lupiſ
Defendit: & cura ſagaces
Expediunt per acuta bellī.*

C O M M E N T A T O R.

M B T R V M tricolon tetraſtrophon, duobus versiculis Alcaicum, tertio iambicum dimetrum hypercatalectum, quarto Pindaricum. In hac ode laudatur C. Drusus priuignus Auguſti, is qui parrem Neronem habuit. In periodo principij huius dupliſem facit comparationem: nam Drusum ait tanto vigore atque impetu hosteis Vindelicos inuafiffe, quanta vi ſoleat aquila irruere in rapinam, primo agnorum, mox corroborato vi- gore, etiam draconum: ipſos autem hosteis ita vi Drusi belligeratis eſſe conterritos, vt capream vi- fu leonis in ſe irruentis. Itaq. qualē miniftrum ſenſit Iupiter aquilam ſidelem & forteſ in ra- piendo Ganymede, talem ſenſere Rheti Vindeli- ci Drusum bellantem. miniftrum fulminis ali- tem. aquilam: quæ ideo tutelæ & ministerio Iouis depurata dicitur, quod proſperum auſpicium il- lius aduersus Titanas pugnaturus accepit. regnum. quia habeat auium regina à celeritate volatus; alij volunt, quia fixis oculis ſola auium intueatur ſolem, in Ganymede. vt, Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger vncis. flauo. pulchro; vt, flauous cri- nis. patrius vigor. aquila patris. propulſ. adhuc tenerum & volandi rudem incipientemque vola- re. vernique venti. id eſt temperati. nimbi remo- tis. hieme remota. docere pauentem. priu. inſoli- tos niſus. primos volatus. amor dapu. fames. pu- gna. vt, fulua draconem fert auis. Itaque fames quidem agit in oueis imbellicis, at amor pugnæ in reluctantes dracones, propter mutuum interfe- odium. qualēme latit. altera comparatio Drusum cum leone, ob inſignem & natuam virtutem. le- tis: optimis, fertilibus. intento. tunc enim ratiō eſt forniido, quando occupat aliquem in deliciis po- ſitum. dente hono. tunc primum prædam rapturo, ſeu adhuc inconsueto ad prædam. videre Rheti. qualem in fertilibus paſciuis poſita capra leonem primæ iuueniæ videns expavit, talem hostes vi- dere Drusum: hic enim ſubintelligitur, ta'cm. Rheti

Rhati Vindelci. his deuictis facta est ciuitas *Augusta Vindelica in Rhati Vindelic.* quæ gens est Galia in Alpibus. quibus mos. ordo huius est, quibus mos ut obarmet dextræ Amazonia securi, unde deductus sit quætere distuli, id est, non quæsiui: atqui Vindelici sedibus suis vi Amazonum electi, extra Asiam se contulisse, Alpiumque locis conseditis dicuntur, & quod potissimum in se te la secureis experti fuissent, ipsos quoque vsum eorum in bello retinuisse. nec scire fas est. id est fas est non omnia scire, quia licet aliqua ignorare. sed diu latèq. hoc solum, inquit, dicere mīhi satis est: quod Rhaeti diu potentes & victores à Druso adhuc pueri superati sunt. *victrices.* anteā. *caterua.* Rhætorū. *iuuenis.* Drusi priuigni Aug. Cæl. quem Liuia de Ti. Claudio Neronem marito priori suscep- perat. *reuicta.* mirè autem reuicta, quia suprà di- xit victrices. *senfere.* experte sunt virtutem, & in- stitutionem Romanam. *mēs.* aut pro animo, aut prudentia. *ritè.* opere ac ordine. *indoles.* suboles. indoles propriè dicitur ingenij bonitas & incli- natio. *fauſtu ſub penet.* felicibus; sub custodia vir- autum. *in pueros.* Nerones priuigni Augusti, quo- rum alterum in domo Tiberij mariti prioris Liuia peperit: alterum in vtero ad Augustum attulit: deinde altero in Germania per morbum ex- tincto, a' ter adoptatus ab Augusto, successor ei in principatum fuit, & vocatus est Tiberius Cæsar. *Fortes creantur fortibus.* Sententia omnis aut vera est, aut verisimilis: hæc autem non quod fieri ne- cessit est, sententia continet, sed quod contingere solet, interdum enim inuenimus ignavum à stre- nuo. *natum:* plurimum autem id fieri videamus, fi- lios à parentum virtute non degenerare. *virtus* namque à parentibus ingeneratur, industria vero doctrina conquitur. *est in eq.* vt, pecoris genero- si puluis in aruis altius ingreditur, *promouet.* exci- tat, meliorem facit. *rectique cultus.* bona instituta, bona institutiones: quod in gratiam Cæsaris ait, ne videretur nihil egisse Cæsar, si fortis nati sint Drusi, quia innaram cuique virtutem & excitat doctrina promoueretque, & confirmant recta insti- tuta: quam omnem virtutis disciplinam in domo Augusti Nerones accepere. *utcumque.* hoc est, quandocumque, vel quotiescumque. *defecere mo- res.* id est, bona instituta, *dedorant.* deformat. *culpe.* mali mores. *bene nata.* generosa. *quid de- beas.* Neronum familie. *testi Metaurum.* Metaurus fluuius ex Piceni finibus oriens, in Flaminiam decurrit Gallia Togaræ regionem: apud hunc cæsus est Aldrubal Annibalis frater, nam cum Annibal vastaret Italiam, & videret exercitum suum ad indolem Romanam non posse sufficere, fratri suo mādauit Aldrubali, vt cum multitudine militum

ipse veniret; cui venienti factus obuiam Claudius Nero consul cum Salinatore collega, illum ita deuicit, vt nec profectum è castris consulem An- nibal, dum in conspectu castra muniset, nec re- uersum antè cognoscet, quām fratris caput ante castra proiectum, & de exercitu eius Poenos captiuos videt: quo viso Annibal cessit. hoc bello supra quinque & quadraginta milia Asdrubalis ex- ercitus castra feruntur: quare hic poëta dicit, *Vides, Roma, quātum debes Neronibus, qui ab illo ori- ginem ducunt. tenebris.* Afros vocavit, propter tetrorem & mæorem. *Adorea.* laus bellica: quia adorando facit illos qui vincunt. & sensus est iste: Testis etiæ quantum debes tu Ne- ronibus, qui nisi Adorea, propter fugam Poeno- rum. *post hoc secundus.* post. victum Asdrubalem prosperis rebus crevit Roma, propterisque agere cœperat Romani. *rumultu.* clamore bellico, vt, cœ- cos instare tumultus sœpe monet. *Deos habuere re- tos.* ex inquis, quorum templa in Italia violata sunt à Poenis, dij sunt facti recti, hoc est, propitij: vt irati, auersi dicebantur. vt, Diuia solo fixos oculos auersa tenebat. *perfidus.* quia primus sedus in- ter Romauos & Poenos factum fregit. *cerui luporum.* verba Annibalis ad milites suos. idcirco au- tem lupis comparauit Romanos, quia auctor no- minis eoru à lupa nutritus dicitur. *gens qua cre- tamquam Romana gens per damna & cœdeis cre- uerit:* ideo & exemplum Troiae ponit ob oculos, à qua est oriunda. vt, quos nulla fatigant prælia, nec vix possunt absistere bello. *sacra.* deos Pe- nates. vt, sacra suō que tibi commendat Troia Pe- nates, hos cape fatorum comites. *natōsq.* vt, Afca- niū Anchisenque patrem Teucrōque Penates commendo sociis, & curua valle recondo. *duri ut ilex.* Metaphoricas: intelligi vult calamitatibus Romanos ad virtutem resurgere fortiores. vt *ilex.* opportuna comparatio ab ilice, que vt præciliis ra- mis magis crescit, ita gens Romana per damna & cœdeis magis floret. *confusa. cæfa.* amputata. *fera- ci. fertili. nigra. frondis.* virentis. in *Algido.* qui mons est in agro Tusculanio: at hic pro quolibet monte posuit. *per damna.* mirandum dicit quod Romanis post tot clades numquam defecit exercitus ab ipso. ilex enim cæfa ferro melius pullulat. *non hy- dra seto.* que vt excisis ab Hercule capitibus nu- merosior ex crescet, ita Romani bellorum dam- nis meliores semper effecti sunt. *dolentem vinci.* qui dolebat se superari ab aliquo. *submisere.* edi- derunt: quod propter Iasonem dictum est, cuius hæc est sententia: neque apud Colchos maius fur- rexit monstrum, quām ipsi sunt Romani: nam a- pud hos ex seminaris dentibus draconis acies ar- mata surrexit, quam Medea carminibus suis per- didit,

didit, etim eam coegerit inter se armis configere. *Echionius Theba.* ab Echione conditæ ; qui fuit pater Penthei, gener Cadmi, qui Thebanum draconem Marti sacrum occidit, ex cuius etiam satis dentibus, monitu Palladis, armati prodierunt, ex quibus aliquos in societatem cōdendæ vrbis Cadmus dicitur adsciuisse, quorum unus fuit hic Echion. *merses.* si mersaueris profundo, pulchrior, id est, fortior emerget merso, as, vt, fluvio mersare salubri. *proruet.* euerter, cuincet. vt, proruit insano contorquēs venie siluas fluviorum rex Eridanus. *integrum.* alio tempore non victum. *victorem.* panillò antè. *coniugibus.* à coniugibus narranda. *superbos.* prospera nunciātēs. *occidit.* spes: nam Annibal viso Asdrubal capite, in hæc verba præ dolore dicitur erupisse : Agnosco te Fortuna Carthaginis. *Claudia manus.* vires Neronum. *cæta sagaces.* optima consilia animi, ingenium & industria expeditissima. expeditum faciunt. per acutæ bellū. pereaque periculi plena sunt, per dura prælia, & molestias bellū gracieis.

C R V Q Y I V S.

VA L E M' ministrum Aquila Ioui sacra dicitur à Cornuto, quod volandi perniciitate alias aueis supereret ; cuius hæc verba sunt, ἵπτε δὲ ὄπις; αὐτοῦ; ἀτρος λέγοται ἔνος, οὐχὶ τὸ ὄγκον τοῦ τοῦ τοῦ ἀτροῦ; τοῦ πηνῶν: alludendo ad significacionem verbi ἀτροῦ: at si Festo credimus, qui aquilam numerat inter aueis quinque volatu suo auspicia facienteis, rectius deriuabimus παρὰ τὸ ἀτεῖον τοῦ: quod semper verax sit, & vera nunciet, erant autem aues hæc Buceo, Sanqualis, Immusculus siue Immussulus, Aquila, Vulturius. *laborum.* hoc non tam est ad volatum referendum, quam ad pugnam & prædam: alterum enim est naturæ, alterum cuiusdam necessitatris. *propulit.* sic scriptum inueni in duobus codicibus Bland. cui lectio subscrbit Lamb. ex veteribus codicibus. *verniq[ue] veri.* puta Zephyri, vt, Vere nouogelidus canis cum montibus humor liquitur, & Zephyris putris se gleba resoluit. *insolitos nifus.* elegans Periphrasis est volatus. vt suprà, nititur peunis vitreo daturus nomina Ponte. *mox.* alludere videtur Horatius ad raptum Ganymedis, quem rapuit Aquila *in rapta.* *viuidus impetus.* consentit illi, vigor patrius. Viuidus à potius à vi magna dicitur, inquit Festus. *amor dapis.* *cordia regis.* unde nascitur edendi desiderium: *si, & atros iégontes:* famis impatiens. mira *exegesis* naturæ & sagacitatis aquilæ: primùm nido propellitur naturali vigore: deinde fame fertur ad prædam: postremo viuido impetu ad pugnam raptur. *videre Rhæti.* de Rhæ-

tis, & Rhætis Vindelicis dicemus eadem huius lib. decimaquarta. nec scire fas est omnia. in duobus codicibus Bland. legitur *nescire fas.* Et. vtra lectio rectior sit iudicet lector: mihi certè posterior non improbatur, atque adeo clara mihi appetet, vt, nisi quid impediret verbum *dissili*, aliam facile obsecut. *fas.* *Inventor.* vel *dauarior.* *quid mens ritè.* bene ac rectè: quæ dictio hic propriè polita est ad cōdendam Drusii institutionem tam in sacris quam profanis rebus agendū. nam in Ritualibus Etruscorum libris perscriptum est, ait Festus, quo ritu condantur vrbes, qua sanctitatem muri, quo iure portæ, quo modo tibūs, curiæ, centuriæ distribuantur, exercitus constituantur, ordinentur, ceteraq. eiusmodi ad bellum & pacem pertinentia. *quid indol.* indeoles, inquit Festus, incrementum indultræ. *Fortes creantur fortibus.* Neones Neronibus: lingua namque Sabica Nero fortē significat, quod monuit Giselinus ex Suetonio in vita Neronis. Genus & naturam accipimus à parentibus, à quorum moribus & virtute discedere, degenerare est. hinc ait Homerus *Ιλ. ζ.* μηδίστρος ματίπας εἰοχούμενός & μοξ, ζεύς δι θύεις το, καὶ ἴνχουας αἴρεις το εἶναι εἰσινιενις. declaratio exemplaris à minori & dispari. doctrina sed vim promover. accedit disciplina naturæ & generi, ne efficiatur & pereat, sed promoueat & vigeat: *quod pedem* propriè dicitur, quod coniunctam habeat prudentiam. *quid debeas Roma.* Apostrophe Epidicta per Protopopiam. *testis Metaurum,* vt Rhenum flumen: Metaurus autem fluvius est Umbriæ, vt scribit Plinius lib. tertij cap. decimoquarto, apud Fanestrem Coloniam, vt scribit Melæ: est autem Fanum Piceni seu Umbriæ amoenissima vrbis sita in littore Adiatico: hinc Fanestræ Colonia Melæ. Quid autem hic velit Commentator per Flaminianum Galia Topatæ regionem, quam nullam inuenio, nō satis assegnor, nisi mutilum forasle, repositis sibi membris, corpus suæ integrata restituamus: atque ita ad Metaurum viuctum dicamus Asdrubalem cœsumque à Nerone cōsule, quemadmodum antè Flaminium contulæ ad Thrafymenum lacum ab Annibale. Orosius lib. quar. i capite decimoctavo scriptum reliquit, sexaginta tria milia de exercitu Asdrubalis ibi cœsa esse, & capta quinque milia quadringentos. Strabo lib. quinto tradita C. Flaminio cōfule cum M. Lepido collega, ē Roma per Tusciā & Vmbriam usque Ariminum Flaminiam viam strata fuisse: hanc existimo hic signari à Commentatore, sed illius occasionem non video. *alma Adorea.* non ab adorando Adorea est, sed quia farris, quod ador dicitur, & simul omnium ierum adducat abundantiam, vt habet Festus. Adoream lpu-

laudem siue gloriam dicebant, quia gloriosum eum putabant esse qui farris copia abundaret. utrumque legitur, adorea & adorata. *Afer ut Italas.* hæc lectio satis placet, si, vt, interpretetur, postquam; & equitauit, pro, equitauerat. verum quia in uno codice inueni hanc lectionem, quam videatur Glareanus relictare, *Durus per urbeis Afer ut Italas,* &c. deinde supra verbum, it, notatum, statim fugit; postremo, hanc adnotationem, *post cladem fratris fugam describit Annibalism.* libui hic sciscitari lectoris opinionem: num hic ordo & sententia multum absunt à re præsenti: putà, ille dies pulcher, tenebris fugatis Latio, qui primus risit propter adeptam victoriam, testis est, &c. *quo dirus Afer it,* hoc est, statim fugit per urbeis Italas sibi socias, in Brutios, vt habet Orosius lib. quarti cap. decimo octavo, *ceu flamma per tedas,* &c. vt hæc comparatio non tam vim & damnum iuratum anteà urbis Italas quam fugam celeritatem denotet post inopinatam fratris cædem. *post hoc sic,* post hæc, ait Eutropius lib. tertio, Annivâ diffidere. de bellis cœpit eventu, Romanis ingens animus accessit. *impio tumultu.* id est, clamore bellico, ait Commentator. quam interpretationem Glareanus non admissit, quia non clamore, inquit, sed manu diruuntur fana. verum id curiosius à Glareano dictum est meo iudicio. nam eadem ratione neque tumultu fana vastata dicemus, qui, vt volūt Grammatici, nimor est multus. *fana deos habuere rectos,* hic in antiquissimo codice Bland. ex vñ frequenti litteris propemodum deletis, coniectura vix affsecutus sum hac verba, *ex inuersis. quorum tempora violata sunt in Italia à Pœnis,* exinde recti esse capere dīj Romani: vbi non dubito, per Aphæresin, rectos, poni pro, erectos, quem locum etiam diligenter obseruauit Lambinus. præterea nihil est absurdum, rectos deos, poni pro, statuis rectis, vt aperte habeat Atheneus lib. secundo, *καὶ ἀγρύνοις οὐδὲν οὐδὲν τὸ τέλος εἰσποτεῖ.* Sic & corpus rectum dicimus *ἀρθροῦσαν καὶ εὐνέος.* Quod autem Commentator, rectum, interpretetur, propitium, nō memini me legisse: at pro honesto, vero, & integro per translationem, tam Latinè quam Græcè passim est obnium. *settamus utrū.* verba hæc sunt Annibalis ad suos milites, dehortatis eos à persecutione Romanorum, quos calamitatibus videbat ad virtutem erigi fortiores: pugnamus, inquit, contra eos, quos vitare victoria est. *fortis.* infracta ad omnia damna & pericula. *crevit.* hoc est, duplicitate est, inquit Commentator. que vera interpretatio esse potest ex senecte Paulanæ, qui Hydram illam Lernæam vnicum vult habuisse caput, ita pro uno exercitu duos paratos fuisse intelligamus: aut rectius, crevit, expone-

mus, multiplicata est; dicta est enim Hydra, *Σφρίζοντας πολεμάσας.* Nam scribit Eutropius lib. tertio, vno tempore quatuor locis pugnatum esse, in Italia contra Annibalem, in Hispania contra fratrem eius Asdrubalem, in Macedonia contra Philippum, in Sardinia contra Sardos & alterum Asdrubalem Carthaginem. hic omitto hanc Paulanæ opinionem esse contra iam-olim receptam de multitudine capitum Hydrae Lernææ. *merfus.* duo codices Bland. habent *merfus.* que lectio esti non displacebet, securus tamen tum lectionem vulgariter, propter verbum *luctore. coniugibus loquaz.* à coniugibus, passiuè: nisi malimus illę darium iuxta illud Ouidij, Narrantis cōiunct pendet ab ore viri. videatur illudere Horatius ad *γαστρούματα γυναικεῖα,* sū r̄as κόπης ἱματολόσων θούσατο: ad uxores, quæ suo clamore vicis replēt, vt ait Suidas: idq. vel letitia ira, do' ore, metu; vel alio muliebri affectu. *perficiunt.* sic habet codex antiquis. Bland. quem ceteris probatiorem iudico, tum propter argumentum præsens, tum quòd verbum *expeditum* hic illi in tempore consonet, *per acutabellū.* id est codex hic habet, peracuta, vnicā dictione composta: verum ei lectioni non nihil obstat Polylytheton. acuta bellū Achilles Statius Lusitanus interpretatur Stratagemata, vbi opus est ingenio, & sollertia ducum, quasi *Δρόμος τοῦ πολέμου ἀγχίστας.*

A D A V G V S T V M , D E expeditione eius tarda orat. Pœnæ species.

O D E V . προσεκτικὴ.

DI V I S orce bonis, optimæ Romule
Custos gentis, abes iam nimis diu:
Masurum redditum pollicitus patrum
Sancto concilio, sedi.

Lucem redde tua dux bone patrio.

Instar veris enim vultus vbi iunus
Affulsi populo: gravioris dies,
Et oles melius nitens.

Vte mater iunenem, quem Noru*-inuido*
Flatu Carpatus trans maris equora

Cunctantem spatio longius annuo
Dulci distinet à domo:

Votis, omnibusque, & precibus vocat:
Curo ne faciem luctore demoueris:

Sic desiderius ista fidelibus

Quarit patria Cæarem:

Tunc

Tutus bos etenim rura perambulat:
Nurit rura Ceres, almáque Faustitas:
Pacatum volant per mare nauita:
20 Culpari metuit fides:
Nullus polluitur casta domus stupris:
Mos, & lex maculosum edomuit nefas:
Laudantur simili prole puerperae:
Culpam pœna premis comes.
25 Quis Parthum pauca? qui gelidum Scythen?
Quis Germania quos horrida parturit
Fetu incolumi Cæsar? qui fera
Bellum curet Iberia?
Condit quisque diem calibus in suis:
30 Et vitem viduas ducit ad arbores:
Hinc ad vinare dit latus, & alterius
Te mensis adhibet deum.
Temula prece, te prosequitur mero
Defuso pateris: & Laribus tuum
35 Miscer numen, vii Gracia Castori,
Et magni memor Herculis.
Longas & vixnam dux bone ferias
Prætes Hesperiæ, dicimus integro
Siccamane die: dicimus vridi,
40 Cum sol Oceano subeft.

C O M M E N T A T O R.

M E T R Y M Dicolon distrophon, tribus primis versibus Asclepiadeum, quarto Glyconicum. Ad Augustum, quem precatur cum in prouincias transmarinis diutius opinione manerer, Senatus ac populi precibus missa legatione, redditum iam diu expectatum ut accelereret. diuis orte. diis genite. Romule ge; p. Romanæ gentis. abes nimium dui. ab vrbe Rôma. maturum redditum. Laus cum incusatione proficit ad dolorem. sancto concilio. Senatui. lucem reddere tuo redditu. inuenit quod plus diceret quam salutem, siquidem salutis illum auctorem vocat. lux etiam pro salute ponit consuevit: vt, Olux Dardanizæ, spes ô sanctissima Teuerum. instar veris. vt, instar montis equum diuina Palladii arte ædificant, quia versu superiore dixit lux. etiam verni temporis comparationem apposuit. ubi quando. affulserit. affulserit. ut mister iuuenem. comparatio ab affectu. matrem: ita dicit patriam desiderare. Augusti presentiam; sicut à matre redditus absensis filij expectari consuevit. inuidio. inimico. aduerso: nam flatus ventorum quodammodo vindicatur inuidere matri, negantes vel impeditentes

reditum filij. Carpathi. Aegypti: vt, Carpathium, Libycumque fecat. cunctantem. vt, Reginam thalamo cunctantem ad limina primi Pœnorū expectant. spatio longius. ultra annum. distinet. leparat. votis omnibusque. quæ, tamquam mater desiderio filij, pro redditu vota faceret, & omnia timeret aduerla. curuo nec faciem. vt affectum desiderantis ostenderet, etiam eas parteis sollicitè dicit obseruare matrem à quibus sperat reuersurum filium. ita desideriis. percussa amore: tamquam patria Augusti desiderio percuteretur, dum pro salute illius esset sollicita. fidelibus. magnis ac iustis. sutus bos etenim. te præcente ô Cæsar. causam dicit cur patria desiderat Augustum, quia omnis Italia secura est illius præsentia, & virtutibus, cuius etiam dispositione agris præstata quies. vt, ille menas errare boues ut cernis, &c. almáque. veneranda, sancta. vt, alma Ceres. Faustitas. felicitas, nouè dictum. hoc est, omnia florent tua præsentia. volitant. commeant: compressi namque ab eo fuerant & pirate. culpari metuit. valet fides: nemo nec creditum nec depositum negat. casta domus. vt, casta pudicitiam feruat domus. lex tua, quam de coercendis adulteriis sanxisti. maculosum nefas. quia ex nefariis rebus macula quædam innatitur animis hominum, vt perfidia, adulterium, periuria. mos. vita confuetudo. edomuit. sustulit. laudantur simili prole. fetæ. cessant adulteria, adeo ut abesse culpam matrimonio, prolis & parentum similitudo demonstret. vt, si quis mihi parvulus aula luderet. Aeneas, qui te tantum ore referret. culpam pœna. leges valent, ac per hoc qui peccant, continuò puniuntur, nec criminosis pena differunt. quis Parthum. incolumi Cæsare. qui gelidum Scythen. quia in Septentrione ea regio sita est, multo frigore & niuibus rigida. qui fera. quia indomitæ. ocellicollis sunt Hispaniarum gentes. condit quisque. peragit, finit securus. vt, cantando longos memini me condere soles. colibus in suis. securus ab hostibus, in summa pace & tranquillitate, in operibus justiciis. viduas. non maritatas viribus. vt, stratus humi palmes viduas desiderat vltmos. hinc ad vira venit. ex agricultura, à labore ad coniuvia. & alteris. secundis. nam antiquorum consuetudo talis fuit, vt sublata prima mensa, ponetur secunda, atque in ea politis pomis, infusoque in patens mero libaretur diis. vt, & mensa grata secundæ dona ferunt: & non ego te diis & mensis accepta secundis transierim Rhodia. sicetiam Augusto significat exhiberi honorem Deorum, ritu divino. defuso pateris. hoc est, fuso de patenis. vt, patenis libamus & auro. te prosequitur mero. tibi sacrificat. tuum miscer nomen. & cum Penatibus suis tuum nomen inuocant. uti Gracia, Castoris & ma-

Gloria magni id est fortis. **m**emor, ob beneficia ab illis accepta. sic à Romanis promittit Augustum Diis Penatibus sociandum, quemadmodum à Græcis Hercalem, Castorem & Poilucem: quos aut animi civica familiaritas commendauit, aut labor diligi fecit & virtus. **l**ongas. solebant Romanis reuerente Imperatore ferias agere & sacrificia: itaque precatur, quoniam eius vita omoibus ferias praestat, diutius ut viuant, & fiant feriæ longiores. **H**esperiæ. Italæ. **s**icci. **i**eiuni. **i**ntegro **d**ie. cùm totus dies reiat. **v**uidi. **c**bris. **c**onati, vino pleni. **v**t, vuidus hiberna venit de grande Menalcas, subest. occidit.

C R Y Q V I V S .

Divis ore bonis. vt ode secunda huius lib: bonique diuis. deinde dabimisque diuis cura benignis. q. orum posterius prioris eit tentatio & interpretatio. **s**ancto concilio. Sanctum, inquit Vipianus, quod nec lacrum, nec profanum est, sed sanctio quam confirmatum: qua Sanctio lex est cum quodam terrore pœnæ: hinc sanctæ leges, Sanctus Senatus, sanctum Cœciliū, quod est inviolabile, incorruptum, ab iniuria hominum defensum ac munatum. **g**ratior it dies. vnus codex bland habet, **g**ratior & dies. quod etsi non videt, turcicendum, nolui tamen recedere à vulgaritate lectione, quod ea comodior videatur. Idem codex hic habet, effusit. alij duo adfulsit. **C**arpathij. Carpathus vel Carpathum istu: a est contra Aegyptū, inter Rhodum & Cretam media; à qua vicinum mare Carpaticum vel Carpaticum denominaatur. Plinius lib. quarto, cap. duodecimo, & quinto, cap. trigesimoprimo. Solinus cap. vigesimoprimo. distinet à demo: ita scribitur in tribus codicibus Bland. rectius: meo iudicio quam detinet, cui respondet **m**eritaria: **s**istore demouer. tres codices habent demouer: atqui malui legere cum Lambino, demouer: motus auctoritate Terentij in Adelphis: caue nunc iam oculos à meis oculis quoquam demoueras tuos. mos & lex. lex Iulia de adulteriis: de hac lege dicimus de ultima, edita rumpet Iulia. **m**aculofusum. vt macula turpitudi est, ita maculosum sordidum, turpe, immundum. Cicero in Verrem actione secunda: cuius ut adolefcens maculas, ignominiasq. præteream, &c. Lucius: Quæ scis scire tuas omnes macis inaculatisq. notisque. **c**ulpam pœna. **M**etaphora: ita namque individuum culpe pœnam dicit comitem, quasi pede perdem pœnam; cui omnino est conionum. **V**oluptati mror est comes. culpa hic crimen est & delictum, cuius pedis sequa pœna est, ad iniquitatem dñay dñy, de' ictorum dare pœnas. **d**efuso pateris. sic codex antiquissimus habet: alij quo ieiunatur vul-

gatam lectionē. **v**iri **G**racis **C**astoris. **G**reco more bibere, ait Alexander ab Alexandro, erat vina patris circumferre, & largè bibere, nominatimque designare cui libarent: primò deos, dcinde amicos appellare: & bona fausta que omnia deos precari: Quod idem docet: Festus in dictione Calpar: **v**inum, inquit, nouā quod è dolio demittat sacrificij causa, antequam gustetur, &c. Ioui enim prius sua vota libabant, quæ appellabant festa vinalia. Calpar autem propriæ vas est; à quo vinum ipsum nouum desumis nomen cùm Sol. è vas egredi, cùm Sol est sub Oceano: quen admodum paulo supra, defuso pateris, id est, fuso de patenis.

A D A P O L L I N E M:
& Diana.

O D E V I . apoteuxtrix.

Divis, quem proles Niobe magna.
Vindicem lingua, Tityosque raptor
Senxit, & Troe prope vicker alia
Phibini Achilles.

Ceteris maior: tibi miles impar:
Filius quamvis Thetidos marines
Dardanas turreu quateret tremenda
Cuspide pugnax.

Ille, mordaci velus ictu ferro
Pinus, aut impulsa cupressus Euro,
Procidit latè, posuitque collum in.
Puluere Teucro.

Ille non inclusus equo Minerva:
Sacra mentiso, maleficiatos
Troas, & latam Priamicoreis.

Falleret aulam:
Sed palam captiu granis, heu nefas, heu,
Nescios fari pueros Aribius
Vreret flammu, etiam latentes.

Marris in alio:
Nitius ritus Venerisq. grata.
Vocibus, dinum pater annuisset
Rebus Aenea potiore ductos

Alio muros.
Doctor arguta spacio Thalia.
Phœbe, qui Xanbo laus amne criminis:
Daunia defende decus Camæna.

Luis Agieu.

Spiri.

Spiritum Phœbus mibi, Phœbus ariem
 30 Carminis, nomenque dedit poëta.
 Virginum prima, pueriq; claris
 Patribus oris,
 Delia tutela deæ, fugaciæ
 Lynca, & cernos cobibentis arcu,
 35 Lesbium seruate pedem, meiæ
 Pollici illum,
 Ritè Latona puerum canentes,
 Ritè crescentem face noctilucam,
 Prospicere frugum, celeramq; pronos
 40 Volvete mensæ.
 Nupta iam dices, ego diu amicum,
 Seculo festas referente luce,
 Reddidi carmen docilius modorum,
 Varu Horati.

C O M M E N T A T O R.

M E T R Y M dicolon tetraphon constans Sapphico & Adonio. Commendat Apollini sua carmina ludis secularibus decantada: qui post annos centum & decem celebrari, & populo exhiberi solebant ad Tiberim, vel in Capitolio: & simul alloquitor pueros puellæque quos Carmen deceat seculare ad numerum modisq; canere in honoré Apollinis & Dianae, proles Niobæ, laus à factis suis autem Niobe Tatali filia, vxor Amphionis, Thebarum regis: quæ fecunditate partus sui Latonæ se preterlit: cuius sex filios in venatione Apollo, ob iniuriam matris, occidit: nihilominus tamen cum esset orbata filii cessavit insultus Latonæ, prohibens ei sacra fieri: quare sex eius filias etiam Diana interfecit. *magna superba.* *Tityos raptor:* qui Latonam appetere ausus, eiq; vim inferre conatus est. *Troie alæ.* *magnæ.* vt, hostis habet muros, ruit alto à culmine Troia, *proprietor.* quia maximè Troiam afflxit. *Phthius Achilles.* à patria. vt, Phthiamclarâsq; Mycenæ, sibi miles, vnde, Dardana qui Paridis directa tela manuique corpus in *Acacidæ.* *Thetides mar.* deæ Nerei filiæ. vt, longe illi dea mater erat. *quateret.* agnaret, concuteret. *tremenda.* metuenda. *Dardanæ.* Dardanias principale, seu primum, proderiuatu genitilio. vt, bauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus. *mordaci ferro.* aut voxio, aut quia quicquid artigerat, qualis mordicus tenet. *Tencro.* Teucrio. vt, & longo posuit se Teucria luctu. *ille non inclusus.* dicit Achillem nihil fraude sed semper palam virtutis fiducia dimicasse, & dimicaturum fuisse: vt, nec equidē cava condemnur in alio, luce palam.

Minorue *sacra mentis.* quod essent sacra Minerue. vt, votum pro redditu simulant. *equo.* vt, instar montis equum diuina Palladis arte edificant. *male feriatis.* perniciose ferias agentes. vt, nos delubra deum, miseri, quibus vitimus esset ille dies festa velamus fronde per urbem. *las ambores.* fatalibus. *falleret aulam.* Ilion: Hyperbaton: non solum regem Priamum Achiui fetellere insidis, verum etiam totum populum. vt, tenebras & inertia furta Palladis, rursus, & pueri circum innupaque pueræ sacra canunt. *sed palam captiæ.* aperto semper bello Achilles, non intidiis grauis. vt, non furo melior, sed fortibus armis, *heu nefas.* dolenter exclamat in sauviam Achitiis: qui, si per Apollinem viuere licuisset, adeò steuus erat, vt nec infantibus, nec in veteri gestantibus pepercisset: in cuius rei crudelitatem est illud: Crimine quo parti cedem potuisse mereti? quanto itaque minus Aeneas evadere potuisset illius manus, ad urbem Roman meliori omne condendam? *ne scios fari.* infanteis, *ne sapienteris.* *uror.* vñsset. etiam *lamentem.* quia in gravida etiam mulieres tenuisset Achilles, & pregnancis. *ni tuus vñctus.* penitus periret Troia, & Troiani ad unum omnes manus Achillis, ni Jupiter, flexus tuis precibus & Veneris, promisisset, ab Aenea & eius posteris, meliori omni, melioribus auspiciis & auibus muros ducentos, edificandos, seu Roman condendam. *vñctus. flexus.* *Veneri grata placidæ amabili.* *robustus.* *precibus. potiore.* n. eliori auspicio. vt, melioribus aptiori auspiciis. *dotor arguta.* loquacis, peritez. Phœbum Thaliz multæ dætorem, ad suum studium inuicás, tuam illi musam Dauniam commédat, hoc est artem hyamicam. *qui Xantho.* fluuius est Troia. vt, Xanthiq; fluuenta deterit, ac Delum maternam inuixit Apollo. *lauis lauit,* more antiquo. *Daunia.* Daunia, Apulia: à Dauno rege: *lenis.* amberbis. *Agyrus.* villane Apollos: quia in villis & vicis eius statua erant: Agyra autem placea sunt: vnde Apollo dictus Agyrus, quod ex oraculo in vñs publicis vrbis sue Atheniensis statutis altari bus Apollini sacrificare instituerint. *spiritum Phœbæ.* Apostrophe per digressionem ad pueros & pueras nobiles, à quib; decantandum erat seculare carmen: quibus per exhortationem ostendit se beneficium Apollini: factum esse poëam, vt facilius pueri pueræque ipsius discant carmina, quem Apollo poëcam facit. *virginum prima.* nobiles & præcipua. *Delia tutela deæ.* hoc est, qui estis in tutela & fide Diana, vos decantate Dianam, & Lyrico carmine celebrate, quod dicit Horat. vt, hylium opere suis canendo custodiāt. *cernos cobibentis.* hoc est, comprehendentis, vulnerantis, occidētis. *Lesbium seruare pedem.* metru Lyricum, quo Alceus poëta

Lesbius vi solebat. seruare pedem. numeros & odos. meiq; pollicis idem. quo lyra tangitur. id est. sonum & iterpum lyrae. & modulationem carminis lyrici. quod suauiter dicit. quasi ipsam lyram percutiat. ritu Latone puerum. Apollinem περφέρειν. est enim puer Latonē semper ephebus. ritu ad ritum. seu ex iustitio maiorum. crescentem facie noctilucam. id est. lunam nocturno lumine claram. eodē enim & Luna honore censebatur: vnde & Diana Lucifer nomen accepit. prospera frugū. quia fruges nutrit & prosperat nocturno humore: vt. quantum longis carpent armēta diebus. exigua tātum gelidus ros nocte reponet. celerēm prōpos. hoc enim Lunē. præter ceteros Planetas. propriū est. vt suum cursum in Zodiaco compleat singulis mensibus. quemadmodum Sol toto anno. nuptiam dices. hoc est. postquam nupseritis. hoc dicetis. Nos aliquādo secularibus ludis secinimus edocta. Carmen vatis Horatij. ordo est. ego docilis modorū variis Horatij. reddidi Carmen amicum diiseculo referente festas luces. dies amicū. amabile. festas luce. dies festos: post annos centū & decē. docilis. perita modorū Horatij. docilis. qui facile docetur.

C R V Q V I V S.

MAGNAE lingue. magnam linguam recte petulantem. atq; insolentem interpretabimur. cuius virtutem magniloquentiam. iactantiam. grandiloquentiam nominamus: μαχαληζεις. περγαλαχίαι. ἀλαζούνεις. inanem. stultam. & futilē de se prædicationē: cuius vtricē. Nemesis finxit antiquitas. hoc itaque malo quod laboraret Nibe. diis immortalibus poenas dedit orbata suis libe-ris: quod etiam scribit Statius tertio Thebaidos. inquiens. magnificos luis impia flatus Tantalī. huic autē malo vicinū est. μέτρα φερεῖν. altū sapere. insolencere & efficeri supra modum. *Tityostator:* Pindarus in πολ. οδ. canit hūc Tityum à Diana interfectum. inquiens. Επαν Τρίτον βίλος Αριμόδης Σάρπος πραγμάτων. ac eius interpres ex Pherecyde ab utroq. telis confectū scribit: ὅτι δὲ τοι Αἰσώπος Θεοὶ Αριμόδης ιτελήτης Βέρεδος. propè victor. nam imperfecto Hectore præcipua belli moles cecidit: adeo vt totum bellum confidere Achilli fuisset facile. si illi superesse datum fuisset. iam de victoria desperantibus Troianis. *Pobius Achilles.* Achilles sensit vindicem. Apollinem: quia vel ab illo sub figura Alexandri Paridis. teste Hygino. vel eius cōfilio à Paride est occisus: vade et illud. Dardana qui Paridis direxit tela manūsq;. &c. Quod etiam Ouid. 12. Metam. iussu Apollinis ait Paridem interfecisse Achillem: sed an in templo Tymbræi Apollinis. an in campo Troiano. variat scriptores. *Pobius*. à Phthia ciuitate Thesalizæ. quod autem

idem Larissæ cognominatus sit. ne filio ex iste stimemus Larissam eius patriam fuisse: sed hoc illi datū nomē esse ob vicinitatē Larissæ ad Phthiam. *cuspide pugnax.* Syncedochicās pro hasta. quā nemo præter illum vibrare poterat. que πηλίας dicebatur. οὐ πηλίας δέπου qua vulnerare simul & curare poterat. vnde illa nata est fabula de Telepho. vt videbatur est apud Hyginū: de qua latius dicemus in Lambico ad Canidiam. *ille mordaci.* argumentū à pari. nempe à pinu. vel ferro excisa. vel vi ventorum eruta. ad declarandam molē & corporis vastatatem ipsius Achillis. *procidit latrū.* in latrū: quod denotatur violentus calus & repentinus. atq; magnitudo corporis; hoc est. præter expectationē occubuit. humili. illa vasta corporis moles procubuit. in puluere. hanc prepositionē in reperi in duobus. codicibus Bland. quam arbitror non omittendā. puluere. apposita vox equis & viris militaribus. atque ad omnibus exercitiis. non corporis tantū. sed & metaphoricō animi. nam sine puluere contingere dicitur quod quis facilē aut nulla opera consequitur: contraria. quod magno labore vel animi vel corporis patandum est. hoc merito puluerulētum dici potest. vnde illud est. in solem & puluerem educere: quod Cicero tertio de legibus Phalereū Demetrium fecisse scribit. qui doctrinam ex umbraclis doctoriū otiōq. non modō in Solem atq. puluere. sed in ipsum distriuenit acēmq. perdixit. Iterum z. de nat. deor. Sed si hæc non videbis. quia numquā eruditum nullum puluerem atrigiftis &c. hinc ἀκόντι sine puluere. citra pulueris tactū. Plin. lib. 35. cap. 11. Qui Pancratio Olympiae citra pulueris iactū (quod vocat Aconiti) vicit. Coniti Nemea. hic (vt adnotauit Budaeus) legendum potius est *tactum*. δέ τοις αἴρεις. quod puluere post vñctionem se spargeret athleta iam in certamine cōgressutus: quo no indecorē sordidari canit Horatius eos qui certant Olympia. Epistola prima lib. primi: Quis circum pagos. & circum compita pugnax Magna coronari cōtemnat Olympia. cui spes. Cui sit condicio dulcis sine puluere palmae? *equo Minervæ.* Equo Troianorum quia propter animi magnitudinem nihil nisi fortiter egisset: nō dolo. non fraude. non insidias. quæ nō cadunt in virum fortē. hæc autem è omnia pertinent. vt à fortitudine Achilli clarior fiat Apollo. qui & vicit. & cecidit Achillem. *equo.* cui inclusi erant Tisandrus Stenelusq. dues. & dirus Vlysses. demissum lapsi per funē: Athamálq. Thoálq. Pelidésq. Neoptolemus. priamisq. Machaón. & Menelaus. & ipse dolis fabricator Epeus: vt scribit Virg. 2. Aeneidos. *Troiano.* qui & Durateus Homero dicitur. & Λέπτος. δέ τοις αἴρετος. hoc est lignis seu trabibus: vt canit poeta. lectaque intexunt abiecte costas. Hinc Apollo.

Apolonio lib. 2. Argonauticōn, lignea turris vocatur. vide Homer. Odys. & Erasmū in adagio, Equus Troianus. *sacra mentito*. hic mētītū est fingere ac simulare. singebant enim Greci hunc se offserre equum Palladi placande: ut canit Virgil. 2. Aeneid. sic lana mētītū vario colores, iur Pothione Virgilius. Dolorem capitis mētītū puerilla, Ouidius 2. Amorū. malē feriatoſ Troas. id est ignauo inuulq. otio vacanteis, ait Budaeus. malim tamen malē feriatoſ interpretari, temetē ab armis cessanteis: quod turpe est in viris militaribus, qui soli, etiam feriatoſ agentē multitudine, nō debent omnia, vel hoste viēto ſuperatō. tuta putare: quod in Agamemnone docet Homer. falleret. lateret. sic Quintilianus lib. 1. naturaliter fallant imperitos hæc ianuas, grauis. vt, hīc ſeūs tēdebat Achilles. immitis. iracundus, cedere neſcius, ece ſexta lib. primi. ni tuu vicitus Venerisq. codex antiquissimum Bland. habet, flexus. quod & blandius est, & mīnus imperiosum: cui correspondet epitheton Veneris *grata*. hoc autem beneficium Aenei seruati cōiunctim aſcribit Apollini, & Veneris apud Iouem precibus, ne videri poſſit in Venerem ingratus, quæ à Ioue ſuo filio Aenei imperauit imperium ſempiternum: annuisſet rebus Aenea. id est, laboribus, conatibus, ad imperium ſtabiliendū promiſiſet muros ductos. *ductos*. Enallage temporis, pro ducentoſ: promiſum namque, iam Roma constituta, implecturenerat: quod respicere viſus est Horatius pro futuro præteritū vſurpās, ductos, qui iam duciſunt: hoc eſt, Periphraſticæ, Romæ conditam, ducere autē muros, eſt erigere ac ſtrucere. *doctoſ arguta*, deſlectit Horatius à fortitudine & rebus geitīs Apolliniis ad illius citharā, modos, & canendi peritiam: atque precautur, vt, etiſit doctoſ fidicen argutæ Thalia, ne auerſetur tamē camenam ſuam Dauniam, agrestem licet arq. obteſam: quibus verbiſ Apollinē ſuæ lyra defenorē parat: qui Xantho. fluuius Troiæ eſt Xanthus, qui Simoēti commiſtus influit in portum Achæorū: ſic nominatus vel à fluore, vel quod crineſ ſua aqua lotos reddat flauos, vel (vt ſcribit Aristoteles hiflor. tertio) ouium lanā ex ſe bibentib[us] flauēſſe-tem. lauit. pro lauati lauere olim diſebaratur pro lauare. *lenis*. imberbis. Tibullus, Solis xterna eſt Phœbo Bacchōq. iuuēta; nam decet intōſus crinis vtrumq. Deum. Codex Bland. antiq. habet, *latus* Agylleu. olim cum viris doctiſſimiſ pro Agylleus, ſcripti Agyieus, contra conſenſum omnīū ſcriptorum codicū, noles diſſentire à tam multis viris doctis, quos itineris litterarij mihi velut ardiſſarū quo dām ſemper veneror: Atqui non adeo nuper incidens forte in hęc verba Strabonis lib. 5. In pythij Apolliniis templo, Agylleorū nominato, po-

ſitus eſt theſaurus: nam quæ ſuuo Capo dicitur quondam nominabatur Agylla, &c. retro rela dare cogor, & cursus iterare relictos, & rō Agylleus ſuo loco reponere, quod eos non improbaturos confido qui grauioribus occupati id non animaduererunt. Commentator autē tam in contextu quā enarratione potius Acrone & Porphy. vulgatos quām antiqua ſcripta ſequitur quā in contextu omoia conſonant, ſed in annotationib[us], Blādinij habent, Agylleus, id eſt, villanus, quia in villis & vicis Apollo reſpoſa dabat. *claris patribus*. claris, poſitivus pro clarissimis poſitus eſt; ſicut innēni in annotationib[us] manuſcriptis. Clarissimi autem parētes erant Senatores, matroneq. Senatoribus nuptiæ: quorū liberos hīc primos nomiñat. *Delia tutela Diana. iuſignos*: hoc eſt, quæ eftis ſub tutela Diana, ſeu protectione. *fugacei lyncae*: argumentū futuri carminis in honorē Deliae, à ve- natione. noctiluca. luna, quod ſola luget noctu, inſquit Varro; itaq. ea dicta noctiluca eſt in Palatio, nām ibi noctu luget templum. hīc fortallis alluſit Poëta ad νυκλαστην, vt obſeruauit Achilles Statius ex Simonidis verſib[us]. apud Dionys. Halicarnasseū: cui etiā propriū eſt νυκλανη, id eſt, de nocte ſplendēs, ſeu appariēs. *proſpera frugum*. adiecti- um verbale, agendi vim habēt ē gignendi caſu.

A D L. M A N L I V M T O R.
quatum de mortalitate, refert enim
omnia mutari tempore.

O D E VII. τραγουετική.

D I F F V G E R E nives: redeunt iam gramma
Arborib[us]q. come. (campis
Mutat terra vices, & decrescentia ripæ
Flumina prætereunt.

Gratiacum Nymphū, geminūq. ſororib[us] audet,
Ducere nuda chotos.

Immortalia ne ſpheres monet annus, & alium
Quæ rapit hora diem.

Frigora nūtſcunt Zephyru. ver proterit aftas.
Inſtitutā, fulm-

Pomifer autumnus fruges effuderis, & mox
Erumia recurrit iners.

Damna tamen celeres reparans celeſtia luna.

Nos vbi decidimus,

Quid plus Aeneas, quo Tullus dimes, & Ancus: 15
Pulauia & vmbra ſumus.

Qui ſit an adiuant hodierna crastina ſumma
Tempora dī ſuperis?

Cuncte manus auidas fugiens bereditis, amico

Qua dederis animo.

Cum semel occideris, & de te splendida Minos

Feceris arburia,

Non, Torquate, genus, non tu facundia, non te

Resistuer pietus.

45 Inferni neque enim tenebris Diana pudicum

Liberat Hippolytum:

Nec Lethas valet Theseus abrumpere oaro

Vincula Pirithoo.

COMMENTATOR.

M E T R V M Heroicum, cuius prior versus est hexameter, alter tripodia Heroica. Hacode Torquatum ad vitam meliorem hortatur, ac dicit, ut vices sunt temporū, ita etiā sancta mortalia, & nihil ultra fata soerendum, cum nemo ab inferis fit reuersus. *diffugere nites exordium à Veris descriptione, seu verni téporis amicitate.* *redeunt iam omniū rerū vicissitudo est.* *coma.* frōdes, folia, musæ terra, quia ratione temporum etiā natura ipsa mutatur. *decrecentia.* languescens. *flumina prætereunt.* intra ripas labuntur, nec supergrediuntur. *gratia cum Nymphis.* frigoris hiemis præteritis, ait amicitate rēpotis ad Iudū & Ieritīa Nymphas & Charites iam prouocari. *audent.* quia sunt hieme pigriores præ frigore. *ducere nuda.* aut propter habitu, quia nude pinguntur, aut testū. *immortalia noſperes.* nil cogita esse immortale, quando etiā tempora finiātur, & non eadē semper maneant. *frigora mitescunt Zephyrus.* adnucante' Vete & Zephyris flantib. docet per vices temporū eternam non esse quod temporale est. *ver proterit.* sequitur, & cōsumit. *simulacrum, postea quā poniſſer Auctumus.* proprium Epitheton. *Brama recurrit.* reuertitur. *inseri ab effectu,* quia pigros & inertis faciliter amittuntur. Quia condicōne mortalitatē téporibus anni cōparauit, ne crederetur & homines renasci, tépora, immutationes elemētorum sive temporū, reparari quidē dicit, sed condicōne mortalitatis ut communem omnibus, ita nobis ostendit esse irreparabilem. sensus itaq. est: licet tempora anni per vices videantur occidere; tamen non occidunt, quia per eadē vices reparantur: nos autē postquam decidimus, non redimus, sed transimus in puluorem. *dāns aut Luna ipsius immutationē, aut variaciones temporū.* quod pius *Aeneas*, per Aeneam, Tullū, & Ancum, vult ostendere cōmunem omnib. mortis condicōne: quis fecit, propter incertum vite, nec sciri ait, utrū homini ad diem quē agit sequēs adjicietur, cum facile & per horas possit occidere. *cuncta manus auidas, aquas, nam in lucru veniūt quæ*

impensa fuerint voluptati: cōtra, tibi perent quæ reliqueris hereditib. *cum semel.* vbi mortuus fueris, & inferis ad iudicatus, inexorabilis est Orcus. *splendida* non cūm te splēd: dum suo iudicio Minos fecerit, sed cūm te absque villo fuco, aut oblicuō odij iniuriae liuore splendide & lucide iudicauerat, reficiunt ad vitam reuocabit. *inferni neq. reuocare* quidē illum potuit, at immortale facere nō potuit: quia licet ad vitam dicatur reuocatus Hippolytus, nō potuit tamē à Lunone in hacluce teneri. Itaq. aut fabulosum & falsum dicit Hippolytū ab inferis reuersum, aut nihil ei ad condicōne immortalis profuisse, quod ab equis suis distractus, vita restitutas sit, dum in candē lōtem sit reuersus, nec mortē perpetuō potuerit effugere. *nec lethas vallet.* Theseus & Pirithous amici fuerunt, quos dicit coniurata amicitia morti eripi non potuisse. nam volentes Proserpinam rapere apud inferos, postquam descendissent, remanserunt. vi, sedet aternumq. sedebit infelix Theseus.

C R V Q V I V S.

S V b hoc L. Manlio Torquato natus est Horatius, Anno ab urbe cond. 689. *gramina campie.* gramen hic est nomen generis, pro qua cunctq. herba, sicut in illo Virgil. 2. Georg. viridi se gramine vestit tellus. hinc graminea corona, obsidianalis, quam ij qui suā liberati obſidione dant libertati. *coma.* Metaphorice pro frondib. & commune nomen est arboribus, fructibus, herbis. vnde apud Pliniū, folium Balsami proximum rura, perpetua *coma.* sc. 4. Georg. Virgilij, Comam tondebat Acaathi. Coma lauri, 7. Aeneid. *flumina prætereunt.* præterlabuntur, non etiā exuberat, vt hieme solant ex hiberna pluuiā. *gratia cum Nymphis.* Gratias treis depinxit antiquitas, quod oportet nos esse beneficos & liberalēs in dando, accipiendo, redistribuendo: quarum nomina apud Hesiodum in Theogonia sunt hac: *Aglais, Thalia, Euphrosyne;* cuius hi sunt versus, τρεῖς δὲ εἰ δημιουρη χάριτες τίκτουσι πεπάντας, δεκατέσσερας πολυεγένετος ἀδελφές τε καὶ γυναικεῖς, Αγλαίαν, Εὐφρόσυνην, Θαλίαν τε Ἑρωτίνην. Has autē nudas fingebat, vel quod etiā pauperes & nudi potentioribus gratū facere possint, vt habet Phornutus: vel quod beneficia omni fuso & velamine carere debent. Manus ipsarū inter se connexæ notant perpetuā amicitia fœdus, gratiamq. à gratia disiungī non posse. hinc illud est, segnēq. nodus soluere Gratia. Sunt qui has esse velint Liberi & Veneris filias. nam per horū munera Gratia cōciliatur. stant hilari vultu, vt intelligamus, parata & promta debere esse nostra in amicos obsequia. pinguntur iuuenes, quod accepti gratia beneficij non debeat cōsenſere. Circumamiciuntur velamine pellucido, quandoquidem vera amicitia in rebus hoc-

honestis consistere debet. carum autem una uera sapientia, dux vero ad nos conuersa, quia ab accipiente gratiam duplarem reuerti decet. *immortalitas resperae*. non est hic annus latius illa orbium cælestium, quæ mensura rerum est incommensabilis; sed affectio aëris in luce & tenebris, in qualitatibus illis primis: unde temporum series varium sibi nomen fortuit & vicissitudinem hinc ver, aestas, autumnus, hiems: hinc annus, dies, mensis, hora: hinc illa, quæ ex elementis cōposita, suā speciem perpetuo non seruant, sed annua nunc orientur, nunc occidunt, etiā ex perpetuis causis dependeant. Hoc itaque argumento monet Torquatus, ut meminerit se cum hoc tempore ortū, & pō aliquando interierit; quantū scilicet pertinet ad eam sui partē, quæ corporis mutationibus est obnoxia. *frigora mitescunt Zephyrus*. vicissitudo temporis ex aëris qualitatibus, quæ cœli atq. aëris affectio varia portantim coniungit: ex accessu & recessu Solis in nostro Hemisphaerio: ut omittat primas causas, & magna illa firmamenti sidera. *Zephyrus*. Zephyrus ventus est tepidus & siccus ab occasu Aequinoctiali, aur (ut volunt quidā) Solstitiali flans aduerteret Eurum: ut Aristoteles in lib. de mūdo, *Zephyrus regnatur usi dōm dōm aeris aëris*, aëris. dictus autem est Zephyrus, quali *Zanphor*, vitam ferens, quod tunc & plātō omnes germinare incipiunt; & terra prius frigore contracta, soluat aperiarūq. verū de hoc plura. odo i. 2. huius libri. *donna tamē*. hic aduerterat lector, quantū ei debeamus, qui ex annotationibus scriptis, iisq. barbaris, nobis pro vero Acrocothruſit iam olim vulgata cōmentaria, qui videlicet nō potuit, quæ quibus esse ut reddenda. nam hanc annotationē Commentatoris, quia condicionem mortalitatis temporibus anni comparauit, &c. appoluie his verbis odes præcedentis, *celerēmq. pronos volvete mēfēs*: quod cuius manifestū erit, si vulgata Acrodis commentaria euoluat: non illum dico eadem annotationes non intellexisse *donna caleſtia*. mūdiana: quæ sunt in vicissitudine ortus & interitus; properter rerum temporūmq. variā quidem in successione consecutionē, at perpetuā tamē. Hic philosophari, ac diligēti, quid de natura rerum dicere, non esset ab argumento alienum, nisi nos impeditere. Horatianus lyre strepitus, atq. à gravioribus ad humiora reduceret. *Luna*. Lunas hic accipiemos mēfēs lunares: de Luna in mundū hunc inferiore vi & potentia, Macrobius in *Suspitione Scipionis* assatim scribit, quod *pīus Aeneas*, *Cicerus*, *Blandus*, antiquiss. habet, quod patrū *Aeneas*, *hunc* veritate quam exclamatio quēdam interposta, ostendit morte omnibus esse necesse, neque enim pietas Aeneam, nō Ancū diuinā, neq. opes Tellūm morti eripere p̄petue: *patrū* & *umbra sumus*. hoc differimus à

ceteris quæ oriuntur & occidunt, quod illa quidem reuiuscant suo tempore, nos vero, vbi mortui sumus, non redeamus ad vitā anteactā similem. *quis scit an adiuvante*. quis certò sibi polliceri potest se vel cras victurom? vt nō iniuria quidē dicat omnia nostra in herba esse & flore: atq. ad cōvitam hominis esse somniū ac bullam. *summa*. habet idem codex *vita* atqui communis lectio magis placet metaphoricas à numero & calculis. quid enim vita, quid tēpus aliud quām (ut ait Aristoteles) numerus motus per prius & posterius? *amicus quādederis animo*. verba Cōmentatori, hic fatus aperte ostendunt, dare amico animo, esse indulgere genio, & hilariter vivere. de hoc genere loquendi a Græcis desumto legat hic quis L'am bīnū nō *Torquatus genos*: hac est expolitio illius, quod *pīus Aeneas*, &c. quia nihil est in vita humana quod nos à morte liberare potest. *infernus neg enim tenebris*. hoc argumentum à maiori validius alscrit neminem posse mortem evadere. nam qua ratione existimamus eloquentiā, opes, pietatē donare hominem posse immortalitatem vitæ; quando ne diis quidē id concessum sit? I uno namque, etiamsi id potuit, ut iniquè dicerptum Hippolytum semel in vitam reuocari, tamen id præstare non valuit, ut is perpetuō in vita maueret. quare neq. hoc factum negat Horatius, & vehementer ad tem facit; quod Cōmentator appositē indicat. Deinde Horatium non esse in ea sententiā, vt negat Hippolytum per Dianā ab inferis reuocatum, sed solūq. nō immortalē factum, argumēto nobis esse potest, quod nō ignorauit multos alios, Parcū licentia, ab inferis rediisse, quod de Cerere, Libero patre, Hercule, Alcepio, atq. alijs legere est apud scriptores. de Hippolyto Thosei Aegei ex Antiopa filio, dēq. insidiis Phædra nouerat, vide Hyginum, Plutarchum in vita Thesei, Pausaniā in Corinthiacis. *neq. Losbas valeat*. hoc argumentum est ab eo quod maximum est inter mortales, nimiri amicitia: cui si datum non sit, vt proprie tam nihil valeat mors in amicos; profecto nihil hic esse possit unde quis sibi immortalitatē pollicetur. de Theseo & Pirithoū lege Plutarchum in vita Thesei.

A.D.C. MARTIVM GEN-
**forinum. Comparatio poēticas, diuinis-
rum simul & virtutis.**

O.P.E. VIII. ἐγκριτικόν.

**DEO NA RE MA. patrūs; grātāqus commode
Censōrme; meū arā fōdālibus;**

Doua rem trīpodas, premia fōrtiūm.

Gratias queque in premia fōrtiūm.

Item,

- 5 Ferre diuine me scilicet artum,
Quas aut Parrhasius protulit, aut Scopas.
Hic saxo, liquidis ille coloribus
Sollers nunc hominem ponere, nunc deum.
Sed non hac mibi vis: nec tibi talium
- 10 Res est, aut animus deliciarum egens.
Gaudes carminibus: carmina possumus
Donare, & premium dicere muneri.
Non incisa notis marmora publicis,
Per que spiritus & vita reddit bonis
- 15 Post mortem ducibus: non celeres fuga,
Reiectaque retrorsum Annibali mina,
Non incendia Carthaginis impie,
Eius, qui domita nomen ab Africa
Lucratus rediit, clarissim indicant
- 20 Laudes, quam Calabre Pierides: neque
Si charca fileant, quod bene feceris,
Mercedem euleris. Quid foret Ilia,
Majorisque puer, si taciturnitas
Obstaret meritis inuida Romuli?
- 25 Ereptum Stygiis fluctibus Aegacum
Virtus, & favor, & lingua potentium
Vatum diuisibus consecrat insulis.
Dignum laude virum Musa vereat mori:
Calo Musa beat. Sic Iouis interest
- 30 Optatis epulis impiger Hercules.
Clarum Tyndaride fidus ab infimis
Quassas cripiunt equoribus raseu.
Ornatius viridi tempora pampino
Liber nos a bonos duxit ad exiū.

C O M M E N T A T O R.

M E T R U M Asclepiadeum monocolon. fate-
tur Horatius sibi facultates tantas non esse ut pa-
teras possit & statuas tripodēsque, & alia magni
pretij munera donare, sed Carmen tam in Cen-
torini laudē, quod maius esse dicit, & omnibus illis
diuitiis preferit. *commodus*. benignus, hu-
manus, *gratiaq. g.* cititudinem declarantia, non sine
iucundo fructu. *era*. *statuas æreas*. *donarem tripodes*. quia in agone viri fortis accipiebant tripodes.
ut, sacri tripodes viridēsq. corona, & palmae pretiū
victorib[us] *praemis fortium*. in *typhonis*. neq. *tu pessima*. nō vilia, sed maxima acciperes. *artum*. dicit,
harum rerū quas aut Parrhasius pinxit, aut Scopas
exaluit. *Parrhasius*. hic Athenis optimus & nobis-
illimus pictor fuit. *Scopas*. signotum sculptor, sta-

tuarius, marmorarius, *prorulit*. hominibus evul-
gavit. *sollers*. peritus. *bic*. *Scopas*. *ille*. *Parrhasius*:
nam hic viciniori respondet. *ponere*. formare, face-
re, fingere, pingere, constituere. vt, posuitq. imma-
nia templā. non hec mibi vis. abundantia taliū re-
rum. non tibi talium. vt qui diues es re & animo, &
contentus his quæ habes: aut quia coatemnis talia.
non incisa notis marmora. hoc est, marmora incisa
publicis notis nō indicant clarissim laudes virorum
fieriū quām versus & carmina. Nox autem sunt
characteres, tituli, inscriptions, quibus defuncti
Duces quandam immortalitatem consequuntur.
per que spiritus. quia per hæc mā aumenta videtur
viuire intuentibus. spiritus. id est recordatio. *bones*.
fortibus, strenuis, celeres fuga. sculptæ. *reiecta*. re-
motæ, pro nihilo ductæ; quando ex Italia fugatus
est. non incendia Carthaginis impie. quia contra
fædus iuramento violato, Romanis rebellarunt.
quos etiā Cicero in Dialogis nominauit fedifra-
gos Afros. *eius qui domita nomen ab Africa*. Peri-
phrasis P. Cornelij Scipionis Africani. Africanus
autē dictus est ab euētu. vt Sallust. Cui postea A-
fricano cognomē ex virtute fuit. Sensus est, nō tā-
ta præstat victoria, nō trophya Africana marmo-
ribus incisa, non tantū visis fortibus proslunt sive
virtutes, quantū laudes carminib. cōstitutæ & de-
cātatae. *quam Calabre Pierides*. carmē Enni poëtē
Calabri. Ennius Africani illius maioris gesta de-
scriptis: oriūdus Rudino oppido Calabriæ *si char-*
-ca fileant. si remo laudem tuā scriperit, si taceant
carmina *quod bene feceris*. acceperitis: quia facta clara-
torum virorū, nisi carminib. illustrētur, ætatis sive
memoriā non excedunt. *quid foret Ilia*. quid esset
Romulus, si nemo carminib. illū celebrasset? *ere-*
-ptum Stygiis fluctibus. hūc poëtarū ingenia clarum
fecerunt & immortalē, insulīsq. fortunatis conse-
quātū. *ereptum Stygiis fluctibus*, hoc est, morti &
obliuioni. *virtus*. vis ingenij. *favor*. studium ob res
gestas. *lingua*. *carmina*. *diuisibus consecrat insulis*.
fortunatis: quæ ideo beatæ dicuntur, quod ibi o-
mnia nascuntur sine studio hominum; qui & Elysij
capi dicuntur. *consecrat*. hoc est, donat immortali-
tate. *calo Musa beat*. id est, beatū facit: quia beatū
cæli præstat hominib. Musa. nam per poë-
tas videntur viri fortis accepti in numerū Deorū.
sic Iouis interest. per carmina poëtarum in celo est,
iunctus coniugiis deorum. *impiger*. fortis. *clarum*
Tyndaride. in *typhonis*. Castor & Pollux fratres, fi-
lii Tyndari, qui poëtarū carminib. putantur, quæ
sunt tempestate nauibus, serena luce asterte salu-
tem. *clarum*. suo splendore bauigantibus salutiferum.
ab infimis. imis. *ornatus viridi*. sic Bacchus
deus factus carminib. poëtarū, votis hominū præ-
stat. *botrys eventus*. felicia faciens vota precatiūm.

CRVQVISS.

DO MAREM pateras. Honestæ paupertatis honesta & ingenua confessio, cui subiungit ingenij sui approbationem modesta & laudabilē. **pateras.** ea vala olim fuisse honoratissima, docent sacræ & publica omnia, vbi his solum vtebantur pontifices & sacerdotes: quod ex Festo doceri potest. Patella, inquit, vasa picara, parua, sacrificiis faciendis apta. atq. etiam ex Paulo: Pateram perplouere ait, in sacris cum dicitur, significat pertusam esse. **commodus.** Festus à modo deriuat: vt commodus sit modestus, moderatus, in vita & rebus aegendis modū seruans, ne quid nimis; et si non ineptè dicamus commodum sodalem, facilem & humanū, non morotum. Hac lectionem Horatianā, scilicet **commodus,** & nō **commodis,** vt vulgo legitur, docet Lambinus esse veram multis exemplis. sic etiam habent tres codices Blandinij. **era.** ex ære signa, statuas, pocula, & id genus alia. materia positiva est pro suo effectu. **tripodas.** vala ansata, seu ansa aurēsve habetia, **τρίποδες ἀρότηνες** dicti Homer. & Hesiodo in operib. & dieb. Athenaeus lib. 2. In Dionysij templo victoriae signū est tripos, qui & cratera nominatur. Erat autem antiquitus duo tripodium genera, alter igni superponebatur, qui balnearior est dictus, **ιπποτόπιτης Ελαυνοχός.** vt Aeschylus, **τὸν αἴρετος οἰκεῖον λίθον, τὸν φράσαντον τοπτυχόντος τάσιν.** alter tripus crater dictus fuit **καὶ ἀράθηματος,** ornatus gratia dicatus priuatis vel publicis vissibus, immaculatus, atque ignibus intactus, vt scribit Aristophanis interpres. in hoc vinū miscebant; atq. hic veritatienunciandæ apertissimus, tripos fuit. Apollini quidem ob diuinatione, Baccho vero ob ebrietatem, hic autem auritus erat, tres pedes habens pro sustentaculo: vnde, quod fortiter staret, nec facilè caderet, viris fortibus dari solebat in signum victoriae. **Οδυσσ. 6. δύο δι την φρέσοντας οι πατρώδεις ξεχάλκει, ει λιθίτου. neq; την πεσσήμα.** litote: non pessimâ pro optimis atq. nobilissimis ferres. Aphæresis, pro auferre, acciperes. **artium.** pro rebus, signis, tabulis, & poculis artificiose elaboratis, quas diuinitas ex opinione populi nominat. **Parthasius.** cuius cum Zeuxide pictore certamen meminit Plin. lib. 35. cap. 6. & 10. Parthasius, inquit, Ephesi natus primus symmetriam pictura dedit, primus argutias vultus, elegantiā capilli, venustatem oris, confusione artificum in lineis extremis palmā adeptus: potissimum vsus cerussa Eretria & creta Cimolia. Xenophon tertio de dictis & factis Socratis: vbi Socrates cum illo agit de lineamentis, vmbbris, &c. **Scopas.** cuius obiter Plin. mentionem facit lib. 36. cap. 5. hic **saxo.** fortasse alludit ad Herculem saxeu à Scopas celatum, vt scribit Pausanias: nisi ille Her-

cales sit Menestrati, quem inter ceteros recent et Plinius, lib. 36. cap. 5. **sollers.** peritus, in omnibus prudens, ait Festus: feu integer, totus in arte, à Sollo vero Osco. sic habet tres codices Blandi **sollers ponere.** ad ponendum: Hellenitimus, sed non haec m. his vis. honesta excusatatio à tenuitate fortiora: **non tibi talium.** codex antiq. habet, **nei tibi talium.** quæ secutus sum. **deliciarum.** quæ vulgus habet in deliciis. **carmina possimus.** dicitur Horatianæ, non sine eleganti approbatione sui ingenij, per elevationem statuorum, signorum, marmororum, &c. in quibus viri principes suorum factorum immortalitatē quadrere videntur. **& pretium dicere muneri.** ab hac lectione vt discedam, nihil esse video quod vehementer vrget, consentientibus postillimum tui us codicib. Blad. Certum enim est **muneri** esse castum, vt volū Grammatici, septimum; muneris, hoc est, ad munus, vel promunere. nō vult enim sua carmina esse munus aliquod quæ donare potest: vel ut dicere illorum pretium, estimationem, nempe quod amplius præstare possint, quam laxa, aut marmora incisa demōstrare, id esse muneui, id est loco muneris. tale fortasse est hoc Terentianum: **Quid dotti dicam te dixisse filio?** deinde Cicer. ad Cluictium, Doti, inquit, Valeria pecuniā omnem suam dixerat. Atqui tamen in signendine causa andandi legamus, re vera non multum interest, adeò vt nolim aliquem ea gratia valde esse sollicitum, aut in sollicitum litigiolum. **quam Calabria Pierides.** habent hic Cōmentaria excusa tum Porphyrius nomine, hæc verba: **Sua vult intelligi carmina, quia in rive Venusina natus est,** quæ est in Calabria. (quā aptus est hic impostor! quasi velit ab Horatio descriptā esse Africani Maioris vitam) tum Acronis, qui Ennium scribit oriundum de Rhudino seu Rhodino oppido Calabriæ. Neutra annotatione in cōperi in codicib. manuscryptis. Hinc coniiciat lector peritus, quantum fidei illis sit dandum. Rhodinū apud Geographos non inuenio; Rhudiam autem in tabulis Ptolemei reperio inter Salentinos ad Tarentinum sinum, inter Turium & Metapontum oppida. Habet etiam Pomponius Mela, Ennio ciue nobiles Rudiae. **si charta sileat.** hoc accedit illa Ciceronis præclaræ sententia: Sed pleni omnes sunt libri, plenū sapientum voces, plena exemplorum vetustas; quæ iacent in tenebris omnia, nisi litterarum lumen accederet. **Ilia Maiorisq; puer.** Periphrasis Romuli à creditis parentib. **dignum laude virum.** Epiphonema in approbationem dictorū. **quaussa eripiunt.** hoc beneficium dicit Hyginus illos accepisse à Neptuno, lib. 2. **Liber vata bonos.** Hinc Suidæ dictus est Διόνος, παπά τῷ Διογένει ιακώπον διογένειον: quod viuentibus vita feritatem mitiget.

AD M. LOLLIUM CONS.

Consecrati dicit carmina sua meterti,
quoniam nihil non carmini-
bus illustratur.

ODE IX. iuxapiscinæ.

NE forte credas interitura qua
Langè sonantem natus ad Ausidum,
Non ante volgatas per artus
Verba loquor socianda chordis:

5 Non, si priores Maenius tenet.
Sedes Homeru: Pindarica latet,
Ceaq; & Alcæ minaces,
Stesichorique graues camæne.

Nec, si quid olim lusit Anacreon,
10 Deleuit etas. spirat adhuc amor,
Viuuntque commissi calores
Aeolia fidibus pueræ.

Non sola comtos ars adulteri
Crinei, & auram vestibus illucum.

15 Mirata, regaleisque cultus,
Et comites, Helene Lacana:

Primus Teucer tela Cydonio
Direxit arcu: non semel Ilios
Vexata: non phragmatis ingens
20 Idomeneus, Sthenelus' se solus
Dicenda Musis prælia: non ferox
Hector, vel acer Deiphobus graueis
Excepit iustus pro pudicis
Coniugibus, pueriq; primus.

25 Vixere fortes ante Agamemnona
Multi: sed omnes in lacrymabiles
Vrgentur, ignoti q; longa
Nocte, carent quia vate sacro.

PAVLVM sepulta distat inertia
30 Celata virtus. non ego te meis
Charti ornatum fileri,
Tortue tuos patiar labores.

Impune Lollus carpere liuidas
Obliviones. Est animus tibi
35 Rerumq; prudens, & secundis.
Temporibus, dubiuq; rectus,
. Vindex avara fraudis, & abstinentis
Ducentis ad secundas pecuvias:

40 Consulq; non vnius anni,
Sed, quories bonus atque fidus
Index honestum præstulit veili: &
Rejecit alio d. ma nocentium
Volvi: & per obstantis ceteras
Explicitis sua victor arma.
NON possidentem multa, vocaueris
Recte beatum: rectius occupat
Nomen beati, qui deorum
Muneribus sapienter rei,
Duramq; callet pauperiem pati:
Peiusq; letho flagitium timet:
Non ille pro caris amicis
Aut patria timidus perire.

COMMENTATOR.

METRVM tricolon tetrastrophon, duobus prioribus Alcaicum, tertio iambicum dimetrum hypercatalepton, quarto Pindaricum. Suum carmen affirmat fore perene, quavis alij ante se meliores poëtae fuerint. neque enim oblitare Horerum quo minus Pindarus & alij poëtae, qui post eam sunt orti, clari sint. & quædam dum se antiquis auctoribus, ita Lollium viris fortibus cōparauit, cuius se fortitudine & res gestas dicit scripturæ ad æternam memoriæ. ne forte. casu. credas. credideris. interitura. peritura. natus. ego Horatius. ad. prope. Ausidum. Ausidus Ca abriæ fluuius admodum verticosus. vt. Quicunque ingenti verberat vnda mare. non ante volgatas. quia primus ipse inter Latinos poetas lyrics carmina scripsit. vt ait suprà, Carmina non prius audita. socianda iungendi, aptanda chordis. lyra fidibus, ad lyram decantanda. non si. licet. priores. meliores. laudabiliores. Maenius. Homerus, à Maenia dictus. Pindarica latet. viles sunt. Ceaq; dropti Simonides, qui de Cea insula fuit. Alcæ minaces. Alcæus adeò amarus fuit, vt austerioritate carminis sui multos ciuitate eicerit, bellaq; cum Pittaco tyranno gesta grauitet scripsit. Stesichorique graues. qui grauia carmina scripsit, & magni pôderis. lusit Anacreon. bene lusit quia iocis & conniuitis digna scripsit, & amorib. lusit. cantauit. vt. Carmina qui lusi patiorū. delectit etas. vetustas destruxit. spirat. non occidit. cōmissi fidibus. lyrico carmini. calores. pro amoribus posuit. Aeolia pueræ. Periphrasis Sappho poëtria à patria Aeolia, in qua Lesbos, vnde Lesbia. vfa autem est Aeolica dialecto. hæc Phœnœ puerum perditæ adamauit, quod ipsam et verbis testata est & pueris & puellis. non sola comtos. iterum docet quantum præstat poëtarum carmina: nimis similia sèpe fuile

fuisse gesta his quæ legimus, sed ea tantum esse nota, quibus describendis nobilis poëta contigit. nam non sola Helena Lacena adulteri Alexandri amore flagravit, sed & alias simili culpa obnoxiae fuerunt: verum hæc magis nobilitata & cognita fuit carminib. poëtarū. *arist.* amavit. vt, *Corydon* ardebat *Alexin. adulteri.* raporis Alexandri. *autrum vestibus illitum.* Periphasticōs, vesteis aureas, *regales.* quia regis Priani filius fuit. & *comites.* Paridis, in itinere. vt, At non sic Phrygius penetrat *Lacedæmonia pastor,* Lædæmamq. Helenam Troianas vexit ad urbēs. *primus ut Teucer.* non primus Teucer fuit optimus sagittarius, &c. nam Teucer *Telamonis* filius ab Homero inducitur sagittis peritissimè vñs. *Cydonia.* Cretico, Cretensi: à Cydonea oppido Cretensi, vbi piūmū de pecudum cornib. arcus ornati sunt. vt, *Partho* torque Cydonia cornu spicula. *non semel Ilios.* Troia: nam etiam alijs expugnata fuerat ab Hercule. Troia & Ilios dicitur, & Iliū. vt, *Ceciditq. superbū Iliū.* *Idomeneus Sthenelus' ve solus.* & hi carmine præ certe clarifuerent. vt, *Tisandrus, Sthenelus' ve Duces.* Sthenelus autē Capanci & Euadnes filius fuit. *descendit Musa.* laudanda carminibus. *non ferox, pugnax.* ostendere vult, licet multi viri fortes fuere, illos tantum celebrari fama, quos commendauere poëmata. nā nec solus Hætor & Deiphobus pro patria perierunt, sed hi carmine celebriores furent. sic & Agamemnoni pares virtute plures fuisse dicit, sed ne sciri silentio, quia carmine non essent celebrati: & ideo se ad scribendū confirmauit exemplo priorū. *Deiphobus.* Priami filius, qui post mortem Paridis Helenam accepit in vxorem. Is capra Troia cum somno opprimetur, Helena uxore prodente occisus est à Græcis, multis prius tormētis affectus, nempe truncato manib. ac pedibus nare abscessis & oculi sunt eulisi. vt, *Deiphobum* vidi lacerum crudeliter ora, ora manusque ambas, populatq. tempora raptis auribus, & truncas in honesto vulnere narcis. *inlacrymabiles.* nō decantati, quod nullus poëta ærumnis illorum decantatis, lacrymas mouere potest; quos nemo describit occisis. *urgentur.* obliuione obscurantur, celantur. *longa nocte.* perpetuo silentio, quod ne sciat mortui. *vates sacro.* optimo poëta *paullum.* parum. *sepulta.* quam nemo scire potest. *distrat.* aduersa est à virtute, separata est, discrepat. *celata virtus.* virtus non laudata, similis est inertie. ita enim silentio obcuratur, tamquam si nulla fuerit, propterea quod careat litteratum monumentum. *non ego te.* non patiar tuam virtutem silentio obscurari. vt, non ego te Ligur, ductor transierim, &c. *inornatus.* illaudatum. vt, *Quis te magne Cato tacitum, aut te Cosse relinquit?* *impune.* immixtio corporis. cō-

sumere paullatim & celare. *lividas.* inuidas, obscuras. *rerūmq. prudens.* verè es philosophus: quia rerum prudentes, philoſophi sunt & dicuntur. *secundus. prosperi.* dubiusque aduersis: quia aduersa dubios nos reddunt. *rectus. prudens.* ô Lolli, & recto animo: quia neque prosperis rebus es insolens, neq. frangeris aduersis; cum neque prospera, neq. aduersa mutant animi tui fortitudinem. *index.* punitor. vindicare enim apud veteres nō tantum defendre, sed & punire significabat. *abstinēs.* cōtemtor pecunia. *ducentis.* quia auari fludent rapinis: & pecuniolorum gratiam omnes sectantur. *cuncta.* res omneis. *confusus, non unius anni.* id est, modò consul est animus tuus, ô Lolli, & semper consul erit, siue bene iudicauerit consul existens, siue in bello imperator fortiter fecerit: nam qui fortis est imperator, & sapiens consul, is non unius anni est tantum, sed semper. Itaque & præteritum tempus complectitur, quo recto animo vixit Lollius, & futurum significat. *sed quoties bonus.* puta, toties erit animus tuus consul, quoties, &c. *bonus atque fidus.* à virtute, fide, & honestate. *index.* quoties animus tuus honestè iudicans nocentium dona respuerit, toties consul tamquam ex hostibus gloriös triūphator tua virtute videberis reportare victoriam, *reiecit alio dona nocentium.* fasidit ut prudeari & erecto cōsilio munera noxiiorum, corrumpere iudicia tentantium. *per obstantes castus.* per vias resistentia rationi. *victor.* toties animus tamquam victor euasit. *arma.* Metaphoricas: aut pro ratione, aut virtute. *non possidentē mulier.* non recte beatum vocaueris diuitem, sed eum qui suis rebus contēsus est, omni cupi iditate remota. *rectius occupat.* id est, consequitur, sibi vindicat, rectius appellandus est beatus. *sapienter vti.* qui suam felicitatem moderatur. *duramus.* callet, qui paupertatem non habet execrabilem tamquam summum malum. *callet.* sapit, nouit tolerare. vt, legitimūmque sonum digitis callemus & aure. *ponūsq. letho.* qui grauius ducit & plus timet peccare quam mori. *timidus perire.* Hellenismus.

C R V Q I V S.

MÆONIVS. Mæonia olim, nunc Lydia dicitur Plin. lib. 5. cap. 39. vnde Homerus sibi nomen inuenit: quamvis multe urbes inter se contendat de origine ipsius, iuxta illud epigrāma,

*Septem urbes certant de stirpe insignis Homeris,
Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamin, Ias, Argos,
Athene.*

Ceaz. proper Simonidem, qui patria Iulites fuit, ab urbe Ceaz insula: & Melicertes cognominatus à suauitate cantus. floruit: Olympiade quinquagesima sexta, teste Suida; Loeprepis filius, vt habet Herodotus; vel, vt alij, Theoprepis. Scripta lingua

Dorica Cambys & Darij regnum: & Xerxis na-
uale præium, & Threnos, quas Nenia appellat.
Horatius. Cæ retræctes munera Nenie. Catullus
lacrymas nominat, Mætius lacrymis Simonideis.
Cea autem in insula scientia lanificæ insignis, ait Iu-
lius Solinus, cap. 12. & Plinius lib. 4. cap. 12. *Alcæ*
minaccæ his, ut Lætius scribit, nominat Pittacum
σπάντα, σάρκα, κέρας, κερατίνη, φύτευσα, γάσπαρ,
ερυδαρπίδα, εργασία, &c. Qualibus etiam con-
viciis & maledictis ipsam Mytilenum est infecta-
tus & Megalagyrum, Cleanthidemque, atq. alios
nonnullos patriæ tyrranos, vt refert Strabo, quo
nomine Stafiorita vocatur quædam Alcæ opera,
id est, *'edictioſa. ſteſchioriue graues Camæna.* fuit
hic Hymenensis, ex Hymera ciuitate Siciæ: Ca-
tanæ autem litteris operam dedit. Claruit Olym-
piade trigesimali septima vñq. ad quinquagesimam
sex à: quem Lucianus in Macrobii 85. annos vi-
xisse testatur. Huius etiam meminit Cicero 4. in
Verr. Scriptit lingua Dorica sex & viginti libros
poëmatum, vt refert Silius. *Anacreon.* fuit hic
Teius ex urbe Teio in media Lonia: quare diale-
cto Ionicus vñs est: cuius tota poësia est amatoria.
Eius statua describitur à Paulanio ebrio simillima
habitum eius, inquit, in Attica, est veluti homi-
nis per ebrietatem cantatus, vixit Olympiæ circiter sex-
agelimam primam, vt habet Eusebius in Chron.
vñuntq. commissi calores. nam Sappho Phaonem
puerum in Sicilia in nauigantem elegatissimo car-
mine est prosecuta: cuius amoris tandem ita impa-
tientis fuisse dicitur, vt se se è Leucade in mare præ-
cipit daret, *arſit crinis cornos.* adnotatioes an-
tiquissimæ hic habent, *arſit crinis pro in crineis.*
primus vñ Teucer. Hom. Ilia. 6. *τίτανος δ' αὐτόν τινας* θεος
εναιρεσθείας ἦλασθε, τεῦχος δ' εἴλος ήτε πανάθερ-
τοῖς πατέρων σεμιλ Ilios. Ilios & Iliion Troia no-
minatur, vt habet commentator. sic & in epigramma-
te, *τίτανος εἰσαγγελία.* fuerat enim & ab Hercule obfessa
expugnataq. propriæ pactū à Laomedèto violatū;
qui equos suos diuino semine procreatōs Herculi
pacificebatur, si filia suam Hesioneum à Ceto lace-
randam liberaret. *in lacrymabiles.* hic seruauit anti-
quā scripturā, *consul q. non unius anni.* hic locus in
annotationib. Bland. circa vñlū scrupulū nobis ar-
gumēto est ea neq. Porphyronis esse neq. Acronis
qua hactenus à doctis pro talibus habentur. sicut e-
nīm scriptū inueni, *Acron interpretatur modo Cō-*
sul est Lollius. ex quo fragmento sententia facile est
cōcere Acronis cōmentaria ab inepto aliquo do-
ctor lecta esse, qui scribat Lollium tunc temporis
fuisse Consulē cum Q. Lepido cūm hanc oden
scriberet Horatius, anno scilicet ab vrb. cond. 733,
ante mortē Horatij annos circiter quatuordecim:
vt hæc sit sententia, *Animus tuus, ô Lollī, Cōsul est*

non huius anni tācum: sed quoties, &c. vult enim
Acron subintelligi modo, sed quoties. commēdatio
Loij consulis à virtute, hde, & honestate, postpo-
rita xilitate, præcipue illa quæ cum honesto nō est
coniūcta, sed turpitudinis partem continet. quod
dictu vel ex opinione vulgi sumptum est, vel ex
schola Peripatetica, qui honestū separant ab vtili:
contra quos di cōterē disputat Cicero offic. 3. ex Pa-
netij & Stoicorū dōgmatis, *pro carius amicis.* vt su-
pia, pio pudi. cōiugib⁹ pueri q. *timidus perire.*
Ita habet codex antiquissimus. Alij duo habent, *ti-*
midus peribit. sed quia altera lectio magis sapit
Horatium, eam nō mutauit, vt alias, *propatria non*
timidus mori, lib. 3. ode 29.

A D L I G V R I N V M , P V E- rum speciosum, sed arroganterem. aduersum amatores.

O D E X . Epotikā.

O C R V D E L I S adhuc, & Veneris muneribus
Inſperata tua cū veniet pluma superbie: (potēs,
Et, qua nunc humeris inuolat, deciderint coma:
Nunc & qui color est punicea flore prior rose,
Mutatus Ligurinū in faciem verterit hifpidam, 5
Dices, Heu (quoties te ſpeculo videris alterum)
Quæ mens est bodie, cur eadem non puerō fuit?
Vel cur hū animū incolumes non redunt gene?

C O M M E N T A T O R .

M E T R V M Alcaicum choriambicū mon-
colon, constas ſpondeo, tribus choriambis & Pyr-
rhichio. Ad Ligurinū puerum quem amabar, que-
relas amoris nimis arrogantis continē. O crudelis,
vt, ô crudelis Alexi, nihil mea carmina curas. *Vene-*
ris muneribus. pulchritudine & forma. potens. qui
potes adhuc ſubiacere libidinibus, & amatoribus
ſatisfacere. *Inſperata tua pluma superb.* id est, prima
& tenera barba, ſeu primæ barba lanugo, quā non
ſperat tuus nūc superbis animus, pulchritudini &
libidini inimicā: quæ ſperet ſe numquā deformē
futurū. & *qua nunc humeris.* quia pueris olim co-
mæ nutriti conſueverant, præcidēt tempore pu-
bertatis, deciderint coma. vbi iam vir eſſe coepiſ:
non quod caderet coma, ſed cūm coepiſ nou nu-
trire capillos propter adoleſcētiam. vt, Crines cui
laetitia ceruix excipit. *nunc & qui color.* & color qui
nunc eſt. *prior.* melior, pulchrior, decetior. *punicea*
flore rose. ſanguinei coloris. vt, Puniceis inuecta
rotis. *mutatus.* immutata forma per ætatem, per
faciem hifpidam, hirsutam, barbatam, ſetosam. *al-*
termum. aliam formam. dolebis amilla pulchritudi-
ne, qua

ne, quæ questum non feceris: non sine lacrymis dices, Vt in sensu iste fuisse in pueritia, aut pueri forma rediret ad hunc sensum: iuxta illud Terentij, Eheu me miseram: cur non aut istæ mihi ætas & forma est, aut tibi hæc sententia? incolsum genit. imberbes, sine lanugine.

C R V Q Y V S.

CR V D E L I S. Ode prima huius libri hunc Ligurinum nominat durum, quod non sineret se exorari ab amatoribus. *te speculo*. duo codices Blandinij habent *in speculo*.

A D P H Y L L I D E M , D E
die natali Mæcenatis, qui erat Id. April.
invitans illam ad conuiuium.

O D E 11. è p o t i n a .

E S T mibi nonum superantis annum

P l e n u s Albani cadus: est in horto

P h y l l e, ne tendis apium coronis,

Est edera vis

5 *Multa, qua crineū religata fulges:*

Ridet argento domus: aratissim

Vinca verbenis auet immolato

Spargier agno:

Cuncta festina manus: buc & illuc

10 *Confitant myste pueris puella:*

Ser didum flammæ trepidant rotantes

Vertice fumum.

Vi tamen noris, quibus aduoceris

Gaudiū: idus ribi sunt agende,

15 *Qui dies mensim Veneris marina*

Findit Aprilem:

Iure sollemnis mibi, sanctiorque

Pene natali proprio, quod ex hac

Luce Macenas meus affluenteis

Ordinat annos.

20 *Telephum, quem tu petis, occupauit*

Non tua fortuna iauenem puella

Diues, & lasciuia: tenetque grata

Compede rindum.

25 *Terret ambustus Phæthon auaras*

Spes: & exemplum graue praber ales

Pegasus, serrenum equitem grauatus

Bellerophontem:

Semper. ut te digna sequare: & vltia,

Quam licet, sperare nefas putando,

Disharem vites, age, iam meorum

Finis amorum,

(Non enim post bac alia calebo

Feminæ) condisce modos, amanda

Voce quos reddas. minuentur atra

Carmine cura.

C O M M E N T A T O R .

M E T R V M Sapphicum hendecasyllabū cum

Adonio, tetracolon, inuitat Phyllide amicam co-

mendatione vini Albani veteris, ad lætitiam con-

uiuj, quod celebraturū se dicit ipso natali Mæce-

natis, nempe idib. April. nonum superantis. decem-

annorū plenus Albani cadus. Albani vini. elocutio

est Elliptica. vt, vina bonus que deinde cadis one-

tarat. Acestes. ne tendis apium coronis. ex apio. ad

exemplum Alcæi poëtæ, qui apio coronari se gau-

debat. vt, Atq. apio crineis ornatus amaro. est ede-

re vis. vt, Et odora canum vis. qua crineū religata

fulges. crineis religata, Synecdoche. vt, nuda genu,

fulges. id est fulgere poteris, aut fulgere soles: hoti

enim eam ad se coronata venire cupit, sed inuitat

vt apud se coronetur. ridet. grata est, refulget, splé-

det. atra. ex cespitis in terra exstructa. vincula. co-

ronata, religata. castis. sacris & puris. verbenis. ver-

benæ sunt omnes herbeæ, frondesque festæ ad aras

coronandas: dictæ quasi herbenæ. auct. auidè cupit,

exspectat. vt alibi, Ambo propositi peragunt iter

urbis auctæs immolato. hoc est sanguine immolati

agni ad spargi, impleri, imbui. cuncta festinat ma-

nus. multitudi ministrantiū facit ad apparatus fe-

stinationē & curā manus: multitudo feruorū. cur-

stant mystæ. mei serui & ancillæ festinat preparare

conuiuū. vt, Totidemq. pares ætate ministri. for-

didum. aut nigrū, aut quia sordida fuit omnia quæ

fumus cōtingit. flamma trepidant rotantes. hoc est,

veluti quodā tremore glomeratim volentes. ver-

tice. in verticē. vt tamen noris. occupatio ad facien-

dam fidē promissæ lætitie. hoc est, vt scias ad quod

conuiuū voceris. Idus sunt Aprilis, qui dies nata-

lis est Mæcenatis, mihi propemodū gratior quam

dies meus. findit Aprilem. nam Aprilis Veneri est

dicatus à Romulo, quod ab Aenea genus duceret,

cuius mater Venus à poëtis singitur. findit. diuidit:

quia Idus mēsem fērī in mediū diuidunt. iure. iu-

stè. merito. sollemnis. celebrādus est mihi. sanctior.

religiosior. pœnè. pœnè, inquit, ad vitandam adulata-

tionē. natali proprio. meo die natali. ex hac luce. ex

hoc die. affluenteis. accrescereis. multis. ordinat an-

nos. di ponit toto anno facienda. Telephū quem ostēdit à Phyllide amari,

alterius iam & ditionis puellæ amore occupatum.

petis diligis non tue soris. non tui loci, non condicioneis, non profelionis meretriciae, sed diues & nobilis. grata compede. hoc est illecebro & deletabili vinculo amoris irretitum, ligatum. *terret ambustus.* ab exēpto Phaethontis & Belleophonis nos monet sub persona Phyllidis, ne quid audidè & supra condicione nostram appetamus, ne forte in eiusmodi mala incidamus. *auaras spes. illicitas & immodicas hominū cupiditates. exemplum graue. periculis plenum. præbet. ne maiora viribus audeamus postulare. Pegasus grauatus. grauatum ferens. equitem terrenum. mortalem. Bellerophontem. qui, cùm ausus esset cōcenio Pegaso ferri per aera, dicitur in terram decidisse. semper ut te digna. præbet exemplum, seu monet appetere tibi conuenientia, & te digna sperare. ultra. quam licet. putandum est nefas te admittere, si plus spes quam licet: ita poteris vitare Telephum qui tui disp̄ est. age iam meorum. exhortantis. O Phylli, tibi est disp̄: Telephus, & aliam amat: age, me dilige, qui tibi par sum. finis certe eris amoris mei, quia præter te diligam neminem, sed in te definet amor meus, non enim posthac. metaphora. ut illud, Ardet amas Dido. nullius alterius, si me ames, accendat amore. condicet modos. hortatur ab vtili, ad lyræ modos, ad dñctitam carmina suavi & amabili voce dicenda, decantanda, reddenda. nihil enim vtilius ad minuenda, amoris curas, quam suavi carmine recreare sensus omneis. vt, Solam enque mali à collo fistula pender. nam tunc voluptas admittitur cùm cura pellitur.*

C R V Q V I V S.

NECTENDIS apium corona. casus septimus, ad necendas coronas ex apio. de coronis inter pocula, ode t. libri huius. Non caret aculeo Horatium hic meminiſſe apij in tam celebri & læto cōuiuio, cùm nihil apud omneis qui de apio coronario, quale hic notatur, scriperunt, magis sit in cōfesso quam hoc apiu esse dicatu luctui, mortuis, sepulcris, & certaminib. lugubribus: cuiusmodi fuere Nemea. Quod autē scribit Cōmentator Alcæum corona ex apio gauisum fuisse, nō præter tem facit: quia ille nō nisi tristia, acerba & protemporemodum statuotica scribebat, vt suprà demonstrauimus. Præterea quod corona ex apio luctuosa sit, testatur Suidas: οὐλίς τεφανός, ἡρη, πιθημός ιστοῖς σίλιοις πιθητοις προσίνει. Quæ res etiā Timoleontis exercitui facit erat perspecta, vt scribit Plutarchus in Symposiacis. vt hic omittam Gr̄cos in luctu mimos adhibuisse, qui Nenias decantarent apio coronati, defunctisq. laudes recenseret carmine quod Ialemon vocant. In euulgaris olim annotationibus legi in epist. Cic. ad M. Cælium, vtrꝫ etatis virtus, velim ita sit, sed tamen togam præ-

xtam texi apio: puto te audiuisse, &c. ad hanc sententiam meam stabiliēdam; sed in posteriore editione sua Lambinus ex veteribus scriptis indicavit legendū Appio. quare Budæus quoque est emendandus, vbi in pandect. agit de apio. atque etiam apud veteres præter huiusmodi apium alia omnes herbae à latē conuiuio non aberant. At si quis hic contendat ex Plinij lib. 20. cap. 11. apiu nec ineptū quenam, acc infaue, sed gratu & cōuiuio congruit esse: quod is restatur huius ramos largis portionib. per iura menārū innatare: & in cōdimentis peculiarem habere gratiā: huic ego nō valde difficulter assenserò, si apiu illud Plinij nostrū, quo familiariter vtimur, Petrone in unū interpretetur: nam & in ea sententia est Gulieimus Pantinus medicus petitiss. & Mathiolus, & herbarū doctissimi quique. Verum si apiu illud dicat id c̄llē quod Dioscoridi quidem est Eleofelini, nobis autem Paludapī; omnino negauerō. hoc enim agrestē est, iniucundum, luctibus aptū, & morbo comitali excitando valde opportunū: idq. solū Coronariū à veteribus accepimus: quod testatur numismata Selinuntiorum, in quib. & Selinum expressum est, & Hypsa amnis: in cuius paludib. Selini huius magnā fuisse copiam omnino non ambigo, adeo vt credibile sit vrbē ipsam Selinum inde sibi nomē adinuenire. Ea autem Selinuntiorū numismata Gr̄ca paucos post annos, si vita illi superflue manear, euulganda, māhi exhibuit Hubertus Goltzius, vnicus ipse & magno suo merito suspicēdus antiquitatis thesaurus. Quin & pro mea sententia facit plurimū, cuiusopportune me monuit Guido Laurinus vir & eruditissimus & antiquitatis indagator admirabilis, Athenæū inter cōuiualeis herbas Selini nullā mentionem facere. Quæ cùm ita sint, facit Horatius, meo quidē iudicio, suo more: &, quasi aliud agens, vltionem Phyllidi parat: quod illa, ipso neglecto, Telephū amplectetur: iubens illam in mediis gaudiis tristē esse: nisi mutata sententia redat ad priores amores. quod vt illi persuadear, argumentis vtitur præsentissimis, à nouis amoribus Telephi, ab imparitate, à difficultate & periculis, à suo erga illā perpetuo affectu, &c. quæ omnia mirum in modū mouere solet animos amantiū. nam illa amorū intersē cōtentio solet mordere nō leuiter: qualis est illa in Eunicho Teretij, Actus tertij Scena 1. ad fin. est edere via magna. in Cōmentariis Acronis nomine editi, Apio hæc verba sunt adscripta: vel quia tardius deportatur qui prandet apio coronatus, vbi pro deportatur, legendū est demētatur: & pro prandet potat. verum à nullo qui herbas tractarū, hæc vis ebrietatis fugādæ attribuitur Apio, sed Ederæ, ait enim Isidorus lib. 17. cap. 9. de herbis Aromaticis suis cōmuniibus; Ederæ frigidæ tomæ

terre sunt indices secundū phisicos: nā antipharmacō ebrietatis est, si quis potās edera coronetur. Quare hēc īscitē cōfūla sunt ab eo qui Aeronem nobis perdidit. Ad Isidori sententiam conferit hoc Tryphonis medici dictū contra eos qui arbitrātur Edērā vino mistam cīere ebrietatem seu ebrietatis sp̄eciem commāducatis illius foliis, ut Plutarchus differit: quandoquidem, inquit, temulentiam esse iudicabit nemo eam noxā qua edera ipsa bibentes afficiat, sed animi perturbationem aq. deliriū: quale Hyoscyamū atq. alia nonnulla pr̄tare certum est. Qua de cauſa Ioānes Pieris in Thyrsō Hieroglyphico ebrietatis, non omnino candidē vius et verbis Macrobij ad suā opinionem stabiliendā: quando Thyrsus non tam temulentiae quām pacis cum hostib. ineundē, aut vinculi cuiusdam patientiae ad obligandos bellii imperiū, signum fuerit. nō enim mucro ad ederam, quasi Liber pater per obliquum feriret circumfūlē ederā la. itante mucrone, vt ait, sed ad mucronem Thyrsi qui edera lambente protegitur, vt habet Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 19. vt taceam verba illa non tam ad Bacchum letitiae datorem pertinere, quām ad eum quem cōsūlūs interpretatur, quod Martis etiam est proprium. *vindicta verbenis.* verba Commentatoris tāquam doctissimi interpretatio hic exoscular. non enim in annum meum facilē induxero, veteres in artis coronādā & facris diis offrendis vīlos elē alia herba nisi paſſim obvia ad imitationem antiquorū Romanorum, qui Verbenā, cōfūlē Plinio, habebant gramē ex arce cum sua terra euulsum, lib. 22. c. 2. vbi Verbenam & Sagmina idem significare docet; quibus legati & ad hosteis, & clarigatum, id est res raptas clarē repetitum, mit. ebātur. Quid & apud eundem lib. 15. cap. 1. legimus, Myrtæa Verbena Romanos Sabinolq. purgatos. Nūc ergo viderint herbarum studiosi, qua ratione Verbenam, hanc marem nominent, illam feminam. Hēc autē Verbenā, seu potius herbēna, ideo Hieroborane dicta est, quod ex arce Capitolij seu loco sacro esset euulsum, nō autem solum quod factis rebus conuenient; aliās multā herba etiam eo nomine censebantur. At si quis hīc Verbenam eam esse contendat quz Diōscoridi Verbenā sive Peristereot nominatur, illi nō multū certē repugnauerit. nam tricliniū, vt ait, aqua illius ad sp̄ersum excitat hilaritatem: atq. etiam quod vel suspēsa vel alligata in facis iustificationibus valere & efficax existimat, quōdq. circa hanc Magi p̄cipue insanirēt. hac perunctionis impeirare quz vellent, febreis abigere, amicitias conciliare, nulliq. non morbo medieriebant se posse. colliguntur autem circa canis exortum, sub Idus Iulias. Verū quod ea neq. ab omnibus neque vbiq. reperiatur, magis mihi pla-

cet prior expositiō, nō hīc cōmemorare morem maiorum in ūſitibus faciendū, tūm per adūtan laurū, tum per verbenam, ad eximēdān animo incusāl religionem aliquam; aī confi mandam suprā cōfīram opinionem: nimirū Horatiū hīc meminitile Verbenā, vt & Phyllidem consoletur, & ex eius animo demat iuctū propter amīlos Telephi amores, *trepidans fl̄uisse.* hic notato, flāmē rotantes, sordidū fūmu, tinguia Epiphēta singulis appellatiis naturā i quadam ratione cōnexa. *Veneris marina* findit *Aprilem.* hoc Epitheto *marina*, aīludit Hor. ad hoc nomen *Aphrīlis*: quod dñs *Tāp̄p̄s*, hoc est, spuma, dedu. itur: ex qua Venerem progenitam fabulantur p̄tētē, & crux genitalium Saturni in mare projectorum: vnde & Aphrīlis mēsis Veneri sacer, & ipsa *aφρīdīm*, nuncupata est: quod & agnoscit Neptunus apud Virgilium, *Fas omne est Cytherea meis te fidere regnis.* Vnde genus ducit, xc. At de huius nominis Aprilis origine & significatiōne, an à Venere *ἀφρί-* *λις*, an *Αρπī* is ab aperienda terra, lege Macrobij lib. Saturn. 1. cap. 12. *affluenteis ordinat annos.* verba Cōmentatoris hab. ntā i. quam faciem veri interpretis, sed obscuriora & certē mutila sunt: neq. ex illis facile quis deprehendat quid sit annos affluētis ordinare, nīl ex singulis diebus natalibus accipiam us annos singulos dictim ordinando: quid quibusq. anni & diebus & tēporibus cuique, viro potissimum publico, sit agēdūm: quod significare cupit Horat. nam hoc negotiosis hominibus est peculiare, vt à die natali secum ordinent & statuant alterius cuiusdam vitę initium, certo ordine rerum agendarum toto anno. Itaque verba Horatiū non tam sunt aſſeuant̄, (nemo namque vel craftinum sibi certō polliceri potest) quām optant̄. quasi velicet & multos annos affluere, hoc est accedere Mācēnati, & illos ordinat: i pro statu & trāquillitate Rēip. Non me latet, ordinari annos, hic ab aliquibus, nec id ineptē, accipi pro *numerare annos a die natali:* verū illa verba Cōmentatoris in hanc sententiam me pertraxerunt: adeō vt non parū absuerit quin affluētis annos interpretatus sim singulos illius anni dies, quādoquidē ordinare verbum aliud pr̄terea notet quām numerare, & nō alio spectet quām à die natali ad dies anni futuri ordinando. *Telephum quem tu.* Occupatio amarulēta quz facit ad indignationem & mārorē, cui cōuenit Apīū. Quid enim audirū granūs ipsi Phyllidi, quām Telephum adolescentem ab alia puella adamari, cāque & ditioni & fortis alterius? verū id consultō ab Horatio certum est dici, nimirū vt Telepho in odium addūcto, ipse Horatiū illa portatur solus, ab illa obseruetur. *ambitus Phaethon.* fabula Phaethontis in Eridanum ab Ioue

ab Ioue deiecti satis est cognita ex lib. 2. Metamorphoseōn Ouidij. Bellerophonem. Nam Bellerophon post interitum Chimere, auxilio Pegasi rebus secundis c'atus, conatus est alite (hac est, alato Pegaso) et os condescendere, vt quid rerū ageret Iuppiter, cognosceret; sed ille iratus immisit cestrum in Pegatum, quo nimirum fatigatus tandem deiecit seipsum suū Bellerophontem in campum Lycie, ubi illi postea fracti, mēbris & muti' o' debilitatōe, co' pote mi' erē errant, vnde prius ex ce-
rat Amazones, vt scribit Plurarch. de virtutib. mu-
lierum: & Chimarrum Lyciorum piratam intere-
merat. at' cura ab effectu. redditur enim corpus
exsiccum & languidum nimio amore: quem ani-
mi affectum vehem' intiorem cōsequi solet ingra-
tus quidā corporis color; qua ratione etiam apud
Hebdom in operibus censetur *λιπός μέδ. αὐτα.*

AD VIRGILIVM, CO- Ntinens veris descriptionem: quod tem- pus mortalibus est gratissimum.

O D E X I I . *τραγουετνι.*

I A M veris comites, qua mare temperant
Impellunt anima linteā Thracie:
Iam nec prata rident, nec fluij strepunt
Hiberna niue turgidi.

3 Nidum ponit, Ityn flebiliter gemens,
In felix avis, & Cecropia domus
Aeternum opprobrium, quod malè barbaras
Regum est vltalibidines.

Dicunt in tenero gramine, pinguium
20 Custodes ouium, carmina fistula.

Delectantque deum, cui pecus & nigri
Colles Arcadia placent.

Adduxere fistum tempora Virgilis:
Sed pressum Calibus ducere Liberum

25 Si gestus, juuenum nobilium cliens,
Nardo vina merebere.

Nardi parvus onyx elicit cadum,
Qui nunc Sulpiciis accubat horreis,
Spes donare nouas Lergus, amaraque
Curarum eluere efficax.

Ad qua si properas gaudia, cum tua
Velox merce veni. nō ego te meis
Immunem medior tinguere poculis,
Plena diues ut in domo.

Verū pone moras, & studium lucri:
Nigrorumq; memor, dum lucet, ignum
Misce stultitiam consilii breuem.
Dulce est desipere in loco.

C O M M E N T A T O R .

M E T R U M tetracolon, tribus versibus Asclepiadeum, & quarto Glyconicu. Monet Virgilium negotiatorē veris, quod tempus apē docet nauigationi qua mare temperant. moderātur, tranquillant, aq; ad nauigandum parant. impellunt anima-
venti. vltatum est poēris animas nominare fatus, allusione vocabuli Graci *άνευς*. vt, Quantū ignes animaq; va' ēt. *lintea*. vela. *Thracie*. Fauonij. vt hic sit ordo: anima Thracie, id est, Fauonij venti seu Zephyri, veris. mites qui mare temperant, im-
pellunt linteā. *iam nec prata rident*, dura sunt, aut niue hortida. eo enim ipso tempore & hiems claudi-
tur & veris amenta aperitur, quo Zephyri flare incipiunt. *hiberna niue turgidi*. pleni; quia hieme niue soluta solent flumina sedundant ingentem in decursu strepitum concitare. *Ityn flebiliter ge-
mens*, filium suum à se interfectum in odium Te-
rei patris. *flebiliter*. quasi lacrymabunda. *infelix
avis*. Progn: Terei vxor in hirudinem veria. *Ca-
cropya domus*. Cecrops Dux Atheniensium fuit.
regum est vltalibidines. Progne, cuius soror Philo-
melā, fuit ex Pandione Duce Athenensi. per Pro-
gnes hirundinem intelligimus, quæ eo tempore
apparet. Nota est fabula, quod pro stupro sororis
Philomelæ ad vindictam Ityn Terei filiū Progne
occiderit. vnde Tereus comperto facinore, dum
ambas insequuntur, ipse in vppā mutatus dicitur,
illā vero, altera in hirundinem versa est, altera in
lūciniā. *eternum opprobrium*. perpetuum malū,
ignominiam, infamiam nullo tempore delebilē,
nempe stuprum. *malè vltā*. paricidio: minus enim
malum grauiori vindicavit, incestum paricidio
communis filij. *barbaras*. hominis barbari mariti
sui. *libidines*. turpeis & illicitos amores in Philo-
melā. *dicunt in tenero*. iam recēs enato. vt, Cū
ros in tenera pecori gratissimus herba. *dicunt car-
mina fistula*. modulantur. *delectantq. deum*. Pana,
à quo & fistula, & *vērādīpōs* inuentu celebratur,
contentio illa de canendi gloria inter pastores. vt,
Pan primus calamos cera cōjungere plureis insti-
tuit. *cui pecus*. Periphrafis Panos. vt, Pan curat o-
ueis. nigri colleis. silvestres, obscuri, amenci, frōdosī
nemous. *Arcadia*. vt, Pan deus Arcadiæ. *sed pref-
sum Calibus*. si cupis apud me bibere vinū Calenū.
ducere. spiritu attrahere, vel simplex pro cōposito.
educere poculis, id est, bibere. *si gestus*. gestire est
toto corpore lātitiam ostēdere; ed hic pro cupere
& valde desiderare ponitur *imunē nobilium cliens*.

Nero-

Neronum, Claudi & Drusi, Augusti priuignorū. nardo vina merebere. permutatione nardi vinum accipies. nam se vinum Calenum prolatū promittit, si vnguentum nardinum accipiat. Nardi parua onyx. Onyx, aut mensura est vnguenti, aut certè ampulla marmorea, quam Graeci dicunt Onychē. Onyx enim marmoris genus est, ex quo ad vnguentā odorata parua siebat vasa: de quo Lucanus ad ostentationē luxus Cleopatra, Totaque effusus in aula calcabatur onyx. *Sulpicis accusat horreis.* Sulpicis Galba horrea Roma habuit, à quo dicta sunt horrea Sulpicia, vbi oleū condī cōsueverat. *accusat horreis.* cōtinentis pro contento. *spes donare.* notandum est spes dictum pluraliter, v. *Spes pacis inanes.* nā qui vino incalecīt optimo, eōq. multo, quod per Cadū significat, omnia spe- rat optima, diutias, opes, honores. *largus donare.* para Cadus, figura Graeca. amaraq. curarum. amaras curas. eluere. expellere. quod vino est pro- priū per hilaritatem. efficax. sua largitate potens. *gaudia.* spes nouas, vina Calena. merce. Onychē nardi. non ego te meis. occupatio. immunem. sine munere. singuere. madefacere. poculis. vino. plena dīnes. non cogito tibi vinū propinare sine munere, vt diuites faciunt. *pone.* d. pone, rumpe. moras. co- gitationē acquirendi, quæ te remoratur à voi upra- te viræ præsentis. *& studium.* cupiditatem. lucri. quod mercatoribus est op̄abile. *memor igniū ni- grorum* togī & mortis. *nigrorum.* lugubrium: ab effectu epitheti. *ignium.* quibus cadaveria cremā- tur. *dum licet.* per mortem. dum viuis. misce ful- sitiam. coniuge negotiis volupatē, milice cum laboribus lætitiam. *confiliis.* negotiis, laboribus. breuem. propter temporis eternitatem. *dulce est.* iu- cundum est aliquando à leueritate remittere ani- mum. loco. opportunè.

C R V Q Y I V S.

TH R A C I A. Mira significatio hiemis iam præcipitis, & veris adolescentis. cōmiseretur eam vēti duo, Aquilo & Fauonius, aut (si mauis) Zephyrus, tanquam de principatu aëris contendētes, quorū alter hibernus est & horridus, minus ta- men validus adolescentē vere: alter autē vernus & placidus, cuius hic comes dicitur. hi tamē ambo Thracij sunt vel Homero teste Iliad. primo in ini- tio, βαρύντες ζεφυρούς δημιουργάντες. vbi inter- pretes neglecta Geographia ratione sententiā variant. Quis enim nescit, modò vel prima Geogra- phia elementa cognoverit, aliis alium esse orbis sitū & aspectū? adeò ut ventus Thracius his quidē sit Boreas, aliis autē Zephyrus. ita Thracia eti⁹ no- bis Borealis sit, illis tamen Zephyros ostendit, qui- bus ad Thasum, Lemnum, Imbriū, atque ad Iudia-

est nauigatio. Quō cūm non ignoraret Horatius Virgilium parare iter, tempus describit ei rei op- portunū, obtinens antiquum. quis enim nō videt eum taxare Virgilij auaritiā, qui postremos huius odes versus ad viuum refescere volet? vt quem vel extremos ad Indos inuitat lucri bonus odor, nulla vel periculorum vel nauigationis habita ratione. hic locus varie discerpitur ab aliis: at inter ceteros qui ad Eteis hæc verba transfert, nugas obtrudit. nam illi sunt æstatis adulteræ comites. Non parvam lucem huic loco Horatii adserunt scripta Pantini. Venti nonnulli, inquit, sicut & tempestates pler- que, statim temporibus & nasci & existere, define- rēq. solent: vt Fauonij seu Zephyri sub nonas aut certè quartum Idus Februarij, cum iam terra vio- las purpureas, veris aduentantis nuncias, profundi- dere incipit. Et Eteis seu Aquilones, vt refert Pli- nius lib. secundi cap. quadragesimo septimo, & lib. decimi octauī cap. trigesimoquarto, inter quos & Eutum æquali intercallo Cœcias suas nubes cogit trahiq. Oriuntur autē & spiræ incipiunt octo prop̄ dies ante Canis extortum, qui sub Iulias Idus Heliaeō o: tu emergere incipit, eōq. temporis spa- tio Prodromi & Canis antecustoris nuncupantur, durantq. post eiusdem quem diximus o: tum dies plus minus quadriginta duos: vt in vniuersum spirent quinquaginta: nec id quidem assidue con- tinuoq. neq. enī manē, neq. de nocte, sed à ter- tia die hora exurgere & spirare totum diē solent, non quidē constanter id, & in omnibus locis ac ro- gionibus perpetuō, sed quibus locis annus sibi pro- prias constitutāq. temporū & rationes & viciūdines obseruat. *infelix aui.* Comment. hic securus est communē opinionem: sed in manuscripto co- dice Bland. veruissimo ex characterum frustulis compcri Progen quidē in lusciniā, Philomelā vero in hirundinem transformatā, eamq. hic dici infelicem auem, tum propter stuprum & linguam abscessam, tum quod luo cōsilio & opera Itys esset interfectus. nec caret ea res probabili coniectura, quod & Progne lingua haberet, quæ ad varios ca- nendi modulos prout est necessaria: & quod ge- mete illius esset potius, quæ neque verbis posset exprimere dolorem, neq. sui vindicādi nosset vllā rationem: quod Philomelæ acciderat, cui & lin- guam præcederat Tereus, & in carcere prius inge- muerat quād suā forori id factum nuntiarer. Huc accedit illud Gorgiæ de hirundine apud Aristote- lem tertio Rheticorū: ἀτοχέον γά το φιλομελα ὄρ- νιθι μηδεὶς οὐδείς έποιει, παρόντα δὲ ατοχέον. Cui concinit illud Virgilij in Sileno: aut ut muta- tos Tereci narrauerit artus, quas illi Philomela da- pes, quæ dona paravit: quod ipsa Ityn interfecisset, patriq. epulaudū apposuisset. *Et Cecropia domus*

eternum opprobrium. non fuerunt hæc sorores ex familia Cecropis, nisi ea ratione qua reges Athenæntes à Cecro primo rege sortiti nomen, dicti sunt Cecropide: quemadmodum Parthorū reges ab Ariace cognominati sunt Arsaces; Aegyptij reges, Pharaones &c. Atqui fuere Pandionis regis Athenienis filii; quatuor altera Tereo Thracū regi in uxorem à patre data est, quod is suis est auxilio in profligando rege Ponei Athenas obdidente. Philostrata autem apud patrem Athenis mansit: quā aliquando Tereus precibus uxoris accersit, atque iō itinare constitutat lingua primitauit, ne vim sibi illatum sororiconquereretur. At illa post longam custodiā tandem in tenuissima tela omnem rem acu depinxit. Sororis itaq. vindicanda Orgijs ipsiis Progne occasionem naēta, sororem liberat, cum qua communicato consilio Irys filius occisus est, patriq. Tereo edendus appollitus, qui cum saepius Irym adesse iussisset, tandem pueri caput sanguinolentum in cænam delatum est: quo conspecto, primus in stuprum pater. Postea stricto gladio utramque sororem cum Dulia nurrice insecurus est. At miseratione deorū Progne in Lusciniam, Philomela in Hirundinem, Daulia nutrix in Palumbem versā est: Ipse verò Tereus in Vulturam, qui adhuc puerum Irym queritans continuò in siluis canit sū, sū sū. Irys autem in Phasianum mutatus fuitur, plumis picturatis in morem regij pueri, qui variorum ornamenti colorum gestate solitus fuerat, adduxere scitum tempora. tempora, inquit Acrō ille vulgaris, pro aestate posuit, quasi, ētā μαρτυρεγέγοντείνδι, non meminisset Horatium hic de Vere agere: quod etiam non animaduertens Landinus, animas Thracias interpretatur ventos Eteios. non enim vult Lyricus tempora adduxisse scitum, hoc est, bibendi & conuiandi cupidinē propter calorem, aut aëris aestu ariditatē inque: sed quod Veris amoenitas, & aëris temperies suaderet scitum, inuitatēnq. ad voluptatem adolescentem namque Vere omnia quæcumque alioquin vitę munere funguntur, neuam quandā faciem inserviunt, iam horrore hiemis, & terpi squallore fugato. vt ait Poeta, Vere tument terre & genitalia semina polcent. Huic Ode concinit illa lib primi quarta, tanquam huius interpretatio: Soluitur acris hiems grata vice Veris & Fauoni &c. sed pressum Calibus. Cales deducta colonia est post quadringentos annos quam Galli vībē ceperant, auctore Paterculo. vnde Calenum vrbs olim in primis exiit, adiuncta & ipsa Castilino, inquit Strabo: sed nunc urbis ne vestigium quidem apparet: hinc viñū Calenū, cuius meminit Athenæus lib. primo, ē καληνδας καπός, sū φαλινας τισμαχάρεγος. Nardi parvus Onyx. hæc verba oculi iocum non iufactum, quæ scrip-

notent Virgilium nescio cuius tenacitatis, quod ipse vix paruadonet ut magna accipiat, quæ commendantur a bonitate, à loco, ab effectu, ut quæ latuissimæ spéque nouas conciident & curasabigant. Onyx à Plinio lib. trigesimi texti cap. septimo, in Arabiae montibus, nec viquam alibi nasci scribitur ex veterum sententia. Sed in Germania, inquit (vbi legendum est, Germania) primum potioris vasis inde factis, deinde pedibus lectorum sellisque Cornelius Nepos tradit magno fuisse miraculo &c. Postea cap. octauo Onychen scribit etiam alabastren nominarum, quem cauant ad vasā vnguentaria, quoniam optimè conservare incorrupta dicitur. In hanc sententiam habet Isidorus lib. decimosexti cap. quinto, de maranoribus: Alabastrites, inquit, candidus, intermixtus variis coloribus: ex quo Euangelici illius vnguenti vasculum fuit. cauant enim hunc ad vasā vnguentaria &c. Nascitur circa Thebas Aegyptias & Damascum Syriæ certis candidior, probatissimus in India. Hinc ex vñ eius marmoris, quæ & Gemma dicitur, Onyx. pro vase accipi coepit. Martialis lib. septimo, Vnguentum fuerat quod Onyx modò parua gerebat. & lib. decimo, Parvus Onyx vna per netur cedula mensa. Proprietus: Et Crocino nareis murtheus vngat Onyx. Polluci nūcupatur οὐρανίος, & Suidæ οὐρανίτης. Huius etiam meminit Dioscorides lib. secundo, quem vocant herbarum vnguentodorastrum. atqui opinor eum ad hunc locum non pertinere. Quia & Athenæus lib. vñdecimo cuiusdam Onychis mentionem facit. ὄνυξ. τάπειδος in Atticis λίκεσ τὸ ζύγλια ποτέραιος απεσθίωσι παρατινάξιος &c. quam lectionem si admittamus, non dubitarim afferere id lignum, vnde tale poculum sicbat, habuisse colorēm vnguis humani, nō minus quam id marmor & alia quæ illo nomine censemur. parvus Onyx. hic locus olet iocum non infacetum, ac huiusmodi tamen qui serio notet Virgilium sordide cupiditatis, tum quod ipse vix paruadonet ut magna accipiat, nimisrum pro paruo onychē cadum vñi; tum a prelio optimi, tum à loco, Caleni; tū ab effectu, quod hilaritatem & specie nouas conciliat, curasq. abigat. horrexit. hæc Plinio dicuntur Apothecæ, ut apothecæ vinariae lib. decimi quarti, cap. decimo quarto, reposto: iū, cellæ: alia autem sunt στυλέλαι. onychē: vnde faciēt conicias hunc Virgilium negotiatorem fuisse. immunem. sine munere: non nunquā enim gratis conuiuia excipi solent: cuiusmodi olim conuiuia εἰλατίαι cum magno apparatus & splendore dicebantur, ad imitationem τῶν θεῶν, quæ siebant in honorem Deorum: quod nemini conuiuarum aliiquid conferre erat integrum, ut habet Athenæus lib. 2. Στυλέλαι δὲ φανταστικά εἶναι εἰλατίαι, οὐτε ξύλα, οὐτε ξύλα πάθεια.

incessu & motu, quæ reliqui sunt corporis. *que spīrabat amor.* quæ ita pulchra erat ut amores exhalaret, emitteret. *qua me surpuerat.* Syncope, pro subripuerat: alienum à mente fecerat, seu amorem. *felix post Cynaram.* non postponit Cynaram huic, sed post illius pulchritudinem huius faciem dicit eniūsse, aliquo minus amatam, itaque post aut ad qualitatem pertinet, hoc est formā, hoc modo. Tu, o Lyce, pulchritudine es secunda à Cynara, aut ad tempus, hoc est, tu post illam vita defunctā ad amandum es elegantior. *artium gratarum facies.* artium gratarum facies illa dicitur, quæ oculis, nutu superciliorum, ceteris volubilitate, capitis gratia, torius denique corporis motu placet. *sed Cynara breuis.* deploratio mortis, quod ætate nondum matura perierit. *seruatura diu parē.* Imprecatio annosatis, ut fædior Lyce fiat, & contemptior, hoc est, fataliter facient annosatis cornici similem. *possent ut iuuenes.* hoc est, quæ lumine ac gratia vultus tui facis initar, incendiisti adolescentes, & consumisti feruidos; ita nunc annositate fax tua cadax in cineres, iuuenibus huius ætatis facta rifiui, nam ita iam perdidisti pulchritudinem, sicut fax consumta definit in cinere: ita mutata est pulchritudo in deformitatem.

C R V Q I V S.

AND I V E R E, Lyce, nempe quod hæc tua omnime ter lassatur: nempe quod tanto ab omnibus iam magis haberi odio incipiat, quanto antea fuerat amabilior: quod indicat ipsa repetitio, quæ multū facit ad exaggerationem. *his annis.* his annos: ob annos multitudinem: aut his delira, seu sine misere, auro rōvōe, & priuatissima particula a, ut ait Festus. *importunus.* importunum, ait Festus, in quo nullū est auxilium: verū importunus etiam inquietus amor dicitur, ut est apud Virgilium, Bellum importunum ciues cum gente deorū. *luridi.* luridi, supra modum pallidi, teste Festo. *nec cari lapides.* hanc letionem cur non mutarim, fecit codex antiquissimus, & interpretatio annorat, scilicet pretiosissimus: sed duo alij cod. habent clari.

A D A V G V S T V M: P A T R E S
& populum esse sollicitos de honoribus illi decernendis.

O D E X I V I I.

εγκαριαστη.
Quæ cura patrum, quæve Quiritiu[m]
Plenū honorum muneribus tuos,

Auguste, virtutes in eum
Per ritulos, memorésque fastos
Aeternus? ô qua sol habu[er] abilem
Illustrer oras, maxime principum,
Quem legis expertes Latinae
Vindelicis didicere nuper,
Quid Marte posses. milite nam tuo
Drusus Genaunos, implacidum genu,
Breunōsque velocis, & arcess
Alpibus impositas tremendus,
Diecit acer plus vice simplici.

Maior Neronum mox graue prælimus
Commisit: in manuq[ue] Rhatos
Auspicijs pepulit secundis
Spectandus in certamine Martis.
Deuota morti pectora libere
Quanti satigare ruinis:
Indomitas propè qualis vandas

Exceret Auster Pleiadem choro.
Scindente nubeis: impiger hostium
Vexare turmas: & frenementem
Mittere equum medios per igneis;
Sic tauriformis volvitur Aufidus,
Qui regna Dauni prefluit Apuli,
Cum sauit, horrendaque cultus
Diluvium meditatur agris:

Vt Barbarorum Claudio agmina.
Ferrata vasto diruit imperu:
Primosque & extremos metendo-
Strauit humum sine clade victor.
Te copias, te consilium, & tuos
Prabente diuos. nam tibi, quo die
Portus Alexandra supplex,
Et vacuam patefecit aulam,
Fortunalustro prospera tertio
Belli secundos reddidit exitus:
Laudemque, & optatum peractis.

Imperius decus arrogauit.
Te Cantaber non ante domabile,
Medusque, & Indus, te profugus Scythes.
Miratur, ô turela præsens,
Italie, dominaq[ue] Roma:
Te fontium qui celas originem.
Nilusque, & Ister, & rapidus Tigris.

Te

Te bellus, qui remoris
Obstrepit Oceanus, Britannus,
Te non paenit funera Gallus,
50 Duraq[ue] tellus audet Iberia:
Te eadem gaudentes Sicambri,
Compositu[m] venerantur armu[m].

COMMENTATOR.

M E T R U M tetracolon, duobus versibus Al-
e[cto]r[um], rectio iambicum dimerum hypercatale-
ton, quarto Pindaricum. Negat vlo Senatus po-
puli[que] Romani obsequio poile pro meritis dig-
nos honorestribui virtutibus Cæsar[is], vt æterni-
tati consecretur. que cura patrum. quantu[m] studiu[m],
vt dignè te laudibus, & magnis honoribus prose-
quantur o Auguste; vt, Quibus cælo te laudibus
sequimur. plenius honorum. maximis. Periphralis su-
perlatiu[m], pro plenissimi, honorificentissimi.
per
titulos. indices virtutis tuæ memoris, fastos. an-
naleis, in quibus memoria annorum & temporum cō-
tinetur, ad commemorationem honorum, rerum
gestarum, & actorum publicorum. æternas. æternas
faciat & laudibus consecret o qua sol habitabilis.
propter terræ plágas inhabitabileis. dñi tñz ζώνη^z
diu[n]g[ue]p[er]l[us], η διάτα[re]γραφ[us]v[er]p[er]as. ordo eit, o
maxime principu[m] qui terram incolunt, qua parte
sol illustrat osas mundi habitabilcis. legi expertes.
Locinae. nō subiacentes Ital[is]; vel ciuitatis & hu-
manitatis expertes & ignari. Videlici. g[ener]is est Cis-
alpina. quid Marte posse. quantum postes in bello.
adscribit Augusto victoriam Drusi de Videlicis.
Genauos implacidam genit. Gallie Cisalpina g[ener]em
implacidam, implacabilem. milite. nam tuo.
causa cur adscribit Augusto victoriam: à suo mi-
litie. Breknosque. gens Gallie Cisalpina. plus vice
simplici. quia plureis hostium prostrauerat quam
perdiderat. Drusus enim Iesus pacari non poterat,
nisi dupl[icem] inferret iniuriam. arceis. Rhætoru[m]
torreis: ab arcendis hostibus. impostras. exstructas.
Alpibus tremendis. metuendis, propter altitudinem:
quia omne quod altum est, quasi tremore quodā
minatur ruinā: aut propter hostium feritatem. de-
scit. diruit, deturbavit. mox. vt recipit exercitum,
post deictos Brennos & Genauos. immaneisque
fortes, seuos. spectandus in certamine. habet hæc
vox in se admirationem, quo p[ro]actio ipse Claud. Ti-
berius pectora aduersariu[m] morti destinata, spe-
&atu[m] digno[m] magnis fatigaret ruinis: quod ad sum-
mam eius laude pertinet. deuota morti. destinata,
nō timentia mortem. pectora. hostium. libera. li-
bertatis amore. ruinis. cladibus. indomitus prop[ri]a[te].
Comparatio viri fortis cum vnda furentis
tempestatibus; vi hæc sit sententia: talis fuit Nero in-

prosternendis hostibus, qualis est Auster in turbâ-
dis vndis, orto sidere Vergiliarum. indomitus. fu-
renteis. prop[ri]a[te] prop[ri]o modum. Pleiadum choro orto,
orientibus Vergiliis. Pleiadum: quæ & Vergiliæ di-
cta sunt. haru[m] tempestuosus & occasus est & ortus.
scindens nubeis. vento tempestuoso faciente plu-
uiam impiger. Ellipsis, Talis; nam talis fuit Tiberius
impiger vexare. i.ad vexandum, hostiū turmas,
qualis cōluevit esse ventus ad cōcitandā tempesta-
tem & vndas: mittere equum. irrumpendo hostiū
cu[bi]os. medios per ignem. per medium pugnat fer-
uorē, per mediū ardorē belli: nam pro asperrimis
concratisimisque periculis ignem posuit. Sic cau-
riformia. vna est pars orationis composita. Nobiles
autē fluuij cornigeri pinguntur, quod ex imetu
aqua[r]u[m] in angustiis decurrentiū obscurus quidam
sonitus, quasi boum emugitus, exaudiatur. vt, Cor-
niger Hesperidū fluui[us] regnator aquarū. Hinc crux
temporaiorū perhibetur coronata arundinib[us],
quoniā ripæ fluminū illarū silua decorantur: qua-
etiam ventis agitata obscurè sonat. vt Poëta, & tene-
ra prætexit arundine ripas. vel alio modo quod di-
uerso aquarū fluxu, quasi cornibus, terrā proscindant.
Aifida. Apulia fluvius. dilatatim. horrendus.
aqua[r]u[m] imperu[m] cum euerzione agrorum. vt, Saxi de
vertice torres sternit agros. Claudio. Tiberius Ne-
tro. ferrata. ferro munita. primòque & extremitat[em]
totā aciem. metendo. cedendo. vt, Proxima quæque
metit gladio. strasit humum. impletum humo, ob-
texit humum. sine clade. sine danno suoru[m] militu[m].
te copias, te confilium. Apostrophe ad Augustum,
cuius auspiciis Tiberium dicit & hostis fudit, &
felicitatem cōsecutu[m] victoriāmq[ue] de Rhætis Vin-
delicis redundare in Augustu[m]. tuos diuos. qui tribu-
fauent. nam tibi quo die. ætiologia ab euentu quo-
dam fatali: quod post annos quindecim quam ce-
perat Augustus Alexandram, eodē die Tiberius
superauit Videlicos: qui locus victoriae Tiberij
torus Augusto fertur acceptus, ab ipius potentia,
prudentia, felicitate in rebus gerendis. & à fauore
numinis: quo factu[m] esse videtur, vt Actiaco bello.
ab Augusto impia Pompeij cædes vta sit. & Vin-
delici in eius potestate redacti. vacuam: sine ho-
ste, sine domino, sine honore pudicuiae. aulam. do-
mum regiam. deuicta Cleopatra Ægyptioru[m] regi-
na. reddidit. attribuit, adauxit. peractu[m] imperiu[m]. fi-
nit[us], subacto orbe. optatum decus. immortalitatē.
ex consecratione, quam meritus fuit Augustus, di-
uinis honoribus sibi ob virtutem decretis. vt in E-
pistolis. Præsent[er] tibi maturos largimur honores
iurandumq[ue]. tuu[m] per nomē ponimus aras. nō n[on] d[omi]na.
semper indomitus, nec prius subditus Ro-
mano populo quam vixus à Cæsare. profugus Scy-
thes. quia nūmquā eisdem sedibus vivit. o tutela-
b[us] p[ro]fessis.

prafens. ô tu Cæsar Auguste, qui tutaris nomen & imperiū Romanū. *prafens.* propitius & potens. vt, Et vos agrestum praefectio numina Fauni &c. *qui celas.* quia origo Nili nescitur. vt, Et gens si qua faciet nascenti conficia Nilo. *Ister.* Danubius, in Gallia ortum habens. *rapidus Tigris.* velox. horū fluminū cōmemoracione designat gēteis illis vicinas. *te bullus/s.* bellus marinis abundās. *renatus.* longē separatis. Britāni enim interfuso Oceano à terris omnibus separantur. vt, Et penitus toto diuisos orbe Britannos. *non parentus* non timentis morte, aut propter ingenitā ferociā, aut quod sibi persuaderent lese. aliquando reuicturos. vt Lucanus. *Animaq.* capaces mortis. *duraz.* aborios audit colit, obtēperat. *cetera gaudentes.* bella optates affidit. vt, aut impacatos à tergo horrebus Iberos. *cōpositis.* depositis & collectis; pacatis moribus & feritate deposita.

C R V Q V I V S.

QUAE cura *Patrum.* Quandoquidem Horatio pro competito erat, Augusto pro meritis munera digna à Patribus populō. Romano deferri nō posse, in cuius honorē hæc. Qde deçantata est; hoc saltem oportet, vt illi dona solitis maiora decer-mantur & honorificentiora, ipsi iā vīctōri de Rhætia Vindelicis ac triumphanti. Solita autem præmia erant, aurū coronariū ex vīctis bello gentib⁹, quod Imperatori nisi per triumphū recepto, dari nō decebat. præterea locū in Circo ad spectandum cum laurea & sella curuli inter viros triumphalis & Consularis dari solitu⁹ erat triumphanti & suis posteris. statuam autē in foro equestrem ampliore sumtu, cūdecretis & honorū titulus in Palatio, in Capitoli⁹ aut in cella Iouis (qui maximus honor) Senatū populūmq. triumphū agenti Augusto tribuere æquus est iudicat. *Patrum.* ob honorem dicti Patres, quorū filij Patricij: ijdē & Se-uatores nominantur, propter seniū. nam ex seniōrib⁹ centum elegit Romulus, quorū consilio, omnia gereret. *Fastos.* fastorū libri, inquit Festus, in quibus totius anni fit descriptio. *qua sol habitabili⁹.* exclamatio parænetica, continens per enumerationem res ferē omneis ab Augusto, & illius auctoritate gestas, hic ego lectionē Græcā in Commentatore restitui quo ad eius fieri potuit ex characteribus Latinis, aut potius Gothicis, adeo numeris erat similes: quibus sententia de Zona adusta, & duabus extremitatibus frigidis inhabitabilibus, signata erat. Cōmentaria vulgata præter hanc vnicam dictionē *græcissimā,* nihil habet: vnde cōiectura facilis est quantum nobis perierit per saecula barbara. *legis experti.* i. ciuitatis, & humanitatis: nā Liuio teste, versantes in asperis illis montibus, & regione squallida atq. inculta, tēporis successu facti sunt & ipsi efferti & inculti. *Vindelicis.* hoc no-

men iam obsoleuit, præter-vnicā ciuitatē Augustā Vindelicā, cuius vnius fit mentio in libro de præfect. Romanis in Rhætia secunda. *Genavos.* sic scriptū inueni in trib. codicibus Bland. sine villa litura aut macula, quos vix dubito esse *Velaunos;* paucis immutatis litteris in Rhætia secunda, quos delineat Plinius li. 3. ca. 20. & Ptolemæus in Rhætia Vindelica, Gallos Cisalpinos, vñā cū Breunis & Naunibus seu Naunis (inflexionē enim in barbaris nominibus cōperimus in scriptoribus non ita curiosē obseruatā.) In Annotationibus vnius cod. vidi *Cenavos;* vicinitate certē litterarū G & C. vnde coniceret apud Strabonē legendū esse *xeravos,* pro *travaros,* & *spīavos* pro *spīavos.* nolim tamē incipiari esse Brencos aut Bregcos seu Breucos; verū dixerim illos nō esse Vindelicos, sed potius Dalmatas, auctoritate Pliniij. Si quis velit hīc Rhætiae additā esse Dalmaticā victoriā, per me quidē licet, sed nō video hoc significare. Horatiū: & nimis temerariū arbitror, vnius vocis, fortasse nō suo loco positæ gratia, præter rem quidquam sentire & dicere. *Brenos.* sic scribitur in tribus codicibus Bland. quos lecitus sum, quia hoc nō mē & Ptolemaeo cognitū est in Rhætia Vindelica sive secunda, vñ distinxit ille qui de præfecturis Romanis librū edidit: & Paulus Diaconus Aquileiensis li. 2. capite vndēcimo historiæ Longobardicæ, & Plinius lib. tertij cap. vigesimo, cum *Velaunis*, nō procul ab his dissiliis L. Florus lib. 4. ca. 12. habet Brenos. *acer plus vice.* nō vna pugna, aut uno congresu. hoc enim maioribus erat. *vice,* à vi deductu⁹; sed mul-tifariam deiecit, hoc est sedibus pepulit, multis. vribium & castellorum, vt habet Vellejus, oppugnationibus: non quod omnino deuicerit, sed coēr-cuerit, vt memoria proditum reliquit Suetonius in Augusto. Quod autem habet Vellejus perdonatos fuisse, opinor hoc magis ad gratiam, quam pro fide historiæ scriptū esse: vbi ego Suetoniu⁹ pluris fecerim. *maior Neronum.* Claud. Tiberius Nero: nam cūm difficultus pugnaret Drusus, illi ab Augusto in auxiliū submissus est Tiberius ad con-ficiendum bellum: qui mox graue prælium com-misit, i. nmaneisq. Rhætos aut piciis pepulit secundis. In ep̄ta legio est in Acrone vulgato, vbi Drusus est maior Neronū, contra fidem historiæ. nā Drusum enixa est Liuia intra Cæsaris Penates, auctore Velleio: Tiberiū autē secum attulit. Itaq. aut propter fratrem Drusum vulneratū mislus est Tiberius, aut certē post mortem Drusi, Tiberius Rhætos ag-gressus mox stravit, & in prouincię formā redigit. habet autē Eusebius in Chronicis, quod Olympiade 193. Tiberius de Rhætis Vindelicis, Armenijs, Pannonijs triumpharit. *prefuit.* sic Qde ter-tia huius lib. *prefuerunt.* in tribus cod. Bland, quos securus

fectus sum contra vulgarelectionē: propter Pliniū qui li. sc̄tij ca. vndeclimo habet, Autidū ex Hirpinis montibus Canusū præfensi; quod opidū est in Apulia Daunia, secundū descriptionem Ptolemaī: nec arbitror hanc electionē nō acceptā fore ijs qui & Italie à Plinio secundū regiones distinctionē, & Ptolemaī sextā tabula ordinē sunt amplexuri. *meditatur*. tres codices habent *mēditatur*: sed quia annotatione scripta habet *meditatur*, nolui ab ea discedere, quod existimū illā esse veri interpretis, etiam si hæc verba ab incepto adiecta sint, melius dixisset *facit quām meditatur*; quia letio est in vulgatis codicibus Porphyrionis. nam *ribi quo die annorū numerus à Cōmentatore notatus, aperte scribitur ab Eusebio in Chronicis; ait enim decimo quarto regni Augusti Cleopatra & Antonius semet intermixtū: & Aegyptus sit Romanā Proviacia, postea, 29: inquit, Tiberius Vindelicos & eos qui Thraciarum cœnfines erant Romanas Proviacias facit: qui anni intermedij sunt 15. numero, qui calat origi.* Quamuis nonnulli Cosmographi in suis delineationibus ostendere laborent Nilum habere originem ex montibus Lū: nō arbitror tamē illud alicui certò constare. nā vt præterea Hérodoti hac de re opinionē, id ipsum certissimis argumentis asserit Iohannes Leo in sua Africa ipse Africanus lib. 9. nondū esse inueniū Nili fontem, ne ab ipsis quidē Aethiopibus, qui mercati exercent cum ipsis Ducib⁹, quæ ciuitas est Africæ. *Ister*. Danubius est; sed suū nomē mutat: in ortu quidem Danubius, pōst autē Ister ubi Illyticum alluit, iterum Danubius in Euxinum se exonerans dicitur. Strabo lib. 4. Istri fontes, inquit, iuxta Sueos & Hérinciam siluam sunt. Beatus Rhenanus in sua Germania, Ab origine Nicri & arce Lupondo nō ita procū abest ortus Danubij. Qui verò omnia quæ ad hunc fluuiū pertinent cognoscere velit, legat Commentaria in C. Iulii Solinum de Danubio. *rapidus Tigris*. velox in decursu, adeò vt faxa ingentia aliquando secū rapiat, ex Armeniæ montibus decidens; aur ex Tauro, inter Armeniā & Mēsopotamiam; vt habet Strabo, à celeritate nomen adeptus; nam Medi sagittam vocant Tigrin.

AD DIVVM AVGVSTVM.

ODE XV. ἵγκανιασκε.

PHOEBUS volentem prælia me loqui;

Victas & vrbeis, increpuit lyra,

Ne para a Tyrrhenum per aquor.

Vela dareni, tua Cæsar etas

55 Eruges & agri restulit vberos,

Et signa nostro restituit Ious,
Derepta Parthorum superbi
Postibus, & vacuum duellus
Ianum Quirini clausi: & ordinem.
Rectum euagani, frena licentia:
Iniecit, emouitque culpas:
Et veteres reuocauit arteis:
Per quas Latinum nomen, & Itala
Crenere vires: famaque, & imperi:
Porrecta maiestas ad ortum
Solis ab Hesperio cubili.
Custode rerum Cæsare non furor:
Civilis, aut vis eximes ocium:
Non ira, que procudit enēs,
Et miseras intinacit vrbeis.
Nōn, qui profundum Danubium bibunt,
Edicta rumpent Iuli: non Geta,
Nōn Seres, insidiue Persæ,
Non Tanaim prope flumen orti:
Nōsque & profestis lucibus & sacris
Inter iocosi munera Liberi
Cum prole matronissque nostrū,
Rite deos prius apprecati,
Virtute functos more patrum dices,
Lydi remisit carmine tibi,
Troiamq; & Anchisen, & alma
Progeniem Veneris canemus.

C O M M E N T A T O R .

M' T R V M idem cum præcedenti; continēs laudes Cæsaris. *Phæbus*. increpuit me volentem loquillyra, hoc est, carmine lyrico describere prælia & victas vrbeis ab Augusto, & illius Ducibus, hoc est res gestas Regumq. Ducumq. & tristia bella: quandoquidē huiusmodi rei grauitas non tam in lyrico, sed magno operi conuenit: ad lyram autē decantantur cōmilia, amores, & prælia virginū. vt, cūn canerem reges & prælia, Cynthius autem vellit, & admonuit, pastorem Tityre pingues pascere oportet oueis. *increpuit*. obiurgavit & monuit. ne parua. allegoricōs. ne grauem materiam & sublimem humili carmini committerem: hoc est, ne darem parua vela, id est, ne crederem leibus verisculis, per aquor Tyrrenū. i. res bellicas. retulit vberes. copiosas: seu quia in pace diligenter cultus vberiorum fructum facit, seu quia Cæsar ipse factus deus fauceat frugibus. vt, Ecce Dodozzi processus Cæsaris Astrum, Astrum quo legeres gauderent.

gaudenter frugibus. Quod autē hoc verū sit, bellū ipsum demonit; at, quo milites per agros & truges iter facientes omnia conculcant, vallant & prædātur. & signa militaria, quæ Parthi accepere occidō Cratlo, nōstrō restituit Ioui. Capitoliuo, vbi signa constitui & seruari solebant, ea autē vitrō missa à Parthis Augustus suscepserat. *superbita hostibus*, qui, ne vieti dicerentur, vtrō mitterunt in societatis & pacis signū. *duello*. bellis. *Ianum*. Ianī templum. *clausit*. pace facta per vniuersum orbē, nā tempore beli patere consuevit Ianī templum, quod rebus omnibus pacatis clauditur: quare ad significatiō futuræ pacis air Poëta, Claudentur belli portæ. & ordinem rectum eua. est autē ordo: iniecit frena. i. legibus laicis coēcuit, *licentia*. propter otium & pacem & rerum abundantiam, *euaganti*. i. perturbati, *ordinem rectum*. i. vitā quietā & honestā. *emouitq.* eiecit. vt, Emoti procubunt cardine postes. & veteres renouauit artēs. virtutes quatuor, prud:itiā, fortitudinē, iustitiam, & temperantiam: in quibus veteres vita arteis esce dicebant, nam ab his depēdant cetera omnia. *porrecta maiestas*. Italię dignitas, & amplitudo extenta. *ad ortum so*. ab occidēte in orientē. vt, imperiū Oceanō, famā qui terminet altris. & iterū. Et quē sol inter vtrumq. recurrent rēp̄icit Oceanū, *non furor*. vt, Alspēra tum positis milcentur sēcula belis. *aut vis eximet*. ejciet pacem. *præudit*. fabricat, exacuit; vt, Et telum ira facit. *inimicat*. inimicas facit. nouē dixit, quia inimico, is, at, verbū nouū est. *Danubium bibunt*. gētes accolz Danubij. vt, Qui Tiberim Fabarimq. bibunt. *edita rumpent Iulia*. Cæsarī Augusti: in Iuliā enim gentē fuerat adoptatus Augustus. *non Geta, non Seres*. à nullis gentibus leges Augusti cōtemnentur. *infidus Perſa*. quia Craſsum simulata pace necauerant. *non Tanacm*. Scytha & Sarmaṭe, profētis lucib⁹. profētis luce dicuntur, quæ sunt ante diem qui festus est futurus. profēto autē die opus fieri licet, festo autē non licet. feriatus enim est. *lucib⁹*. luce & soles pro diebus poni solent. *sacris*. quibus sacra celebrantur. *iocosi Liberi*. inter vina & lēta conuiuia. vt, Adsit lētitiae Bacchus dator, & bona Iuno. *rite deos*. ritu maiorum deos inuocando primum. *virtute functos*. deinde Duces forteis: qui pro patriæ salutē perierūt, & cū gloria mortui sunt. *Lydis remixto*. permixto. vt, vterōq. remixto. treis modos habebant, Ionicum, Lydium, & Phrygium, quem etiā barbarū nominaabant. *Troiamq.* & *An*. hoc est, postremō, ô Auguste, tuas laudes decantabimus à prima origine, *alme progeniem*. Acneā ciūq. progeniem, hoc est gentē Iuliā: quę ab Iulo nepote Veneris est exorta.

C R V Q V I S.

P H O E B V § volentem. Hæc Ode inuepit in

codic. manuſcrip. adhætere precedenti indiuiſſea fortasse de cauſa, quod eiſdē numeris & modis effet deſcripta, & effet eiſdē argumenti. *nōſtro reſtituit*. vtrō à Parthis Augusto reſtituta ſunt militaria signa ſocietatis inude gracia. Eusebius ſeriptis tradit in Chronici, Anno 41. regni Augusti Cæſar cū Parthis amicitia facit. *derepta*. ſic habent duo cod ces. tertius autē *derepta*, ed per liturā. *Ianum Quirini*. Orosius li. 6.ca. 20. refert Ianī portas primu. i. clauſas ab Augusto quintū conſule cū L. vel, vt vult Glareanus, Sexto Appuleio: cūm ab otiante 8. Idus Ianuar. vrbem tripli triumpho ingressus eſt, ſopitis omnibus, ſinitiſq. bellis ciuilibus: anno ab vrbē cond. 725. Olympiade 88. anno ex quo regnare cœpit Augustus 15 ante obitū Horati. 18. annis aut circiter, teſte Eusebīo: quo tempore in gratiā Augusti exorsus eſt hunc 4. odarum, quemadmodū coniijcere licet à nativitate ipſius ab vrbē cōd. 689. L. Aurelio Cotta, & L. Manlio Torquato Coss. & morte anno 746. C. Martio Censorino, & C. Aſinio Gallo Coss. *euaganti*. hęc lectione eſt trium codic. B. ad. *iniecit frena*. Orosius: Clauſis igitur Ianī portis Remp. bello quam quæliuerat, pace enutrit atq. amplificare ſtudens, leges plurimas ſtatur, per quas humanum genus, libera reuerentia disciplinæ morem gereret. *emouitque culpas*. duo codices ſic ſcripū habent, in tertio legiūt *dimonit*. ſed priori respondent annotationes. & veteres renouauit arteis. virtutes, *axτris ap̄itn̄s*. in hiſ enim tota via cōſiſtit honesta, quā diſciplinā nominat Orosius. *ad ortum*. vnuſ codex habet *ad ortus*. *Aut vis eximet*. duo codices conſentient lectioni vulgari, quos ſecutus ſum, quia hoc verbū huic loco eſt apositū, & foro cōuenit, definitore Pōponio iuriſcons. & Vlpiano de actione eximenda: cuius reſtituendi gratia dicit hic Hor. Augustū magnā impendere curā, legibus diuersis ſanciendis: tertius autem codex, vnde ſumta videtur Porphyronis lectione *exigit*, mendosē habet *exegit*. *edita rumpent Iulia*. annotationes ſcriptæ habent in trib. cod. Quia legē de adulteriis ſanxit Augustus, quib. verbis ſubſcribit Vlp. qui legē de adulteriis vult à Diuo Augusto latā: nec obeft dictio *Iulia*: quandoquidē Augustus adoptatus fuit à Iulio Cæſare in ſuā familiam. *Lydis remiſto carmine tibi*. Phrygia tibia à dext̄a vnu, à ſinistra duo habens foramina, pro animis mulcendis aut accendendis, nō vnos habebat ſonorū modulos: nā Aeolius ſimplē fuit, Aſius varius. Lydius querulus, Phrygius religiosus, Dorius bellicosus, Gygius hilarius & legitus, Ionicus floridus. Græcis autem in comiſſationib. modi fuere Parcenj &c. Alexand. ab Alex. Verūm de modis Græcis & barbaris latius dicemus in Epodo nona.

Q. HORA-

249

Q. HORATII FLACCI

EPODON LIBER.

AD MÆCENATEM, QVEM DEDVCIT
AD ACTIACVM BELLVM PROFICISCENTEM
CVM AVGVSTO CONTRA ANTONIVM.

īnwðs Lambica I.



BIS Liburnū inter alta nauim
Amice propugnacula,
Paratus omne Casariū periculum
Subire Macenas tuo.

5 Quid nos: quibus te vica sit superflite
Incunda: si contra , graui?

Vrum ne iuſi persequemur oīum
Non dulce, ni tecum ſimul?

An bruci laborem mente laturi, deces
10 Qua ferre non molles viros?
Feremus. & te vel per Alpium iuga,

Inbospitalē & Caucasum,
Vel occidentis vsque ad ultimum finum
Fortis ſequemur pectore.

15 Roges? tuum labore quid iuuen meo
Imbellis ac firmus parum.

Comes minore ſum futurus in metu:
Qui maior abſenteis habet.

Vt adidens implumbibus pullis anis

20 Serpentium adlapsus timet:
Magis relictio: non vt adſit, auxili
Latuta plus praefertibus.

Libenter hoc & omne militabitur
Bellum in tua ſpem gratia:

25 Non vt iuuencii illigata pluribus
Aratra nitantur mei:
Pecusue Calabriū ante fidus feruidum

Lucana mutes pascua,

Nec vt superni villa candens Tusculi
30 Circa et angat mœnia.
Satis ſuperque me benignitas tua

Dixauit, baud parvero.

Quod aut auarus ut Cbremes terra premam:
Discinctus aut perdam ut nepos.

COMMENTATOR.



Liber hic inscribitur Epodō, quoniam ita versus ordinati sunt ut singulis quibusque ſuæ clauſulae recinant. Clauſulas autem dicimus praeſicos & breuiores versus: quales ſunt Dimeſtri ad trimetros: nam Dimeſter bina-rius eſt, trimeter autem ternarius, quotum hic quidē īnwðs dicitur, quod præcintatur: ille vero īnwðs, quod succinatur. Liber itaq. īnwðs dicitur, quaſi versiculorum: quia per totum hunc librum maioribus versibus seu longioribus postponuntur minores, seu breuiores. Merrum, hoc eſt, Lambicum: primus versus eſt trimeter: ſecundus autē dimeſter qui īnwðs dicitur, quia una menſura minor eſt. Et quia decem primæ epodi conſtar Lambicis versibus trimetro & dimeſtro, ſcien-dum eſt quod Lambicus trimeter habet ſex Lambos: dimeſter autem quatuor. Versus autem Lambicus triplex eſt, Tragicus, Comicus, & Satyricus. Lambicus autē trimeter Tragicus recipit pedes dextros iambum, ſpondeum, tribrachū ſelicit primum, tertium, quintum; ſinistros autem ſolum iambos ſelicit ſecundum, quartū & ſextum: vt, Diui potentes fertē vexatis opem. Comicus autē frequenter habet tribrachos, præter ſextum qui ſemper eſt iambus: vt, Agite quid dubitatis bilareis dare choros? Satyricus eſt medius ſeu mi-tutus: vt, Muſe Iouem laudate, & hilareis date choros. Ibis Liburnis inter alta. ad Mæcenatē, qui omnem militiam Cælariis naumachia, id eſt, na-uali prælio ordinaturus proficiſcebatur ad bel-lum Actiacum, cum quo ſeſe ait vnaſelle pro-ficiſci. ibis Liburnis, nauibus validis & conſtratis. liburna, nauis eſt minor à Liburnia regione ſeu Libya; his enim nauibus Libyci mercatores ve-huntur, quibus etiam vtuntur qui ordinant naua-le prælium, diſcurſentes inter naues maiores & militiam

militiam ordinantes. *inter alta propugnacula.* inter altas nares. propugnacula in nauibus dicuntur loca aitiora quasi inuiri unde milites suos hostes propugnant, aut manu aut teli: *qui utros agimus, facimus, petellipsem,* aut in futuro, agemus, faciemus. dicit le penitus ignorare quid agat, a domi magis iussus à Cæsare, carminibus studet, an ad pectum cum eo perget. *te superflite.* te incolumi, te viuo, si contraria grauis. grauis est mibi vita mortuo, si te mori contigerit, *iussi,* à te vel potius à Cæsare: dicitur enim Cæsar Augustus Horatio dedisse militiae vacationem, cum id alii denegasset. Nam totam vibem ad delectum vocavit, valde enim timuit Antonium, *persequensur.* instabimur-ne carminibus, quæ ab otiosis scribuntur? non dulce. iniucundū mibi sine te. *otium.* hoc est carmen quod poëtis delectationi solet esse, mibi est ingratum nisi tecum. *an hunc laborem.* an ea mente laturi sumus hunc laborem militarem, qua mente illum ferre decet, non molleis, hoc est, forteis viros? *Alpium iuga.* id est, per Alpium summitates. Mōtes autem trifariam diuiduntur, in radices, quæ & pedes dicuntur, & latera, & iuga. *inhospitalem.* quia hospitiis non pater, ubi nemo habitat. propter montis asperitatē & ferarum multitudinem: *vt.* Et in hospita Syrtis. *Caucasum.* Caucasus mōs est Scythie aspermittimus, ubi piper nascitur. *vt.* duris genuit te cautibus horrens Caucasus, *ad ultimum sinum.* ad Hispaniā oram ultimam. *roges.* fortassis interrogabis me, quid iuuare posset tuum laborem meus labor, si tecum esset in pecto, cum ego sim non multum fortis? Respondet: Quia tecum in bello præsens si fueris, minus tibi metuam quam absens. Quia illa est humanae mentis ratio, ut quos diligimus, plus timeamus absentibus, propter diuersa pericula, que generat sollicitudinem; unde Lucanus, ut timore sollicitate mentis ostendebat, inquit, Euentus belli sciat ultima coniunctio. *minore sum futurus in metu.* hoc est, non haec dico, quod tuu quidem laborem inueni meo comitaru, sed quod stinxi meam sollicitudinem. *ut affidens implumbibus.* Argumentum à comparatione sumpta ab aubus, quæ cum præsentes adsunt, puluis suis minus timent si serpentes aduenient, quamvis illos defendere non magis possunt, quam dum suar absentes abeant. Sic magis tua saluti timeo, si non fueris tecum præsens in pectulo pectoij. Apta haec est comparatio ab aubus, ad portandum ignauiam, & incuriam inertium hominū: Aues enim nidos nō relinquunt amore naturali, etiam si contra serpentes suos pullos tutari non possint. *affidens.* fouens, nutriendis. *adlapsus.* impetus, incurioses. *tumet magis relictis.* ordo est,

ausi assidēs pullis implumbibus, timet quidem serpentum adiaplus, sed magis timer relictis illis, id est absens, ut relicti, si casus dariui. quemadmodum illud Terentij. *Syre tibi timui male. non ut adfis.* id autem sic ordinatur. Non larura, id est, allatura plus auxiliij praætentibus pullis quam absentibus, ut adfis, id est, si adfis. *libenter hoc & omne militabitur.* libenter & hoc bellum, & omne aliud militabo tecum; tuam ut intam gratiam, non ut habeam multa iugera, aut pacua, ut pecus meum de Calabria transeat ad Lucaniā aestate incipiente; neque ut villa mea Tusculana, possessionibus iunctis, extendatur usque ad Circum montem. *militabitur.* à me, noue diuīsum. *omne.* per ellipsin aliud, in r̄ue spem gratia, ut tuā gratiam cole quar. non ut iuuencis illigata, &c. Hypallage, hoc est, non ut illigati tauri sub aratis nitantur, non propterea, ut plures iuuenci nitantur, id est, incumbant proscindendæ terræ, seu ut habeam plura aratra. *pecus ū. meum.* ante fidus feruidum. ante ortum Canicula, quæ oritur octauo calend. Iulias, que pecori multam contagionem, & hominibus multos morbos adferre solet, per nimium calorem. *Lucana mutet pascua.* Solent pastores ex Calabria transire in Lucaniā, propter eius regionis temperiem, ante ortū Canicula sub mensim Iulium, quando Calabria nimio æstu pecori est infesta: contrâ rufum ex Lucana rubeunt in Calabriam, propter nimium frigus Lucania. *ne ut superni villa.* hoc est, non militabo tecum ut dilatentur termini agrorum meorum, usque ad Circum oppidum Tusculi superni, hoc est, in monte siti, ad cuius latera superiora Cicero suam villā habebat Tusculanā. Tusculū autē oppidum conditum fuit à Telegono filio Ulyssis, & Circes, quæ erat filia Solis. *candens ornata.* Circum tangat monia. Circum oppidum à Circe ædificatum. *satis supérque.* abunde. *beneignitas.* liberatitas. Nā donatum sibi in Sabinis fundum à Mæcenate Horatius sepe testatus est. *haud parauero.* nolo tantum habere diuītarum, quātum diues avarus, ut illas in terra abscondam, aut ut luxuria perdam, quasi dissolutus nepos. *parauero.* conqueriram. Sic Virg. donec me flumine viuo Abluero. *Chremes.* senex est, quæ Terentius in comedis introducit auarissimum. *premam terra.* abscondam. *dissolitus.* dissolutus luxu. *perdam.* dilapidem, prodigè expendam. *nepos.* Luxuriosus & prodigus. fortassis inde hoc nomen hanc significatioem habet secundarium, quod nepotes ab auctis domi suæ deliciæ enutriri, soleant postea lasciare, & bona patris prodigè dilapidare: vel à Nepa serpente, qui omnes deuorat natos præter unum, qui latenter in seuis dorsi matris evadit.

C R V Q V I V S.

IN euulgandis aliquando cōmentariis antiquis cū nostris adnotationib.^{τετράδοις}, vt quid de iis sentīre, satis, vt credidi, lectori facerem, dum conjecturas aliorū commemoro, Diomedisque Grammatici non p̄nitendi iudicium definitio- nēm^{q.} τετράδοις certius asero, prolixior certè fui quām res ea desiderare videbatur, vt qua iam olim controverſia, multūmque à doctis agitata, silentio à me potius tranſcunda fuerit, quām ni- hil certi p̄t̄r̄ ceteros & comp̄rti aſſerendum: ob cura namque eāq. tenuia declarare quid aliud est quām velut cū Euandri matre confabulari? nec ea profectō in re tantoperē laborassem, niſi nos eō repulſent Blādini codices, partim propter Odarum nomen ad ^{τετράδοις} ferē singulas in iis omiſſum, qua gratia cen̄ui non Odas, sed Epodous epiſraphē propria ſigillatim non temere nomi- nandas, partim nos impulerūt ad id inscriptiones in uidem lcriptis quādam prius non lecta, nim- rum, Ad Pettū Epodos Elegiambica seu Elego- iambica. Rurſū ad Canidiam lib:dinosam Epodoſheroica. poſtremō, ad amicos Comicos Epo- dos Iambelega. Ad Inachiū meretricem ſenarius Epicus, Quadrat^Dactylicus Epodicus. Ad Neę- ram ſenarius Epicus, Iambicus binarius Epodi- cus, &c. ha nobis fuere cauſa, vt non Odas, ſed Epodous ſingulis poēmatiſ ^{τετράδοις} affigi vel- lem: non quod inſtitier eas odas eſſe, ſed quod inſcriptio ipſa nomen hoc non ut proprium relin- queret: Qua verò mente conſiliōve aut à lyrico noſtro aut alio quoquis id factum ſit, dū conanur omnes inſpicere, nihil quām in conjecturis errare videmur. Quare vt conſicere pergam, ſi forteſſe quid aſſequar quod lectori non inutiliter placeat: In grāianā Drusi Neronis, Auguſto poſtulante, ſcripſit Odarum librum quartum. Quid ſi ſtudio quoque Mæcenatis, cui ad Attiacum bellum co- mes eſſe non poruit, dicamus eā flexiſe animum ad hos verſus ſuccinendos, dum ſit à Mæcenate iuſſus otium colere, eāque gratia dictas ^{τετράδοις}? Nam Muſicis ^{τετράδοις} flexiones quoque ſeu con- uerſiones dicuntur, vt habet Aristoph. interpres in nebulis. Et neſcio an Henricus Stephanus vir eruditioſis eximiz ea de cauſa ſingula poēmatia numeret ^{τετράδοις}. Equidem ab imitationem ve- terum ſcriptorū crediderim simplicius & clariū poēmatia ſingula numerari poſſe hoc modo: Ode Epodice 1. 2. 3. &c. iudicet lector. Ibiſ Liburnis in- ſer alte nauium. Non absurdē Commentator hic meminit metri iambici, hoc ipſum distribuens in trimetrum, & dimetrum, quandoquidem decem prime Epodi hoc genere eaq̄minis decantantur.

Verū quōd trimetrum diſtribuat in Tragicum, Comicum, & Satyricum, illorūque diuersita- tem metiatur pauc:oribus & pluribus tribrachis, videtur quidem ſapere neſcio quid antiquitatis, ſi nominatim hoc conſideres: verū ſi rem ipſam ſpectes, ea certè eſt litteratoris alicuius commen- tatio. nam T-ragicum & Satyricum, quo iambici poētæ poēſiſſimum vtuntur, pedibus inter ſe con-ueniunt: locis enim paribus 2. 4. 6. iambum acci- piunt, interim tribrachum, raro autem anapæſtū: imparibus autem locis, præter hos, etiā dactylum & ſpondeum admittunt. Comicū autem quod & mixtum dicitur, ſine delectu ferē omnibus locis, præter ultimū, qui iābō proprius eſt, viuitur quinq. dictis pedib⁹; quōd Comici poētæ ſermoni familiari ſcribāt quām ſimillima: in hoc autē Tribra- chorū pluralitas, ab aliis, Tragico puta & Satyri- co, recte diſtinctiōne inuenit. De pedibus autem dextris & ſinistris, quos ponit commentator, dice- re aut diſſerere, nulla hic nobis cura eſt, qui illum non interpretari, ſed corrigerē ad veteres codices inſtituimus, aliās forteſſe diſputaturi, de dextris & ſinistris pedibus, vbi de tibis dextris & ſinistris, paribus & imparibus agemus. liburnis. hic præter meritum ſuum Acrōn à Gyraldo obelo confodi- tur, quōd liburnas nouicias dicat vimine conte- xtas, quod illum ne ſomniā ſe quideat arbitror, ſed eſte ferum puto incepti cuiusdam ſuppoſiti- ſium. De liburnis ait commentator, eas dictas eſ- ſe à Liburnia regione, aut à Libya, quōd huiusmo- di nauibus vtuntur mercatores Libyci. Priorem opinionem approbamus auctoritatibus Appiani Alexandrinī in Illyrico, Suidæ, & Vegetij lib. 4. de re militari. Posterior videri poſſet minus apta, niſi in eadem ſentientia eſſet Iſidorus lib. 19. cap. 1. de nauibus, & Ethicus 1ſter idem ſentire vi- deretur, vt refert Gyraldus de re nautica, vbi pro Libya dicit poius legendum eſſe Liburnia, per y Gracum: ego certè & in Commentatore & duo- bus iam dictis auctoritatibus, ſi in dictione Libya et- torē eſſe censuerimus, malim eius loco ſubſtitue- re Illyri: Illyri namque iſdem nauibus vbi di- cultur in inuadendis iſculis maris Ionij apud Appiauam in Illyrico, vt omittam etiam Libur- niā eſſe Illyri illius maioriſ partem. Verū vt ad rem redeamus, Liburnicas naues principio le- tuiores & ſpeculatoriſ ſuere, teſte Plutarcho in Catone. Λιθουργία ἀντὶ καπελονίας τοῦ ἀρ- γείου παραληγά. id eſt, liburnicas autem & ſpecula- toriſ & aperte complures. Verū omnino incer- tum eſt, an Mæcenās ſit vſis huiusmodi, quem ſolus commentator ſcribit naumachia à Cæſare fuſſe praefectum. Ceteri namq. penes Agrippam eius bellī molem ſuisse traduſat, etiam Mæcenā- i a tem

tem magnæ auctoritatis apud Cæsarē fuisse Dion. historicus scriptum reliquerit. Certè ex Plutarcho in Antonio, Cælarem in hoc bello legimus liburnicas quidem habuisse, sed cum catastromatis, quas hic Commentator validas fuisse dicit & confratras. Suidas de Liburnis sic ait, λιβύνικας, οἵστε δέ τοι τοι τελεσθεκότος ἵσχημα λοιπόν τοντος, ἀλλα λιπερελαπότεροι χαλκιμοβούταις, καὶ ισχυροί τοι πατάφεροι. οἱ τάχοις αὐτῶν ἄπιστοι, hoc est, Liburnicæ naues erant non ad formâ triremium adfiscatae, sed magis ad prædam rostratae, & fortes, & confratras, & celeritate incredibili. An Liburnum dicatur genere neutro, vt vult Lili. Gregorius Gyral. auctoritate Lucani fretus lib. 3, Ordine contento gemino creuere Liburno; non aūsim contendere: sed arbitror hoc carmen ita legendum, Ordine contentæ gemino creuere Liburnæ. propugnacula. naues, arbitrator, intelligit Antonianas, quæ turreis habebant; eas enim turritis nautibus instant. Præterea Dion historicus, de hac pugna Aetiacæ: Naves, inquit, Antonius adfiscaverat multo hostilibus maiores, turreisque in eis altas extruxerat, multitudinēmque in eis hominū collocauerat, qui quasi de muro pugnarent. huic subscribens Plutarchus, Antoniani, inquit, è lignis turribus, catapultas in hostem iacebant; Cælaris autē naueis Brundisijs, ac Tarenti paratae erat non ad fastigij, roborisq. ostentationem, sed ad celeritatem, facilitatemq. fabricataæ. Cererum de nauibus turritis Plin. lib. 32. cap. 1. an hunc laborem mente latiri. non liber hic nugari, cum iis qui Acronem & Porphyrt. nobis splendide mentiuntur. quorum alter negationem, non, suam vim explicare vult in verbum, decet, cum nihil sit inepius: alter mentem à corpore, sine mente separans, pro magna animi sollicitudine, quem laborem hic mentis nominat, non minus futile accepientiū iudicat, quando mens hic sit constanza & fortitudo: quæ gratia Glareanus hic non immixtò reprehendit Mancinellum, qui cum illo negotiante Porphyrt. idem de mente & corpore dicendum contendit, cui non magis aptè subscribit Figulus. Alpium iuga. quæ Græcæ dicuntur τείχοις ἐπεγενάντες. Caucaſus. Caucasus ea Tauri montis pars est quæ Indiam spectat, vbi altitude seipsum superare videtur, distans ab India supra 30. millia stadiorum, Strabone teste lib. vndecimo. Plinius lib. 6. cap. 17. hunc propter nuaeis Graucasum nominarum scribit. Isidorus lib. 14. Caucasus orientali, inquit, lingua significat candidum: vnde & Scythæ illum qui eidem monti iunguntur, Croacasi vocauerunt. Casini enim apud eos candor sive nix dicitur. in hospitalem illius enim vertices hieme sunt inaccessibiles, æstare, propter glaciem ac niveis, bubulis caligis in tympani modū latis calceati ascendunt. ultimum finum. Sinus qui maior maris est recessus, hic est Gaditanus per columnas Herculis. De sinibus autem maris amplissimis vide Strabo. lib. 2. non ut adst. Ita habent tres cod. Bland. & ut interpretatu: si Quartus habet, nō ut sit auxili. vii. id est, quo militabitur. hoc vnum est ex iis verbis quæ doctissimo Theodoro vocantur ἀλογηγυνία: qualia ea sunt quorum actio in illud propriæ solum transit, quod omnino loqui non potest: vt, actum agitur, vita viuitur. sic alibi Cicero. Quo in genere etiam in republica multa peccantur. sic apud Ouidium, Quorū piscibus vnda natatur. Lucana mutet pascua. non mutauit vulgarem lectio- nem, etiamq. omnes cod. Bland. habent pascua: quod hæc lectio mihi plenior appareat: murare autem Lucana pascua. Calabris, sensu & structura cum illo conuenit Sallustij in Catilina: Nemo nisi victor pace bellum mutauit. id est, loco belli pacem accepit. candens. fortassis quod ex marmore candido extructa domus, arque in editori loco posita, procul resplenduit, discinctus. intèperans, omni luxu diffluens, metaphoricōs à veste demissa, ac laxa, quali inambulare solent homines frugiperda: γεννήσθε λαυτάροις, iners, stupidus, inutilis, ignavius, τούτων γαρ ίσι ιγές βίοις, τούτοις ίσα. μορφές εἰς ίδοις, cui aduerterat, succinctus, accinctus, præcinctus, διαζωμένος: non parua namq. cura erat antiquis, quo pacto cingerentur iuuenes, vt scribit Strabo lib. 4. de zonæ apud Gallos mensura qua iuuenes cingi opus erat: ait enim, ίδεν δέ τον, οὐκέν γαρ αὐτὸς μη ποχεῖται, μηδὲ οὐγάγεται. τοῦ δέ οὐπερβαθύνεται τὸ νεανικόν τὸν ζώνην πίεται, ζημιεύεται. id est, Illud quoq. ipsis est proprium, vt se lexe exerceant, ne pingues fiant, & ventricosi. Si quis autem iuuenum zonæ præscriptram mensuram excedat, multetur. Discinctus fuit ille Nata Persij. Nepos. quod, teste Paulo, natus post sit patri quam filius. eius autem propria significatio nota est: At translacititia, Nepotes, inquit Paulus, luxuriosæ vitæ homines appellati sunt, quod non magis iis rei suæ familiaris cura est, quam iis quibus pater autusque viuunt.

L A V D A T I O · V I T A E

rusticæ exornatae summa
rerum tranquillitate.

Epodos Iamb. 11.

B E A T Y S ille qui procul negotiis,
Vt præsca gens mortalium,

Paterna

- Paterna rura bobus exerceat suis,
 Solutus omnifænore:
 5 Neque excitatur clausico miles truci,
 Neque horres in aenum mare.
 Foramque vitat, & superbacium
 Potentiorum limina.
 Ergo aut adulta vitium propagine
 10 Alas maritat populos.
 Aut in reducta valle mugientium
 Prospectat erranteis greges:
 Inutilesque falce ramos amputans,
 Feliciores inserit.
 15 Aut pressa puru mella condit amphorū,
 Aut condet infirmas oueū:
 Vel cùm decorum mitibus pomu caput
 Aut umnus arnu exulit,
 Ve gaudet infusa decerpens pyra,
 20 Certantem & vuam purpurea:
 Qua munetur te Priape & te pater:
 Siluane tutor fūsum.
 Liber iacere modū sub antiqua lice:
 Modū in tenaci gramine,
 25 Labuntur alei interim ripu aqua:
 Queruntur in siluis aues,
 Foneisque lymphis obstrepuunt manantibus,
 Somnos quid initat leueū.
 At, cùm tonantis annus bibernus Iouis
 30 Imbreu niueisque comparat:
 Aut erudit acreu binc & binc mulea cane
 Apros in obstanteis plagas:
 Aut amice leui rara tendit retia
 Tardis edacibus dolos:
 35 Paxidunque leporē & aduenam laqueo gruem
 Iucunda capiat præmia:
 Quis non malarum, quas amor curas habet,
 Hec inter obliuiscitur?
 Quod si pudica mulier in partem iuuet
 40 Domum, atque dulceis liberos:
 Sabina quafū, aut perasta solibus
 Pernicius vxor Appuli:
 Sacrum verustiu extruere lignis focum
 Læsi sub aduentum viri,
 45 Claudensq; textis cravibus lacum pocus,
 Diftensa fecerit vbera:
- Et bona dulci vina promens dolio,
 Dapes inemtas apparet:
 Non me Lucrina iuuerint conchilia,
 Magis Rhombus, aus Scari:
 Si quos Eoū intonata flutibus
 50 Hiems ad hoc vertat mare:
 Non Afra auius descendat in ventrem meum,
 Non attagen Ionicus
 Iucundior, quam lecta de pinguisimis
 Oliva ramu arborum:
 Aut herba Lapathi prata amantis, & graui
 Malua salubres corpori:
 Vel agna festu casa terminalibus:
 Vel hædus creptus lupo.
 Has inter epulas, vi iuuat pastas oueū
 Videre properanteis domum?
 Videre fessos vomerem inuersum boves
 Collo trahenteis languido:
 Positōsque vernas, dirū examen domus,
 55 Circum residenteis lareū?
 Hec vbi locutus fænator Alphius,
 Iamiam futurus rusticus,
 Omnem redigit idibus pecuniam,
 Quarit calendū ponere.

COM MENTATOR.

M E T R U M hoc simile est præcedenti. Inducit Horatius Alphiū negotiatorem laudantem vitam rusticorū, & eam omnibus deliciis præferentem, quasi pertusum suæ negotiationis, aut scenoris, & ad agriculturam se transferte cupientem: sub cuius persona, primum, quasi per transitum, commemorat negotiorum molestias, & urbanae vite incômoda; deinde commendat delectationes rusticorū, & ea refert quæ ab illis singulis anni temporibus aptius aguntur. *beatus ille rusticus:* vt, ò fortunatos nimirum, bona si sua norint, Agricolæ, qui procul negotiis, semotus, separatus à molestiis urbanae vite, & strepitu negotiorum, *vi præca gens*, notat aurea sæcula quibus maiores in agris viuebant, eosque sine metu liberè colebant. *exercet*, colit, præscindit: *vt*, exercetque frequenstelarem. *suis*, propriis, vitilibus, non aliunde locatis aut conductis. *soliitudo omni scenore*, libertab omni debito & lucro, vt qui nec foreneretur, nec ipse scenus accipiat. neq; excitatur, tria notat hominum genera, militantium, negotiariū, & forensiū qui causis interfluit forensibus & litigatis placant.

placent. excitatur. ad pugnam. mirè ostendit in-commoda vitæ, quibus rutili carent, quibus nec somnos abrumpt cura salubreis. *classico truci. sôno tubæ terribili ac leuö.* Clasticum propriè vocatur tubarum sonitus, à classibus, id est, equitibus, qui tubas seni per ferebant. etiam classes vocantur naues, *άντο τάν καλῶν,* id est, à lignis. *horret.* timeret. *iratum concitatum in tempestaic,* leuum. *forūmque vitat.* lites quæ in foro aguntur. forum propriè hic dicitur publicus conuentus, vbi lites aguntur & dijudicantur. forum etiam dicitur, vbi mercatus exercetur. Et superba ciuium potentiōrum limina. quia non curat familiaritatei diuitium, vt urbani, neque domos illorum frequenter, & si obuios habuerit, non salutat, fugit salutatio-num officia, vt. Si non ingentem foribus domus alta superbis Mane salutantium totis vomat ædi-bus vndam. ergo aut adulta vitium propagine. hic incipit describere quid singulis anni partibus agat rusticus, & dilucide exequitur illorum oblecta-menta. *adulta matura,* quæ sua habet incre-menta. *propagine propago,* palmes est vitis quæ iam duci & propagari potest. *altas maritat populos.* arbores dicuntur maritari, quando illis vires adiunguntur. maritat, consiungit, hic enim ita, maritat, dixit, realibi viduas arbores, id est, viti-bus carenteis. *populos.* species hic est posita pro specie, arbor pro arbore, populus pro vmo: non enim populos, sed vmos vitiis maritare rusticci conlueuere. *reducta secreta separata,* de-pressa, aut certè sinuosa. *mugientium boum erranteis.* liberè pastenteis: vt, Ille meas errare boues, vt cernis, & ipsam Ludere quæ vellem. calamo permisit agresti. *grego,* pro armentis hic positum est. *inutileisque iteris,* instruētos. *feliciores ferileis,* vt: Exiit ad cælum rainis felicibus arbos. quia fertiliorum arborum vera est in-sitio. *aut pressa.* expresa fauis & aliquata. *puris defecatis & mundis.* *mella condit amphoris.* mel-lis messem facit. *Mellamefio* dicitur mellis collec-tio, quia æstate mella conductur. *aut tendet infirmas oueū.* nam oueis æstate laitoridum patiuntur. *infirmas.* proprium epitheton ouium, quæ nequa sui curam gerere, neque saluti suæ prouidere sciunt: præcipue cum onustæ sunt vel-leribus suis & grauatae: nisi maluerimus natura-liter dictere infirmas, id est, delicatas, quia natura oues sunt infirmæ, & morbis obnoxiae. *Vel cum decorum nisib[us] pomis caput.* enumerat volu-pates, aut potius commodities, quas autumno consequitur agricola. hæc autem est prosopopœia autumni, qui ita describitur ab Horatio sicut pingitur, scilicet pomis Deus coronatus. *deco-rum.* ornatum pomis. *autumnus arnis extulit.*

prosopopœia. *vt gaudet.* cum admiratione dicit gaudete rusticum, dum colligit fructus arborum quas ipse plantauit, & inservit. *vt gaudet.* quæm latratur proprios labores intuens: vt, Insere Da-phni pyros, carpent tua poma nepotes. *inficiua decerpens.* quæ ipse inservit manu legens: bene dicit inficiua, quia ex semine nata degenerant, & fuit agrestia. *certantem & vñam purpura.* con-tendentem colore cum purpura: nam vñam matu-rat purpureum habent colorem: quæ & præcie dicuntur. *muneretur.* munero, & munenor, v-trumque rectè dicitur in actua significatione, id est, dono. *te Priape.* custos hortorum. *pater Silvane.* custos agrorum & silvarum. *fructum.* termino-rum agri. *Iabet iacore modi sub antiqua ilice.* anti-quia, magna, & pacula: vt, Fortè sub antiqua confederat ilice Daphnis. *modi.* aliquando. *in tenaci.* quod hærendo stringat. *labuntur.* deflunt. *interim.* interea dum iacet rusticus. *queruntur.* garriunt, querula voce sonant. Veteres omnium animalium voices, præterquam hominum, que-ruelas vocabant: hinc querula cicadæ, Maro: querela ranarum, & de bobus, atque omne querelis impleri nemus. *obstrepunt.* strepitu & murmure somnos suadent: vt, læpe leui somnum suadebit inire susurro. *Obstrepunt,* id est, strepunt, nam obstrepare propriè dicitur qui strepitu suo ake-rum impedit, seu contra alterum strepit. *quod.* id est, qua res. *leueis.* securos, iucundos, & sua-ucis. *at cum tonantis.* Enumerat studia & com-modæ, quibus per hiemem se exercent rusticci, qui quando in agris colendis versari non possunt, sese tradunt venationi & aucupio. *annus hi-bernus.* hibernum anni tempus, synecdochicos pars pro toto: vt, Nunc frondent siluz, nunc for-mosissimus annus; pro vere. *tonantis Iouis.* id est, aëris, ex aere fit tonitruum. sic, Iupiter humidus australis. *imbrevis niseiusq[ue] comparsat,* id est, vicissima parat seu colligit post tempus æstatis. *aut trudit.* impellit, cogit. *hinc & hinc.* ex omni parte. *multa cane.* multitudine canum, multis canibus, nu-merus pro numero. poëta ferè feminino genere, canes proferunt. Virgil. vii. àque canes vullare. *apros.* venatio aprorum. *in obstantis plaga.* in opposita retia. Plagæ dicuntur maiores: retia minora sunt: vt, retia rara, plaga. *aut amite lexi.* aucupium rusticorum. *amite.* Ames propriè est furcula ex qua rete suspenditur ad capiendas a-ueis. *leui.* levigato: nam asperitas lignorum tol-lenda est quando vñsi ea appetuntur. *turdic edaci-bus.* in vorandis olinis. *dolos.* Epexegesis, ten-dit retia dolos edacibus turdis. *pauidūmque lepo-rez.* epitheton naturale. *aduenam.* transmarinam, Thraciam: vt, Strymonizque grues. *hinc,* quod

quod sit aduena, dicitur auis exoticis; nam singulis annis nobis noua aduenit. *In quo.* pedica. *In cun-*
da captae pramia per epexegesim. hæc enim omnia, apri, turdi, lepus, grus, sunt rusticis iucunda laborum præmia. *qui non malarum quæ amor cu-*
rai. Omnis malas curas facile superat & sub se habet amoris cura: sed inter has delicias rusticas non solum quis obliuiscitur malarum curarum, sed etiam amoris qui maximè sollicitat amatem. *hec inter.* inter hæc oblectamenta, has delicias rusticas. *quid si pudica mulier.* Quod si & hoc consecurus fuerit agricola, ut uxorem habeat bonam & castam, est omnium mortalium felicissimus; nam illa alteram laboris partem subibit, quæ est domestica, nutriendo liberos, fo-
cum excitando sub aduentum mariti, cibos appatando, quibus se ipse Alphius magis velle vesci postea assit, quam diutum cibis accuratè preparatis. *pudica. casta,* quæ omnibus bonis est preferenda. sic, castum seruare cubile Coniugis, ut possit pareos educere natos. *Sabinus qua-*
lu. exempla pudicitia & astorū, à inulieribus rusticis, sumta. Sabinorum virgines, quas Romulus rapuit, viros suos adeo dilexerunt, ut pacem inter Sabinos Romanosque facerent. *aut perusta solibus.* nigra, propèr nimium solis æstum, & assiduum laborem diurnum. Soles enim prodiibus ponuntur. *perniciis*, velocis, ce-
leris, impigri, agilis; ut Progenuit pedibus celerem & pernitibusalis. *sacrum.* Vestæ consecratum. Iuxta focum dij Penates positi fuere, laresque inscripti, idcirco quod ara deorum Larium focus sit habitus. *vetustus.* desiccatis, non recentibus, repositis, extrusas lignis focum. hoc enim vita rusticæ & laboriosæ proprium est, a-
mare focum, ut membra lassa reficiantur calore ignis. ubi consideranda est uxoris diligenter erga maritum & studium. *sub aduentum viri* sub, quando tempori iungitur, regit accusatiōnum, quia significat paulo ante. *textis crati-*
bis. caulis, septis; ut greges muniantur ab incursione ferarum. ut, cum tremit ad caulas. Dzinde crates etiam texuntur à rusticis ad mutantas pecudibus mansiones. *latam.* pingue, secundum. *distantia.* plena. *scicet.* mulgeat, exprimat. Lucas, Distebas siccant pecudes. *horna vina.* nouella. sic hornam frugem, hornum pomum, huius anni, seu hoc anno collectum: hoc autem ad idioma rusticæ simplicitaris pertinet hornum vi-
nus bibere, quod rusticu dulce apparent. *dulci-*
dolio. id est, vina dulcia. *dæpes inemtas* appetit, id est, non emitas, sed suo labore acquiras. ut Virg: *dapibus mensas onerabat inemtas.* nos me

Lucrina. non tantum me iuvant deliciae urbani conchylia; rhombi, scari, pilæ delicatissimi, non aues nobilissimæ, quantum oliua pingues, hædi, agna me iuvare possunt. *Lucrinus.* Lucrinus & Auernus duo lacus sunt ad mare Bajanum: In Lucrino autem abundant conchylia & alij pilæ delicatissimi. *mazis ve rhombas.* pro, rhombisve magis; per anatrophen. *iuerine.* dele-
ctauerint: ut, iuvat euanisse tot urbes. *rombus ve*
ast scari. pilæ sunt pretioli & sapore & raritate, qui aliquando tempestate maris orientalis derlati in mare Italicum, circa Italiam capiuntur, sed raro, quo nomine sunt cariores: In orientali autem mari abundat hoc genus piscium. *intonata.* pro, intonata: rata locutiv. *hiems inconata.* tempestas concitata, ut, dum pelago deservit hiems. *mare.* Italicum. *non Afra avis.* gallina Numidica, quæ magna est, & pinguissima, quam & Garamantiam vocant, & Africanam. *atragen Ionicus.* hanc autem vocans perdidem Aliaticam, ab Ionia quæ pars est Asia: Attagena autem femella est, inter nobilissimas habita. *quam letta de pinguissimis.* non tantum delectant quæ magno emuntur, quantum quæ in agris nascuntur. *lapathi.* lapathum herba in cibo sumta stomachum confortat, ventrem purgat, vrinam prouocat, ruetum excitat & nauseabundis comedendi aviditatem reddit: nascitur in locis fabulosis & planis. *grana regrotanti.* vel agna festis casa. Ostendit hic frugalitatem rusticorum, qui non aliis diebus pecora mactant nisi festis, aut etiam nisi è lupi faucibus rapta fuérunt; reliquis autem ferè diebus fructus terræ illis cibum ministrant, cum urbani quotidie carnisibus vescantur. *Terminalibus.* in festis Terminali Dei: qui dies festi celebrantur pso finibus agrorum. *bedus erexit lupo.* Quia cariora sunt quæ ex periculo liberantur. *ut iuvat.* quantum delectat. *pastas.* saturas. hoc quoque est rusticum voluptati, quod videat quantum præterea utilitatis ex agris pecudes domum referant. *seffos.* diurno labore. *collo trahentes languido.* laflo: ut, Aspice, aratra iugo referunt suspensa iuvenci positosque vernas ditis examen domus: Comparat apibus collectam seruorum multititudinem; nam sicut exanim apum procedit ab alveariis, sic serui, veræ, totaque familia operi intenta suum officium exequitur. *residentes.* nitidos, resplendentes. *hac ubi locutus fœnator Alphini.* vrbaniissime sub persona Alphij fœnatoris vult Floratius omnes scire, quid iucunditatis habeat vita rustica, quam singit Alphium meditatio; & viuere velle relicto scenoie urbano; sed confuse-

consuetudinem vita in omnibus tantum posse ostendit, ut ab ea, cui assueverit, nemo posset discedere: quemadmodum Alphius, laudavit quidem vitam rusticam, & ad eam se parauit; sed continuo memor idium, & kalendarum, rediit ad antiquam vitam. *Locutus* est. iamiam mox. *rusticus*, de sceneratore. *omnem rededit*. collegit, congregauit, rededit in vnu & exegit à debitoribus pecuniā, iam cōparaturus prædia, sed rursus stimulatus vñræ cupiditate, querit kal. sequentiibus eam dare scenori. *Idibus pecuniam*. vñlida datam & scenori; nam olim Idibus exigebantur vñræ: vt Cic. Prætermittuntur ruinas fortunarū tuarū, quas omnes impendere tibi proximus Idibus senties, ponere. deponere, in fœnum dare.

C R Y Q V I T S.

BEATVS agricola non tantum quod rebus iis omnibus abundet quæ ad vitæ cultum necessitatēmque pertinent, quantum quod in summa animi tranquillitate vitam peragens, nullis angatur malis iis quæ misere sollicitant animos, vitamq; perturbant illorum qui vrbani molestis aguntur, quos metus terrent, ægitudines exedunt, mille libidines incitant, & multæ futilæ lætitiae exultanteis, languidis liquefaciunt voluptatibus. *procul negotiis*, procul, siue adverbium, siue præpositio, nunc ablatiuo iungitur: idq; frequentius, vt hic. deinde Tacitus: Nec procul cæde aberam. *nunc accusatiuo*. Plin. in natur. historia, Villa est Campania haud procul Neapolim. Luius, Locus procul muros satis æquus agendis vincis fuit. *neque*. hic codices Bland. bis habent, neque Lambinus semel: Libri impressi ferè omnes, nec, nec: sed parum interest. *altas maritas populos*. Quid si *opus* legamus quibus mirè gaudent vites, vt habet Columella lib. 5. cap. 6. Sed item maximè opulus videtur alere, deinde vñlus, post etiam fraxinus? hos versus, meo quidem iudicio, Henricus Stephanus aptè rededit in ordinaem, his continentem subiectens. *inutilèisque falce ramos amputans felicioris inserit*: aut in reducta valle magnitudine prospectat errantes greges, aut *preffa pur.* &c. *mella condit amphoria*. habet hic Commentator duo vocabula, *puta*, *mellamessio*, & *lanitonium*, quæ arbitror non inueniri apud alias scriptores classicos: mellationem habemus apud Columellam & Plin. Ar non inuenio, quid illi respondeat alteri, nec etiam lanatio, quod finigere licet, idem notare potest: noluitamen omittere, quin quod sine vñlis lituris adnotatum vidi, his scriptis insererem, præsertim quod vide-

rem hinc deductionem, illuc compositionem non esse absurdam. *autumnus aruis extulit*. cod. quatuor habent, *autumnus agris extulit*. quæ lectio minus placet, propter hoc Festi, Aruum dicimus agrum neendum satum: sed & altera æquæ est sonora. *Vi gaudet insitua*. insititia: arbor autem insita Græcè nominatur *ιψολας*. certantem & *vñam purpura*. iidem codices habent, *purpura*. quæ lectio per ellipsis prepositionis plenior appetit. *libet iacere modo sub antiqua ilice*. hic facta est hæc Epodos in duobus codicibus Bland. & Bussidiano vno, his verbis: Introducit sceneratorem laudantem vitam quietam, sed tamen propositum non deferentem: quasi alia si hæc Epodos à priori. atque hanc lectiōem propagnare videtur Glareanus, & tria Mancinellum, verum ego Mancinello potius subscripterim; cur enim non erit perpetua laus vitæ rusticæ sub persona Alphei, etiam si priores quidem versus operam rusticam, posteriores autem vitæ eiusdem & amoenitatem delinient & commoditatem? profectò existimo hauc sectionem non tam esse apta quam ab incepto aliquo doctore profectam. *libet iacere modo*. à voluptate & amoenitate quæ aestate & hieme ruris capitur. Theoc. Idyll. 1. *δινέντω την περίλια ισθόμια*, &c. *labuntur altis taterim ripis aqua*. codex antiquissimus habet *riuis*. quod mihi magis arredit, tum propter proprietatem verbi, labuntur, tum propter præpositionem, ab, quæ erat adscripta, sic, ab altis riuis labuntur aqua. *iucunda captat pramia*? quanta hæc laus est rusticationis? quæ nullis rebus inferior est vrbana vita, cuius si delicias in cibis species, quæ in re vrbani non minimam vitæ iucundæ partem ponere confuerunt, nemo inficiabitur rusticos præter fructus terræ suauissimos cibos nullo cogente creatos, omnibus modis in re illis superiores esse. nam quæ ipsi in cibos delicatissimos admittere libenter solent, iisdem illis non carent rusticæ, & iucundius conuiuantur: quippe qui de suo præter studium & labore in captandis feris, nihil impendant, quando splendidioribus ciuibus, magna plerumque suarum rerum iactura epulari sit necesse. De delectu autem & apparatu ciborum qui huic loco seruire potest, legenda est Satyr. 4. lib. 2. *Vmber & ligna nutritus glande*. &c. *sacrum venuſt*. lege *sacrum & venuſt*. ex cod. Siluio. & *gravis malua*. propter Saburram congestam; nam maluæ dissoluunt & excipiunt, sunt enim laxatiæ. vide Satyr. 4. lib. 2. *terminalibus*. Siculus Flaccus. Terminii in terra collocabantur, consecrabantur que ex ea immaculata hostia à dominis, qui confines agros possidebant; &, vt opinor, quotannis

anbis Terminalibus agnas cedebant, iueundéque epulabantur. *fenerator Alphius.* Alphius feneratoris dictū apud Columellā, bonanomia nonnūquam mala fieri, si numquam interpellas. minimis quoque Plin. lib. 9. cap. 8. Flavi cuiusdam *Alij cum Mæcenate, omzem redigit idibus pecuniam.* sic habent quatuor codices Bland. & Bifidiani duo cum Diuī codice; non etiam re legit. arque illam arbitror esse genuinam lectionem, quia nihil est opus accipere cōmodatō quod domi habes: nam redigere pecuniam, propriē est in vnum reducere: in qua significatiōne relegate verbum est translaticum, nec fortasse nisi Horatio hoc loco cognitum, idque ex sententiā Acronis illius ficticij; at redigere & Ciceroni vistatum est & alijs antiquis scriptoribus. Cic. pro L. Flacco: Quid si ista omnis pecunia huic adolescēculo L. Flacco reddita est? si petita? si redacta? Idē in Verrem: Deinde bona vendit, pecunia redigit. Plinius Epist. 9. lib. 3. Sestertium quadragies redigi. *kalendis posere.* Ellipsis huius orationis, in scēnōre: ponere autem in scēnōre dicimus pro fenerari, ut i. Sestīo. satyr. 2. Diues agris, diues positis in scēnōre nummis.

A D M Æ C E N A T E M.

Iambica epodos III.

Excratur allium quod apud Mæcenatem ederat, cuius æstu torquebatur.

P A R E N T I S olim siquis impia manu

Senile guttur fregerit:

Edie cicutū allium nocerius.

O dura messorum ilia,

5 *Quid hoc veneni sauit in precordiū?*

Num viperinus his crux

Incoctus herbis me fefelli: an malas

Canidia tractauit dapes?

10 *Vt Argonautas, prater omneis candidum*

Medea mirata est ducem:

Ignota tauris inligaturum iuga,

Perunxit hoc Iasonem:

Hoc delibutio vla donis pellicom,

Serpente fugit alite:

15 *Nec tantuī vnguani siderum infedit vapor*

Siticulose Apulæ:

Nec manus humerū efficiacū Herculū

Inarsit æstuofius.

At si quia vnguam tale concupineris

locose Mæcenas, precor

20 *Manum pueris suauio opponat tuo,*

Extrema & in sponda cubet.

C O M M E N T A T O R.

M E T R V M Trimeterum & Dimetrum iam-bicum. Execratur Horatius allium, quod multis rebus ostendit incommodam propter nimium calorem, quo afficit in cibo sumum illos qui illud edunt. *parentis olim si quis.* id est, si quis fuerit tam impius in patrem vt illum stranguleret, edat pro supplicio allium, quod est cicuta multo execrabilius. *edit cicuta.* Sic loquebantur antiqui, vñnam edim, edis, editi, edimus, editis, edint. *allium.* Allium, dicendum est per vñcum l, quia a corripitur. sic etiam produxit Virgilius, per epenthēsim, Alia serpyllumque herbas contundit olenteis. *cicuta.* cicuta herba venenata, quæ vertit in amentiam eos à quibus est comepta. *ò dura messorum ilia.* Admiratur rusticos & mesiores, qui & comedere aīum, & illius feridissimum odorem valēant sultinere. *ò durailia.* fortia præcordia, quod tam olentib[us] & attinente non laudentur, sed reficiantur: vt Virgilii, Thestilis & rapido fessis messoribus æstu, Alia serpyllumque herbas contundit olenteis. *quid hoc veneni.* id est, quartum hoc venenum ardēt in precordiis meis. *num viperi.* vtrum languis viperar[um] serpentis his herbis incoctus, id est, immixtus, me fefelliit? *Canidia tractauit dapes.* Canidæ nomine. Gratidam Neapolitanam vnguentariam vult intelligi, quam vt veneficam Horatius semper insectatur, & quia non licet aliquem suo nōtare nomine, pōtētæ propriis nominibus solent effingere similia. sic Virgilius in Bucolicis pro Citheride Lycoren nominat. *vt Argonautas.* Ordo huius est: Postquam Medea mirata est Iasonem ducem, præter omnes Argonautas, candidum, hoc veneno, id est, allio perunxit illicigaturum iuga insolita tauris indomitis, vt eum muniret aduersus vim taurorum flammas vomentium, qui prius iugo ab illo subiiciendi erant, quām aureum vellus auferret, notat hanc fabulam: Iason dum responso Apollinis Colchos peteret ad tollendum vellus aureum, hoc prius obtinere non potuit, quām tauros ferociissimos ignēm spiranteis ē naribus, sub iugū mitieret: hunc autem cūm vidisset Medea **A**Ecta regis Colchorum filia veneficarum maxima, statim adamare ceperit, vīpote iuuenem k pulcherri-

pulcherrimum, cuius confilio, & magica presidio Iason, & tauros tubugavit, & per ignem interfecit, & auro unum veliusabituit, deinde tauris pro ciliis a. rū coniunctis hydriæ interfecit dentibus, de quibus è terra sedes armatorum surexit, qui primo impetu in Iasonem facto cum nihil proticerent, postea mutuis vulneribus conciderunt: Iason autem Medeam secum abduxit & in uxorem habuit: sed dum ei superinduceret pellucem Glaucen filiam Creontis regis, hæc illi dedit tunicam veneno infectam, quam cum Glauce induisset, eius incendio consumpta periret. Postea Medea non ferens iram indignantis contra se Iasonis, currus alatram serpentum fugit, interfecitis prius suis ex Ialone filiis Medo & Mermero. ut Argonautas. ut, id est, postquam Argonautas. Argo dicta est nauis qua Iason vectus est Colchos. vnde loci eius vocati sunt Argonautas. candidum. pulchrum: ut, candida Maia, candida Daphnis, candida Dido. ut, Candidus insuetum miratur limen Olympi. mirata est. adamaurit. ignota. insueta, grauia, & ponderosa. illegitum iuga. id est, iugis innectis subactum tauros ignavios, perinxit, hoc Iasonem. ut per hoc etiam arte magica eum flecteret in amorem sui. hoc delibutus. perfusis, hoc allij succo. donis. vestibus. serpente alite. pennatis draconibus curvui iunctis. nec tantus unquam. non tanto ardore siderum luccata est Apulia, quanto ardore tenor comestio allio. infedit, incubuit, inuasit Apuliam. vapor. calor. astus. nec munus humeris efficacis Herculu. Nessus Centaurus vulneratus ab Hercule in rapto Deianiræ & sui uicissim audus, suo sanguine intinctam lanam, quæ cruentum tercerat, Deianiræ dedit, docens ab Herculo se vehementer posse diligi, si ex ea confectam tunicam daret Herculi induendam: quæ exedula, cum precepta Nelli seruaret, Herculi confectam obtulit tunicam. Hic, mox ut eam induitus est, tanto ardore corripiatur, ut ipse sibi suos artus dilaniaret, & ad extreum, cum dolore visitus esset, in Oeta monte constructa pyra, sese in ignem coniiceret, qui purgatus corpore, dicitur in numerum deorum receptus. hoc argumentum ideo ab Horatio his positum est, ut docetur quo quis ardore, allium comedere esse ardenter. efficacis. laboriosi & fortis, cui ad effectum omnia patabant. hoc epitheto Herculis est perpetuum. inflatus. inflammatum est. effusus. ardenter. quod si quid unquam tale. si voquam volueris allium comedere, precor ut puella manum suam opponat tuo osculo, nec sinat se osculari à te. tale allium iocoſe Macenas. solitus enim fuit Horatius, ut ipse iocacium Macenat. iocoſe. vel, ut fuit,

ras sui ioci lacerationes vitet, vel ut illi suos iocos commendet. saui oponat tuo. amoris osculo. extrema & in sponda. id est, in extrema parte lecti, non una in lecto tecum, ut illius cupiditate expellatur tibi cupiditas edendi allij. cabet. ut acti sextere offendatur.

C R V Q V I V S.

SE NILE guttur frerget. in Bono madimur. Sicutur frangere improprium est, pro eo quod propriè dicitur frangere ceruicem. Græcè significans & magis propriè λαυρόμενον, iugulare. ξερνίζειν. edit cicutis. si habeat quatuor codices contra vulgarem lectionem. edit. eius formæ adhuc habemus, sim, velim, faxim; quod notauit Nannius in suis Miscellaneis; à quo non dissentit Lambinus ex Victorio & antiquis codicis. quid hoc veneni. Lambini exppositio vehementer placet per subintellectionem prouocabuli, quod: nimirum, Quid hoc veneni est quod scitur in praetordiis? Commentator autem, quid, reddit, quantum; sed eam significationem nō facit arbitror apud alios scriptores inueniri posse. Bonfinis legit queis, ut sit prouocabulum messorū, sed parum apicē, meo iudicio. An allium l. simplici scribi debeat, ut vuln Commentator; omnino dubito: non negarim hoc tamē si ab oleo, verbo deduci verum sit, ut vult Isidorus: vnde quidam aleum, scribendum putarunt, quos reprehendit Solisater: malum certe non recedere ab vnu doctorum, qui vnamiter omnes per il duplex scribunt, præter vnicum Pomponium Eruſium, ut refert Pomponius Fortunatus 11. Columellæ cap. 3. malas Canidia tractant dapes. male contrectauit, veneficio aliquo malas reddidit. vim allij ram sibi Horatium aduersum & iniurium sensisse mirum videri non debet, cum fuerit natura mirum in modum & temperatura calidus & adeò pyrocholos, quod de se ipse testatur, vbi inquit: Irasci faciliter tamen ut placabilis idem: Est enim & allij vis calida, aridaque & acris, atque mordax: nautistamen & messoribus aptissima, tum quod virtutatem aquarum, quas vitrique copiosas ingenerent, & sudorum copiam & pestilentium humorum aërisque & omnium venenorum pericli temperat: atque emender, nec sitim tamen accendat & flatus omnem eduliorum maximè discutiat. vide Galenum lib. 12. methodi med. Et si Diosc.lib.2. cap. 146, inflationes creare scribat, ut annotauit Pantinus medicus. siticulosus, aridæ, πελούδηψιον: eodem modo aliqui existimant exponendum illud Homeris, κρίνεται διάγχιστος πελούδηψιον. Αργος ικεπηρος: allij vco πελούδηψιον inter- pretantur.

pretantur, desiderabile ac amabile: in qua sententia est Athenæus lib. 10. *sassio*. Sic legitur in scriptis codicibus, non suauio. hinc etiam sauiati. hæc mihi aliquanto amabiliora videntur; quam suauium & suauari. hinc etiam Commentator vtitur deminutuulo, oculusculum, quod apud neminem alium inueni. *extrema* & *in sponda cubet*. non incepit nec inconcinnè quis extrema cubare spondacum eo dici poterit, qui cùm illi quidem congruit, sed deminutæ, exiliter, & non undeque perfectæ, vt si diligat, sed amore inchoato & imperfecto: cùm sententiam opinionemque cum alio communem tuerit, sed non ex animo omnino & ex omni parte conueniente.

IN VOLTEIVM MENAM

libertum Pompeij Magni.

Epodos Iambica IIII.

Lupis & agnis quanta sortitd obtigit,
Tecum mihi discordia est,
Ibericu perusse funibz latus.
Et crura dura compede.
5 *Lices superbz ambules pecunia,*
Fortuna non mutat genus.
Vidēne sacram metiente te viam
Cum bù ter vlnarum toga,
Vt ora vereat buc, & buc eunium
10 *Liberrima indignatio?*
Sectus flagellu bic triumviralibus
Prætonis ad fastidium,
Avat Falerni mille fundi iugera:
Et Appiam maniu terit:
15 *Sed libibzque magnus in primiu eques*
O bone contemps fedes.
Quid astinet tot ora nauium gravi
Rostrata duci pondere
• *Contra larones, atque seruilem manum,*
Hoc hoc tribuno militem?

COMMENTATOR.

A S F E R R I M E inuechitur in Menam Pompeij Magui libertum, qui cùm seruus fuisset, de seruili condicione ortus, ita paulatim diuitiis crevit, atque iniqüis artibus subiectus est, vt eques ab Augusto prius factus, tandem peruerterit ad dignitatem tribuniciam: vnde cùm nimis superbiter, & sua condicione immemor, alios delpi-

ceret; Horatio factus est inimicus. hic autem Menana fuit Pompeij Magni libertus, postea præfectus classis Sexti Pompeji, aduersus Augustum bella gerentis, qui primùm cum tua classe ad Cæsarē transiit: deinde ad Sextum Pompeium redit, postrem ad Cælarem reueritus est. *Lupus & agnus*. ex professo dicit lete iamicum Menæ: quanta, inquit, est discordia naturali sorte. inter lupos & agnos; tantam ego profiteor mihi esse tecum o Mena. Omnes autem inimiciq; aut à natura proficiuntur, quales sunt inter bruta; aut à voluntate per electioem, quales sunt hominum inter se. *sortitd*. sorte naturæ, seu instinctus aduerbiū est qualitatis, non etiam euentus pro fortuito, vt legerunt aliqui. *secum mihi discordia est*. Eliptis dictioñis, tanta. *Ibericu*. Hispanis, quia in Iberia, id est, Hispania plurimum sparti nascitur, vnde funes sunt. *perusse funibz latus*. id est, habens latus valde calum, tanquam vilis seruus, vt notas adhuc habeas in lateribus, & dorso: vult enim significare illum olim seruum, in Hispanica nauigatione, valde cœlum fuisse *perusse latus*, *perusse crura*. synecdoche; vt, lacrymis oculos iulfus nitentes. *perusse crura*. qui habuisti crux vineta, & excruciat: *dura*, id est, ferrea compede. *licet superbz*. quamuis habeas ingentem pecuniam; tamen nobilis esse non poteris. numquam enim diuitiæ efficient vt non sis libertus: *fortuna*. felicitas. *vidēne sacram*. vidēne quomodo omnes conuertant ora tua, cùm togatus incedis per sacram viam, indutus togam sex vinarum, nimis scilicet longam, & extenta habens brachia in modum veli: vt, Tullius velis amictos non togis. *sacram*. sacra via Roma erat quæ ducebatur ad Capitolium. cùm incedis, inquit, magna pompa ornatus, ad Capitolium, populus iuste indigatur. Tribunis & nobilibus moris erat præliax quidem habere vestes, sed non minus longas & amplas. *vertas*. conuertat. *excircus*. prætereuntium hominum. *liberrima indignatio*. id est, iustissima, seu apertissima: libertum populi iudicium, quod liberè redarguit & sine timore, quod ratiæ iustum est: indignatio enim aut libera est, aut tacita: libera, est aperta sine vilo timore: tacita autem qualis erat illa de Chrysono Syllæ liberto, quem potentissimum quidem indignabantur Romani, sed id palam loqui non audebant. *sectus flagellu hic*. hæc quasi indignantis populi verba sunt in Menam. *sectus*. grauius cœlus. vt Iuuenialis. Secat ille flagellus. *flagellu triumviralibus*. Triumviri capitales erant, qui verberabant & necabant à confusilibus damnatos: & Triumviri hic accipi videntur, pro quiibus suis iudicibus; nā omnibus potestatibus seruos cedendi

cædendi ius erat. Triumuiratus capitalis, triumvorum potestas est, quorum iuſſione rei flagellis quibuscumq. vel cruciatibus puniebatur. Triumuiri autem sunt ipsi qui vnam potestatem habent in tres diuīsam, & vnlusquisque illorū Triumuir vocatur, quali vnuſ vir de tribus. *præconis ad fastidium*. ellipsis dictio[n]is, vsq[ue] ut ienſus fit, viq[ue] ad fastidium præconis: Nam ad præconis vocem. flagellabantur noxij. *fastidium*. latietatem. *arat*. excolit. *Falerni*. Falernus mons Campaniae optimi vini ferax. hæc autem verba referenda sunt ad Italiz situm, vbi ligatis ad arbores vitibus, omnes arantur vinea. & *Appiam*. viam qua iur ad agrum Falernum, cuius occasione notat Menam nimis mollem & delicatum, qui non pedibus iter ad suos agros faceret, sed equis, non quibuslibet, sed mannis, quod est virorum principum: Manni autem equi sunt quos vulgo Burdones vel Burichos nominamus. *sedilibusque magnus in primis eques*: hoc est, in sedilibus primis equitum sedet, contemto Othonē: Nam L. Roscius Otho trib. plebis lege sua iussit. ex infamo genere hominum equitem fieri non licere, sed ex certis ordinibus homines volui venire ad summos gradus honorum: iecirco quatuordecim gradus in theatro senati separarat, ex quibus primi Tribunicii potestatibus vacarent: at iste Menas, cum esset libertus, contra hanc legem venit ad primum honoris gradum. huius autem legis meminuit Iuuinalis inquiens, Sic libitum vano qui nos distinxit Othoni. *quid artinet*. ostendit tunc temporis ex seruili condicione latrones collectos nauali discursione Italiam deuastare, contra quos Romanus dirigebatur exercitus. itaque quid artiset, cum ingenti indignatione dictum est: id est, quid prodeat armari classem ab Augusto contra seruos, ac fugitivos quos armavit Sextus Pompeius, si Mena seruos ac lato tribunus est militum & clasius præfectus? rostrata. Rostra dicuntur summe partes nauium ære & ferro munitæ.

C R V Q V . I V S.

I V. P. I. S. *Gagis*, de naturali odio quorundam animalium inter se, atque rursum de amicitia; Plin. lib. 10 cap. 74. callent enim cuncta animalia, scirūque non modo sua commoda, rerum & hostium aduersa, norunt sua rela, norunt occasions, quod vt pro sollertia, ita & sedula natura in omnibus id fieri animalibus, disputat egregie Oxer. offic. 11. In eos autem omnes hoc accommodari proverbiali sermone potest, qui tacito ac naturali quodam inter se oblio, dissimil' imitq[ue] ingenii predicitur, secum mibi discordia est. nam iuxta illud Eurip. *hōγ γονάδη τύτο τοῖς ἀπειροῖς*.

ὅταν τομές ἀξίας ἀνὴ τοῦ, hoc est, valde hoc molestum est melioribus, quando vir malus obtinet dignitatem. *licet superbus ambules*. velut qui Iuonis sacræ ferret, air laty. 3. lib. 1. de Hermogene Tigellio. huiusmodi hominum genus Græcis significanter dicitur *σεβαγύνθαι*, hoc est, insolēscere & cum fastu omnia agere: & per quā venustæ, prœter bialique schemata, Mandronis siculna natus, is dicitur, qui præter meritum ad opes & felicitatem evectus est, nec pristinae condicioneis memor, præsenti rerum successu insolenter abutitur. *cum bus ter vlnarum togæ*. Lambinus ex impostore Porphyrione, (quali illius essent Porphyr. docti verba) resert iustum togæ magnitudinem sex vlnis constitisse. ego, vt in commentatore videbam, licet, in adorationibus manu scriptis nihil tale inuenio: sed contraria, Horatium certum est notare togæ nimis magnam amplitudinem in Mena; supra tunicam verò vela pro togis induisse, animi fuit imbellis & enervans. *Alexand.* ab *Alexand.* lib. 5. cap. 18. Plautus Pœnulo: *Quis hic est cum tunicis longis quasi puer cauponius?* quod etiam significare legimus Ciceronem. 2. in Catilinam: *Quos pexo, inquit, capillo nitidos, aut imberbes, aut bene barbatos videtis, manicatis, & talibus tunicis, vel amictos non togis: quorum omnis industria vita, & vigilandi labor in antelucanis eornis expromitur: in his gregibus omnes aeatores, omnes adulteri, omnes impuri impudicique versantur.* hanc integrum sententiam apposui, quod multum faciat ad declarationem huius loci. *Othone contemto sedet*, non dissentit hic locus, si luxum spœctes & mollitatem, ab eo faty. 2. lib. 1. Malthinus tunicis demissis, &c. De lege Theatrali lata à L. Roscio Othone, vide Alexandrum ab Alex. lib. 5. cap. 16.

IN C A N I D I A M V E N E F I C A M.

Epodos Iambica v.

*At ô deorum quicquid in calo regit**Terras & humanum genus,
Quid iste fert tumultus? & quid omnium
Voltus in vnum me truces?**Per liberos te, si vocata partibus**Lucina veris affuit:**Per hoc mane purpure decus precor:**Per improbatum hæc louem.**Quid, vi nouerca, me intueris? aut vix.**Potita ferro bellua?**Vt haer trementi questus ore constitit;**Insignibus rapta puer;**Impubē.*

- Impube corpus, quale posset impia
Mollire Thracum pectora:*
- 15 *Canidia brevibus implicata viperis
Crineis, & in contum caput,
Iubet sepulcris caprificos erutas,
Iubet cupressus funebres,
Et vincta turpis oua rana sanguine*
- 20 *Plumamq; nocturna strigis,
Herbasque quas Iolchos, atque Iberia
Mutuit venenorum ferax:
Et ossa ab ore rapti ieiuna canis
Flammis adiuri Colchicu.*
- 25 *At expedita Sagana per totam domum
Spargens Auercaleu aquas,
Horret capillus, ut marinus, asperio
Echinus, aut currens aper.
Ab aetate nulla Veis conscientia,*
- 30 *Ligonibus duris humum
Exhaustebat ingemens laboribus,
Quo posset infossus puer
Longo die bus, ferme mutata dapis
In memori spectaculo:*
- 35 *Cum promineret ore quantum extant aqua
Suspensa mento corpora:
Excella vti medulla, & aridum iecur,
Amoris effet poculum:
Interminato cum semel fixa cibo*
- 40 *Intabuissent pupula.
Non defuisse mascula libidinis
Ari ninensem Foliam:
Et otiosa credidit Neapolis,
Et omne vicinum oppidum:*
- 45 *Quae sidera excante a voce Thessala
Lunamq; calo deripit.
Hic irrefectum saua dente liquido
Canidia rodens pollicem,
Quid dixit? aut quid tacuit? a rebus meis.*
- 50 *Non infideles arbura
Nox, & Diana, que silentium regis,
Arcana cum sunt sacra:
Nunc nunc adfeste: nunc in hostileu domos
Irunt atque numen vertite:*
- 55 *Formidolosa dum latent siluis sera,
Dulci sopore languida:*
- Senem, quod omnes rideant, adulterum
Latrent Suburana canes,
Nardo perunctum, quale non perfectius
Mee laborarunt manus.*
- 60 *Quid accidit? cur dira barbara minus
Venena Medea valent,
Quibus superbam fugit vita pellicem
Magni Creonti filiam,*
- 65 *Cumpalla, rabi munus imbutum, nouam
Incendio nuptam abstulit?
Atquis nec herba, nec latens in asperis
Radix fefellit me locu.*
- 70 *Indormit vinctis omnium cubilibus
Oblivione pellicum.
Ab, ab, solitus ambulat venefica
Scientioris carmine.*
- 75 *Non vistatis, Vare, potionibus
(O multa fleturum caput)
Ad me recurras: nec vocata mens tua
Marsis redibis vocibus.*
- 80 *Maius parabo; maius infundam tibi
Fastidienti poculum:
Primumque calum sider inferius mari
Tellure portecta super:
Quam non amore sic meo flagres, vti*
- 85 *Bitumen atriu ignibus.
Sub hac puer, iam non, vt ante, mollibus
Lenire verbis impias:
Sed dubius unde rumperet silentium,
Misit Thyestea preces.*
- 90 *Venena, magnum fas, nefisque: non valent
Conuertere humanam vicem.
Diris agam vos, dira detestatio
Nulla expiarur vicima.
Quin, vbi perire inffus expirauero:*
- 95 *Nocturnus occurram furor;
Petamque voltus umbra curui vnguibus:
Quae vni deorum est Manium:
Et inquietis aspidens præcordiu,
Pauore somnos auferam.*
- 100 *Vos turba vicarim hinc, & hinc saxu petens
Contundet obscenas anus.
Post inseparata membra differenter lupi,
Et Esquilina aliæs.*

Neque hoc parenteis, heu, mibi superstites
Effugerit spectaculum.

COMMENTATOR.

HANC epodon scripsit Horatius in execrationem Gratidiz veneficæ mutato nomine, pro Gratidia Canidiam posens; decreto namq. cautum fuit, ut nemo publicè nominatim alicuius virtutia carperet: hæc autem Gratidia Varum quendam adamauit; quem cum in amorem sui flecente nequisset, furum raptum puerum quendam patricium, humique mento tenus defossum necauit, ut ex eius cadasuere, arte necromantica, sua maleficia adimpleret. hic sciendum est quod Necromantia seu Necyomantia, quam hic describit Horat. differat à Sciomantia: nam Necromantia est maleficium quod sit ex hominis cadasuere aut ad aliquid diuinandum, vel vt hic, ad hominum menteis permurandas in amorem, vel odium: *sæpe enim mortuus, & mortua, diuinatio est:* Sciomantia autem est euocatio vmbrarum ab inferis; quod sit per Magicæ artis præstigium, ut aliquid futuri ex ipsis vmbbris digneatur: *exia eam vmbra dicitur, sicut de Pythonissa legimus.* In exordio itaque huius epodi verba sunt exclamantis pueri, & deprecantis ve. neficas: postea describit poëta omnem apparatum futuri maleficij: deinde invocationem noctis, & cetera verba Canidiz: postremò imprecationem iam morientis pueri. *at o deorum. exordium ab exclamacione pueri prætextati, mirè abruptum: vt, at tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausiq. huiusmodi sunt Comica initia, quæ ex abrupto incipiunt: vt, Vos istæ intro austere, abite. quidquid. i. quæcumque portetas deorū terrena & humana gubernat. quid iste fert. hoc est, vult. vt, In noua fert animus. & quid omnium voltus in unum me. contra me folum volunt. truces. austeri. Omnim vultus earum dicit, quæ cum Canidia conscientia in rapiendo pueri, & ministrae sceleris ciuij fuerunt. per liberos. tuos, o Canidia te precor, si aliquando verè parientem te Lucina iuuerit, quasi dicat, Canidiam numquam peperisse, sed puerum sibi supposuisse, quod esset sterilis. *Lucina. Diana: invocatur à parentibus, dicta Lucina quod prælit nascentibus in lucem. per inae hoc. Quo magis exaggeret atrocitatem huius sceleris, prætextatum, ac per hoc mollem, & delicatum hunc introducit puerum. Decus ergo purpuræ apud illam inane fuit, quia nihil proficeret ad misericordiam, cuius aspectu nihil commota, in illum, tanquam in quemlibet seueriret. per hoc purpura docu, id est, per præ-**

textam meam, que indicium est meæ nobilitatis. *impobaturum. damnaturum, puniturum, vindicatum. Iouem. qui vindex est malorum. hec. maleficia. quid ut nouera me insueris. quia nouera in aliis os filios iniuste esse, & iuare solent. petitæ ferro bellua. sunt enim bellæ plurimæ, quæ, cum ferro petuntur, crudeliores sunt, ut aper, versus. ut hec trementi questus ore confitit. hue cuique locutus est puer. sequentia verba sunt poëtae, quorum hic est ordo, ut puer questus hec trementi ore constitit, Canidia implicata crineis, raptis insignibus pueri, iubet adiuri flammis Colchicis impube corpus, quale posset molire impia pectora Thracum. ut postquam constitit. tacuit, aut sterit. insignibus raptis. insignia pueri vocat illius ornamenti bullam & prætextam. impube. æmbo. tenerum & delicatum, quale. intelligitur tale. posset mouere impia. id est, barbara, dura. Thracum, id est, etiam Thracum pectora barbara mouere posset. tale est illud Virgilij: *Quis talia fando Myrmidonum, Dolopumque, aut duri miles Vlysiæ,* temperet à lacrymis? quasi dicat, etiam hostes fando talia, non temperarent à lacrymis: quo pacto nos Troiani à lacrymis temperemus, fando talia: *Canidia brevibus implicata viperis. æræ adorans,* habitum Canidiam funiale delicit: nam sic ut furæ infernales pro capillis habent angues & serpentes; ita & ista in veneficio hoc componendo furibundia stabat. brevibus. quia nulla de serpentibus brevior est, qua non sit & peior. *implicata crineis.* quasi hoc exigeret ars maleficorum, ut implicarent suos crineis serpentibus. *incotum. impexum. iubet sepulchris.* significat hec sacrificia esse infernalia & malefica, dum caprificos sepulcris extrictas, & cupressus infastas, cum reliquis hic vult adhiberi, quasi diis inferis sacrificatura. *caprificos.* Caprificus, species est fici siluestris, adeo penetrabilis, vt laxa etiæ sepulcrorum perrumpat. Hic autem dicit nō vnde liber, sed sepulcris erutas, quod inferna essent sacrificia. *cupressus funebreis.* inferis consecratas & funeri aptas, quia funeribus adhibebantur: vt, ferales ante cupressus constituantur: nam ut cupressus recisa numquam repullulat, ita mortui non redeunt ad vitam: cupressus autem & per secundam & quartam declinariæcm efficitur. *& vndæ turpis ouarana.* ordo est, & oua plumamque nocturnæ strigis, vñcta sanguine turpis ranæ, &c. *vndæ, imbuta. turpis.* deformis, veneficis apta est rana, & inferna. vt luuenal. Et stygio ranas in gurgite nigras. aut turpis, id est, grandis: vt, cui turpe caput, cuiusmodi ranæ, rubetæ dicuntur. Luuenal.. ranarum viscera numquam inspexi. idem, misericiente rubetam. *nocturna strigis.* Strix nomen *voce**

atius, malū omnes habentis, quæ stridorem nocturnum pro cantu habet, de qua Lucanus: Quod trepidus bubo, quod strix nocturna queruntur. **herbas**, magicas, quas Iolchos, vrbis est Thessalicae, quæ regio venenorum ferax est. **Iberia**, nō Hispaniam dicit, sed illam quæ est in Ponto, herbis magicis abundantem. unde Virgil. nascuntur plurima Ponte. **& ossa ab ore**, non quòd verè ab ore ieiunæ canis dentes tollere potuerit, sed animum reulit maleficorum, qui ex impossibiliibus effectum fibi promittunt. **flamnis aduri Colchicu**s, hoc est, magico ritu præparatis incendiis & per veneficia accensis, quod propter Medeam Colchicam di-
ctum est, huius artis perießimam, quæ vestem pellici suæ datam, vna cum ipsa & tota domo regia conflagrari fecit, non ignis quidem ardore, sed incantatione. **at expedita**, vincita, succincta ne defluentes vestes impeditoſe effent. **Sagana**, malefica, ex cōcis vna & Canidiæ submittit. sic & Virgilio inducitur Amaryllis. **Auernealis**, infernalis; sumtas ex Auerno lacu, quæ dicitur ad inferos esse descendens: Sparserat & latices simulatos fontis Auerni. **horret capillis**, horrida apparet. **aſperis**, erectis ipso facrorum furore. Lucanus, Erectis discissa cornis, & inhorruit armos. **echinu**s, semipedalis pisces in modum ericij, asper, & ferolus. **currens aper**, furens. **Veia**, nomen eius est quam vult esse Canidie sociam. ordo est, Veia nulla mali conscientia abacta, exhaustiebat homum duris ligonibus, ingemens laboribus. **abacta**, quæ nulla conscientia à maleficiis abiungi poterat; nullius enim mali libi non gaudebat esse conscientia. **humū exhaustibas**, effodiebat ut puer infoderetur. **longo die**, aſtio, bis tērque mucata dapi. ante oculos d. fossi pueri cibos positos per momenta ferè mutabant, ut mutatae dapis desiderio intabesceret, atq. ita mereretur miserabiliter. **inemori**, id est, tabescendo moi. **cum prominenter ord** extaret è terra mento tenus. **corpora**, natantium. **ex ſeta ueti medulla**, hic cauſam reddit tantum facinoris, nempe ut ex pueri nimio afflictu cruciati, mortuique medulla & iecore Varo amoris præpararet; & potionem temperareret. **anidam iecur**, proptes famem & sitim. **intermina**to, interdicto, prohibito. **fixo pupula**, immo-
te, cum prænimia fame puer oculos à cibo non moueret. **intabuſſens**, defecissent: vt, Et fame tabentes artus in littore ponunt. **non defuisse maſcula libidinis**, aurocitatè facinoris auget loci diſtaonia: quasi Neapolitani non audiuissent modò hoc facinus, sed etiā noſſent illi interfuisse Poliam veneficarū pessimam: **maſcula libidinus**, quæ tam mōſtroſe erat libidinis, ut etiam eu feminis rem haberet; quo criminis etiam Sappho male audit.

huiusmodi autem feminæ Hermaphrodite no-
minantur. **otiosa Neapolis**, quieta, minus curioſa.
sic Virg. illo Virgilium me tempore dulcis alebat Parthenope, studiis florentem ignobilis otis: quod aptissimum esset secessus quietis in ea. quare etiam fabula dicta est, quod arebus granibus vacaret & fabulis indulgeret. **viciniū oppidum**, etiā Puteolana ciuitas, **excantata**, superata, voce **Thessala**. carminibus magicis. Thessalia regio est Graecie vicina, vbi magia vigeret plurimum, & herbae magice abundant, quare ab aliquibus illa dicitur inuenientum Theſſalam. **Lunamq; celo deripit**, multi namq. magi præstigiis suis ita oculos nominū de-
ludunt, ut videantur Lunā & sidera cælo detrahe-
re in terrā & commouere. sic Virgil. Carmina vel cælo possunt deducere Lunam. **inrefectum**, valde ſectum. **dente liuido**, inimico, nigro, deformi. hic. tūc. vt, Hic regina graueni gēmis aurōq. popolat, implevitq. mero pateram. **pollicem**, vnguem pollicis. expreflit habitum & modum furentis Cani-
diæ. Perroniū, ut monſtraret furentem pollice, ait, vñque ad periculum rolo. **quid dixit**, Hysteron proteron; pro, quid tacuit? aut quid non dixit? interrogatio admirationis & detestationis plena. i. quanta, & qualia ſcelera, & verba nefaria non di-
cere, aut ſilento præterire potuit, quæ in tāto maleficio dicenda erant! **ō rebus meis**, verba haec fuit Canidiæ inuocantis Noctem & Dianā, tenebrarum præſides deas, & rerū occularum. **rebus meis**, i. his artibus magicis. **arbitra**, reſtes conciæ, aut præſentes. vt Sallust. arbitris procul ambitis. **Diana**, Luna, quæ noctibus præſit. **que silentium regi**, noctem in potestate habes. **arcana**, malefica. **ſacra**, veneficiorū, in hostiis domos. Varo hæc im-
precatur, qui eam fatidiebat. **numen**, potentiam veſtriarum, **formidolosa**, timendæ, quod timore inquietant. **fera**, hoc eſt, ne nocte quidem ſit, quiescere Varū, quæ etiā feris est quieti. vt, Cū tacet omnis ager, pecudes piſtæq. volucres. **lan-
guide**, resolute, fesse, adulterum. Varū amatorem, qui, me ſpreta, alia adamat. **latrē Suburana caner**, cum perficuantur furis agitatæ, eu eo iocentur; cu derideat canes Suburae, id eſt, merentices de Subura, iuxta quam degit Varus. Subura autē di-
cta eſt à Suburā, quod in ea regione Rōma ali-
quādo ſubuſtione paludet ſiccata ſit. **nardo**, meo. **quale**, vnguentem perficius, efficacius ad conciliandū amorem: **quid accidit**, indignans ad-
miratur, cur non viuſtus Varus ſuis venenis ad ſe
venit, quid ſit impedimento. **cur dira barbaræ**, hoc eſt, cur minus dira venena mea va. ent, venenis barbaræ Medeæ? cur venena mea Varo dato, minus ſunt efficacia veperis Medeæ? Aut cur dira venena Medeæ minus valēt lolito? hac enim ſua
dicit.

dicit esse Medeza, quod ab illa fuere inuenta, cum se de pellice sua Glauce, Creontis filia vta est. *superbam*, potentem. vt hic, populum late regem bellisque superbum. *fugit*, curru serpentum. cum palla, palla munas, epexeges, tabo, veneno. alias significat corruptum sanguinem. vt, terram tabo maculant. & cit nomen ciptoton tabi, tabo. Sunt qui Medeiam, non pallam, sed coronam Glaucae dedisse volunt. *imbutum*, infectum. *nupiam*. Glauen. *atqui nec verba*, dicit se vehementer admirari, quid id sit quod sua venena non possint solitam vim exercere, cum in herbis & radicibus beneficis inquirendis nihil à se sit pretermissum. *herba*, venefica. *sefellit*, latuit. *in locis asperis*, in montibus. *indormit*, non laborat, inquit, Varus meis veneficiis, sed potius securus dormit, sine amoris inquietudine, oblitus omnium suarum pellicum. sic illum etiam sui immemorem dicit: ita enim ordinatur, indormit cubilibus vnetis obliuione omnium pellicum, *Ah ah.* dolentis vox est. scio equidem, inquit, quid accidit: altera inuenta est à Varo malefica me peritior, cuius auxilio ipse effugit mea veneficia. *solutus*, liber à meis. veneficiis. *non usitat*, nouis, magnis, quibus ad me redibis, velis nolis, nec amplius ullis incantationibus poteris ab amore mei diuell'i; non Marsi, non Peligni, ab amoris mei vinculis te liberabunt. *ò multa*, id est, multum. *fleturum caput*, hæc per parenthesin sunt accipienda. *non vocata mens*, reuocata. *Marsi vocibus*, magis incantationibus. hoc est, ita te desigam nouis & insolitis maleficiis, vt mentem numquam recipias, etiam si Marsos tibi adhibeas: Marsi autem Italiz populi ita venenorum fuere periti, vt & saliu soliti sint etiam mortus curare serpentum. *infundam*, conficiam. *faſtidenti*, aspernanti me. *priusq; calumſidet*, tubidet, pessum sidet, & terra super mare erigerit: hoc est, antè tota natura rerum mutabitur, quā Varus non ita amoribus meis ardeat, vt igni bitumen immissum. bitumen autem materia est tenacissima, adeò vt postquam aridum fuerit, nulla re dissoluatur; admotum autem igni flamas ingentes emitit: fertur autem esse igneæ naturæ, celestique igni nuririri. Vnde & in capo Sennaar, vbi frequentissima fulmina cadunt, multi bituminis putei esse leguntur: Græcè autem Asphalatum vocatur. *sub hac puer*, puer prætextatus cum videbat se intercidendum, diutius silere minime potuit. *iam non*, ut antè, *mollibus*, vt cui adderet desperatio dicendi libertatem. *mollibus*, blandis: vt, manditque trahitque molle pecus. *lenire*, lenibat: nam prius sperabat se posse eas reuocare ab interitu suo, blandè illas compellando, at

iam desperatione adductus, diris excretionibus deuouer. *vide rumpere silentium*, quid primum diceret, vnde sumeret exordium loquendi. *Thyeſteas preces*, graves & noxias imprecations, duras, qualibus Thystes viuis est contra Atreum fratrem, qui eius filium coctum illi apposuit edendum. *venena magnum fas nefasq;* verba sunt pueri. hæc autem exegesis est, nempe venena quæ sunt magnum fas nefasque, &c. nam fas est, si hoc detur impio & scelerato: contrà vero, est magnum nefas si propinetur innocentis: sicut & gladius fas est, & nefas: fas quidem, si stringatur in hostem; nefas autem, si contra ciues euaginetur. hæc itaque venena non possunt permutare humanam sorteim, vt hi qui boni sunt, si veneno occiduntur, noxijs sint; aut hi qui alios perimunt, sint à scelere immunes. *conuertere humanam vicem*. ut ex innocentie sit aliquis nocens, aut contraria; venena non possunt conuertere quod semel decreatum est, nec facere, vt, quod est iustum, videatur iniustum, & vt pœna liberetur qui illam sunt meriti: vices autem appellantur pœnae in sceleratos regeruntur. *diris*, furis, excretionibus. *agam vos*, persequar: pollicetur se in eas sequiturum post mortem. vt, Omnibus umbra locis adero, dabis improbe pœnas. *dira detestatio*, execrabilis factū, detestatio autem est excretario, quæ sit ab innocentie contra nocentem. *nulla expiatur vltima*, i. non poterit villo purgari sacrificio. *quin*, insuper. *iussus*, à te *ò Canidia*, *nocturnus occurram furor*. id est, nec de nocte vos quiete finam, sed semper conscientias vestras stimulabo tanti maleficij memoria. *petamq; voltus*, impetum in vos faciam, ac dilacerabo facies vestras. *umbra*, ego. *quez* deorum. que scilicet umbra. *vix deorum est*, violentia, & vltio, vt per umbras se vindicent, & infestent quiescentes. *inquietus*, numquam quiescentibus. *affidens*, inhærens. *vos turba*, multitudine populi. *vicatim*, per singulos vicos. *contundet obſcenas*, immundas anus, hoc est, pro meritis vestris multitudine ciuium, cum anus fueritis, tanquam insanias, & amentis à suis adibus repellent, fusilisque contundent, & lapidis obruet. *different*, dilaniabunt, diserpent, diuident. *Eſquiline aliæ*, volutes aues. Esquilinus mons Romæ ex septem montibus; hinc Esquilina porta Romæ dicitur, ad fessorium, vbi certus erat locus sepulcrorum, ad corpora pauperum, aut sceleratorum, viliumque comburenda, aut canibus proicienda. neque hoc parentis, heris, miti superfites. Patheticos hæc proferenda sunt. dolet enim parentis sibi superfites in luctu futuros, sed sperat illis solario fore tam execrabilem mortem harum veneficarum.

C R V Q V I V S.

Ax & deorum. abrupta & festinata exclamatio pueri ingenii timore & inopinato percussi. At, enim interiectio timoris, pro geminis posita esse videtur. At, At, vt nō tam dolere aut cōqueri puer, quām timere iudicetur. At, in illo Virgilij, At tibi pro scelere, exclamat; abruptū quidem est, sed indignabundum cum execratione. *Quicquid regit.* sic habent bland. codices. & quid omnium. non, aut quid omnium, vt habent impressi libri. *Lucina.* Dionysius Halicar. 4. antiquitatum Rom. Tradit. L. Piso 1. Annalium, inquit, Tulliū statuisse quāti pretij nummos pro singulis naſcentibus inferre debere cognati in æratum Ilithyia (Romani Iunoem Lucinam vocant) pro nascientibus: in Venēris æratum, quæ in Laco sita est (ipli Libitinā appellant) pro defunctis: in Iuuentutis, pro togā virilem sumentibus, &c. Iuno namque & Lucina quod lucem, & Opigena dicta est, quod naſcentibus opem ferat. *Insignibus raptis.* prætexta, & bullæ, quæ ornamenta fucis filiorum Senatorum. *Macrobi.* li. Saturnal. 6. bullam scribit auream cum toga, cui purpura prætextus, patriciorum insignia fuisse; bullam autem à collo dependenti emad petus habuisse formam cordis, vt ea inspecta, se viros meminissent si corde præstaret. At Plutarchus in Romulo non in figuram cordis ait bullam esformatam, sed bullæ aquez similem. fuisse, qui tumor est in aqua citò euangelens: eius autem hæc verba sunt: φρέν δι ε παιδες αυτῶν τὸν καλουμένων θεούν ἀπό τοῦ χάκετος, ὅμηρος πομφίδιον πιεσθεὶς π. id est, sed & liberis ipsorum gestare bullam, à figura nominatam, colli puta ornamentum simile bullæ, hæc certè Plutarchi opinio mihi non minus adlubescit, quām illa Macrobij; quid enim homo est aliud quām bulla euānida, iuxta Varro's sententiam? deinde quod bullæ forma rotunda fuerit & capitata, Appuleius li. 6. clare ostendit, inquiens bullis multis aureis inoculatum, velut stellis reluentem &c. Festus tamen de illius origine, quod dicta sit ἀπό τοῦ θεού, cum Macrobi sentit. *impube corpus.* Figulus Porphyriōne imp̄sum securus, ut coniicio, hic ponit ἀπόγονον, nempe puer impube corpus existens: Commentator autem refert impube corpus ad ea verba, iubet flammis aduri: verū prior sententia placet magis. *Thracum.* quisquis hic nobis Porphyriōne mentitur, certè refert sine capite fabulam, nimis eadem ad verbum quæ in vni annotationibus offendit; ea autem ex aliis tribus, quantum potui, in commentatore quæ desiderabantur appoluī, nec aliam eius loci sententiam video, quām eam quæ à dialecticis dominatur à minori argumentū. Græcis hismodi coniunctionum particulæ exp̄sse, vel

implicitæ àlætis nominantur, quæ id quod minus est rationi consonum, concedi dignū indicant: quales sunt, saltem, & cùm pro saltē accipiuntur, at, certè, etiā, vel, vt, ne vel latum pedem cessit. *implicata viperis crineus & incomitum caput.* coniunctio &, per ἀπόγονον explanat præcedens; nimis, implicata crineis, hoc est, habens caput incomitum & brevibus viperis implicitum surarum instar. talis lib. 6. à Lucano describitur Erichtho Thessalæ, Tertiabilis stygio facies pallore grauatur, Impexis onerata comis. noranda hic est tyndæcoche, implicata crineis, implicata caput. *plumamq; nocturnæ strigis.* strigem describit Ovidius fastorum lib. 6. *Iolchos,* non Colchos, vt habent libri impressi ferè omnes contra codices manuscripta. Biādinius 4. atque ita legit Lamibinus ex oodicibus scripti. & ossa ab ore rapta ieiunæ caria. sententiam & exp̄sionem. Commentatoris in hunc locum sic accipiendo arbitror, vt ea omnibus his Canidiæ magicis præceptionibus adaptetur, ex quibus hoc philtrum Vato paratur: nā quis alius est huiusmodi maleficorum conatus, quam ut absurdis, inhumanis, execrabilibus, atque adeò à communī natura abhorrentibus dictis, facti, aut vim naturæ se facere, aut saltē miseris, omniumque rerum ignaris, atque frequenter nimis credulīs hominibus, se miranda prætare posse persuadeant: nam si cuncta hæc Canidiæ iulla inter se conferas, minus promtu dijudices, oua, & pluma nocturnæ strigis, huic maleficio à Canidia applicari posse, quām denteis rapere ex ore ieiunæ canis. quamvis nec eam esse Poëtæ sententiam facilè dixeris ex Lucano, qui sexto libro describens Erichtho Thessalam maleficarum pessimam, hunc locū nobis elucidat. nam Erichtho venefica non dentes ex ore lupi, sed artus cadauerum & ossa rapere studet ex siccis, id est, ieiunis faucibus lupi. Lucan. lib. 6. Et quodcumque facet nuda tellure cadauer, Ante seras volucresque sedet, nec carpere membra Vult ferro manibusque suis, morsuque luporum. Experiat siccis raptura è faucibus artus. Huc etiam facit illud Appuleij de Pamphila venefica, cui Fortis ancilla inter cetera ad philtrum aptahę commemorat, inquiens, Et extorta ferarum dentibus truncaluaria, &c. *Echinus.* Echini, inquit Plinius lib. 9. cap. 12. crustis & spinis teguntur. &c. ca. 31. Echini quibus spinæ pro pedibus ingredi his est in orbem volui. Iridorus lib. 12. cap. 6. crassè confundit echinum pisces cum echeneide pisceculo qui Latinè Remora nominatur: qui illius iconē videre desideret, inspectet Rondeletium & post eū Gernerum. *currens aper.* his enim iratis setæ in dorso eriguntur. longo die. id est, æstiuo, inquit Commentator: forte quod alludat Poëta adancillatum festum,

factum, quod à liberis matronis simul & ancillis in honorem Iunonis Caprotini celebrabatur Nonis Iulii, sub capriccio. Macrob. Satyr. lib. 1. cap. 11. vel longum diem, & tunc interpretabimur, quemadmodum in illo Martialis, Hora nec aestina est, nec tibi tota perit: opus est exponere astriuam horam, longam: nam si dies artificialis, nimirum ab ortu solis ad illum usq. occasum, in duodecim horas & qualem Romanis semper diuisus sit; quis pro longitudine & breuitate dierum poterit infinitati horis etiam multa vel accedit: re momenta temporis, vel decedere: vnde prorsus est necesse inestate & diem & horam multis partibus excedere solis in nostro hemisphærio curriculum hibernū. exsecta in hac dictione consentiunt cod. Blandinij, verū in annotationibus scriptū est, extracta, quod mihi videtur magis quadrare: nam sic habet Lucanus libro 6. At vbi seruatur axis, quibus intimus humorductus, & tracta durescit tabe medulla Corpora, &c. tracta rabe, id est, extracta tabe. Lambinus admonitus à Gulielmo Faerino legit exulta, cui sublēbit codex Diuxi, manuscriptus cū annotatione codicis Blandiniorum suprà dicta. habet enim exulta, id est, extracta. ea autē lectio vera esse potest si medullā hic intelligamus liquidam, quam fluidam sugimus: at si constricta sit, vt in Lucano sonat verbum, distrescant; exugi non poterit sed extrahi. vulgari codices habent, exerta: perme libera est omnibus sua opinio. iecur. quod à Philosophis amoris fides dicitur, iecore namque amamus, selle irascimur, & splene ridemus. Persius satyr. 1. sed sum perulani splene cachinno. interminato. verito, in passiuā significacione scribit Lambinus omnium verborum quae deponentia vocantur, participia à nobilioribus Grammaticis tradiditam passionem significare. Sed si puer iste patricius in scrobo defossis mento tenus fuerit, quid opus erat illi interminari ne cibum caperet? necesse enim erat illum manibus vti non posse, nimirum etiam defossis. Quare significantius interminaro cibo, id est, apposito quidem, sed nō tacto, non permisso vti, idq: per impedimentum defissionis, nouo tamen crebro apposito defossi famem irritante assidue, & continuo eam valde suo odore exacerbante. cum semel. hoc aduerbum semel, non participium, fixe, sed verbū intrabuissent, determinat, vt significet, omnino, prorsus: quemadmodum Budaeus interpretatur illud Ciceronis pro Deiotar. Cūm facile exorari Cæsar, tum semel exorari so'es. significatur autem mortis præsentia, cūm intabescunt pupulae, iuxta illud Plinij lib. 28. cap. 6. Augurium ex homine ipso est non timendi mortem in ægritudine, quamdui oculorum pupillæ imagines reddantur. Et Hippoc. oculorum aciem,

præstringi oculosq. rigescere atque conuelli, iam animam agentis notam statuit. otiosa Neapolis. vide Strabon. libr. 5. Ariminensem Boliam. Folia, venefica socia Canidiae, ab Ariminio ciuitate Italij, Plin. li. 3. ca. 15. deripit. sicut habent codices Bland. non, ut vulgo, diripi: deripere autem est deorsum rapere ex superiori loco. hic inresetum. Lucan. scribit Erichtho non suum pollicem, sed artodere manus cadaveris. Tunc, inquit, omnes audie desierit in artus, Immergitque manus oculis, gaudetque gelatos Effodiisse orbes, & siccæ pallida rodit Excrementa manus. Quid si hic idem de Canidia coniiciamus, illam non suum pollicem valde sectum rollisse, sed pueri extracto ē fossa altero sub necem vel vitroque brachio, vnde medullam & sanguinem rodendo exsugeret ad hoc maleficium? alias rodere pollicem, est cogitabundi indicium & minitabundi. formidolosa. sic scriptū est in 4. cod. Bland. cū annotatione hac, propter horrorem noctis & ferarum: sed quod parum interesset, & aliam annotationem inuenirem, nolui mutare communem lectionem. latrantes Suburae canes. Subura, inquit Martianus, lib. 4. cap. 20. in Topographia urbis Romæ quæ inter Esquilias. & Viminalem iacet, principium habuit à foro Romano, sive à foro Nervæ Imperator. finem vero ad clivum Suburanum, dicta, vt Iunius scribit, ab eo quod fuerit sub antiqua urbe. In Subura Cæsar dictator habitavit primum modicis ædibus, deinde post pontificatum maximum in via sacra. Clivus autem Suburanus, in Esquiliis præbens ascensum, à fine Subura initium capit. hic autem metretices habitasse Martialis significare videtur his versibus, Famæ non nimium bonæ puellæ, Quales in media sedent Subura. Quod autem Subura per unicum r. scribi debeat, & non Subura; argumento nobis sunt hymnes antiqui codices manuscripts, idq: cum etiam contestante Lambino. Quæ autem sit eius dictio[n]is derivatio, hic scribit Commentator: At Iunius vt paullò supra positū est, dicit ab antiqua urbe nomen habere, quasi sub urbe. Festus ex Verrio dicit, Suburanam à pago Succusano nominatam regionem urbis Romæ vnam ex quatuor, quarum aliae tres sunt, Palarina, Collina, & Esquilina, vt videre est apud Plin. lib. 18. cap. 3. & Dionysium Halicarnasseum lib. 4. antiquitatum urbis Romæ. hoc autem Verrius maximè probat eorum auctoritate, qui aiunt ita appellatam & regionem urbis, & tribum & statu præsidio, quod solirum sit succurrere Esquiliis instantibus eam urbis partem Gabinis; indicioque esse quod ea tribus perc litteram, non b scribatur: nardo percutitum quale. Si luberet hic fumum vendere, liceret ex annotationibus manuscriptis lectoribus.

lectoribus esse risui tenebrionis illius instar, qui Acronem nobis adulterauit; sed nugis omisssis vnum hoc ascribam quod videtur à vero non omnino alienum. Nardum, inquit, appellat hic vnguentum veneficum ad homines conuertendos in amorem vel odium; nam nardum in neutro genere veneficium significat, vel adiectiuē vnguentum nardicum veneficio, quasi nardinū vnguentum cum veneno. verum omnino dubitandum non est, quin hic nardum non herbam ipsam, sed vnguentum note: quemadmodum & apud Tibullum legimus, Iam dudum Syrio madefactus tempora nardo. Sic & Horat. Ode viii. lib. 11. malobathrum. ieu malabathrum, ut illic notaui-
mus, non pro folio, quod verè malabathrum di-
citur; sed pro ipso vnguento ex malabathro con-
fecto. De hac autem Enallage accusatiui quale,
pro ablato quali, vide Linacrum lib. vi. & Pri-
scian. quamvis censem non tam Grammaticum
istud esse, quam verè Horatianum. laborarunt. an-
tiquissimus codex habet *laborarint*. quod mihi
sequè placet ac laborarunt, nimirū ut sit modi po-
tentialis in hanc sententiam, quale meæ manus
labore confidere possint. *superbam*. sic offendit in
4. codicibus Bland. contra vulgatam lectionem,
superba. D. Lam. idem notauit. *tabo*, id est, ve-
neno, ait Commentator, in qua significacione ta-
bem usurparunt antiqui, inquit Festus, quæ fa-
ceret tabescere. deinde haber Commentator, tabi,
tabo, nomen esse dipteron: at Despauterius ex
Quint. scribit esse tripteron; tabum, tabi, tabo:
Solipater Charisius, Masculina semper singularia,
inquit, hic clausus, id est, impurpurata vestis, ἡρό-
πος ιδίη τε ἡράλος: hic tabus, τὸ λέθος, crux
inquinatio: postremò sunt, inquit Commentator,
qui Medeam non pallam sed coronam Glauce de-
disse volunt in eam sententiam Plin. lib. 2. ca. 105.
Ita ferunt à Medea, inquit, pellicem crematam,
postquam sacrificatura ad aras accesserat, corona
ignem rapta: loquens de Naphtha quæ propriè
est petroleum, oleum illud liquidum quod ad nos
licet corruptum, ferunt Agyrithæ, teste Christoph.
Encelio de re metallica lib. 3. cap. 15. &c. *indor-
mitis vntis omnium cubilibus obliuione pellicum*.
ordo hic bisariam accipi potest, vel ut habet Com-
mentator; vel hoc modo: Varus indormit cubili-
bus omniū pellicum vntis obliuione mei, quem
ordinem videtur amplecti Glareanus propter se-
quentia, ah ah, solitus ambulat, quasi sua phar-
maca nullius sint efficacię. *ō multa fleturum caput!*
notat rectè Lamb. proprietatem Græci sermonis
in fleturum, σφύζεις flebis, id est, miter eris, quod
sit dum malum precum aut minarum alicui.
Marsis vocibus de Marsis Apulis popul. Plin. li. 7.

cap. 2. & lib. 24. cap. 1. vide & Gellium lib. 16. &
Silius Italicum lib. 8. *bitumen*. Christo; horus
Encelius de re metallica lib. 3. cap. 14. scriptū re-
liquit quo ad substantiam bitumen esse duplex,
glutinosum durum in terra, liquidum in aqua, &
fontibus etiam, ut testatur Curtius, natans, & te-
nax, quod puluerificari quidem nonnunquam po-
test, sed non resolui, habens factorem Naphtha:
Græcis Asphalton dicitur, forsitan à locu Asphal-
tide in Iudea qui nunc vocatur Mare mortuum,
vbi olim fuere Sodoma & Gomorrah. *unde rum-
peret silentium*. hanc loquendi formam rumpere
silentium, rumpere vocem, pro eo quo. l est loqui,
eleganter docet Lamb. & multis exemplis iam
Græcis quam Latinis scriptoribus visitatam. *vos
turba vicatim hinc & hinc saxū petens*, hæc est ex-
positio illius diræ detestationis, quam puer his ve-
neficiis imprecatus, dixit nulla expiari victima;
nam detestatio hic malorum est, imprecatio hor-
ribilium, & extremonrum quæ ab Adrastra insi-
guntur hominibus inexorabiliter: hanc autem
Adrastram vocant Philosophi retaliationis ordinē,
qui est diuinarum legum ineuitabilis potestas, qua
postea rependit vnicuique proratione & meritis
vitæ prioris. *post inseputa*. nihil abominabilius
antiquis, quam & inseputa manere cadavera,
abiecī: & ea esse in predam lupis, canibus, au-
ibus. *different*. membratim discriptas rapient sin-
guli suas partes. *Esquiline alites*. ita reperi in
quatuor cod. Blandinijs; nō Esquiliñæ, ut legendum
arbitratur Bonfinis propter elisionem diph-
thongum x. verū eius nulla sit cura, nam Poëtis
non est rarum non elidi vocalem aut diphthongum,
sed an legi debeat Exquiliñæ potius quam
Esquiliñæ; disputat Martianus, in Topographia
vrbis Romæ lib. 4. cap. 14. Exquiliæ, inquit, ab ex-
cubibjs regis, multi dictas volunt: cui opinioni suffragatur Ouidius; Addit quod excubias vbi Rex
Romanus agebat, Qui nunc Exquiliæ nomina
collis habet. Alij ab excolendo, quod ibi Servius
Tullius rex ædificaret suam regiam: Alij ab aucu-
pibus Esquiliæ dictas arbitrantur, quod ibi quis-
quilijs sparsis aues illudenterunt. Hanc lectionem
probat & affruit Lamb. ex antiquis marmorib. &
codicibus scriptis manu, & ex Dionysio Halicar.
lib. 2. antiquit. Roman. vbi scriptum est hoc nomē
Ἑκόλιος λόφος: hic autem locus fuit, cui putcole
nomen, vbi puteos fuisse proditum est, in quos de-
functorum publicè cadavera mittebantur.

IN CASSIVM SEVERVM. Iambica Epodos vi.

QVID immarenti hospites vexas canis

- Ignarus aduersum lupos?*
Quin buc inaneis, si potes, verte minas,
Et me remorsurum pere.
5. *Nam qualis aut Molossus, aut fulvus Laco,*
Amica viu pastoribus,
Agam per abas aure sublata minas,
Quemcumque praecedet fera.
- Tu cum timenda voce complestinemus:
10. *Projectum odorat cibum.*
Cause, cause: namque in malos asperimus.
Parata tollo cornua:
- Qualis Lycambe spretus insido gener,*
Aut acer hostis Bupalo.
15. *An, si quis astro dente me perinerit,*
Inulus ut, siebo, puer?

COMMENTATOR:

IN VENITIV. in Cassium Seuerum, qui dicacissimus erat, & amarulentia verborum optimos quoque insectabatur, sed faciliter placabatur ingluvie ventris, adeò ut si quis ei ventrem repletet, ab eius cessabat conuicis. Quare Horatius eum cani comparat, qui cum clarissimos latratus contra aliquem emitat, projectum tamen vell lapidem vel panem odoretur: Ita hic accepta pecunia, à maledicentia & nimia dicacitate in eos qui lacescunt respondere non poterant, abstinebat. huic iraque male minatur Horatius si solita rabie incalisse perget miseris. *quid immerentes*. nil meritos, innocentis, minus forteis, miteros. *vacca*, affinis, dilanias, fatigas maledictis & conuicis. *canis*. apposita metaphora hominis maledici, qui in morem canis inoidere videtur dum obloquitur alicui. *ignarus*. placidus, tranquillus. *lupos*. forteis respondere mordere, potentes. *quin*. potius. *buc*. in me atque me presentem laceras. *verte*. conuerte. *pete*. impete. *nam qualis*. Allegoricōs. Horatius se quidem comparat optimis canibus moloso Epirotico, & Laconi, in quorum alteris fortitudo, in alteris laudatur agilitas. ut Virg. a tremque molossum fasce sero pingui. Cassium vero cani pessimo ignauillimōque confert. dicit itaque, *Quemcumque persequi cecpero more optimi canis aure sublata*, id est, alacer illum persequar vbique locorum: hoc est, quicumque me laceauerit, tantis illū ego conuicis insectabor, ut intelligat mihi non deesse in remordendo, & conuicia retaliando, lingue amatitudinem. *amica viu pastoribus*. Epexegeſis perutilis, efficax defensio

pastoribus contra lupos: ut, nunquam custodibus illis Nocturnis stabulis forem incursusque luporum Aut impacatos à tergo horrebus Iberos. *vix*. à sagacitate. ut, & odora canum vis. *agam*. talis ego persequar eum qui me prouocauerit. *autrefubla*. alacer, latens, omni quidem conatu & omnibus viribus aure erecta sursum, quod propriè canum est dum sciuunt, alioqui timentium auris demissa sunt. *altus nubes*. montium. *quacumque* praeedit fera. id est, quicumque prius me lacescuerit, allegoricōs. tu cum timenda voce complestemus. id est, tu cum tumidus & minitans inuheris in aliquem, expectas ut accepta pecunia definis maledicere. *timenda voce*. terribili latrato, id est, maledico carmine. *projectum odorat cibum*. more ignauissimi canis, oblatis epulis, seu pecunia, quiescens ab obloquitione, ut canis, qui reperto cibo insectari definit. *cause, causa*. tibi à me. dicit se non munere placandum, non precibus, cum maledictis alicuius respondere cœperit. *malos*. maledicos. *parata tollo cornua*, ad ferendum bovis in morem qui cornibus imperit hosteis. *qualis Lycambe*. talis ego sum, qualis fuit Archilochus Poëta Lycambe ficerò, quicum Archilocho despontam suam filiam Neobulen, se in uxorem daturum denegasset, tamdiu opprobriis & meritis Lambicis illum Archilochus est persecutus, & eius filiam, ut & ipse Lycambe, & ex dolore patris, Neobule laqueo vitam finirent. *aut acer hostis Bupalo*. qualis Hipponax Poëta fuit, Bupalo, &c. Hipponax Poëta fuit acerrimus, foeda & virtuosa facie: hunc aliquando Bupalus pictor in scena depictum populo exhibuit, ut risum moueret: At ille iratus Lambis cum ita fatigauit, ut vitam suspendio finiret. *as si quis astro*. inuida & maledicilingua. *oppotuerit*, carperit. *inulus*. non vindicatus plorabo ut puer? omnis filius & ploratus ex pusilli mimitate procedit; ut viri non est plorare, sed illatam iniuriam viciſci.

C AV QV 175.

IN inscriptione huius epodi tres codices Bladinij consentiunt, quartus sequitur vulgaram lectionem. De hoc autem Cassio Seuero oratore & Poëta meminit Quintilianus lib. 10. cap. 1. Ingenij plurimum, inquit, est in eo & acerbitas mira & urbanitas, & vis summa, sed plus stomacho quam cōsilio dedit, præterea veamari sales, ita frequenter amaritudo ipsa ridicula est. Hunc item Tacitus ait libidinē quadam viros atque illustres feminas procacibus scriptis diffamasse. Quare inductus Augustus cognitionem de famosis libellis tractauit. Meminit & Seneca huius Casij in præfatione.

fatione libri tertij Declamationum. quin hic inaneus, si potes, veris minas. hanc lectionem habet codex antiquissimus, & codex Diuizi, quam seruui, quod mihi videretur stomachosior alia; non enim tam interrogat Horatius quam hortatur huc maledicuum, ut in se detorqueat sua maledicentiae spicula, nimis ad retorquendum paratum. itaque, quin, aduerterit hic nō interrogatum est, procur non, sed hortantis. hanc etiam lectionem reliqui tres codices Blandi. in annotationibus agnoscunt, nam vertis pro converte, & peritis pro impete, positum est, inquit. *future Laco.* duo codic. Bland. habent Laco. Canes Laconici ab agilitate commendatissimi. Virgil. 3. Georgic. Neo tibi cura canum fuerit postrema sed vna Veloceis Spartae catulos acremq. molossum Pasce sero pingui, &c. *Bupalo.* non autem Bubalo, habent quatuor cod. & Diuigi, cum Buslidiano. De Hipponaecte & Bupalo quod hic scribit. Commentator hunc ab illo ad suspendium adactum, negat. Plinius naturalis historie lib. 36. cap. 5. nam hoc, inquit, falsum est; compluraenam in finitimiis inulis simulacra postea fecere, ipse puta Bupalus & suis frater Antiermus, sicut in Delo, quibus subiecserunt carmen, non vitibus tantum censerit Chium, sed & operibus Athermifiliorum, &c.

AD P O B V L V M R O M A N V M, execratio belli ciuilis in Brutum & Cassium.

Lambica epodes v 11.

Quo, quid scelisti ruitus? aut cur dexteris
Aptantur enses conditi?
Parumne campus atque Neptuno super
Eufum est Latina sanguinis?
Non ut superbas inuidie Carthaginis
Romanas arcus vreret:
Inactus aut Britannus ut descendere
Sacra catenatus via:
Sed ut secundum vota Parthorum, sua
Urbs bac periret dextera.
Neque hic lupis mos, nec fuit leonibus
Vnquam, nisi in disper, feru.
Furorne cactus, an rapis ut acror?
An culpa? responsum date.
Tacent: & ora pallor abus infusc;
Mentesque perculta stagnet.

Sic est; acerba fata Romanos agunt,
Scelusque fraterna necis,
Et immixtus fluxit in terram Remi.
Sacer nepotibus crux.

26

COMMENTATOR.

V E H E M E N T E R insurgit contra principes Romani populi, qui bella ciuilia, ad tempus omisit, rursus instaurare moliebantur: verum haec omnia malorum præcipua causam transfert in immansimum Romuli scelus, quod commisit, quando innocentis Remi fratris sanguinem funderet. Quod, quod exordium ab exclamacione in indignitatem nouit tumultus. *scelusi.* impij in parium. aptantur enses conditi. referantur, reparantur arma iam aliquot annis conclusa, entes nudantur: *parumne campus.* hoc est, parum ne vobis videtur sanguinis Romani, terra marisque esse fulsum, nisi iterum muruis corrutatis caedibus? *Neptuno super.* anastrophe. id est, terrestri & nauali pectio. non ut superbas. occupatio: non, inquit, arma sumitis ut hostis vestros debellent, sed ut invos ipsos arma veritas. *inuidie Carthaginis.* Carthago semper fuit æmula gloriae Romanæ, nam & fecit cum Romanis pacatum, tertio perfide rupit. *Romanos miles.* *inattus.* indomitus, nondum subditus Romanis, bellis sentit, nondum vietus. *desidererat.* per viam sacram duceretur triumpho ad Capitolium. *sed ut secundum vota.* ideo, inquit, vulpis presliai ut vota Parthorum, Medorum, & inimicorum vestrorum adimpleratis: nam Parthi & Medi orientales gentes, Romanis inimicissimas multum timuerunt Romanos, circumuento & occiso Crasso, ni exorta fuissent bella Romanorum ciuilia. *vota Parthorum.* extincto Crasso. *sua dextera;* bellis ciuibibus. Lukanus: *ha te verte manus,* nondum tibi defuit hostis. *neque hic lupis mos.* Exprobrit Romanis plusquam ferinae crudelitatem. Vos, inquit, facitis quod abhorret bellue; neque enim lupus lupum, aut leo leonem, sed lupus leonem perlequitur, aut leo lupum. At vos, contra omnem naturam, bellis intestinis in mutuum sanguinem insanitis. *nisi in disper.* id est, nisi in animal alterius naturæ & generis, *furorne cactus.* Tria interrogat, amentia exigitati, an acrior vi, id est, ira deorum, an culpa ex scelore Romuli arma contra sesumarent. *furor.* amentia. *acrior.* id est, aliud plusquam furor, nempe fatalis quedam & inuicta necessitas. *an culpa.* pro scelere Romuli. *tacent.* eleganter subiecti extacitumitate, pallore, & stupore, meatem male sibi conseca: Sic alibi Cicero,

13

Cum

Cum tacent clamant. Quasi ad hac verba Romani conuicti stererint, deinde sceleris conscientia stupescentes, palluerint, quia non habebant in promptu quod responderent. sic Virgilius, Hæc effata filet, pallor simul occupat ora. *albus*, epitheton palloris. *mentes*, malæ tibi conscientia. *sic est*. vt dico, inquit, fato & culpa, agimur ad hoc bellum, supplicium pendentes ob cedem à Romulo in fratrem admissam. *acerba fata*, dij irati. *agunt*, persequuntur Romanos. Hæc autem inferit, quasi ipsi tacentibus intelligeret belli civilis originem inde in aepotes tractam, quod occiso fratre Romulus parcidium perpetravit; vnde, Fraterno primi maduerunt languine muri. ut, postquam, *immerentis*, innoxij. *nepotibus*, posteris. *sacer*, execrabilis.

C R V Q V I V S.

SCELESTE. Scelus est contra ius & æquum. Idmissum faciatus. Scelus itaq; quod & impij sunt in parriam, & sibi muruis cædibus iniqui. descenderebat sacra catenatus via. Sacra via dicta est quod per eam sacra quotquot mensibus ferrentur in arcem, aut quod in ea fœdus rœnum sit inter Romulum & Tatium Regem. Hæc initium habuit à Carinis, Sirenique facello, protensa per coarctatum forumque Romanum ad Capitolium, habens à dextris templum Pacis, à sinistris vero Solis & Lunæ templo. vide Marlianum in urbis Roma topographia lib. 3. cap. 8. in *dispar ferre*. Nugator Porphyrio legi hic. indispar, pro indispariter, nomen pro aduerbio, nec disfessoriunt ab illo adnotaciones manuscriptæ; sic enim habent, Non fuit iste mos *quam lopus* aut leonibus, nisi feris indispar, id est, indispariter, hoc est, *quam natura indispariter creauit*. sed ineptum illud seculum non tantum admiror errasse, quantum eum qui à paucis hinc annis hæc scripta vulgauerit Porphyrius nomine, nisi similes etiam habuerint labra lactucas, ut ferrur. Quantu rectius & Commentator, & Glareanus, & post hos Lamb. doctissimè exponunt, Nisi feris in *dispar*, genus seu animal. *furore cæcus*, qui vos cæcute facit. In eadem sententia dubius est Cicero, multis in locis, potissimum pro Marcello, nimurum quæ possit esse causa tanti & tam diuturni furoris ciuilis: Exsi aliqua culpa, inquit, temerum erroris humani, à scelere certè liberari sumus, ambigit enim vocem furorem illū ciuium Roman. culpam an errorem, ignorationemne, an fatum. *sic est*: ingeniosa subiectio, qua vitandi odij cauila transferit hanc culpam à ciuibus Romanis in eadem Remi innoxecatis.

IN ANVM LIBIDINOSAM.

Epodus Iambica VIII,

R OGARE longo putidam te seculo

Vireis quod encruas meas?

Cum sis tibi dens ater, & rugis vetus

Frontem sceleris exaret:

Hierog; turpu inser. aridas nates

Podox velut cruda bouis?

Sed incusat me pedus, & mamma putres,

Equina quales ubera:

Venterque mollius, & femur tumentibus

Exile furis adduum.

Esto beata: funus arque imagines

Ducant triumphalus tuum:

Nec sit marica que rotundioribus

Onus tua bacis ambulet.

Quid? quod libelli Stoici intar sericos

Iacere puluillo amant?

In litterari num minus nerui rigent?

Minusue langues fascinum?

Quod ut superbo prouoces ab inguine,

Ore adlaborandum est tibi?

COMMENTATOR.

SCRIBIT in anum libidinosam, quam aspernatur, quoniam querebatur cum circa se lenitum esse in Venerem, & frigidioris virtutis. *rogare*, subaudiendum, mirum est. cuius hic est tenuis: Cum sis longæ ætatis & ob id deformis, & putida, mirum est te meos desiderare amplexus, præsertim cum sine iniuria virium mearum hoc tibi præstare non possim. *putidam*, fætentem. *longo seculo*, ætate longa. *emeruet*, debilitet neruorum, & non delectet. *ater*, niger præ senectute. *exaret*, id est, rugis tanquam fulcis, proscindat: vt Virg. obscenam frontem rugis arat. *hierog;* dehiscat, pateat. *podox*, anus, pars corporis posterior pudenda. Iuuenal. ed podice lævi. *crude*, indomitæ, vel vetuze. *sed incusat*, prouocat ad amorem. ironicos, quali minime incitat. *putres*, putidae, laxæ, resolute naltia. *quales*, pro qualia; more Greco, reliquo scilicet proximo, *ubera*, transit ad mammas, quod remotius est. *venterque mollius*, mollem ventrem necesse est esse cute iam rugola, vel maximè in aniculis, *femur*, femur ea pars est corporis quæ protenditur à tenibus vsq; ad genua: hic autem pro coxis ponitur. *Coxæ*, inquit, tuz exiles

Exiles adiunctæ sunt inflatis tibijs. **exile.** gracile. **tumensibus suris additum.** eleganter dicit additum, quali applicitum & appositum sit, non suum: quia nihil deformius est, quam pedes genibus, & femore crastiores. **estō bēta.** diues: vt, Nescias an te generum benti Phyllidis flauæ decorent parentes. **imagines triumphales.** nobilium parentum, quorum facta præclaræ publicè nota erant. Solebant enim in funere nobilissimi cuiusque imagines maiorum, præferri ad ostentationem nobilitatis, quod adhuc obseruari videmus in funeribus principum virorum. Videtur latenter illi exprobrate intempestiuos amores, præcipue quod morti esset proxima. **ducāt.** præcedant. **marita.** maritata. nulla, inquit, sit coniunx quæ te sit gemmis ornatrix. **rotundioribus.** perfectioribus & pretiosioribus. **bacis.** gemmis, lapillis. Bacæ enim sunt vniuerses seu peruli. vt, colloque monile bacatū. **quid libelli.** Solita erat haec libros Philosophorum etiam in lectis repositos habere ad regendam libidinem, ut aduentiente amatore simularet se Philosophiz studere non libidini. Quid prodest, inquit, ostentare te litteratam esse, cum nihil te hoc adiuvare posset ad incendendam libidinem viri, id est, ad arrigidum penem, qui litteras nescit, nec earum studium habet. **pulvilli.** ceruicalia, quæ ceruicibus supponuntur. diminutum est à pulvinis: hic autem pulvilli sunt lecti. **amant.** solent. **inliterati nerus.** id est, penes inliteratorum hominum. Neroos enim pro membro virili posuit. Quare, inquit, adhibes libros lectulis tuis? nunc illiterati homines minus feruerit amore quam literati? an ideo libros habes, ut homines cogas amare? ironicos. **minus rigent,** torpent, frigidi sunt. **fascinum.** virile membrum, quod fascia tegi solet, sive campestribus. **quod,** fascinum. **superbe,** fastidente. **promoes.** paratum facias ad coitum. **ors.** blandimentis, aut lingua & nefariis osculis, alioqui non poterit alicuius libido prouocari in te, quia nimis es deformis & rugosa.

C R V Q V I S.

FASCINUM, virile membrum appellatur, propterea quod puerorum collis appensum fascinum arcere olim creditum est. Varro, Pueris, inquit, turpicula res in collo quedam suspenditur, ne quid oblit, bona scenæ caussa. Quin & Fascinus, deus erat, faſoni depulſor. Fascinus, inquit Plinius, imperatorum quoque, non ſolum infantium custos, qui deus inter lacta Romana à Vefſalibus colitur, & curru triumphantium ſub his pendens defendit medicus inuidiaz, iubetque eſta recipere. Adde quod & hortos & foreſe cōtra

inuidientium effectiones dicare, ut Plinius quoque refert, solebant, propter remedium satyrica erant signa. nam & satyron inuidiam depellere putabatur: quæ enim turpia erant & ridicula, ad auertendum illam peſtem accommodata exitimabantur, obtutu & aspectu inuidientium ex obscenitate & miraculo turpitudinis euocatis, ut scribit Plutarch. Porro teneræ, quam adulteri orationes magis nocere creditur. Virg. Nescio quis tenebro oculus mihi facinet agnos. facilius enim mali sensus & noxa oculo inferebatur, & intuitu quem ὁραζεις, Cæſar, Plutarch, nominavit. Caſſam huius & ipſe & Alexander Aphroditeus querunt. Scribit autem Plinius fuſſe in Africa, effectionatum familias, quarum laudatione interibant probata; (sic enim ipſe Græcæ nominat, oues pecudæque intelligens) arcerebant arbores, infantes emoriebantur. Scribit item Plinius fuſſe in Tricallis & Illyris, fuſſe quoque in Ponto Thebio, (sic enim in ipſo legendum Adrianus Turnebus aduersariorum lib.9. cap.28. tom. prioris, ex Plutarcho & Stephano annotat) qui viſu effectionarent & interimerent, quos diutius intuerentur, oculis præcipue iratis: arque binas in singulis oculis habuisse pupillas. Laſtantius Cuninam memorat deam, quæ facinum in cunis vagientium intuitu submouebat.

A D MÆCENATEM, V O T I S
designat victoriam Cæſaris aduersus
Anton. & Cleopatram.

Epodus Iambica IX.

Q V A N D O reposum Cacubū ad festu dipes:
Vicore laetus Cæſare,

Fecum sub alta (ſic Ioui gratum) domo-

Beate Mecenas, bibam,

Sonante miſum tibii carmen lyra,

Hac Dorium, illa Barberum?

Vt nuper, actus cum freto Neptunius

Dux fugit vſtis naibus,

Minatus vrbī vincit, qua detraxeras

Serius amicus perfidis.

Romanus (heu) poſteri negabitis;

Emancipatus feminis;

Erit vallum, & arma miles: & Iphadonibus

Seruire rugosis potest:

Int̄que signa turpe militaria

Sol aſpicit conopeum.

5

10

15

At buc

- At buc frementeū verte rurū bī mille eques
Galli canentes Cæsarem.
Hostiamq; nātūm in portu latēt
20 Puppes sinistrorum cīa.
Io triumphē, tu morāris aureos
Carri & intactas boves.
Io triumphē, nec Iugurthino parent
Bello reportasti ducem,
25 Neque Africano: cui super Carthaginem
Virtus sepulcrum condidit.
Terra marique vīctū hostiū, Punico
Lugubre mutauit sagum:
Aut ille centum nobilem Cretam vrbibus
30 Ventis iterūs non fuis,
Exercitat as aui petū Syrtēs Noto:
Aut fertur incerto mari.
Capaciōres affer buc, puer, scyphos,
Et Cibā vinū ant Lesbia:
35 Vel quodfluentem naufragām cōrēcat,
Metire nobis Cacubum.
Curam metūmque Cæsari rērum iūnūe
Dulci Lyeo soluere.*

C O M M E N T A T O R .

IN V I T A T Mæcenatem ad convivium, vt icterum lati sint ob victoriam Augusti de Antonio & Cleopatra apud Actium Epixi promontorium, quemadmodum antea fuerant ob illius victoriam de Sex. Pompeio Cn. Pompeij filio navalii pugna viato & fugato. quando. interrogatio. repositum. repositum, ad hoc reseruatum, vt non nisi ad festas epulas proferatur. *Cacubum*. vinum à loco, sicut & Falernum. *victore*. quod ad Actium Antonium & Cleopatram superauerat. *sic Ioni gracum*. parenthesis. probat hoc Iupiter, qui auctor est victorix. *alta domo*. Mæcenatis. *mixtum*. propter victorias Cæsaris & hostium cladeis. *hac lyra*. *Dorium*. prosperum propter felicem Cæsaris successum. *illis*. tibiis. *barbarum*. *Pbrygium*, inimicis infestum & ferale. dicit itaque, lyra se canere velle gesta Cæsaris, & victoriam Actiacam: tibiis autem Antonium superatum fugatumque cum Aegyptiis & barbaris aliis nationibus. hic notandum est modis musicos esse septem. *Dorium*, *Hypodorium*, *Phrygium*, *Hypophrygium*, *Lydium*, *Hypolydium*, *Mixolydium*, à nationibus scilicet Doribus qui Græci sunt, Lydiis, & Phrygibus, qui sunt barbari. *ut nuper*. subaudi, tecum

bibi, cūm Sext. Pompeius Cn. Pompeij filius in Siculo mari piraticam exercens, navalii prælio à Cæfare vicitus fugatusque est. *actus*. *coactus*. *proto*. Siciliæ. *Neprinus*. Sex. Pompeius, qui se filium dicebat esse Neptuni, vt ait Liuius, elatus rerum mari gestarum felicitate; quare in habitu Neptuni, ueste nimirus cyanea, contra hosties pugnabat. *vīs*. *nauibus*. ab Augusto. *minatus*. quondam. *vībi*. Romæ. *vinclū*. seruitutem. *qua do- traxerat*. Nam ergastulis Siculorum solutis, asylisque facto, omnes qui ad se fugerant sceleratos secum duxit ad nauale certamen, tanta arrogancia, vt vincit ablatas compedes minaretur Romanis ciibus. *Romanus*. ad comparationem presentis lætitiae, mentione facta Sext. Pöpej & fugaz eius, reddit ad id quod cooperat, prosequens turpititudinem Antonij & suarum partium. *ehu*. *exclamatione pathetica*. quasi dicat, Quantū hoc est nefas! Quanta hæc turpitudo! Antonium principem virū Romanum seruire Cleopatra Aegyptiæ! Quanta infamia Romano nomini, nobiles & milites Romanos Antonium securos quasi dotaleis Cleopatrae ab Antonio datos, seruire spadonibus rugosis, id est, eunuchis Aegyptiis! Non credent, inquit, hæc posteri: tam sunt fida, vt non videantur ab illo Romano admitti potuisse. *negabitis*. quod sum dicturus. *emancipatus*. antea liber, nunc sua sponte traditus & factus seruus. *fémina*. Cleopatrae fert vallum. id est, papilioes munimentum castrorum, terram & palos ad vallum conficiendum. *spadonibus* seruire rugosis potest. hæc verba ita pronuncia, vt indignitatem rei exprimas. *rugosis*. cuius, qui vbi virilitatem perdidérunt, rugosi efficiuntur. *surpe*. aut per exclamationem legendum. vt hic sit sensus: turpe, hoc est, res est turpis, quod castra Antonij comitantur feminæ, quod est illicitum: aut, turpe, est epitheton conopei, quia illud non conuenit castris, neque militibus, sed thalamis & feminis, quod vt magis detestetur, dicit solem. hoc aspicere, id est, palam cunctis publice deportari, & videri. *emopeum*. genus est retis ad muscas & culices ahigendos, quo Alexandrini potissimum vntuntur, propter culicum illic abundantiam. Hic autem accipitur pro omnibus deliciis & mundo Cleopatrae. *xerōtæ* autem culices dicuntur. hinc *xerōtæ* vela ad arcedos culices. *at buc frementeis*. significat duo millia equitum Gallorum ab Antonio ad Augustum defecisse. Ordo est, At Galli canenteis Cæsarem, id est, laudantes, verte rurū buc, id est, ad nos transfluerunt bis mille equos frementeis. *Galli*. Gallos ideo commemorat, vt pudore pulset animos Romanorum, qui passi sunt seruitute se subiici spadonibus, quod Galli sunt designati. *canentes*. vt, regēmq. canebant.

ennebant *sinistrorum*. hoc quasi augurium suis vieturum Augustum; quod naues Antonij starent obuersae mani, spectantes in sinistra partem: contra naues Augusti aduersae in dextram. Nam in littore Epiti ubi pugna naualiscum Antonio fuit, si Italianum petis, in dextram incedas necesse est; si **Alexandriam**, in sinistram. *sinistrorum*. versus **Alexandriam**. *cite*. celeres, & ad fugiendum parate. vt. Prima citæ Teutonis ponam certamina classis. *io triumphe*. alloquitur triumphum tu, inquit, remoratis victoriam; nam si voles Antonium cum Augusto congregari ut pugnent coniunctus, iam parta est nobis victoria. *io triumphe*. vox est acclamantium militum. *intactus*. indomitus, nondum sub iugum missas, & paratas ad sacrificium. vt, & intacta totidem ceruia iuuenias. A triumphibus bos alba & indomita in capitolio immolari solebat. *parem*. Augusto. *ducem*. Marium dicit qui septies Consul clarissimum de Iugurtha triumphum deportauit. Non tanta, inquit, gloria C. Marius triumphauit de Iugurtha Afrorum duce, neque eriam Scipio Afr. de Afris, quos vicit atque subegit, quanta Augustus de Antonio, itaque Cæsarem & Mario & Scipioni Africano præponit. neque **Africano** triumpho reportasti patrem Augusto ducem. P. Cornelium, Scip. Africanum maiorem intelligit. *cui*. Scipioni. *super Carthaginem*. victoriæ Carthaginis. *virius*. sua. *sepulcrum*. æternam memoriæ laudis. Sepulcrum autem hoc loco non pro sepultura ponitur, sed pro æterna memoria & laude. neque enim Scipio conditus est in prædecessorum Consulium sepulcris, sed cum viator rediret ab Africa, neque cum Romanus populi recipere vellet ob intidiam; ille reuersus est in priuatum agrum Linterni, ubi tanquam à Romanis in exilio positus vixit: quare iussit in tumulo suo scribi quod patria careret sepultura. Videtur etiā tangere historiam in qua scriptum est ex oraculo ad compescendos Afros, debere sepulcrum Scipioni Africano ita constitui, ut Africam intueretur; hoc autem monitu deorum positum est inter Hostia & portum. *terra marique*. terrestri naualliæ proclio. *victus*. à Cæsare. *hostis*. Antonius. *Punico lugubre mutauit*. id est, deposito puniceo, hoc est, hyacinthino, aut Pario, coccineo ue lago: lugubre, id est, luridum & nigrum, luquique & fuga dignum sumpsit. Romani enim milites in bellum euntes coccineis sagis vtebantur, ut ne quis vulneratus, cruorè quoque suo respersus, terrorem incuteret sociis, nam coccineus color crux similis est. Itaque dum Antonius fugeret, ne agnosceretur, depositus coccineam, & nigram chlamydem induitus est. *centum nobilem* *Cretam*. unde Cæsa dicta est. *ignorans*, id est, centum ciuitatum.

vt: **Centum** v̄bes habitant magnas vberimæ regna: non sive nō prosperis, sed aduersis, & contrariis. vt. Contra ferunt sua flaminis classem. unde non suis ventis nauigat, aut vadit is qui non pergit ad loca destinata, sed fertur arbitrio ventorum: *exercitatas*. tempestate commotas. *petit*. fugiens. *Sytreu*. loca sunt in mari arenosa & vadosa, nota. vento. aut fertur in certo mari. hypallage, id est, ipse incertus quod naviget. Ita, inquit, vicitus est, & conterratus animo, vt priorius ne sciret quod fugeret, ver us Cretæ ne an ad Sytreis, sic errat ventis impeditus. *capaciores*. maiores, grandiores, qui multum expiunt. mandat pueri propter fastigia triumphi Augusti, vt vinum amplius solito misceat. *Chia*. à loco Chium vinum. *Lesbia*. Lesbiu vinum à Lesbo insula. *fluivitem naufragam*. fiuens phlegma; nam ex naufragia multum humoris, & phlegmatis fluere solet, potest etiam hic pro fastigio intelligi, ex norma mora triumphi. *metire*. misce, profer, hauri ex cratero, & quod vulgo dicitur, mensura. *Cecubum*. quod epotatum restringere solet fluxum phlegmatis. *curam metunque Cesaris*. quæ ante euentum pugnæ luctuui: iouat, inquit, nunc relaxare vino optimo sollicitudinem, & metum, propter incertum belli euentum. vt, nunc vino pellite curas.

C R Y Q U I V S.

Ha c *Dorium*, illius barbarum. Barbarū, inquit Commentator, id est, Phrygiū, inimiciis infestum & ferale. verum hæc additio, nempe inimiciis infestum ac ferale, vt hoc loco parvum Phrygii apta modis est, ita nec commode barbarum carmen hic Phrygium reddi potest. Quod prius quam ostendamus, de modis siue tropis antiquis nonnihil disceramus, quos Commentator septem numerat conflatos ex Græcis & barbaris, nimirum Dorium, Hypodorum, Phrygiū, Hypophrygii, Lydium, Hypolydium, Mixolydium; quem postrem ego repoliū illius loco quem in annotationibus Hyperlydium scriptum repperi, classicis, v̄tarbitror, protinus incognitum, sed ab ἀρρεόσις imperie possum, quibus certè quod patrocinetur suo more, in concentibus eorumque nominibus malè aptandis, ipsa Δαφνία, aliquo modo ignoscendum arbitror: verum quod ἀρρεόσις μέν δίδυμος à veteribus modis aut nonnihil distinguitur, aut eos absurdè in alienam naturam detorquent huiusmodi ἀρνῶν gratia; nulla id certè venia dignum putaré, nisi docti ferè omnes vñanimi studio in id incumbere viderentur, vt religione quadam & veneratione doctrinæ (quæ immortalitati sacra est) etiam virorum doctorum nomina ab omni

errore libera posteritati tradant. Quod porfissum fieri compertum habemus in Donato; Servio, Porphyrione, Acrone, ceterisque primi nominis grammaticis, quorum commentarios male sana barbaries ita conspurcauit, vniuersi ipsi auctores aliquando reuiuiscant, non crediderim. Vnquam illam spurcitiem elui posse. Quare ad vnu omnes doctos obtestatos velim, in vindicadiis ab omni iuria doctis nominibus, ut magno delectu vtatur, ne dum assumentum aliquod vel adulterinum nomine temeriterutentur, ipsi in reprehensionem non minimam faciat. Quid enim aliud, quam Porphyrione nomen multis viris doctis imposuit? quam malitos Atron subditieis in errorem induxit? Sed quae Glareano viro alioquin ~~cōsanguineū~~ ~~et~~ ~~ārātō~~, alia causa fuit, ut hoc loco in suis annotationibus Lydium modam in Ionicō intelligendum diceret, atque Porphyrione vulgari more locutum. Perfecto tanti non debuit esse tanto viro ille Porphyrius in ultius, qualem ipsem. Glareanus, multis in locis suarum annotationum, esse, non obscurè satetur, ut antiquitus di Creta, noua quadam interpretatione, yna, eademque faceret, aut altero fingeret in altero (quae generis sunt non eiusdem) cōtineri, diuersa certè miseris quidem posse arbitror, at illa fieri eadem non arbitror. Quis enim Græcos modos pro tribus omnino Græcæ nationibus (vt ex Heraclia Athenæus lib. 14. scriptum reliquit) tres non fateatur, Doriam, Aeolium, Ionium? quis item barbaros reiicit Asianum, Phrygiū, Lydium, hos posteriores, illos priores? verum Græcos barbaros dicere, & contra, aut eosdem esse modos variisque gentis, hominis arbitror non omnino sani. At qui ex his inter se commixtis, musicam harmoniam constare, nemo vel mediocriter eius artis peritus facile neget; id enim & res ipsa probat & modorum nomina ista, Doriu, Phrygium, Lydiu, ex quib. cū subordinatis, Hydorio, Hypophrygio, Hypolydio cū Mixolydio cōpositi sunt diaœne, modi omnes musici, Chromatici, Eutermonici, & Diatonici, de quib. plura scribere supercedebimus, quia non est huius loci, modis amplius tractare Harmonicos. Quam ob rem ad institutum recurrat oratio, & quo id eius fieri potest ostendamus, per barbarum carmen non aptè intelligi, aut Phrygium aut Lydium. Nam barbarum, hic hostib. is est omninom, infusa omnia, atque infelicia Antonio commissa, nimis, metum, fugam, desolationem, pernicitem. At Phrygium nihil caedit. hi iusmodi, cum sit religiosum diuinumque, & sumine quodam mentes permeat, ut scribit Arist. 8. Politicon. Δέξει ποίησιν, φη, καθευτατησθε, οὐ θρυστος: cui cōscinuit Lucianus in Harmonide. ηγετάτης ἀρχαιοτάτης τὸ ίδος. τῆς φρυγίας

τὸ ιδεῖν, τῆς λυδίας Κακεῖον, τὸ δρεπάνι τὸ αμφίον &c. Cassiodorus de his modulis epistolar. lib. 2. Phrygius, inquit, pugnas excitat & votum furoris inflammat. Quare cum hic Horatius non bellicos furosos Antonius, sed eius fugam, trepidationemq; canere velit, non putarim barbarum hic appositè exponi posse Phrygium; neque ob eandē caussam Lydium, qui Bacchicus est & mollis, contrāq; nimias animi curas tædiāq; repertus, ut ait Cassiod. Qua de caussa ego illum libentius, mixolydium interpretarer, qui auditores grauiore efficit animo contractiorēque, Aristotele teste, qui Politicon octauo inquit, πόλεω μηδενί εἰσιαστέρες καὶ συντηρέτες μέλλον, οἵτινες μηδελόθει γελούμενοι, nec ab Aristotele dissentit Plutarchus, qui in sua musica, Mixolydium, inquit, concentus affectibus est referrus & Tragediis aptus. Reperisse eum Sappho Aristoxenus prodidit, ab ipsa que Tragedias didicisse, qui postea coniunxere Mixolydios modos cum Doris, quorum alteri maiestatem, atque auctoritatem, alteri affectus afferunt, ex virtutis que enim communia est Tragedia, &c. Quae verba Doris modis, Romanis quidem accidunt vi et riam, Antonio vero Mixolydis perturbationes. Quin etiam ut etiam hoc Horatij vocabulum mitum, quod non paruo alicui argumento esse potest huius opinionis asserendz faciliè quis dixerit Poëtam hic exhibere imaginem veræ Tragedie, ubi primum pompa Cleopatras & conopeum cum Anthonio ad bellum progredi nō sine magna spe & letitia victoria iam quasi certæ, deinde illius in terram fugam cum igno tremore, & formidine, quasi ob oculos ponit. *emancipatus feminæ*. Emancipata autem est, è suo mancipio, id est, dominio, seu potestate emittere, & alteri possidendum permittere. Mancipate autem alteram tantum vim habet, pimirum mancipio alicui dñe, ut ait Budæus; sed haec propriæ rerum sunt, quæ manu dari & accipi solent: transfertur autem ad eam emancipatione quæ est personali; quemadmodum ait Festus, Emancipari duobus modis intelliguntur, aut ij qui ex patris iure exerunt; aut ij quæ aliorum sunt dominij: quorum verumque sit mancipatione. Ita Romanus miles hic dicitur emancipatus feminæ Cleopatras, id est, sua sponte traditus, ut ait Commentator, haec interpretatione satis aperta est, & verbis Horatij contentanea: Atta nēn quam in annotationibus scriptis aliam innueni, nolui celare lectorem, quod & ingenij noanihil præse ferat, nec aliena sit à proposito. Ordo est, inquit, Eheu posteri negabitis quod Romanus miles emancipatus, id est liber, & ingenuus tu sit quondam valum, id est, papiliones, & armæ feminæ, i. mollitiem opacem cum conopeo, & præterea.

& præterea potest seruire spadonibus rugosis. Emancipi autem dicuntur liberi, quasi ab omni condicione mancipiorum remoti; Mancipia vero dicuntur qui in pretio manucripti in leuitatem rediguntur: sicut servi à seruando, quod in pretio seruati & à morte liberati sint, haec tenus annotationes scriptæ. *Spadonibus.* Spadones impudicitie morbo erant infames, quos Cleopatra habuit plurimos, at huc verterunt. hæc verba habet codex Diuizi, & unus codex bland. manuscriptus explesæ: alij tres habent, Ad hunc alias, At huc, quæ natam fecerunt sunt tanquam magis appellata atq; consequentem scriptus annotationibus. finis rorsum. hoc præter proprium significatum, rotat in tortuum & fugam Antonij, nam finis omnis lata fuit. *cita.* duo codices habent sita, id est, ad finis: am partem motæ; nam Antonius qui cu suis ab Aegypto venerat, sic nauis suas locauerat, ut facilis pateret fuga. Verum ego priorem lectio nem seruauit, quod altera non cauerit litera. *intaglobus.* in omnibus sacris hoc à gentilibus votatum, & ferè obseruatū fuit, feminini generis victimas potiores fuisse: itaque si per marem littari non poterit, femina succidanea dabatur, non contraria. nam si per femininam hostiam minimè perlitatum foret, succidaneam adhuc non habebat, præterquam apud Aegyptios & Dervices Persicā gentem, quibus in molare feminam est habatum nefas. Intuper hic non est prætermittendum, Romanos confueuisse, pro rebus quas citò expediti cuperent, & tare grandioribus hostiis, vbi vero rem augere vellent & produci, iuniori victimam sacrificare: Nam id ipsa insuere videtur Horatius, ager ferens triumphicunctionem, quem dicit remorari currus triumphales, & boues intactas, id est, iuniores, quæ nondum per iugum domitæ fuissent, ut habet Commentator hinc dicuntur iniuges hostiæ Macrob. Saturnal. lib. 3. cap. 5. neque de hoc sepulcro quod Linterni est, Africani illius prioris, vide Strabenem lib. 5. *Africano.* Badius, inquit Glareanus, legit hic Africanum, expeditius quidem, sed durius; si enim, inquit, comparatio Ducum, non urbis ad ducem, quod opus erit si legatur, Africano, in quo necesse est per repetitionem intelligi, bello, cui, inquit, inepte subiectum, hoc modo: cui bello virtus Romanorum condidit sepulcrum super Carthaginem, &c. verum vir ille prouocabulum, cui, non animaduertit referte Duce: non etiam bello; ut sit sententia: cui Duci virtus Romanorum, &c. deceptus leditione Badij. lugubre mutauit sagum. Orosius lib. 5. cap. 18. Senatus sagum, inquit, id est, vestem mœroris, quam exerto lociali bello sumicrat, hac

spe attidente depositum atque antiquum togæ decorem recuperavit Nemo sibi persuadeat, si post Baysum de Sago scribam me velle Herculi casto, quere clavam. Nam tantum abest ut ilius virtus dictissimi scripta velim esse mea, ut me illi humiora sua reddere, atque illustriora existemem, si quæ ab illo diffusius memoria prodita sunt, aliquanto certius contractuque ordinem, ac velut in tabella pectanda depingam. Eodem certè, quo ille, studio ducor, nimirum ut literatum symphysis mea opera proslim. Quod si non allequar, nouæ conatus minus pomptus ad id, atque honestus fuerit. Saltē id præstitero, si nihil aliud, ut studiis annos addam ad ea rectius disquirenda si quæ à me prætermis viderint. Sagum autem vestem militarem fuisse omnibus in confessu est. At eis duo fuisse genera non omnibus arbitror ita definitum: Alterum enim crastum duplex erat & denique villosum & commune, id est *sgenomæ* Plutarcho, ut opinor, in Galba nominatum, quod idem scribit in Tiberio, Legi militari C. Gracchi militibus publico sumptu datum, sine villa diminuione stipendi militaris. Alterum autem tenuissimum, simplex, molle, & delicatum, nonnunquam leniter vilosum, imperatorum superindumentum, album vel purpureum seu puniceum, ut scriptu reliquit Valerius libro primo de Crasso lequens, id paludamentum nominans proprio vocabulo. hoc autem ipsum mutavite Antonius in fuga cum signo lugubri, id est, communis, quod quidem illi lugubre fuit, non tam quod esset nigrum seu pullum (quale tradit Valerius Crasso traditum contra Parthos) quam quod illi quasi ob oculos poneret ruram fortunam, & exitium præsens. Hic si quis hanc Sagæ distinctionem, in Sagum commune, quod propriæ Sagum dicitur nomine generico, sive formæ, seu, ut philosophicōs loquar, speciei accommodat: quo fieri necesse est, teste Aristotele, vbi forma propria vocē caret, & in Sagum quod paludamentum nominatur: Si quis, inquam, hoc quasi nouum coimentum, aut verius formū aliquod explodendum clamiter; quod neque ut res aut rerum formæ, ita, nec illarum signa possint nobis esse cognita. Primum contra hunc, ut aliam contentionem præteream, mihi patrocinio erit hoc Martialis lib. 6. epigram. 11.

*Tecum Tyros, me pinguis Gallia nutrit.
Vute purpureum, Marce ut ameru. omnia.
Ut præstet Pyladen, aliquis mihi præstet
Orestem.*

*Hoc non fit verbū: Marce ut ameru. omnia.
Quis hic vtrumque non viderit, & purpurum
denotari paludamentum, & Sagum commune?*

Deinde non finent me Græci temere iniuria affici,
quibus Sagum commune χλαισα ποχεῖται οὐ διπλῶ
nomiuatur, ἀτὰ τὸ χλαισίνει, quod pro tempore
sumitur ad trigus, pluviiamque, & ventos propellendos. vnde Adagijū natū est in eos qui non suo
tempore rebus vtuntur nec essentiariis, cō bēparū χλαι-
σίνεις έργοις, hoc est, testate penulam deterrit, in-
terprete Erasmo (fortitan impropiè) quia penula ferè viatoria erat, qua utebantur & vires & fe-
minæ. Alij lana māggi冗 reddit. mihi certè Sagū ma-
gis congruum appetet; nam hoc etiam, extra mi-
litiam, aliquando indumentum erat familiare. Vi-
piano auctore, in De auto & argento legato. Po-
strem quod altera Sagī forma fuerit in ligno im-
peratorum & ducum, Græcis χλαισίς, aut potius
χλαισί Polluci ipάντοι λεπτόι, mecum fatebitur
qui excusserit hęc Athenati verba s. lib. σεῦτη μῆδη,
τοῦ, εἰ τὸς χλαισίς τεργύρωτες σελάνοι περφύριας χλαι-
σίδας, οὐ δε φανεῖδος ιμπριστών. id eit, Sileni, qui
primi turbam coēcuerunt, alij quidem purpurea
faga, alij verò punicea induit fuere. in eandē sen-
tentiam apud Aeschinem ait Thomas magister
legi, χλαισίοις. εἰ δο τοῦ τα κομψὰ τοῦ χλαισί-
α περιέλθουσ. si quis enim tua ornata hęc sa-
gula abstulerit. Multa ligerat adducere alia argu-
menta ad hanc rem; verūm ne cui sim tædio mea
prolixitate, satius esse duxi paucis placere, quām
dispicere pluribus. *Syrtis.* De situ & amplitudi-
ne Syrtium maioris nempe, & minoris, vide Stra-
bonem lib. 17. & Orosium lib. 1. C. Iulius Solinus
Polyhist. cap. 40. Varro, inquir, auctor est perfla-
bile ibi etiam ventis penetrantibus, subitā via
spiritus citissimi, aut reuomerie maria, aut re orbe-
s, &c. ipsum autem nomen à Græco verbo σύρπα
deducitur, quod trahere significat. Pomponius
Mela lib. 1. cap. 7. Syrti, ait, linus est certum ferè
millia palliūm, quā mare accipit patens, trecenta
quā cingitur, &c. *Cæcubum.* Cæcubum vinum &
Sertinum vīle dicebatur concoctioni ciborū, quo-
rum cruditas generat nauicam, Albanum neruis,
Surrentinum capiti & stomacho, Signatum pro-
fluui ventris, Falernum à decimoquinto anno
mediam etatē habebat, corpori saluberrimum;
vīle tussi, aluum fistebat, & corpus alebat. *dulci-*
Lycos soluera. ίξ ἄντυτα, contraria namque
contrariorum sunt re media: nam ut metus curaque
animū cōstringunt; ita eundē soluit Lycus. *ινρυ-*
λογκάς ἀτὰ τὸ λύει, quod est solutio, nominatus.

IN M A E V I V M P O E T A M,
quem deuouet horreūdis tempestatibus.

Iambica Epodos x.

M A L A soluta nauis exīs alīce,

Ferens olenem Mævium:
vt horridū virumque verberes latu,

Auster memento fluctibus.

Niger rudentes Euris inuerso mari;

Fractōsque remos deferat.

Insturgat Aquilo, quantus altis montibus.

Frangit trementeūsilces.

Nec fidus atra nocte amicum apparat,

Qua tristis Orion cadit.

Quietiore nec feratur equore,

Quām Graia victorum manus:

Cum Pallas vsto veris iram ab illo:

In impiam Aiacis ratem:

O, quantus instat nauis sudor tuus,

Tibique pallor lareus,

Et illa non virilis eiulatio;

Preces & auersum ad louem:

Ianuus vdo cum remugiens sinu

Notus carinam ruperit.

Opima quid si prada curvo littore:

Porcella mergos iuverit:

Libidinosus immolabitur caper,

Et agna tempestatibus.

COMMENTATOR.

P R O F E C T U R O & in transmarina fortasse
migraturo male imprecatur Mævio, cīque augu-
rium vult esse coerarium, vt mediis intercipiat
fluctibus. Mævius autem Poëta fuit inimicus Ho-
ratij, obrectator certè omnium virorum docto-
rum, ipse sectator vocum antiquarum, de quo
Virg. Qui Baulum non odit, amet tua carmina
Mævi. hunc ergo execratur prosequiturque diris
execrationibus, coniurans tempestates & ventos,
vt nauem eius opprimant in mediis fluctibus. fo-
luta. nauis autem folui dicuntur, quando de stacio-
ne vel portu dimittitur. vt, Soluite vela citi. *mala*
alito. malo omni: Alitem feminino genere pro-
tulit, quia malum om̄en notat. sic mala ducis avi
domum. aliás ferè masculino proferunt Poëtæ, vr.
Qualem ministrum fulminis alitem. & Virg.
Namque volens rubra fulius Iouis ales in æhra,
olenem, putidum turpem, malum Poëtam, cuius
carmina putant nimia verustate, vel ipsem videt
corporis. vt *horridus.* Apostrophe incunda *μετανοίας*, quali præsenti Austro præcipiat per-
niciem Mævij. *horridus.* periculosis, crebris, tem-
pestate crispanibus. *verumque latu.* nauis qua-
vehitur.

véhitur Mævius. *niger*. tempestatem mouens. tempestuosus. *rudens*. funes sunt in nauibus quibus vela panduntur. *inverso*. mari. perturbato & commoto commutatōque. differat. dissoluat & disindat. *insurgat*. *Aquilo*. qui fiat ab alto. & incircō. grauiissimas tempestates concitat. *quantus*. per ellipsem. tantus. *tremens*. concusso. quia maiori subiectū tempestati altitudine sus. *nec sidus*. *aera*. Precatur Horatius. vt. qua nocte Orion occidit. & mare tempestuosum reddit. nullum aliud signum arrideat Mævio. unde possit sperare salutem. *aera*. nigra. obscura. sine lumine Luna. vt. nec candida cursum Luna negat. *amicum*. prosperrum. *qua*. nocte. *tristu*. ab effectu tempestuosus. quia in occasu suo grauissimas excitat tempestates. vt. nimbus Orion. *cadit*. occidit. vt. suadehīq. *cadentia sidera somnos*. *quietiore*. leniore. tranquiliore. minus concitato. *Graia*. oportet Mævium. vt non minus tutus sit à naufragio quam fuere plerique duces Græcorum post excidium Troiæ. quorum altj cùm ad montem Cipharam appulissent. tempestate in mare demersi sunt; alij ita deieci. vt in Græciam redire non possent. excepto Pyrrho qui mouente Helena. pedestri itinere in patriam est reversus. Vlysses & Diomedes. propter raptum Palladium ē templo Mineruę diu erauerunt. Vlysses diu per mare iactatus tandem vix nudus enarauit: Diomedes. ad Calabriā. deiecius est. vbi Arpos condidit ciuitatem: *Aia* iuxta Caspharæum montem orta tempestate. ictus est fulmine à Pallade. ibi submersus. propter raptam de suo templo Cassandram suam sacerdotem Priami filiam. vt. Pallas ne exurere classem Atgiuum. arque ipsos potuit submergere ponte. Vnius obnoxiam. & furias Aiacis Oilei? Deinde. illum expirantem transfixo pectore fixit. vñs. cremato. *verus iras*. odium vertit in Græcos. quod prius in Troianos habuerat propter iudicium Paridis. *impiam*. in deos irreligiosam. *ò quantus instar*: Apoſtrophe Poëtica ad Mævium. singens nautas suos iam laborare. ipsum Mævium ciuolare. & in pallorem conueniri propter tempestatem imminentem. quale est illud Virgil. Heu quanta tædes miseria Laurentibus instant! *nauis*. cephentes. pro nautis. *sudor*. metus. *rum*. in periculo labrantibus. *luteus*. croceus: sic dicitur Auroram luteam. *non virilis ciuatio*. sed feminæ. nam ciuatio est seminarum. vagitus infantum. clamor & gemitus vitorum. *paeces*. instant tibi. *auersum*. duplex lectio est. vel auersum. id est. non audientem vorax tua. vt. Auersa deit mens. vel aduersum. id est. contrarium. infensum & iratum. *vdo*. pluviali. aquoso. *norus*. tempestatem mouens. *carissimum*. nauem. syneccdochio. *ruperit*. fregerit. &

dissoluerit. *opima quodd si præda*. promittit se tempestatis sacrificaturum. si Mævij corpus in littore mergos pauerit. *opima*. pinguis. hinc initio dixit putidum. quia superflua caro solet incalescens grauem generate putorem. ipsius itaq. corpus pingue significat. quod. iam fluctibus marinis putre. in littus electum marinis aubus præda iaceat. *porrecta*. extenta. exposita: vt. Quānque iacet medium Rhodope porrecta sub axem. *iure*. paueris. *immobilabitur*. à me. *libidinosus*. lascivius. *caper* & *agna*. animalia pollicetur ē immolarum. pro interitu Mævij. quæ eius affectibus conueniant. Caprum pro libidine & petulantia. potius quam ratione sacrificij: Agnum propter metum. quo significat Mævium timidū fuisse. & omnino effeminatum. Agna tempestatis immolari est solita. sed non caper. vt. Et tempestatis agnam Cædere deinde iubet.

CANTVS.

MAIA ALITE. Lactantius in illud tertij Thebaidos. vt refert Despauterius. noctis vaga lumina testor. Et socios manes. & te mala protinus ales; vult ales femininum malum: auguriam significare. masculinum autem bonum omen: ego certe arbitratur. Poëtas. siue inhibas. siue præpetes alites. usurpasse femininè potius quam masculinè. non tam-boni vel malitominis. quam rei sacra & religionis gratia. que in augurio exerceri. & haberet erat solita. sicuti suprà epodo præcedenti notauimus. in sacrificiis antiquitus obleruatum feminas quam mares diis fuisse gratiore. *olensem*. *Mauium*. Quandoquidem Commentator scribit hunc Mævium-antiquarum vocum fuisse sectarem. ego alteram illius opinionem veram dixi. puta. Mævium. terti odoris notatum animi potius vicio. quam corporis. primum quod insulsum & ineptus Poëta: deinde quod libidinosus & petulans vt caper. secundū illud Appuleij. Homo folidus. & hircina libidine scutens. qua gratia caprum se polliceret. Horatius immolaturum. si medijs fluctibus opprimatur: postremo. quod effeminatus. & timidus vt agna. non habeat aliquid viri aut prudentia in rebus suscipiens. cuius illum insimular nomine agna tempesta: ibus sacrificandæ. Altera vero commentatoris sententiam. Mævium scilicet. olentem dictum vicio corporis. non difficulter dicerem esse suppositiciā. ex ea editione ad finem huius epodi. Opima præda. nam opimum non semper pingue significat. sed etiam gratum; qua in significazione. hoc loco mihi expoundendum videtur: nam eriam notat aliquando magnificum & amplum. vt apud Festum. Opima spolia.

spolia, quæ populi Romani dax duci hostium detraherat. Noto tamen hic dicere ludorem, & in obesus corporibus incalecentibus, minus aliud esse quam lit hircus alarum & in macer-
timis aliquando, & extenuatis proflus corpus-
culis; nam res ipsa, & huinana conueratio do-
cet utroque aliquando inesse pedorem grauis-
simum. *quantus.* unus codex Blandinus hic
habet *quans*, sed alia lectio magis conuenit,
propter Aquilonis dentitatem, qua altas æquet
huino turre, tectaque rapta ferat: hunc ven-
tum describit Ovidius 6. Metamorphol. *atran-*
de amicum. tacita anaphesis inter attum quod
trite est, & infatuum, & fidus amicum: Sed
omnia precatur aduersa Maeuio, cælum, sidera,
venatos, noctem, maria, tempestatem, deos deni-
que iplos, ac euadat naufragium. *quietae sec-*
feratur aquore. id est, perturbatiore, per liten-
ten. verum æquor perturbari, est contra ery-
mon, quod ab æqualitate nomen inuenit: at-
qui quod est freti, hic line discriminè æquori da-
tur Poëtis scribendi genere familiari. *pallor lu-*
teus. à luto herba luteus color. *quis est,* qui
caltha dori responder. Hinc in Corydone Virg.
luteola caltha: pallor autem luceus, iognatissi-
mus, & mortis propinquæ color est; constat enim
ex fulvo pallidoque nigricantibus maculis, linea-
lisque immixtis. meminere lutz herba & Vitru-
tius & Plinius lib. 33. capite de Chrysocolla. *Io-*
nus vdo cum remugiens sinus Notus. codices
Blandinij in hac lectione consonant, quæ mihi
probatori videtur quam vulgata, tum quod hic
ventus Notus ex Ionia primarius sit, vchemen-
tissimè in Adriaticum pelagus incembens; tum
quod Notum preceutur, vt vdo sinus velorum, im-
petu vchementi dissipet, rumpatque nauem qua
vehitur Maeuio: idem enim supra precatus est
Austrum, Eurum, atque Aquilonem. Deinde
valde impropterum est ipsum sinum rumpere, &
dissipare naues, quod, vel mediocriter docto, vi-
su facile est. Quod autem hactenus vulgata le-
ctio mutata non sit, in caussa esse arbitror, epi-
theton, vnum, proprium ferè Noto: præterea
cum sinum Ionium esse non ignorant lec-
tores, otiosè, *νη τε παρόδη,* cetera expendunt,
vbi neque manifestum deprehenderent erro-
rem, & quod non careat temeritate in auctori-
bus aliquid restituere, nisi magno iudicio id
fiat, vel ex antiquis codicibus. *porrecta.* mortua,
allio ad gemitum mortuorum qui pedes porti-
gunt seu extendunt. *agna tempestatisibus.* nam
Romanis ipsa Tempestas dea est credita, cui ag-
nana nigri velleris ammirabant.

AD PETTIVM CONTV.
bernalem, indicans occupato sibi amo-
re Lycisci pueri non libere
versus scribere.

Epodos Elegiambica seu elegiamic-
bica omniaq[ue] XI.

PETTI, nihil me sicut antea iuvat
Scribere versiculos, amore perculsum gravi:
Amore, qui me præter omnes expeti,
Mollibus in pueru, aut in puellu vrere.

Hic tertius December, ex quo destitui
Inachis surere, filiu bonorem decutie.

Heu me, per urbem (nam pudet sancti malo)

Fabula quanta fui! consumitorum & pauperum.
In queu amantem & langor, & silentium
Arguit, & latere peritus inospitus.

Contra ne lucrum nil valere candidum

Pauperis ingensum querebor applicans tibi,
Simul calens inuercundus Deus

Feruidiore mero arcana promorat loco?

Quod si meis inuestit precordis

Liberabilis, ut hec ingratia ventu diuidas

Fomenta, vulnus uil malum lenans:

Definet in paribus certare summotus pudor.

Vbi haec seuerus se palam laudaueram,

Lussus abire domum, serebar incerto pede

Ad non amicos, heu, nabi posties, & ben,

Limina dura, quibus lambos, & infregi latens.

Nunc gloriantis qui milites mulierculam

Vincere molles, amor Lycisci me tenet:

Vnde expedire non amicorum queant

Libera consilia, nec consumelia graueis:

Sed alius ardor, aut puella candide,

Aut teretu pueri langam renodantis comam.

COMMENTATOR.

ALLOQUITVR Pettiū amicū suū
& sodalem, dicitque iam ita se non posse compo-
nere carmina sicut prius, propter amores scilicet
Lycisci pueri quem diligebat. Nam prius amau-
erat Inachiam meretricem, quæ quia plures habe-
bat amatores, eoque divites, spernabat Horatiū.
vnde indignans dicit se ab amore illius recessisse,
& iam Lycileum adamare. In hac epodo prior ver-
sus est Iambicus trimeter catalecticus. Posterior
est elegiambicus sive elegiamicus, epodicus,
constans

constans ex pentemimere dactylica, hoc modo; Scribere, versiculos. & l'ambico dimetro acatalepto, hoc modo; amo re per cussum graui. *Pettio nihil me.* dicit se amoribus occupatum non habete animum ad-versus solito more scribendos. *nihil non.* ~~amorem~~ partis. *amore.* Eyciscit: *amore quid me.* ~~amorem~~ amoris. vt, vos h'ec facietis magna Gallo, Gallo cuius amortantum mihi crescit in horas, &c. *prater omnes.* ultra omnes. *expedit.* valde cupit. hic tertius December. *μελάτης:* per tres enim Decembres, gradatim. significat tres annos transfactos, postquam cœperit non amare Inachiam. *fure.* amare; vt h'ec duo nomina, furor & amor, ita sibi familiaria sunt, vt alterum pro altero sepe ponatur: sic futere & amare. *fure.* *Inachia.* amare Inachiam. *filius honorem de-eruit.* Ordo est, hic tertius December filius honorem decuit, id est, hic tertius est annus, nam Decembrio mensis spoliatur arbores decorè foliorum, Sole ad inferiores circulos descendente. Ptidie namque idus Iunias, aut circiter, incipit Sol à nobis recedere, & suus succus arbores deficere usque ad pridie idus Decembrias, Sole scilicet à superioribus circulis similiter abeunte, & contrà, à 12. Decembriis ascidente Sole ad superiores & aquilonares Zonas usque ad 12. diem Iunij simul accedit suus vigor, & succus arboribus. Itaq. quia mense Decembri folia virtute & vigore succi carent, plurimam cadunt. *honorem:* foia, utr'at Matio, Frigidas vt filii Aquilo decussit honorem. *heus per urbem fabula quanta fui.* prius ingemit, post caussim sui gemitus exponit, per parenthesim, inquiens, Nam pudet tanti militi tantum malum dicit, quod innotuit vniuersitate ciuitati eius amor. *tanti malis tantiamoris & furoris in Inachiam:* qua gratia ego fui fabula vulgo, pudet, pudere ad verecundiam, poenitere ad factum pertinet. legimus in vita Horatii, illum hoc virtio plurimum laborasse, adeò ut imaginem scorti in cubiculo proprio depictam libenter iuspiceret. *fabula quanta fui.* id est, quantum derisus ab omnibus, quanta deriso propter amores Inachiz. *in quebus.* quibus cum intercessim, languor, silentium & insipitia probebant amorem meum. Quare poenitet, inquit, me illis conuiuis interfuisse in quibus ego deridebar, & obloquendi mihi caussam dedi. *Languor,* pro pallore ponitur, nam ex amoris impatientia nascitur tristitia, ex qua languor, ex languore pallor, silentium, & suspiria, ex quibus, vt ex adiunctis signis, certò cognoscitur amor. Amantes enim pallent, silent, gemmato, & suspirant. *angusti.* approbavit: est præteriti temporis. *imo.* ab imo latere petitus spiritus, id est, ingēs gemitus & suspiria ab imo producta. Latere, inquit, quia co-

stat in suspiriis latera vehementer laborare, & spiritu repercuti; vt non ineptè sic definieratur, *Spiritum est spiritus ab imo latere petitus.* *contrane.* Sensus est, numquid meministi, quod in illis conuiuis, quando incalescerem vino, & secreta mea tibi aperitem; & quereret tibi plorando, candidum meum ingenium, quia pauper essem, nihil posse apud Inachiam auaram; contra lucrum & rualium inuaders largiora. Per hoc autem significat se amore: *sumum Pettio* ut pe inter conuiua confiteri solitum *lucrum.* munera rualium ditionum. *candidum ingenium.* laus, commendatio, nobilitas ingenij, nihil habent gratiae apud auarā puellam, sine maneribus. *simul.* mox vt, postquam: vt, Que simul inueritum corrigitur Aquarius annum. *caelensis.* ebris: *inuercundus densus.* id est, Liber, quo liberius sumto omnis verecundia elabitur, adeò ut interdum faciat nos non erubescere in his quae tacenda sunt: interdum autem, in, habet *ērōn,* & runc inuercundus significat valde verecundus, quod etiam Libero conuenit: ut, verecundumque Bacchum sanguineis prohibere rixis. *arcana.* mea promovet, promouerat, id est, excluserat. *loco suo.* à secreto cordis, id est, ubi securitas ebrietate fuerat expulsa, querebar tibi de amoribus meis, quod si meis. Et hoc tibi in conuiuis aliquando dixi. Quod si in me aliquando commota fuerit libera bilis, id est, iracundia contra Inachiam, statim eam desinam amare, mihi non congruentem. *influet.* inuandescat, commota f'arie. *liberabilita.* iracundia, nam irati liberius loquuntur, nec celant quidquam eorum quae sentiunt. *ingratia fomenta.* querimonia nihil gratiae apud Inachiam habentes. *venia diuidas.* in autas dispergat, nihil pendat, obliuiscatur. *vulnus.* amoris mei. *imparibus.* cū rualibus meis, quibus in munera rualia largiendis impar sum & inferior. *certare imparibus.* notanda locutio, sicut apud Maronem, tibi certet Amyntas. *summotus pndor.* verecundia ex animo meo deleta, que modo in me cum rualibus certat. *se-
serus.* iratus, te patiam, coram te. *Laudaveram.* arroganter dixeram, quasi constans in proposito futurus essem. *inffus.* à te. *forebar.* hoc verbo demonstratur, & obiurgantis affectus, & incertus amatoris animus; iussio namq; Petri illū rapiebat domū, amor contrà ad amicā. *incerto pede.* incertus ego utrū manerem in sententia, an non. *ad non amicos.* inimicos. *infregi.* valde fregi dormiens in humo dura. *limina dura.* quibus continetur dura illa Iachia. *nunc gloriantur.* Hęc ita sunt ordinanda: Amor Lycici gloriantis se vincere molitia quamlibet muliercula, nunc tener me, qui Lyciscus puer pulchritudine se gloriat & iastitat feminis omnibus præferi. *Queritur autem quod* *nunquam*

nunquam ab amatoribus yacet. Antea quidem poteram, inquit, queri cum Inachiam diligarem, nunc autem in Lycisci pueri amore remedium inuenire non possum, nisi me alius puer, aut puerilla ad se pelliciat. unde expedire. à quo amore liberare me, absoluere me. libera consilia, veri namque amici libere solent delecta amicorum sedare, guere studio emendationis, arqué illis aperte dicere, quia sibi videntur honesta, & utilia: nam non est liberum quando dicenda tacemus, vel amore, vel terrore. consumelia graues. obiurgationes sed alius ardor. amor ostendit quod amor nulla alia te pelli potest nisi amore, iuxta illud Tullij, in Tusculan. Nouo quodam amore veterem amorem, tanquam clavum-clavo ejiciendum putant. teretia pueri, obesuli, suras habentis teretes & rotundas, tucco pleni, renodantis, in nodum colligenitis, sele ornantis, id est, pueri comati. Antea enim pueri formosuli suam comam vitta necebant, ut composuit suis amatoribus magis placerent.

C R V Q V I V S.

PE T T I nibil me. Tametsi parùm intersit, Pettine, an Pecti, legamus; seruauit tamen Petri, gemino t, propter antiquitatem codicum Blandiniorum, & annotationes carminibus ascriptas. sicut antea. antea Horatius se non solito more versiculos scripturum, propter decem epodos precedentis, quæ omneis æquali filo decurrent, cum hæc epodos non una & simplex, sed mixta sit ex pœtemimeri Heroica, & Iambico dímetro ὀμοπτῆτος, ut in omnibus scriptis libris, vel ἀσπρῆτος, ut à paucis hinc annis viri quidam doctissimi: an etiam propter argumentum nouitatem, quod in se artificiosam comedie formam complectitur, ut postea demonstrabimus, lectori dificiliendum propono. molibus. delicatis, formosulis, obesulis, ut ait Commentator in dictione teretis, in fine huius epodi; hic enim molleis pueros nominat quos illuc teretes. pueri aut in pueris vvere. unus codex Bland. hic habet, & in pueris. sed vulgata lectio cum postremis huius epodi versibus concordat, in disiunctione; iccirco illam mutare nolui. hic tertius December. hic obiter lectorum montium volvi me, solsticium hibernum & æstivum in commentatore, reduxisse ad Ephemeridem seu Kalendarium quo nunc vtimur, nimirum æstivum ad decimum tertium Iunij aut circiter, nempe Sole ingrediente primum punctum Cancer, ubi Colurus solstitialis intersecat Zodiacum, & hibernum ad xiiij. Decembris, Sole ingrediente primū punctū Capricorni: Nam in annotationibus manuscriptis habetur, à xiij. kal. Iul. vsque ad xiij. kal.

Januar. à superioribus circulis, descendit Sol, &c. Rurius à xij. kal. Decemb. vsque ad xij. kal. Iul. ascende Sole, &c. hunc ego errorem (si tamen erratum sit) tacitus præterire non potui, quod hic & elegantes characteres sine litura vlla offenderem, & candē Solsticiorū notam in hijs scriptis obseruauerim tèpius. Quid si quis dicat ante annos mille scriptos commentarios, nunc, prò dolor, miserè laceros & dierum per tot annos accessione immutatam aur potius desperditam rationem kalendarij Romani? quod optimi quique & deplorarū olim non emendari, & hodie etiamnum summis votis exoptant in integrum restitui. heu me. exclamatio pathetica per metathesis sensum. nam pudet èanti malo. coniunctio, nam, vim hinc haber aduetria, pro autem. & latere. quantitas huius vltimæ syllabæ, nulli debet esse curæ, longa ne sit, ambreus, quandoquidem vltima syllaba cuiusque verius Grammaticis est communis: haec autem epodos non vnicum metrum est, sed compositum, sive mixtum ex pentemimeri daedylica priore, & iam bico dímetro posteriore. idem esto iudicium in illo, Inachia surere; dcinde in fine epodi, Libera consilia; postremo in concursu vocalium sine elisione, Vincere moilitia, amor Lycisci me tenet. contra ne lucrum. hic secutus sum codices Blandinios, & annotationes manu sine vlla litura aut macula scriptas contra vulgatam lectiōnem, quam nō improbo, pura, Contráque lucrum &c. nam varietas, lectiōnis gravior esse videtur, ad affectus amarissimovrios & multiplices exprimendos, qui post multa tandem victus amore, redit ad antiquum ingenium, sive placidus, & amicæ supplex. lucrum. Inachiz pro lucro munera sunt riuallum Horatij, cōtra quæ conqueritur nihil posse suum ingenium candidum, id est, carmina sua ad Inachiam candoris & fauoris plena, quibus apud illam cum riuallibus suis diuitibus de amore contendebat quidē sed illa carmina, cum verba solum darent, ab auara Inachia minoris habita sive quād largitiones riuallium. quod si meus. Horatius Inachia iras minatur quidem, sed per hypothesis (ut solēt, quibus pte amore animus pendet & oratio) nam si debeat illi aliquando irasci, pollicetur tantò libriore ira, (summota prius verecundia qua haecenus illam fuerat amplexa) se palā omnibus illam obiurgatur, & tantis conuictis oneraturū, quanto antea maiore ingenij sui caudore, quantisq. gratioribus laudibus, euigilat illam commendare, potissimum quod intelligat pro donis ab illa non haberi nobileis huiusmodi, & gratias plenas charatas, videatque illas non modo non souere in eius animo, aut nutritre amores, qui suum illud amoris vulnus, aliquo fauore subleuarent, sed etiam ingratas

gratas illi esse, & viatores munieribus suorum riuallum. libera bilis, quæ increpando, ut nihil speret majoris benevolentia, si tacat vitia, ita non me tuar plus indignationis, si eloquatur tacenda. *ingrata*. Inachia, quia non erant lucrosa, fomenta, amatoria munera, quæ non suum, sed sui amorem souere deberent in Inachia. *desinet imparibus certare summissus pudor*. huius carminis, ut arbitror, hoc est sententia: Pudor paupertatis mez, quæ vetat me magnificis donis explore audiret meretriciam: summissus liberiore ira in me exstincte tantum non desinet de amore cum imparibus & ditionibus riualibus amplius candidè & verecundè certare, verum etiam crumperet in apertam contumeliam, atque haec fomenta. Inachia ingrata ventis diuidet, id est, in vulgus populumq. disperget, ac manifestabit auaram illam, non amoris laudes, & munuscula candidi, sed munera sequi ditorū. hic ego veatos interpres leuitatem popularē, qua veluti mare quoddam respubica concitatatur. *Laudaueram*, quasi laude digna me facturum iactaueram. *ferebar incerto pede*, hypallage, pro, incertus ego quòd irem, quidue agerem. *ad non amicos*, heu, mihi posseis & limina dura. Si quis in hac epodo priora posterioribus cōterat, facile animadvertis Horat. in suis his amoribus nihil aliud quā *zepodias dōtorauit*: nam & solitum scribendi fludum neglexile se fatetur, & ita se exercatum amore, ut etiam existimatione & fama ferè perdita, ipse vulgo cooperit esse fabula; interea tamen tanquam sūi oblitus, ad amorem souendum Inachia munera cōferi, in quibus cū se à riualibus victū, minus ab Inachia admitti percipit, accedit ad amicos, conqueritur de iniquis amoribus, consiliū rogat; tamen iras minatur Ina. hīz & conuicia; se virum pollicetur nisi intromitterat: tandem ab amicis obiurgatus, & abire iussus, ubi pati non paret, vlerò ad eam venit, indicans le amare & ferre non posse, ut inquit Tereutianus ille Parmeno.

IN LIBIDINOSA Canidiam conuerso nomine.

Epodos Heroica XII.

Quid tibi vis mulier nigris dignissima barris?
Munera cur mihi, quidue tabellas
Mittu nec firmo iuueni, neque naris obesa?
Namque sagacius unus odor,
Polypus, an grauis hirsutus cubet hircus in aliis?
Quam canis acer, ubi lateat sus.
Quis sudor veteris, & quam malus vindicta mēbris?

Crescit odor, cum pene soluto,
Indomisam properat rabiem sedare: nec illi
Iam manet humida creta, calisque
Stercore fucatus crocodilis: iamq. subando
Tenta cubilia, sed lāquerumpit:
Vel, mea cū sanis agitat fastidia verbis:
Inachia langues minus, ac me.
Inachiam ter nocte potes mihi semper ad unum
Mollis opus, pereat ut alè, qua te
Lesbia querens taurum monitravit inertem:
Cum mihi Cœus adesse Amyntas,
Cuius in indomito constanter inguine nerum,
Quam noua collibus arbor inheret.
Muricibus Tyrius iterata vellera lance,
Cui properabantur? tibi nempe:
Ne foret aqualeu inter coniuua, magis quem
Diligenter mulier sua, quam te.
O ego non felix, quam tu fugis, ut pauet acreū
Agnalupos, capreag, leones.

COMMENTATOR.

IN V E H I T Y R in Canidiam scedam ac libidinosam, quæ appetens eius amplexus, solita erat ipsum diptychis ad coitum illicere. Hæc epodus constateret senario epico siue heroico, & tetrapodia heroica, siue quadrato daclyllico epodico. *quid tibi vis*. dum cupis me ad amorem tui electere. *nigris*. deformibus. *barris*. elephantis Aethiopis. Barris sunt elephanti: hinc barritus & barrire, elephantorum more sonitum emittere, vnde ebunt etiam à barris dicuntur, & lyra barbiton vocatur, quod ebore ornetur. Elephanti autem auersi coēunt sicut camelii, equi, canes. dicit itaque Poëta tantæ deformitatis illam esse, tantisque tororis, ut nullus possit cum illa concumbere nisi auersumore baritorum: ideoque ait eam ira debere alicui iungi, ut facies eius videri non debeat. *tabellas*. epistolas diptychas in quibus sollicitas me ad tuam libidinem. *nec firmo iuueni*. mihi non adeò valido & forti ut possim sufficere tuæ libidini, quæ est infatibilis. *iuueni*. qui interdum etiam cum scidis animalibus coēunt. cū calor iuuenilis fuerit excitatus. *neque naris obesa*. obturata nec odorē sentientis. Obesum dicimus pinguem, & crassum. Virg. de equo obesa terga, id est, pinguis. Sed hoc loco pro obturata, & clauso, posuit obesum: nam pinguedine nimia soleat obturari corporis spiracula. Quare, inquit Horat. nō habeo obturatas narē, ut possim tuū sustinere scitorem, sed patulas, *n* quoniama

quoniam sagacius odorari possum factorem libidinositatem mulieris, vel meretricis, quam canis aprum. hoc ait Horat. quasi illa tales debeat querere qui crassi sunt & non odorentur. *sagacius*. id est, citius & acutius ego solus odoror, utrum polypū habeat mulier, an grauem hircum in aliis suis, quam rimatur canis cubilia ferarum. *polypus*. genus est morbi, & narium vitium: hinc polyposus dicitur qui nares habet factentes. *gravis*. noxius, graueolens. *hirsutus alis*, pilosis axilis. *hircus*. odoraxillarū, instar hircorum factens, qui putor in libidinosis, ex sudore pilis alarum inharente, gravis percipitur. *quam canis*. odoratur. *quis sudor vicius*. istud pronunciandum est vehementius, cum exclamatione, in abominationē huius meretricis. *quis sudor viciis membris*. tortis, senilibus, rugosis; vt Terentius, vetus, vicius, veteros. *membris*. libidine viciis, vel senectute deficentibus, nam vieta membra dicuntur viribus carentia, & præ senectute curva. *quam malua odor*. quam teter pector. *cum pene soluto*. id est, veretro cuiusato. hic penis ab hoc pene tertie inflexionis, significat membrum virile, quod & mentula vocatur. *soluto*. cuiusato, nec vlla vim habente proprie factidunt tui, vel delafato post coitum. *indomitam rabiem*. nimiam libidinem & insatiablem. *properat*. libidine in Venerem provocata. *sedare*. explore. *neque illi*. sententia est: Tantæ libidinis est illa ictus a anus, ut dum vellet explorare ardorem libidini, tanto motu agitaret se ipsam, ut præ sudore de facie fluenter variorum colorum compoſitio, qua ad nitorem ori praestandū, solent vii meretrices deformes. *humida*. ex sudore. *creta*. qua faciem inficit: cretam hic appellat ceruſam, quæ creta candidissimæ est similitima, sitque ceruſa ex plumbo & aceto. Solēt autem meretrices ex ceruſa, purpurislo, quod stibio adhibetur, & stercore crocodili efficerē fucum, quo faciem illinunt, ad pulcritudinem augmentandam. *fucatus*. tingitus, coloratus. fucus autem herba est qua uestes tinguntur. hinc fucare, tingere dicimus. *fucatus etiam* est non verus, falsus, suppositicius, non nativus, qualis est cui admiscentur stercus crocodili. *iāmque subando*. Sebare propriè dicuntur sues, quando libidinantur. hic autem *subando*, id est, supra virum se agitando: hinc propter libidinem ad alia animalia, atque etiam mulieres tracta est. *cubilia*. lectum intortis funibus, vel fasciolis tentum. *rectaque*. coopertoria lectuli stragula. Iuuenal. Cadurcum nominat & institam. *rumpit*. sese agitando. *vel mea cum sauis*. vel subaudiendo seu repetendo, quantus est sudor membris. *sum agitas*. ciet incumbendo, succumbendo. *mea fastidientem*. meum penem languecentem, & illam fastidientem. *sauis*. iracundis dictis increpans, me minus.

apud eam valere. *Inachia langues minus*. hæc verba sunt Canidiæ, obiurgantis Horatium, quod ille citatiorem Venerem cum Inachia exerceret, quam cum ipsa languidior es, inquit, apud me quam apud Inachiam, minus langues, id est, minus deficit, validiores in illa quam in me, quia plus illam ardides. *ac me*. quam me. *potes*. subaudi inire. *unus opus*. coitum. *mollis*. es debilis, laſsus. *perent que*. exercatur Canidia Lesbiam, quæ ei laudauerat Horatium fortem esse ad oscula. *Lesbia aut lena*. est, aut obsterix; illis enim solēt honestiores paullo, consilia sua, & desideria patefacere. *quarenti*. mihi. *taurum*. fortē virum. *inertem*. pigrū ad hoc opus. *Cous*. de Coo insulæ. *Amyntas*. iuuenis robustus, & potentia validus, *in indomito*. indefatigabili ac forti. *constantior*. fortior, firmior, cretior. *neruus*. penis, veterum. *noua*. nouella, iuuenis. *muricibus Tyrius*. purpureo cruento. Murices pisciculi sunt marini, quorum succus est purpura; hinc purpura ipsa aliquando vocatur *murex*. *iterata vellera*. iterata lanæ vellera, id est, bis tintæ: purpura autem quæ iterum tintæ est, dibapha nominant. *cu properabancs*. accelerabantur à me; exprobratio molllis & blanda, quasi dicat, vestem tam pretiosam, cuius usibus tantum festinaui parare & texere? tuis nempe. *tibi nempe*. ad tuum opus. *equale inter*. anastrophe, ne rillet inter socios coeuous. *consuua*. aliquis. *mulier*. vxor, quam te. supple ego diligam: hoc est, ideo hæc purpura dibapha tibi à me properè conficiebatur, ne iuueniretur aliqua ex cœuiuistui æqualibus, vxor, quæ maritum magis diligenter, quam ego te. *de ego*. exclamatio amatoria. *non felix*. infelix. ut, sicut. *capreagi*. paucent.

C A V Q V I V S.

Q VI D tibi via mulier &c. In uno eod. Blan-
dinio hanc inueni inscriptionem: Ad Cani-
diam meretricem. Primus senarius epicus, secun-
dus quadratus dactylicus epodicus qui est clausularis, dictus ab Epo auctore. Hinc coniice lector,
eius te moneo ſapius, quam miserè barbari illi
Doctores lacerarint, atque perdident, quæ in cō-
mentariis doctissimorum virorum intelligere non
potuerunt. *barria*. Barri dici possunt geruli adusti
perpetuo Sole valido & succulento corpore, quos
ideo nigros vocat, nō etiā, ut arbitror, analogia ab
elephantis accepta, ut habet Commentator; qui ut
magno erant animi stupore, ita nullo nitore cor-
poris, nulla munditia gaudebant, homines plebeij
& moribus planè impoliti: unde & barros amaros
illos & insuavis conuersationis homines, quorum
meminit in Satyris Horatius, dictos autem, nisi
etiam.

etiam de ijsdem hic Postam agere quis malit. Dispecial itaque lector, utrum horum sententiae Horatianae magis congruat nec firmo iuueni neque narris obesa. in hac lectione non dilentiuntur versus scripti, sed in annotationibus habetur, non si mo iuueni neque &c. obesa. obesus, ait Paulus, pinguis quasi ob edendum factus. *polypus.* ονόρευς Latinè vertitur multipes, genus est variorum animalium à multitudine pedum, è quibus pisces multipes *περιφόρης πολύποντος*, nominatus à Phocylide: & analogicos πολύποντος dicitur tuberculum in naribus, præter naturam subrubrum, & narium vitiū, hinc summa similitudinae, vel quod ad pedum multitudinem multas habeat radices, aut quod, ut pisces acetabulis venantes inuidit, ita hic nares occupat usque ad sermonis & anhelitus impedimentum. Galenus lib. 3. *κρήτη τόπους* ca. 3. de eodem malo vide Cornelii Celsi lib. 7. cap. 8. *creta.* creta hica est annularia, qua muliebres picturæ illuminantur, teste Plinio lib. 35. cap. 6. aut Cimolia ad purpurissum inclinans, eiusdem lib. cap. 17. *crocodili.* de crocodilis vide Plin. lib. 28. cap. 8. vbi inter cetera scribit crocodileam illitam ex oleo Cyprino, molestias in facie enascentes tollere, varosque ac omnes maculas, nitoremque reddere. Idem sentit Paulus Aegineta de fimo terrestris crocodili, quod Plin. alterius crocodili intestinis ascribit, id Diocorides, fimo stercoisque, quem Aegineta exterrique sequuntur, tribuit. *tenta.* interpretationem Lamb. hic amplexor pro pene tentigine arrecto, id enim coijcio ex his verbis Acronis suppositiis, habet, inquit, hic turpia verba quæ ego fastidio nec ponere volo. *cui properabantur?* unus cod. Bland. hic habet, *cui properabuntur?* in futuro promissuo. haec lectione si placeat, ut mihi certè non displiceret, habebit subiectiōnēm ironicā: Solent enim mulieres habere nescio quid vanæ pollicitationis in huiusmodi amoriibus, ut inuident & incident amantes ad actius desiderium.

A D A M I C O S C O M I C O S.

Epodæs Iambælega σωματίων x i i i.

*H O R R I D A rēpēstas calū cōtraxit: & imbreu
Niueisq; deducunt Iouē. nūc mare, nūc filia
Threicio Aquilone sonant. rapiamus amici
Occasunēm de die: dumq; virent genua,
Et decet, obducta soluatur fronte senectus.
Tu vina Torquato moue consule pressa meo.
Cetera mitte loqui. Deus hac fortasse benigna
Reducet in sedem vice: nunc & Alchamenia*

Perfundit nardo iuuan: & fide Cyllenaæ

Leuare diris pectora sollicitudinibus:

10

Nobilis ut grandi cecinit Centaurus alaterno:

Inuicite mortalū dea nate puer Thetide,

Te manet Asfara scutellus: quam frigida parui

Findunt Scamandri flamina, lubricus & Si-

Vnde tibi redditum certo subtemine Parca (mois. 15)

Rupere: nec mater domum carula te reuehet.

Illi omne malum vino, cantuque leuato

Deformis egrimonia dulcibus alloquitis.

C O M M E N T A T O R.

H O R T A T V R lepidos suos sodales ad coniuvium, nocta ex hoc occasione, quod pluuiō celo tempestuosus sit aëris, quo nihil aliud agi possit. Epodus est iambelega, nam prior pars est iambus diameter acatalectus, qui hoc modo scanditur: nubes que de ducunt Iouem. Posterior est pentemimeris elega, hoc modo, nunc mare nunc silvæ. Aut hec epodus constat ex priore verso epico seu heroiō quadrato: posteriore ex iambico dimetro & pentemimeri dactylica. *borrida.* pluviosa. *calum.* cælum hic pro nubibus posuit; itaque contraxit cælum, id est, nubes coegerit, ac per hoc densas tempestates efficit: vel contraxit cælum, id est, nubibus obduxit, obscurauit. vt, atque in nubem cogitur aëris. *deducunt Iouem*, descendente ad terram, quia aëris quasi ad terram deducitur, magnitudine & pondere pluviarum, & niuium, dum effusim in terram decidunt. *T h r e i c i o.* Thraco. à Thracia flat Aquilo ventus Borealis frigidissimus. *occasunēm.* opportunitatem cotuij & epularum. *de die.* sic alibi, partem aliquam de die sumere, dixit. *de die.* isto quia pluuius est, dumque virent. valent genua, id est, dum adhuc sumus viri validi. *decet.* nos per ætatem indulgere genio. *obducta fronte.* leuera, ac per hoc in rugas contracta; vel obducta, id est, contracta, tristi. vt Virg. Et obductum verbis vulgare dolorem. *senectus.* id est, memoria senectutis. dū, inquit, fortes, & iuvenes sumus, longè sit à nobis seueritas senum, & indulgeamus voluptati, omni semota tristitia, quæ corrugat frontem. *tu vina Torquato.* Alloquitur puerum, ut proferat vina quæ sunt pressa, gerente consularum L. Manlio Torquato, sub quo ipse natus est: vnde ipse ad Amphoram, O natam mecum consule Manlio. Itaque iubet vinum asserri natale & sibi coquum. *moue.* miscendo. *pressa.* expresa, calcata & effusa in cados. *meo consule.* quo ego natus sum. *cetera mitte loqui.* de aliis rebus ad coniuvia nibil pertinetibus,

tinentibus, ne sis sollicitus. *haec* de quibus nunc es
sollicitus. *reducet*. reuocabit in suum statum, &
tranquillitatem priorum. *benigna vice*. id est, deus
ipse benignus fortis restituere omnia meliore vi-
cissitudine, & reddere tibi statum pristinum, ma-
xore depulso. fortis consolatur aineum in tristitia
constitutum. *nunc*, dum pjuis hilari simus.
Achamonia. Persica ab Achæmene Persarū rege,
enīus ira sedari non poterat, nisi exēde duodecim
hominiū. Sedulius, Guius Achæmeniam rabies
accenderat iram, &c. Persa primum dicuntur in-
uenisse vsum nardi. *iuuas*. liber. *fide* Cylleia. ly-
ra Mercuriali, quam Mercurius inuenit. *fide*. chorda.
à parte totum. *Centaurus*. Chironem Centauroū significat nutritorem Aesculapij Dei, Ia-
sonis, & Achillis, quem docuit tangere citharam,
seque illi prædictis quōd à Troiano proelio nō esset
reuerteretur domū; verū hoc ei dedit consilium;
vt, quia decreta fatorum nequaquam vitare po-
terat, tactu citharæ, & vini potatione ad Troiam, le-
nitet dolorem suum, vt vel sic mortis viciniam
non recordaretur. *alumno*. Achilli, quem nutrie-
tāt. *inuicī*. haec verba sunt Centauri ad Achilleū,
prædicentis illi sua fata. *inuicī*. quia nec vinci, nec
vulnerari poterat, propterea quod sua mater illum
stygiis vndis intrinxerat. *mortalis*. quia vulnera-
bilis erat mortaliter in ea parte pedis qua mater
illum manu tenebat, dum illum in stygiam palu-
dem immergeret. *nate*. genite. *Thetide*. nympha
& dea maris. *se manet*. te expectat tuis quidē ma-
niibus euentanda, sed ibi seperiendum. *Affaraci*
tellus. id est, Troia. Affaracus fuit pater Capydi,
Capys autem Anchise; per nobilem ergo familiā;
intelligit patriam. *parus*. id est, exigui. aut si pra-
ui legas, id est, tortuosus, non recti, sinuosus. *Scamander*,
aliter dictus Xanthus, & Simois, flumij Troia-
ni ex Ida mōte desfluentes. *fundunt*. præterfluent,
fulcant, diuidunt. vt, ubi tot Simois correpta sub
vndis, Scuta virūm, galeasque, & fortia corpora
voluit. *lubricus*. limosus, labens. *vnde*. à Troia.
subremine. filo, quod staminii intexitur, quia certa
iunt fatorum stamina. vt Virg. extremaque Laeto
Fila legunt Parce. *respere reditum*. ad filium hoc
referendum est, quod Atropos dicitur secare. *ma-
ter cerula*. Thetis mater marina, per quam vult
intelligi metonymiōs ipsum mare. *cerula*. mar-
ina, à cyaneo colore maris. *deformis*. quia tristitia
deformes facit. *agrimonia*. tristitia: agrimonia est
animi tristitia: acrimonia, vigor est animi. Ne, in-
quit, contristeris propter fata impendensia, sed le-
tificante, & mestitiam obliuiscere vino atque can-
tu. *dulcibus alloquisi*. familiarium sermonibus &
amicorum communicationibus debes dissoluere
quicquid tibi imminet tristitia.

Crvqvis.

*I*M B R E I s nūc iisque deducunt Iōnem. tanquā
comites aëris tempestuosi & in terras incum-
bentis, cum ventis validissimis, qui per Aquilonē
Tbracum denotantur, quibus Iuppiter, qui aëti
presidet, fertur per aërem, maria & terras. *horrida*
tempestas. per tempestatē horridam, videtur Ho-
ratius, tuō more significare tumultum aliquem ci-
uilem, aut aliuīus pricipis graueis iras, & minas
in amicos suos quos hortatur ad hilaritatem dum
tempus datur, si Deus ipse, qui fortasse Augustus
est benignior factus, animum suum commutauer-
it. *nūc iisque deducant*: hic versus in omnibus li-
bris scriptis *euwagtrōs* legitur, sed ab hinc annis
aliq[uo]r viri doctilimi *disprezōs*, id est, diuīsum le-
gerunt & euulgarunt; quod non displiceret, etiam si
veteres *euwagtrōs*, id est, coniunctim legerint.
quod & Ode 1. suprà monimus. *Tbreicu aqua-
lane*. sine elisione vocalium. *rapiamus*. rapere
verbū, aut vim notar, aut festinationem, moner-
iaque nō esse aut deliberandum diutius, aut cun-
ctandam de genio indigendo, quandoquidem
omnis mōra, quantumuis brevis, est ingrata, vbi.
desiderat rei portundaz occasio præfens adlubef-
cit. *dūmque virent genū*. in genibus robur corporis
vit, vim, potentiam, atque adeo vitam reposuisse
videtur ipsa natura, vt non frustra his vocibus, ge-
nu, & genus, serè sine discriminē vla sit antiquitas,
quod in genibus vitalitas, & præfens dignitati vis
inesse creditur, teste Hesiod. *iv̄p̄p̄s x̄p̄p̄s, Ma-
x̄p̄l̄a* d̄t̄γ̄w̄n̄t̄s, ιφ̄p̄n̄p̄t̄s īd̄ n̄ād̄p̄s Ēl̄ōs,
ῑt̄ī n̄p̄f̄l̄a n̄γ̄γ̄n̄t̄p̄t̄s īd̄, id est, Cuncta
salax vxor, sed debilis ipse maritus, Cum genua at-
que caput damnoſa Canicula adurit. & paullo post
inquit, *ç̄l̄a γ̄v̄l̄a*, &c. Quod autem in his pra-
cipua quædam sit vita, testatur Homerūs *id̄v̄* ḡ.
ād̄p̄s n̄ād̄ v̄ȳn̄t̄ l̄v̄t̄, virorum genus soluit,
hoc est, vitam eripuit. Plin. lib. 11. cap. 45: Genibus
hominis, inquit, inest quedam religio obſeruatio-
ne gentium, haec supplices attingunt, ad haec ma-
nus tendunt, haec vt aras adorant, fortassis quia inest
in vitalitas, &c. arque ob eam cauſam Miser: cor-
dit sacra sunt. *cetera mitte loqui*. Aphæresis pro-
mitte. tale est illud Ode 2. lib. 1. permitte diuis
cerera. *Dess hac fortasse benigna*. an vicem hic ac-
cipiamus pro rerum & temporum viciſſitudine,
qualem descripsit Ode 7. lib. 4. an pro statu tran-
quilliore suorum amicorum, diuidicet lector.
Commentator certe in alterata partem magis in-
clinatur, cui ego non gravatum subscripterim, pre-
pter argumentum Achilles. *tenore*. subleuare,
om̄n̄p̄īc̄n̄. grandi. non grandæuo, vel adulto,
sed forti, & nobili. *flumina*. fluctus aquarum de-
urrentium. *deformis agrimonia dulcibus alloquisi*,
ita habent;

ita habent quatuor eod. Bland. sine villa copula: quod etiam obseruauit Lambinus accuratissimè in omnibus antiquis codic. quos se vidisse ait, cuius etiam doctissimaq; interpretationem multū approbo; vt per epexegesim exponamus hunc locū, nimirum hoc modo. Illic levato omne malum vi-
no cantūque dulcibus alloquiis, id est, quæ sunt al-
loquia dulcia & quasi zgritudinis tuę solatia. quod autem Commentator habet dulcibus alloquiis, id est, familiarium sermonibus, &c. non dubito illud esse suppositum: ipsa tamen verba omittere non
potui, quia in tribus cod. sine villa macula illa ad-
scripta inueni. Sed in quarto cod. ad marginē qui-
dem hoc scriptum est, *lætifica te, & mæstria am*
obliuiscere vino atque cantu, ut vides in Commen-
tatore; verū supra hæc verba, dulcibus alloquiis,
notata fuit hæc vox, sociorum. unde omne erro-
rem prorsus arbitror esse natum; nam puto com-
mentatores antiquos exposuisse hac verba, dulci-
bis alloquiis, subaudiendo sonorū; pulsanti enim
lyram fides clare reddunt sua quædam alloquia,
& quæ dulcia & consolatoria: atqui ea sententiam
quæ barbari homines non inteligerent, facile pro
*sonorum, supposuere, sociorum, quam deinde ex-
positionem alij docti licet incurij ramen aliis, quasi*
per manus tradiderunt, addita copula &, hoc mo-
do: deformis agrimonie & dulcibus alloquiis. so-
*ciorum, pro sonorum. Muretus etiam vinum si-
mul & cantum interpretatur alloquia, quod apud*
Larios olim alloqui esset quod Græcis ~~magu-~~
*gædæ aut ~~magyæ~~, itaque alloquia sunt sola-
mina mætorum.*

AD MÆCENATEM.

Epodos Iambica xiiii.

Mollis inertia cur tantam diffuderit im-
Oblissionem sensibus,

Pocula Letheos vi si ducentia somnos;
Arente sauce traxerim.

3. Cандide Macenas, occidit sapè rogandoe
Dæm, Dæus navi me vetat,
Inceptos olim, promissum carmen, iambos:
Ad umbilicum adducere.

Non aliud Samio dicunt arsisse Bathyllo.

10. Anacreon Teium:
Qui perfæpe cara testudine fleuit amorens:
Non elaboratum ad pedem.
Præter ipse miser, quod si non pulchrior ignis:
Ascendit obfessum ilios.

Gaudet fortuna, meliborina neque vno.
Contenta Phryne maseras.

15

COMMENTATOR.

F R E Q U E N T E R impetratus à Mæcenate. Horatius quod nimis amoribus distentus, carmina olim inchoata turpiter desereret; respondebat illi Horatius, amorem quidē in causa esse, sed ipsum non debet hoc illi reprehendere, quod ipse quoque detinetur amore pueræ. Hæc epodus constat ex senario epico proodicō & binario iambico acacalæto epodicō. *mollis*: quia molleis, & segneis facit. *inertia*: animi torpore. *diffuderit*: immiserit. *in sensibus*: meis præcordiis. *ducen-*
ta: generantia. *Letheos somnos*: id est, dicas me ita oblitum promissi carminis, quasi biberim pocula. Lethæi fluminis infernalis, ex quo qui potant, obliuiscuntur omnia rerum. hinc lethæi somnus, lethargus dicitur. *arente*: sittente. *traxerim*: biberim. Virg. 6. Aeneid. Lethæi ad fluminis vndam. Securos latices & longa obliuia posaat. *candide*: bone. *occidit*: crucias me. *rogando*: interrogando me obtuadis. *Dæus, Dæus*: reddit caussam suæ cesa-
tionis, dicens se à Cupidine prohibitum, ne co-
pros olim iambos ad umbilicum, id est, finem tam-
citò perduceret. *me vorat*: id est, vis scire quid mihi
infuderit obliuionem? Amor qui & te sollicitat.
promissum carmen iambos: epexegesis. *ad umbili-*
cum: ad finem & perfectionem. sumta metaphora
ex umbilico corporis, ad cuius figuram ex osse, li-
gno, aut alia materia umbilici formati, libris addi-
& apponi solent, ad conseruationē & ornatum. Ad
umbilicum adducere, pro finire, naturale, & pro-
prium est; nam corporis in-vtero formati, in um-
bilico finis est & conclusio, iccirco in medio cor-
pore existit, superioris corporis finis, & inferioris
partis initium. *Bathyllo*: nomen est pueri adamati
ab Anacreonte, cuius amorem scripsit, nō ita per-
fecto & elaborato pede, quæ dulcibus modulis.
Teium: à looo & ciuitate, unde fuit oriundus, vt ali-
bi. Et fide Teia dices laborantem in uno. *caua te-*
studine flevit: periphrasis est lyrae. *amore*: Bathylli.
elaboratum: perfectum, perductum. *pedem*: finem.
ureris ipse miser: amas tu quoque. *pulchrior ignis*:
accendit: id est, si Helena, quæ fuit cauſa incendijs
& subuersiōnē Troiz, non fuit speciosior quam
Terentia, quam desperis, illa vtere, & gaude fati-
tuo, quo nactus es puellam tam pu'chram. Mire
autem dicit vteris, deinde ignis; alterum, propter
amorem qui exurit amanteis, alterum, propter in-
cendium Troiz. *gaude*: vtere, gloriare. *me liber-*
tina: ostendit se nō esse eius dignitatis, vt in amo-
ribus cum Mæcenate certare velit, & iccirco ait
a. 3: fibi.

sibi suicidere, libertinam Phrynen, ex ancilla liberum factam, quae etiam non sibi propria erat, sed cum amitis communis. *et no*. amatoe. *contenta*. nempe metetrix. *macerat*. torquet amore.

CRVQVIUS.

MOLLIS inertia. Periphrasis amoris, qui segnitiem habet comitem, hoc est, nullius rei, vel utilis, vel honestae curiosum laborem: dicitur enim Segnitia, definitore Paulo, quod sit sine nitendo quid utile aut honestum. Ignavia p̄dignia, μελακότης, quæ facile dissoluit omnes animi vires; & hebetat, ut canit ille, Cumque animus languet, consumit inertia corpus. *oblituonem*. promilli carminis αμέλειας, crassam negligentiam, neglectum obliuioni proximum. *Lethos somnos*. periphrasis lethargi qui morbus veterum Latinè redditur, quem tanta dormiendi necessitas consequitur, ut vix expugnari possit, ideoque solet ei comes esse obliuio. *ducentia*. per Aphærelin, pro adduentia, efficientia; cui est contrarium, somnos educere: Silius undecimo, sub hiberno somnos educere cælo. *Dens Dens nam me uetus*. Translatio, qua purgat se ab obliuione, & amore, quæ in causa non fuisse ait carminis non absoluti, sed Cupidinem amoris deum hoc noluisse; quasi themachia superatus à Cupidine Apollo, tamdiu illi Horatium cedere opus fuerit, quamdiu Cupidini videretur. *arisse Bathyllo*. amore Bathylli. sic ode 4. lib. 2. Arit Atrides medio in triumpho Virgine rapta. Deinde Ode 9. li. 3. Donec alia magis assisti &c. non pulchrior ignis. Litote; non pulchrior, id est, turpior: hoc est, si Helena, cuius gratia Troia incendio periit, fuerit turpior tua puerula, tibi plaudere, tua beatitudine contentus fruere. *Phryne*. Phrynes meretricie nobilissimæ, quæ & Mnestare prius dicebatur, meminit Athenœus lib. 13. copiosissimè, fortasse ἀνδρὸς φύρος deducto vocabulo, seu à colore lurido, videndus est præterea Arnobius de gentibus, de Phryne Thespiaca: unde facile quis videat Mæcenatem hic ludibrio haberet ab Horatio, quod sua Phryne libertina licet publica, tamen forma superaret puellam Mæcenatis.

IN NEÆRAM AMICAM,
querela periurij.

Epodus Iambica x v.

Nox erat, & calo fulgebat Luna sereno
Inter minorâ sidera:
Cum tu magnorum numen lœsura deorum

In verbâ iurabas mea,
Arctus atque euerâ procta astringitur ilex,
Lentis adherens brachus:
Dum pecori lupus, & nauis infestus Orion
Turbaret hibernum mare:
Intonsisque agitaret Apollinus aura capillos,
Fore hunc amorem muruum.
O dolitura mea multum virtute Næra:
Nam si quid in Flacco viriest,
Non feret assidas potiori te dare nocteis,
Et queret iratus parem.
Nec semel offensa cedet constantia forma,
Si certus intrarit dolor.
Et tu, quicunque es felicior, atque meo nunc
Superbus incedu malo:
Sù pecore, & multa diues tellure licebit:
Tibique Pactolus fluat:
Nec te Pythagora fallant arcanarenati:
Formaque vincas Næra:
Eheu, translatos aliò mærebus amores:
Ast ego vicissim risero.

COMMENTATOR.

CONQUERITVR de Næra, quod nomine seruet fidem iuramenti sibi præstati, quo se obstrinxerat semper cum Horatio victuram, sed contraria se periuriis eius deceptum iam ab illa despici, quod fieri amorem suum in alium transfluisse, quem tamen negat perpetuum futurum. Hoc metrum constat ex senario epico proodico, & binario Iambico epodicō. *nox erat*, tempus noctis. horrendū ipsum iusurandum facit, augētque istius periurij culpam, ab adiunctis, quod metuendo tempore & sacro, quasi diis magnis testibus factum sit, nimis nocte silente, cælo sereno, & Luna cum minoribus stellis lucente. *inter minorâ sidera*. ad comparisonam globi Lunaris appellat stellas, minorâ sidera. *tu*, o Næra. *lœsura numen*. peccataria, pollutura tuum iuramentum, quia es mentita. ad euentum autem refert, quoniam non, cum iurare, studium fallendi in animo haberet, sed quod postea fidem rupit. *in verbâ iurabas mea*. id est, secundum ea verba quæ proponebam. hoc autem iusurandum, concepsit verbis, dicitur, cum alter alteri verba dicit quæ sequatur. *arctus*. strictus: id est, iurabas te arctius mihi coiunctam fore, quam illex edera astringitur. *atq. pro quam*. *lentis*. molibus, tardis, diutius in amplexu hærentibus. aliquando significat flexile: *vt*, lentæque genitæ. *adbarens*.

*adherens. inherens. brachiis. mīr. dum. donec. lupus. erit int̄ tūs. iſtū habitar. Tālē eit illa Virgilian. In freta dum fluij current. dūm in orbitibus vmbrae Lustrabunt. conuexa polus dum siens p̄ficit. &c. hibernum. tempestuorum. & turbando quā hibernū faceret. quōd Orion hiberno tempore concitet maiorem tempestatem. int̄sonōque agitaret. Apolio crinitus & iubatus depingitur propter iubas luminis quas Sol emittit. qui & Apollo dicitur. *aura*. dicitur aura agitare crinitis Apollinis. quōd feruor Solis & ardor refrigerentur aura agitata ventis. fōre hunc amorem. hēc ad verbum iurabas referenda sunt. *mutuum*. parem & alterum. *ō dōlitura*. hoc est. si iratus à tuo semel amore recessero. valde dolitura es. quia non amplius poteris animi mei constantiam cuincere. & ad tuum amorem fletere. *virtute*. animi constantia. *viri* est. id est. si quid in me est virtutis. *ñt̄ f̄t̄r̄ assiduas*. integras & continuas. *potiori*. rituali qui tibi potior videtur. Ceterum Flaccus riualē suum nunquam sibi ipse pr̄ferret. vt alibi. Cerea brachia Telephi. & roseam ceruicem. dixit ex animo meretricis. *parem*. puellam quā illum amet. nec semel offensa. Quod solet in amanteis cadere. nam post item & iracundiam solent amans denuo esse supplices. Est autem sensus. Constantia mentis mea non ceder formæ tuæ. à qua semel est offensa. quōd minus eam contemnat. & relinquat. si indignationem contra te concepero. Constantia itaque amatoris cedit forma maulieris. quando lēsus nō audet ab amore decadere. forma offensa pro ea qua offendit. voce quidē paſſiuum est. offensa. sed significacione actiuum. *si certus intrarit dolor*. si ira cor meum penetrauerit. *& tu quicunque es*. Apostrophe ad suum rivalem. qui cum ridebat. & ierabatur à Nēra despici & excludi. *malo*. quōd electus nunc sim. licebit. pro licet. id est. quamuis. *tibiq. Paſtolus fluas*. scilicet aurum. id est. et si tantas habeas diuitias. vt tibi videatur Paſtolus aurum fluere. Paſtolus autem & Herminus fluuij sunt Lydiæ. arenas aureas secum in decursu trahentes. vt Paſtolus qui culta fecerat non vilior Hermo. fallant. lateant. *arcava*. præcepta secreta omnis Philosophia. quę Pythagoras docuit. id est. quamvis sis Philosophus Pythagoricus. *renati*. id est. denuo nati. Quia dicitur anima Pythagoræ primum Euphorbi Troiani fuisse. vnde dictus est Panhois. deinde Homer. postea in ipsum Pythagoram transisse. in cuius rei argumentum dicebas se agnouisse eundem clypeum quo ad Troiam militauerat. Simili modo etiam Appuleius scribit de Afino aureo. animam suam fuisse in corpore Afini. meminisseque se deuexisse plurima lagaenta & onera in Aegyptum. Nam dice-*

bint antiqui secundū n̄ eam quam quis vitam du-xisset. secundam eam le. illi. an. nam post mortem in alia corpora migrare. *formāque vincas Nirea*. Tāla commēmorat. iubus an. or na citur & augetur. nimirum. diuiti. sa. uentia. & pulchritudine. Idem facit Virg. in 2. Ecloga. inquiens de diuitiis. Mille meæ Siculis errant in monibus agn. &c. de sapientia. vt. Canto quē solitus si quādo armenta vocabat Amphion. Dircaeus. &c. De pulchritudine. vt. Nec sum adeō informis. nuper me in littore vidi. *Nirea*. accusatiuus est Græcus à Nireus. sicut τὸ Οφεῖα. τὸ Αἴθρα. marebis. *amores*. Neatæ. nam tibi fidem mentictur. quam nec mihi feruauit. *wicissim*. alternatim te ridebo cūm fueris ab illa spretus.

C R V Q Y I V S.

LÆS V R A. lēdere propriè est affieere contumelia. à Græco nomine λαδρία. quod cōuicium significat. verū communiter transfertur ad omnem offenditionem. siue dicto ea contingat. siue facto. Plautus in Captiuis. Memini cūm dīcto haud audebat. facto nūc lēdat licet. dicit autē Horatius. lēlūra numen. puta facto. nimirū quōd iuramento violato. daret alij nocteis assiduas. cuius perjurij culpa augetur. quōd eo tempore iuraverat quo erat diffusa membris Horatij. Criminatur itaque Horatius Nēram conceptis verbis peierat. in expiabili perjurio. in verba iurabas mea. id est. ego verba iurisurandi præibam quā tu iuramento confirmabas. *int̄sonōque agitaret*. singitur enim Apollo imberbis & capillatio prolixo. Hinc Pindarus illum ἀκριπόμεγον seu ἀκριπόμηγον. nominat. qui & à pulchra coma dicitur γευρόνγμη. auricomus. nam si quid in Flacco viri est. fortasse per anthypophoram obiecti conuicij. alludit ad adiectiuum *flaccus*. quasi Horat. flaccidis & demissis auribus. in re Venerea illi nō satisfecisse; nam cognomen *Flaccus* ab auribus flaccidis mobilibūque deductum est. *& tu quicunque es*. vulgata editio habet. *at tu quicunque es*: quā sequuntur omneis. At quatuor cod. Blandinij habent. *& tu &c.* quos securus sum. cuius cauſam lector peritus iudicare poterit. *si pecore*. concessio cauſarum amoris. *ehen translatos*. tres codices Bland. habent. heu. heu: 4. autem heu.

A D P O P V L V M R O M A N V M.
commiseratio Reip. propter
ciuilia bella.

A L T E R A iam teritur bellū ciuilibus asas.
Suis & ipsa Roma viisbus ruit;

Quam

Quam neque finitimi valuerunt perdere Marsi,
 Minacis aut Etrusci Porsene manus,
 5 Aemula nec virtus Capua, nec Spartacus acer,
 Nonisque rebus infidelis Allobroges:
 Nec fera carulea domuit Germania pube,
 Parentibusq; abominatus Hannibal:
 Impia perdemus deuotis sanguinis etas:
 10 Feriūq; rursus uscupabunt solum.
 Barbarus heu cineres infestet vitor: & urbem
 Eques sonante verberabit vngula:
 Queq; carent venit, & solibus ossa Quintini,
 Nefas videri, dissipabis insolens.
 15 Forte quid expediat communiter aut melior pars
 Malis carere queritis laboribus.
 Nulla sit hac posse sententia Phocaorum,
 Velut profugit execrata ciuitas;
 Agros aequo lateu patrios, habitandaque fana
 20 Apru reliquit, & rapacibus lupis:
 Ire pedes quounque ferent, quounque per undas
 Noctis vocabit, aut proterius Africus.
 Sic placet? an melius qui habet suadere? secunda
 Ratem occupare quid moramur alite?
 25 Sed iuremus in hac: simul imus fixa renarine
 Vadis leuata: ne redire sit nefas:
 Neu conuersa domum piceat dare linteas, quando
 Padus Matma lauerit cacumina:
 In mare seu celsius procurrit Apenninus:
 30 Nouaque monstra iunxit libidine
 Mirus amor: iuvi vi tigreus subsidere cerui:
 Adulteretur & columba milio:
 Credula nec rauos timeant armenta leones:
 Ametque salsa leuis bircus equora.
 35 Hac & que poterunt redditus absindere dulciss,
 Eamus omnis execrata ciuitas,
 Aut pars indocili melior grege: mollis & expes
 Inominata per primat cubilia.
 Vos, quibus est virtus, muliebrem tollire luctum,
 40 Etrusca prater & rotante littora.
 Nos manet Oceanus circumuagus: arua, beata
 Petamus arua, diuines & insulas:
 Reddit ubi Cererem sellus in arata quot annis;
 Et imputata floret usque vinea:
 Germinat & nunquam fallentis termes oliae:
 Sua nque pulchra fucus ornat arborem:

Mella cana manent ex ilice: montibus als
 Lenis crepante tympha desist pede.
 Illic iniussa veniant ad multa tra capella,
 Refert q; senta grecus amicus: ubera:
 Nec vespertinus circum gemie vrsus ouile:
 Nec intumescit als & ripari humus:
 Pluraq; felices mirabimur, vt neque largis
 Aquosus Eurus arua radet imbris,
 Pinguia nec siccis vrantur semina glebas:
 Virumque rege temperante calidum.
 Non buc Argoo contendit remige pinus:
 Neque impudica Colchii insulit pedem.
 Non buc Sidonij torserunt cornua nauas:
 Laboriosa nec cohors Vlyssci.
 Nulla nocent pecori contagia: nullius astri
 Gregem astuosa torrei impotentia.
 Iuppiter illa pie secreta licet a geni
 Ut inquinatur are tempus aureum:
 Aere, debinc ferro duravit secula, quarum
 Pij secunda, vate me, daeufuge.

COMMENTATOR.

CONQUERITVR Horat. atque exercitare
 quod bellis ciuilibus nullus fiois imponatur. Me-
 trum est priore versu heroicum, posteriore iambi-
 cum trimetrum acatalecticum. altera etas. Quia
 post bellum commissum à Cæsare & Pompeio,
 statim alterum parabatur ab Augusto Cæsa-
 rare contra Brutum & Cassium interfectores Cæ-
 ris. teritur consumitur. suis viribus. mutuis
 cædibus. Sic & Liuius, magnitudine laborat sua,
 id est, in perniciem suam fortis facta est Roma-
 quam neque finitimi valeuerunt. Senius in multis
 versis proteunditur priusquam concludatur: id est,
 quam tot hostes non potuerunt perdere, nos impia
 etas perdemus ciuilibus discordijs & bellorum fu-
 riis: finitimi. vicini. Marsi. populi Italæ bellisci,
 Romanis diu fuere in festi, quibus primi mo-
 uerunt bella socialia. Porsena manus. Porsena rex
 fuit Etruscorum, qui cum Tarquinio Superbo
 Roman obcedit, minatus illam se demoliturum,
 nisi Tarquinium cielatum intra urbem reciperent:
 sed Romanorum virtutem deiijere non valuit: vt,
 Porsena iubebat Accipere, iugentique urbem ob-
 ligione premebat. amula nec virtus Capua. Quia
 Capua sperauit se posse eripere Romanis impe-
 riuum, affectauit eniā regnum Italiae, ecce bello
 Punico Capenses pro Carthaginensibus stabat.
 Capua autem ciuitas est inter Romanam sita & Be-
 neventum,

neuentum, à qua Campania regio dicta est. *nec Spartacus acer.* Spartacus dux & princeps gladiatorum illorum quatuor & septuaginta, qui ludo Lentuli egressi, graue preclium cum Romanis gesserunt; magna vnde seruorum manu coacta. *nouisq; rebus.* coniurationi Catilinariæ. *infidelis.* non fidus sed proditor. *Quia & Lentulo principio quidem consenserunt Allobroges & Catilina;* sed postea illos prodiderunt. Senatui, timore potius, quam amore affecti erga Romanos. Quod grauibus postea bellis contra Romanos gestis ostenderunt. Allobroges autem sunt Galli rufi, & Sequanici dicti, incolentes illum tractum Alipiū qui est à Vitudonio in Germaniā, qui vehementer res novas affectant, vnde & ducibus suis ratò fidem scruant, habentque flauum præcipuè capillitum. *caerulea pubo.* Rerulit autem hoc ad colorem oculorum: habent enim Germani, alij caruleos, alij cœsios sive glaucos oculos, quorum hi sunt alijs atrociores. *parentibusq; maioribus nostris.* *abominator.* execrationi habitus. *impia perdemus.* hic clauditur periodus, id est, clautula luperius accepta. nos, inquit, perdemus Romam Romani, quam supradictæ gentes & hostes acerimini perdere non valuerunt. *nos impia etas.* id est, nos impia ætate nati. *deutrii sanguinis.* id est, rei & execrandi. *ferisq; rursum.* ante enim quam ædificis ornaretur Roma, filia fuit & ferarum habitaculum. *occupabitur solum.* imperfectis scilicet ciuibus, ac vrbe deleta. *barbarus seu.* ingemiscit ita desertum vrbis locū futurum, sicut fuit antequam conderetur. *cineres insister.* id est, super cineres stabit. dicimus autem, insisto illam rem, & insisto illi rei. cùm, inquit, bellis ciuilibus vrbis nostra in solitudine fuerit redacta, reliquias illius barbari occupabunt, per eas equitabant ac superbè insultabant, atque illa quæ iam religiose sepulta sunt, effodiunt, dissipabuntque. *vrbum.* vrbis reliquias. *quaq; carent ventus.* hoc sic dixit, quasi Romulus sepultus est, & aut non sublatus ad cælum, aut nō disceptus à patribus. certè fabulosum & fictum est, quod inter deos dicatur fuisse translatus. nam revera fulmine iactus, tortusque consumptus interior, ossaque eius sepulta sunt. Nam & Varro pro rostris sepulcrum Romuli dicit, vbi etiam in huius rei memoriam duos leones erectos fuisse cōstat, vnde factum est ut pro rostris mortui laudarentur. Quare rectè canit Horatius: *queq; carent ventus & solibus ossa Quirini.* quia in sepulcro condita, nec Solis calore, nec flauo ventorum moueri aut labefactari poslunt. Alij hoc referunt ad templum Quirini semper clausum, quod nunquam temere patefacere licebat. *nefas videri.* exclamatio pathetica, id est, contra fas est, si videantur ossa Romuli sepulta, & palam fiant. *forte quid*

expedit: sensus est: *Quia pacem habere in nostro solo nolumus fortasse communiter, i.e. generatim omnes sapientes, & insipientes, nobiles, & ignobiles, aut melior pars sapientum & nobilium, queritis quid nobis viile sit, & quo cunctis possumus carere malis his laboribus bellorum ciuilium?* accipite consilium, ne potior nobis villa sit sententia, quam ut eamus quoconque nos pedes ferent, velut Phocæorum ciuitas proflugit, execrata agros atque larcis patrios, fanaq; rei que habitanda epris, &c. forte quid fortasse quid expedit, supplendum, queritus. *melior pars.* quæc itis, syllipsis: sicut, pars in fructu secunda, *malis laboribus.* propter perpetua bella ciuilia. *nulla sit hac p.s.* horratur iam illos in hanc sententiam, nempe ut sequantur hoceos. Phocæa ciuitas olim Ioniæ relicta à suis ciuibus Phocæensibus, cùm oppugnaretur ab Harpago regis Cyri praefecto, qui relicto pat:io solo venerunt in Galliam, Massiliamque vibem considererunt. *ire pedes quoconque.* Hæc enim melior est sententia. *proterius.* periculosa. *sic placet* per interrogationem. *secunda ratem.* Suadet non esse cunctandum quin nauis concendat, dum nemo proponit aliam sententiam. *secunda alite.* secundo auspicio, bono omne. *sed iuremus in hac.* Sensus est, sed antequam nauigemus, iuremus in hec verba, nos non redituros ad domos nostras antiquas, donec saxa ab imo maris renatarint ac emercent sursum, quod nunquam futurum est, quo argumento intelligendum est illò decreuisse: non esse redeundum. *simul imis.* simulacra, mox ut ne redire. ne videatur nobis nefas redire ad patriam, cùm hec facta fuerint. *conuersa linteæ.* nauis ad vrbem Romanam versas. *dare linteæ conuersa domum.* est renauigare seu nauigio domum redire. *Padus.* fluvius Italiz, qui & Eridanus dicitur. *Marina cacumina.* verticem montis Matini qui est in Calabria. hoc autem simile est illi: Ante pererratis amborum finibus exul, aut Aratim Parthus biber, aut Germania Tigrim &c. Nam cùm ne radices quidem montis Matini Padus contingere possit, quopacto superfluet illius verticem? Padus enim Galliz citerioris fluius est, & Matinus mōs Calabriæ longissimo traxi à Pado distans. *in mare seu celsus.* supplet, tunc non pigeat redire domum, quando Apenninus, qui procul est à mari, procurrit eò, ut promontorium eius fiat. Apenninus autem mons ab Alpibus ortus & mediâ Italiam longissimo traxi versus Siculum fretum, quasi dorso quodam levigatus, inferum mare à supero dividit. *monstra.* dilectores feras. *nova libidine.* nouo desiderio. *iunet.* delectet. *subsidere.* succumbere ad coitum. & est hypallage, pro, delectet ceteros subsidere tigribus. *adulteretur.* coitat, seu patiatur columba subiecti se miluo.

miluo. *credula*. in hoc scilicet ut non timeant leones, sed se illis committant. *leuis hircus*. sine fetis, nō hirsutus, nō setosus. *amet aquora*. gaudeat manere in aquis & natare. *hoc & que*. in hæc verba iā dicta cūm iurauimus, & alia, quæ possunt abscondere, id est, prohibere redditus nostros, dulceis quidē omnibus natura, sed ingratos nobis propter bella ciuitatis. *eamus omnis*. tyllepsis in numero, & exegesis. *aut pars indocili*. hoc est, aut oīneis, aut nos melior pars indoci i gregge eamus. *indocili grege*. gregem indocile vocat vulgus ignobile & impertitum, quod persuaderi nō potest. *mollis*. legnis, iners. *expes*. sine spe: expeis, sine parte: exlex, sine lege. *inomnata*. i. maii ominis, siue malum omen habentia. *perprimat*. quasi torpens lectulos suos continuo calcet. Mirè autem subiungit cubilia, nam præmisit grege. *vos quiibus est*. vos qui etiis cõstantiores, & spaciores. *multibrem luctum*. epithetum naturæ, quia omnis luctus est mollis, vel tollite. i. pellite luctum muliebrem, ne possint vos fiendo uxores ab instituto cursu detinere. *preter & volate*. id est, preter nauigate, & fugite ultra mare Etracum. *nos manet*, expectat. *Oceanus circummagus*, id est, circumfluvius, insulis fortunatis vicinus. *arua beata petamus arua*. elegans repetitio. Sic & Maro: Si datur Italianus, &c. & iterum, Ita iam læti Latiumque petamus diuitias. id est, fortunatas insulas, que sunt supra Britanniam, ultra Orcades insulas, vbi nullos nisi piros, & iustos habitare, priuium scripte re Græci, sūisque carminibus celebravere amoenitatem loci, & fertilitatem, cum appellantes Elysius campos, reddit ubi Cererem, messem copiosam. vt, ipsaque tellus omnia liberius nullo poscente ferebat. *impunita*, non purgata, non praecisa, fibret usque. semper est copiosa & abundans. *numquā fallentia*. semper feracis. *termes*. Termites autem dicuntur caules, thyrsi seu rami olearum. Caulis autem nominis est generis, proprietas conuenit omnibus herbis, & humilioribus fructibus. vnde legitimus, Cūm iam videritis caulinulos foliorum procedere, scitote quid estas vicina est, id est, prima. *Solia*. Legimus etiam apud Romanos, si quis vulneris in prælio accepisset, illū domestico caule curari, id est, olere. Thyrsi autem & arborum rami sunt, & velamina puellarum. *suamq.* id est, naturalem, non insitam. Mirè autem dixit suam, nam quod apud nos magno labore insitio facit, ibi ipsa natura luggerit. vt Virgil. cūm de insitis arboribus loqueretur, ait, Miratūq. nouas frondeis & nō sua poma. Et quoniā ficus quæ sponte, & sine insitio, aut cultura nascuntur, duræ esse solent & fatus, at citò decidere, ibi, inquit, tales nascuntur, vt erat puellæ ornent suam arborem, nec desidant antequam sint maturæ. *pulla*, nigrescens & matura, aliás

pullum, significat nigrum, vt Tullius, *Cum tunica*, pulla sedere solebat & pallio. Sic & Virgil. ne maculis infuscat vellera pullis. *cana*, carie consumata, *lymphæ*. leniter defluens. Elegante rautē ipso versu tuūrrū aquæ salientis imitatus est. *crepanope*. i. resonante meatu, metaphoricōs, ad nymphā deam. *iniusse*, sua sponte. *multitra*. multorum vas est in quo lac pressum recipitur, dicitur. etiā multitra in feminino genere. Virgil. Bis venit ad multoram, binos alit ubere fetus. vocatur etiam multrale. *referiq.* domum. *tenta*. plena, distenta. *amicus*. propter commoda. *ubera*. lic Virg. ipse late domum referent distenta capellæ ubera. *nee vespertinus*. dixit hic vñque bona quæ ibi adsum, nunc vicissim enumerat mala quæ ibi non sunt. *vespertinus*. nocturnus, quia per noctem lustrat oculi. *circumgenit*. inuidatur. Proprietatē autem virorum expressit in verbo gemere. Si nec magnos metuent armata leones. *nec intumescit*. neq; sciamunt viperæ in illa regione. & est hypallage, id est, neq; humus in altas latæbras premit viperas. *pluraq.* id est, hæc & plura a'ia mirabimur, si eo peruerenterimus. *vt neque largus*, nō erunt ibi nimis & frequentes pluviæ, quæ tolent esse noxiæ, sed lenitæ togæque, ne etiā nimij solis calores. *radat*. vexet nimii, vigoribus, aut nimia tempestate. *wrantur*. aut ardore aut frigore. *utrumq*, hiemem & aestatē. *temperante*. moderante. *calitum*. cœlitæ diciuntur, cœlestes, tantum pluraliter. *uenibuc Argoo*. dicit fortunatas insulas securas esse ab incuria hostium, nec posse illuc peruenire aliquem vautam, quales fuere socij Iasonis, neque aliquam maleficam, qualis fuit Medea, quæ Iasonem secuta ē Colchœ cum Argonautis nauigavit. *Argo* autem vocata nauis est Iasonis. hinc Argonauæ dicti, qui cū Iasonis in pontum proiecti sunt ad auferendū vellus aureū. quo argumento docet in insulis fortunatis, nullas huiusmodi insidias fieri posse. *Colchis*. Medeam significat, quod vult illio nullam esse veneficam. *Sidonzi*. per Sidoneos vult Cadnum intelligi, qui cū sociis maria perlustrauit. *torserunt*. couerterunt. *cornua*. antennarū: vt, Cornua velatā obuerimus antennarū. cohore Vlyssesi. Vlysses cū suis sociis. Quæ vñq; cohors si hoc venit, capta loci bonitate nunquā postea dececesserit. *contagia*, pestilentia. Contagium morbus dictus est, quod tactu contaminet omnē gregem. vt, nec mala vicini pecoris cœtagia lalent. *impotentia*. nimis vehemens potentia, qualis est Sirij stellæ, & Leonis alti, & aliorum quorundam: vt Maro, Tumsterileis exurere Sirius agros. *Iuppiter illa pia*. redit autem cauillam, quare tanq; amoenitatis sunt insulæ fortunatæ, nempe, quia Iuppiter illarum insularum ligata segregauit habitanda pijs hominibus.

mibus. ut postquam inquinavit. permurauit. æro.
æreo sæculo. durauit. dura fecit & mala. & per hoc
deprauauit. Sæcula autem distincta sunt metallis:
primum auro, alterum argento, tertium ære, quartum ferro. quorum sæculorum æris & ferri. piis.
vobis. secunda fuga. prospera declinatio. me vate.
me sualore, meo cœlio vobis darur opportunitas,
ut fugiatis pessima sæcula plena ferro & ciuilibus
armis.

C R V Q V I V S.

ALTERA iam teritur. Non est verisimile
 æatem hic esse sæculum, ut volunt aliqui, &
 continere omnes tumultus ciuileis, à Tiberij
 Gracchi temporibus usque ad sedataam ab Augusto
 omnibus suis deuictis hostibus, rempubl. Nam si
 hoc sentiamus, necesse erit nos omnino ineptire.
 Post Antonium enim pugna Actiaca vietum &
 exindutum (quo tempore etiam in viuis erat Horatius)
 Romæ cessatum est à ciuili discordia: nec alia
 post ætas, quæ detestatur suo tempore Horatius,
 legitur magnopere illis malis obnoxia fuisse. quæ
 necesse est ut alio nos vertamus, atque æatem
 propriè describamus nempe triginta annorū spa-
 tium, paulò plus minusue. qua in re consentiunt
 doctissimi qui que. Priorem itaque æatem bellorū
 ciuilium (nam autem omnes ciuium inter se con-
 tentiones, atque tumultus, verius factiones quam
 vera bella nominaueris) eam accipimus, quæ sub
 annum ab urbe condita sexcentesimum sexagesi-
 mum secundum plus minus ora est inter Syllam
 & Marium, durauitque ad ea usque propè tempo-
 ra quando à Pompeio & Cæsare de primatu Ro-
 manæ urbis dimicari cœptum est. vide adnotata in
 oden 1. lib. 2. Alteram vero æatem, Horatio hic
 impiam & execrandam appellatam, illam intelli-
 gendam existim, quæ paulo post initium habuit,
 quam Augustus Athenis reuersus persequi cœpit
 intersectores Cæsaris, Brutum & Cassium cù reli-
 quis coniuratis. Atqui nō crediderim, quod tam
 subindicare videtur Comment. Horat. tunc tem-
 poris hos versus cœscripsisse, ut qui tunc slabat tri-
 bunus militum à caufa & partibus Brutii, sed tunc
 cum Augustus suam ciassem ornaret in Antonium
 & Cleopatram, quo tempore & ipse Augustus &
 tota Roma magno metu Antonij concusa tradi-
 tur ob illius potentiam. Ergo altera impiaque etas
 nascente expeditione in formidabilem Antonium
 intelligenda est; vel glisceente bello in Brutum impia
 hæc ætas oborta est. Certè utrancunque ea fuerit, de
 illa ipsa eadem hæc scripta esse probabile est, quam
 putarum fuisse sub initium potius Antoniani belli.
 Fidem huius facit publica urbis tunc & maxima
 trepidatio: quænam & alterius facere potest, op-
 timorum plurimorumque cum ciuium cum Ho-

ratio in Brutum & contumiseratio & fautor: quibus
 impulsus Horatius hæc ita tanquam in rebus sum-
 mè desperatis, conciperit. qua neque finiti. Hirmos figura. **Marsi**, bellii Marsici, quod partim
 Agamemnone archipirata duce contra Romanos,
 partim Franco imperatore gestum est, Sex. Iulio
 Cæsare, & Lucio Martio Philippo coniulibus, meminit Orosius lib. 5. cap. 18. quod anno scribit ab
 urbe condita, sexcentesimo quinquagesimo nono
 extitisse, sed illi in numero anno cum alijs mi-
 nimè conuenit. nam Eusebius vnâ cum Glareano
 in sua Chronologia, hoc bellum gestum tribunt,
 eisdem quidem Consul. sed anno sexcentesimo
 sexagesimo tertio. Eutrop. lib. 5. anno 650. Hic eti-
 am Orosio cum Appiano, & Strabone discordia
 est de duce. Nam hi Popedium nominant, quena
 Orosius vult fuisse Italicum ducem. De Marsis
 autem ita scriptum reliquit Appianus bellorū ci-
 uilium lib. 1. Est enim gens hæc pugnacissima. fe-
 runt nunquam alijs de his triumphū visum. nam
 ad id tēpōis nec sine Marsis nec de Marsis trium-
 phatum fuerat. **Etrusca Poisenæ manus**. De bello
 Etruscocum rege Poisenæ contra Romanos scribit
 T. Livius annaliū libro secundo, & Lucius Florus
 libri primi cap. decimo. **amula nec virtus Capua**.
 Cicero in oratione quā de lege Agraria, ad popu-
 lum habuit contra P. Seruiliū Rullum tribunū
 plebis: Capuam alterā Romā nominat. T. Livius
 tertiae Decadis libro tertio Capuanam à Romanis
 ad Annibalem defectionem scribit per Subium
 Virium cœpiā & persuasam. vbi Annibalem com-
 memorat, gratias agere Campanis, quod amici-
 tiam suam Romanæ societati præposuissent, & in-
 ter certa magnifica promissa pollicitum, breui
 caput Italiae omnis Capuā fore, &c. nec Spartacus
 acer. de bello Spartaco vide L. Florum libri tertij
 capite vii^{mo}, Orosium libri quinti capite ultimu-
 mo. **infidelis Allobrox**. De Allobrogibus legatis,
 qui vnâ cum Vulturio capti, quo pacto coniura-
 tionem Catilinariam, in qua prius consenserat,
 patescerint, lege Sallustium in coniuratione Ca-
 tilinæ: & Ciceronem in Catil. tertia, vbi hanc Al-
 lobrogum de coniuratione detectionem, non eorum
 erga populum Romanū caritati, aut fiduci, aut
 constantia, tribuendum esse censeret; sed Deorum
 in pop. Rom. benevolentia & benignitati. **cœrulea**.
 cœruleus color dictus est, quasi cœruleus, quod
 propriè sit color cœli sereni. hinc Ennius, Cœli, in-
 quirit, cœrulea tempa, vnde & mare cœruleum. **abo-**
minatus, unus cod. Bland hic habet, **abominandus**.
 sed alteri mihi magis conuenire videtur. **deuoti**
sanguinis, id est, addicti & destinati in mortuā cœ-
 dem & necē. **quaçarent ventus**. de sepulcro Ro-
 muli vide Dionys. Halicarnasi antiquitatū Rom. libro

libro secundo, & Martianum lib. 3. cap. 6. topographia vrbis Romæ. nefas videri. ad hunc locum facilius Ciceron. Phryppica nona. Statuæ intereunt tempestate, vi, vetustate; sepulchorum autem sanctitas in ipso solo est, quod nulla vi moueri neque deleri potest, atque vt cetera extinguntur; sic sepulcra sunt sanctiora vetustate. videri. ita habent quatuor codices Bland. cum annotationibus, & Buslidianus cum Diuæi cod. vbi malim sententiâ apertam, quam vnius pedis Lambi, eo loco nō omnino necessarij, positionem conferuare: quantumvis eriam reclamer Glareanus. forte. pro fortasse, dubitandi, nō etiam euentus aduerbum, q. od ratum est, vt etiâ annotavit Lambi. melior pars, quandoquidem iam & animis & bello ciuii dista videbatur esse ciuitas, iecirco air melior pars, id est, senioris iudicij & animi: non autem interpretabimur hic, melior, id est, maior, vt habet Porphyrio vulgatus, auctoritate Virgilij: Nunc adeo quoniâ melior pars acta diei. Nam calceus eti aptus sit, tamen iuxta communem proverbiū non omni pedi adaptandum est; ita neque cuiusque dictioñis quævis significatio cuiusloco seruire debet. *Sententia Phœcorum.* hoc modo habent expreſſe tres cod. Bland. cum Buslidia. nimis rur vel per Δαιγιαν Δηριγγα, vel à nomine φοργιας. de Phœcæa Ioniz. ciuitate, vide Herodotum lib. 1. vbi luce meridiana clarius videbis, Porphyrioneum vulgatum, & cù eo Glareanum, tota errare via, in eo quod scribunt, execrata participium, vim tuam explicare in accusatiōne sequente, scilicet agro: atq; lareis patris, & cetera, quasi execrata, id est, detestans agros &c. cùm execrata hic sit execrationibus astricta; habet enim Herodotus: Porro Corsicā trajecturi Phœcenses, prius diuerterunt Phœcam, præsidiaque illi: Periarum quæ ab Harpago forte custoditæ causa relicta fuerant, trucidarunt, quibus patratis quotquot ex clâ lica soliditate supererat, cōmuni consilio tēse mutuis execrationibus, dirisque deuotionibus astringunt &c. Porro deuotionis faciendæ ritum describit T. Luius primæ Decadis li. 8. de execratione. vide Sallustium in Catilina, & Tit. Liuium Decad. tertia lib. 6. de Acatnanibus. ferent. hanc lectionem 4. codicum & Diuæi. seruauit, quia illi responderet in tempore vocib; simul imis saxa renarint. illud Horat. ad iuramentum Phœcorum, quod Herodotus his verbis describit, ad hæc grande laxum in mare demergunt, iuramentoque confirmuant, nō prius se de repetenda patria cogitaturos, quam laxum vadis imis levatum renarit. Hæc verba sunt interpretis Laurentij Vallæ, qui rō pūd̄ os reddit laxum, alij vertunt massam ferream ardentem, alij laminam. *Matina lacerit cacumina.* Matinus mors est, seu promontorium Apulie, de

quo Lucanus lib. 9. sic scribit: Sic vbi depastis submittere gramina campis, Et renouare parans hibernas Apulus auras. Igne fouet torras, simul & Garganus & arua Vulturis & calidi lacent buxetas: Matini, &c. hic necio quo iudicio adactus Hermannus Figulus, vir aliqui bene literatus, commentatus est Padum preterlabi Matinū montem, qui multis passuum milibus à Pado disternatus est. *procurrerit Apenninus.* Tale est illud Plinij. Et excurrente velut in altum Attica terra, nā que cunque terra in mari prominet, in mare excurrere seu procurre, quasi montem mari factura videtur, vnde promontorij nomē sumptum est. *milius.* Quatuor cod. Bland. cum Buslid. & Diuæi habent milio per diætein. *credula nec raus.* hæc dictio raus, vel à colore leonum qui niedius est inter flanum & cæsiū, vel ab oculis illorū, aptior mihi vīla est quam flanus, præfertim in eam consentientibus quatuor cod. Blad. iecirco illam suo loco putauit non esse mouendam. *tellus inarata.* in opere in *imputata.* imputatum, inquit Festus mundū, purgatum; putum enim est purum, vnde putare vites dicimus, hoc est, detrahere, que impedimento sunt ad fructum. *termes olua.* Termes, inquit Paulus, ramus direptus ex arbore, nec foliis repletus, nec nimis glaber, cui à terminandis agris, ante metampositam, nomē datum videtur. Gellius li. 2. ca. 26. vbi de coloribus agit, Spadica, inquit, Dorici vocant auulsum è palma terminitem cum fructu. *circumgenit ussus onile.* 4. cod. habent ouili.

IN C A N I D I A M , C V I V S .

Se fingit beneficiis superatū; & allegoricis illâ deprecatur vt sibi parcat.

Iambicus trimeter.

I A M iam efficaci de manus scientia,
Supplex & oru regna per Proserpina,
Per & Diana non mouenda numina,
Per atque libros carminum valontium
Refixa celo denocare sidera,
Canidiz parce vocibus tandem sacris:
Citumq; retro solue, solue turbinem.
Mouit nepotem Telephus Nereium:
In quem superbis ordinat agmina
Myzorum: & in quem tela acuta torserat.
Vnxere matres Ilia additum feris
Altibus, atque canibus homicidam Hectorem:
Postquam relictus mænibus rex procidit,
Heu, periuicatus ad pedes Achillei:

Setosa

15 *Setosa duris exnre pellibus*
Laboriosi retriges Viyssci
Volente Circe membra: tunc mens & sonus
Relatus, atque notus in volvus honor.
 20 *Dedecatu superq; paenarum tibi,*
Amata nauis multum & instito, ibus,
Fugit iuuentas, & verecundus color.
Reliquit ossa pelle amicta lurida:
Tuus capillus albus est odoribus:
Nullum à labore me reclinat otium:
 25 *Vrges diem nox & dies noctem: neque est*
Leuare tenta spiritu pracordia.
Ergo negatum vincor: ut credam miser,
Sabella pectus increpare carmina,
Caputq; Marsa dissipare nenia.
 30 *Quid amplius vñ? O mare, & terra, ardeo:*
Quantum neque atro delibutus Hercules
Nesci cuore: nec Sicana feruida
Virens in Aetna flamma. tu donec cimis.
In iuriis aridus ventis ferar,
 35 *Cales venenis officina Colchicis.*
Que finis? aut quod me manet stipendum?
Effare: iussus dum fide paenam luam,
Paratus expiare. seu poposceris
Centum suuēcos: siue mendaci lira.
 40 *Voles sonari: tu pudica, tu proba,*
Perambulabis astra fidus aureum.
Infans Helena Castor offendus vice;
Fraterq; magni Castoris, victi prece
Admetu Vari reddidere lumina.
 45 *Et tu (potes nam) solue me dementia,*
O nec paternis obsoletis sorribus,
Nec in sepulcris pauperum prudens anus
Nouendialeis dissipare pulucres.
Tibi hospitale pectus, & pura manus:
 50 *Tuusq; venter Pactumens: & tuo*
Cruore rubros obsterix p. mnos Lauris,
Vcumque fortis exilu puerpera.
Verba Canidia respondentis & Horatio-venia
deneantur quia eius beneficia vulgauerat.
 55 *Quid obseratis auribus fundis preces?*
Non saxa nudis surdiora nauis
Neptunus alto rudent hibernus fulor.

Inulcus ut tu riseris Cotyris
Vulgata, faci um liberi Cupidini?
Et Esquili ponis sex venefici
Iripune ut urbem nomine impletis meo?
Quid proderis duasse. Pelignas anus,
Velociusse miscuisse toxicum,
Si tardiora fara te votio manent?
Ingrata misero vita ducenda est in hoc:
 60 *Nouis ut vsque suppetas doloribus:*
Optat quietem Pelopu infidis pater,
Egens benigna Tantalus semper dapu,
Optat Prometheus obligatus alii:
Optat supremo collocare Sisyphus
In monte saxum: sed vetant leges Iouis.
Voles modò altius desilire turribus:
Modò ense pectus Norico recludere:
Frustraque vincula gutturi neckes tuo,
Fastidiosa stris agrimonia.
Vestabor humeris tunc ego inimicus eques:
Moe q; terra cedet insolentia.
An que mouere cereas imagines,
Vi & ipse nostri, curiosius, & polo
Deripere Lunam vocibus possum mei:
Possim crematos excitare mortuos,
Desiderique temperare poculum:
Plorem artis in te nil agenu exitum?

COMMENTATOR.

Q u o n i a m superius ipsius Canidit; fa-
 sma derogauerat Horat. & multis probris ei tur-
 piissime detraxerat, singit hic se illius magica ame-
 tem iam factum ob illius amorem, seque palino-
 diam canere velle, quasi doleat talia se scripsisse:
 interea eleganti urbanitate illam in vna eademq;
 clausula simili & laudat & vituperat efficaci potenti.
scientia. arti magicæ. do manus. dare manus dici-
 mus, quando nos per omnia alicui tradimus & cre-
 dimus. *do manus. cedo. regna per Proserpina.* Pro-
 serpinam, quæ dea præses est inferorum, magici co-
 lunt & inuocant. *Diana non monenda numina. nō*
violanda, non offendenda, ad itam non prouocan-
da, non mentienda, non exactanda, vel nō mouen-
*da, quia numina infera non mouentur, neque fle-*ctuntur.* Per autem Diana numina significat He-*caten, & his verbis sat is indicat Canidiam esse ve-*
neficam. carminum. tuarū incantationum. refixa.
detracta, euulsæ: vt, Danais de poste refixum. de-
succare. deducere in terras: vt, Sistere aquā fluuiis,
 o 3 & vertere*

vertere sidera retro. *vocibus tandem sacris.* carminebus detestabilibus, nefariis, execrabilibus. *citumq.* citò velocem. *solute turbinem.* libera me ijs amantiae nexibus quibus mente meam antè illigasti. Turbinem autem vocat carmē Rhythmicū, quod sicut velocissimē in se rotatur, ita mens amantum semper in gyru videtur peragi; & huiusmodi species est maleficij, ut vertigine quadam per artem magicam cogat homines ad amorem, quam Græci rhombum nominant. *monit nepotem.* exemplis docet etiam inimicos precibus eorum quibus offensi fuerant, ad commiserationem adducos. *mo-*
nit. ad misericordiam flexit. *Nereum.* Achillem. Græcos ad bellum Troianis inferendum profici-
entes Telephus rex Mylōrum neq; hospitio suscepit, neque per suos fines transire passus est; qua-
re orto bello ab Achille vulneratus est. qui cum curari non posset, cōsultus Apollo responsum de-
dit, illum ab alio curari nō posse, quām à quo fue-
rat vulneratus. Achilles itaque precibus Telephi adductus, illum eadem hasta curauit qua lacerat. Ita inquit Horatius: Tu me ô Canidia quem illi-
gasti imprecati onibus mutaris tui iam lana carmine-
bus. *vnxere.* sepieliere. *addictum feris.* traditum & destinatum, quāsi deditum & antè damnatum. Sensus est, & Hectōrem iam ad lictum feris redidit Achilles suis sepe: adūt; postquam à Priamo regatus eiique supplici inclinatus est: ita & tu Canidia, mitiga iram tuam ad meas preces. *homicidam Hettorem.* virum fortē, quād multos hosteis occidit. in quo imitari voluit Homerum, qui illum *aidopávōs* nominat. Rex Priamus. *heu.* aut ad animum respiciens procidentis Priami ad pedes Achillis ob indignitatem facti hoc dixit, aut quasi Romanus poeta, & amator patrum Romanorum ingemuit. *peruicacie.* perinacis, infole-
scens. Peruicaces autem dicuntur, qui in ali-
quo certamine ad vincendum perseverant, sicuti Pernices à pernito. *setosa duria.* ordo est, remiges Viyssis exure setola membra duris pellibus volente Circe: id est, cum exorata Circe fuisse, conuersi dudum in feras Viyssis socij, ab eadem ad humanitatem redierunt. Circe malefica fuit Solis filia. *tunc mens.* integrā scilicet. *relatus.* re-
uertus. *notus in voltus honor.* id est, pristina forma humana dedi satu superē pœnariū tibi. id est, abun-
de à te punitus sum, ô Canidia, iam ignosce. *ama-*
ta nauis. ex nimia Canidia libido vilem signifi-
cat eam fuisse meretricem, siquidem adamatam à vilissimis, & cuiuscumque sortis hominius. *in-*
fitoribus iustiores proprie sunt qui exercet ipsam mercatoriam, videtur eam laudare, quasi tam pulchra sit, ut mereatur habere t' imatores, sed re-
nra magis illā vituperat. *figit iuuenus.* flos iuuē-

tutis, pulchritudo, hilaritas. & *verevidus color.* nū-
tidus, rubicundus, rubens, pudibundus: vt, vere-
cundumq; Bacchum. Sed hic per verecundum colorem, ruborem intelligit, qui comitatur vere-
cundiam, quē fugile air, & per hoc pallere se nūne
dict. Hæc autem omnia dicit libi accidisse propter
ipsius pulchritudinem, sed obliquè carminibus id
vult factū intelligi. *offa.* mea. *lurida.* subaigra,
pallida. *tuus albus.* tensus est, ego disructor mete-
ribus, & tu vacas delicijs, ironicos. nam odores &
vnguentia vocat illius maleficia. *albus.* canus. *eccl-*
nas. adimit, liberat. *virget diem nox.* id est, per no-
ctem opto diem adueniare, & per diem cupio no-
ctem adesse, quia impatiens sum omnium temporo-
rū. *neque est.* nō pollū. *tena.* distenta, laborantia.
id est, neq; cōtingit, neque conceditur, vt leuentur
aliqua ratione suspiria; quasi velit quibusdam tor-
mentis veneni animum suum cruciari. *ergo nega-*
tum. id est, ad hoc adducor, vt credam, vt confiteat
carmina Sabella plurimum posse, quod antè ne-
gabam. *negatum.* antea. *Sabella.* *magica intrepore.*
alienare. *Marsa.* Marsica. *diffilire.* frangit, rumpit,
nemias. propriè est carmen funeritum. Hic autè po-
fuit pro malefico carmine. *quid amplius vis.* quām
vt confitear quod amo. vt, habes totum quod mea-
te petisti. *þ mare & terra.* exclamatio. sic Teren-
tius, O cælum, ô terra, ô maria Neptuni *quantum*
neque. suppl. arsit Hercules. *delibutus.* vñctus. *Nessi.*
Centauri. Nessus autem Centaurus ab Hercule in-
tefectus est, ob stuprum cum Deianira Herculis
amasia tentatū. *feruida.* effrenante. *vires* xstūas,
id est, nec tantum flamma vires ait in Sicana Aetna, quantū ego ardeo. *tu donec cinis.* sensus est,
Tu ô Canidia quæ es quadam officina maleficio-
rum, tamdiu cales vencis Co'chicis contra me,
d' nec aridus cinis factus siam ventis ludibrium.
cales. ardes. *Colchicis.* propter Medeam Colchicā.
que finis. quām si uen huius mali mihi statuis? *ave*
quod me manet stipendium. quod ministerium, ob-
sequium, quod tributum, vel quām pœnā tibi dare
debo superatus. Stipendiū enim propriè dicitur
quod datur nullib; *effare.* eloquere. *iussas.* impe-
ratas. *cum fide.* fideliter, fine prætermissione. *cen-*
tum iuuenos. tibi immolari. *mendaci.* plena men-
dicij. Mendacium enim est si te laudauerim; tua
enī n vita veras laudes non admittit. *voles sonari.*
laudari, decantari. *tu pudica.* *tu proba.* vt sic dicam,
canam & mentiar. *perambulabu* *astræ.* Consecra-
beris & tr, & recipies in numeru hderū more E-
rigones, quā virgo Icarī fuit etiam pietatisque
causa inter sidera est collocata. *infamie* *Helena.* i.
defamata versibus Stesichori Poëta. *offensus* *vice.*
propter Helenam lœsus, siue propter iniuriam He-
lenæ factā. *vari.* Stesichoro. nā Stesichorus Poëta
Græcus

Grecus scripsit Helenæ vituperationē: quare irati Castor & Pollux illi lumina ademerunt. Sed postea monitus Stechchorus, illius laudem decatāuit; quare oculos iterum illi redididerunt, & pristinum lumen recepit. *solus me dementia*. quam patior. obsoleta sordibus. id est, non infimo genere nata, nō nata per adulterium. Obsoleti sordibus dicuntur qui de adulterio nascuntur. amarulenta irrissio hæc est in Canidiā, neque in sepulcris. id est, nec manes euocas cantibus post nouem dies sepulturae datos. pauperum. nam diuitium sepulcra suis custodibus erant curat. prudens annus. gnara, docta. nouendialis dissipare pulueres. quæ nescias eructe, ceu manes vocando vexare sepulcra pauperū, & post novē dies quibus sunt sepulta corpora, excitare: humilius enim maxime à magicis umbræ suscitari solent. Apud antiquos moris fuit, ut triduo corpus defunctori iaceret domi: vnde apud Poëtam. Sedi- bus hunc refer an: è suis. & post triduum in rogū ponebatur: vnde idem, Tertia lux cælo dimouerat umbram item post triduum cinis in urnam cōdebat, & tumulo mādabatur. ideo dixit nouendialis pulueres, id est, cineres recentes, numero multitudinis, quod est notandum sibi hospitale: mire. bonum, benignū pectus est. para manus. suppl. sunt à scelere innocentes. tuusque venter Pactumeius. sensus est, & Pactumeius est tuus venter, id est, tuus partus & filius. Nam hoc nomen Pactumeius est nomen suppositiij, quem sibi filium esse dicebat, supraenim suppositiij partus ipsam rem fecit. venter autem hic pro partu ponitur. obſetrix. quæ obſtat dolori parientis. vīcīngue. quoicunque exilis, id est, exultas fortis puerpera. quo dicto ostendit illam non peperisse; sed sibi filii alienum supposuisse nomine Pactumeium.

Negat Canidia sibi reconciliari posse Horatium.

C A N I D I A.

Quid obſeratis. clausis. sordiora: quām au- res meæ ſunt ad preces tuas. nudus namis. è naufragio ereptis. Neptunus hibernus: id est, cuī mare procelloſum verberat ea ſaxa cōmoris fluctibus. inuitus ut tu riferis. Cotyta ſacrū liberi Cupidiniæ per epexegiſim eſt hæc data deſcriptio Cotyti- ſum: vult autem Canidia ſignificare aliquando- ſe commiſſiſe Horatio quædā ſecreta ſacrificiorū ad amorem conciliandū quæ ipſe irradendo vulga- uerat: ea autē Cotyta nominauit, vt honesto vo- cabulo turpitudinem ſham celaret. ſic Iuuenalis, Cecropiam ſoliti Baptæ laſſare Cotyto. liberi Cu- pidiniæ. liberum autem Cupidinem ait, quia nulli ſit obnoxius, ſed omnes ipſe deludat. vnde Maro, Nata patris ſummi qui tela Typhœa temni. & Aquiloni. Esquilius mons ſuī vbi ſepe iebantur

cadauera mortuorū, quod pergebant qui volebāt animas excitat. illic Canidia magicā noctū exer- cere conſuerat. pontifex. Pontificem vocat Ho- ratium quasi cenorem veneficiorū, quia pōtifice de ſacris iudicabant: aut pontifex. i. concius. vene- fici. pro veneficij per ērōxgāv. impune ut urbem. ſine villa vindicta magicam artem, & patefacta tibi à me ſecreta tu ne deriferis, & me verbis fabulā fe- ceris? quid praderis? id est, quid prodeſſe poterit ſi adhibeas tibi magno pretio Pelignas magicas, ve tu ſolutus à dementia, velocius moriaris ſi fatalē nō permiteant? Pelignas. Sabinas, à Peligno monte. miſcuſſe. vt moriaris. ſit ardiora. ſi dij nolint ſed te reteruent, vt maiora tuas ſupplicia. ingratia. plena- tadij & laboris. miſero. tibi. in hoc. propter hoc- usque. ſemper, diu. ſuppetas. ſufficias ad nouos do- lores, & labores perterendos, & pecnas. infidi. quia Myrrulum precipitauit in mare per quem vicit. be- nigne. largæ. opulentæ. aur. poſtū. quæ ſemper ſe oiferet. diu para: am. optar. ſuppl. quietem. aliti. vul- turio. ſupremo. alto. ſummo. Louis. Plutonis. voles. optabis. deſilire. precipitare te in fluebus. Norico- forti. pro qualicunque gladio; eſt enim ſpecies pro genere poſita, vt moſ eſt Poētarū vel maximè lyri- corum. fruſtrati. ſine cauſa voles colligare vinculo guttur tuū, quia nō morieris. triſtu. in qua nihil placet. ſaſiōjoſa. agrimonja. ſep̄im⁹ caſus, ægrimo- nia, angor, triftitia que viram faſitidit tot ſup- pliſiſ ad liſtam. vettabor humeros. i. cum ego de- te vindicata fuero, incedam glorioſa, equitans ſu- per humeros tuos mihi inimicos. ſeu vietrix inſula- tabo in te mihi inimicum. meaq; terra. i. terra in hac vindicta non capiet meum gaudiu. inſolentia. effaciare, quali nouæ potentia. an que moſere. ſen- ſuſt, an quæ tantum carminibus poſſim, vt diſſi- ciſiōra faciā, ſciliſer ut cercas imagines moueam, Lunam cælo deuocem, umbras ſepulcris eliciam, & per hec, potionē quadam amoris, menteis incen- dam, nihil vñquam in te potero, & artis meæ circa te impotentiam, velut miſeranda, ſtebo? deſideriq; temperare poculum. philtrum, amoris venena in- ſcere. plorem: deplorare debebo. eris. magice.

C R V Q V I X S.

Hoc ē tamē neq; Epodō in ſcriptā in his eo: Bland. inuenio, neq; odē, ſicuti nec p̄cedēs: cuius leſtorem monitu volui, eique in memorā reuocatum, ne forteſſe coruare in memorē iudicet, quæ ſuprà cūm de epodiis pauca conrouerterem diſfereremq; dixi mē ſe peculiarijer in hiſ cod. no- raliſe carmina in hoc opere quædā neq; Epodi, ne- que odes habere a diſcriptam epigraphen. regna per Proſerpinę. per regna Proſerpinę vñuerlata in ſuperiorum & inferiorum accipimus, juſ magis- tribus.

rebus & carminibus sunt accommoda numina. per & Diana, testantur veteres, iuquit Cornutus, Diana operam suam praestare lagis, & è cælo ad domos deduci, additū eit ipsam luctu & cæde gaudere plurimum: hinc quidam moti ut eius numen placarent sanguine humano. mouit nepotem Telephus Nereium. Strab.lib.1.3. memoriae proditū reliquit, Herculem Alæi filiam Augen corrupisse, atque ex ea natum Telephus Mylōrū regem, qui ab Achille vulneratus in femore, ab eodem curatus est; verū an eadem hasta vulnus accepit & curationem Telephus, an ab Achillea herba, an ab seragine hastæ seu gladij, vnde emplastrum confectum vulneri appositum fuit, incertum est. Atqui certè Achilles ita depingi solebat, vt cuspidे gladij immitteret æruginem in vulnus Telephi. Ouidius vulneris remediu adscribit hastæ primo de remedio amoris: Vulnerus Achilleo quæ quondam fecerat hosti, Vulneris auxiliū Pelias hasta tulit, quod etiam alludit hoc epigramma, Τίλιφος εἰπεὶ πόρε, τὸ δὲ γένετο πιστὸς Αχιλλεὺς κατὰ τὴν πάνταν τὸν πόλεμον ἔβαλε: Telephus en ego sum, tu sis mihi fidus Achilles, Ore puella necas, ore beare potes. Claudiannus autem herbæ tribuit, inquiens, Sanus Achilleis remeauit Telephus herbis, Cuius pertulerat vireis, & sensit in imo lethalem placidamque manum medicina per hostē Contigit, & pepulit quos fecerat ipse dolores. vnxere. Lambinus nō minus copiosè quām probabiliter hic asserit legendū esse luxere. quanu quidem lectionem non reprobo; verum tamen malui seruare antiquam 4. cod. Blandiniorum & vnius Diuici, hac ratione præcipue ad id inductus, quod in duobus cod. Bland. vidi adnotata hęc verba, Vnxere legendum est, & nō luxere; quibus verbis nulla caussa præterea ascripta erat. sed & hęc lectionem nec ipse Lambinus difficitur in plurimis cod. se reperiſſe integrum, etiam si multis argumentis docere conetur, luxere, esse apjius quām vnxere, idque scriptoribus magis esse visitatum, nempe, vt cadavera lacrymis potius & luctu prosequamur, quā vel vnxione vel lotione: quod profectō facilē & libenter illi dederim, præsterrim proper Homerilocom Iliad. 9, quem exprimere voluisse videtur: verū quia hoc beneficij adscribit matribus Iliis, quarum est & abluere & vngere cadavera ante sepulturā; vnxere magis appositum non dubito: Nam vt hoc matrū est, ita lugere omnium propinquorum & amicorum. Sic & Theocrito Adonis vngitur à Venere, ab amoribus lauantur. vide Adagium, Terrestria balnea. Quin vt illud Enni omittam, Tarquini corpus bona feminalauit & vnxit, etiam ex Euangeliō aperiē cognoscimus vngendi ritū antiquitus valde celebrem fuisse, & mulieribus præcipue commendatum. Sed

lectorem remitto ad xix. caput lib. 3: Antonij Metreti variarum lectionum. *relatis mænibus.* nam fabulatur Homerus 10.9. Prisum à Mercurio noctu per castra Græcorum ad Achillem deductū, nemine Græcorum alio eius tui conscio; cuius ad pedes cùm procidisset, genuaque & manus exosculatus esset, ab eo petiti, ut accepto pretio sibi Hæc toris corpus sepelendum traderet. *relatus.* duo cod. habent relatus, quos securus sum, cum Lambino: alij duo habent relatus. *amat a nauis multum & inſtitutoribus.* per nauit intelligimus exercitatores, qui, definitore Vlpiano, l. i. ff. de exercitatoria actione, est ad quem obuentiones, & redditus omnes perueniunt, siue is dominus nauis sit, siue à domino nauem per auersionem conduxerit, vel ad tempus vel in perpetuum. hunc vocat Horatius lib. 3. Ode 6. magistrū nauis. Institutus autem apud eundem in 1.3. de institutoria actione, negotiator appellatus est, ex eo quod negotio gerendo insitatus, nec multum facit tabernac sit præpositus, an cuilibet alij negotiati. *vrget diem nox.* duo cod. habent vrguet. ergo negatum vincor. est qui negasum participium, ordinet cū hoc nomine pectus, ut hic sit ordo; ergo vincor, ut ego nunc miser credam Sabella carmina increpare pectus meum, haec tenus tibi denegatum: sed non apte, meo iudicio. Glareanus exponit negatum, id est, ut neget: ego vero arbitror hanc esse sententiam: ergo miser vincor ut nunc credam negatum, subaudi, prius à me, id est, quod haec tenus negavi, & credere non potui, scilicet, carmina Sabella, seu canções Canidæ increpare pectus, id est, perturbare & grauitate afficere mentes humanas. *Mars.* Mars, Sabini finitimi, à Circes filio genus ducunt, & de auita potentia deberi sibi sentiunt seruitum venenorū, cōque venena contemnunt, ut ait Solinus. *ō mare, & terra, ardeo!* pathetica exclamatio vehemens, sed ironicos. *Nesciuore.* Nessus Centaurus Ixionis & Nubis filius fuit: huius rei fabulam vide Epodo 3. ad Mæcenatem de alio. *vires.* hoc participium in 4. cod. scriptum, tollere suo loco nolui, propterea quod mihi videatur: accommodè seruite præsenti comparationi. Nam sicut ignis & flamma in ipsa Actna nunquam extinguntur, etiam si non semper emicet flamma, scilicet in auræ attollat, iuxta illud Strab. li. 6. E lōga verò creditum est obseruatione, flamas ipsas flribus cōcitarii in Actna, quibus cessantibus cessant & flammae: ita sine intermissione se fingit Horatius perpetuo veneficio intrinsecus aduti & penitus consumi: nam dicit, Canidam tanquam venenorū officinā, semper calere; nec à maleficijs conficiendis cessare, & se nocteisque diésque non quiescere; nec mali remissionem septire; cui rei significandæ valde

valde conuenit vires: *Maiores enim nostri verbo virere præcipue vī sunt, quando notare vellent vires in aliquo magis magisq; increcere.* Hinc metaphoricos quæ viridia siebant, maioremq; vigorēm acquirebant, virere dicebant; quod multis hic liceret auctoritatibus parā facere, nisi id notius existimatrem, quām vt operam nostram illi impendamus. Quod autē Lambinus vir doctissimus hic legendū docet, vibrans in *Aetna flamma*, mihi certe omnino probari non potuit, tametsi disertè & eruditè suam opinionem multis rationib. communiait; namque in emaculandis auctoribus aūquā ea temeritate fui, vt sine administriculo cod. antiquorum id in animū inducerem, præterim vbi lectio ipsa suo auctori satis est consona, qualis certe hac est, *vires in Aetna flamma*. *virere enim & igni, & omniibus ijs de quibus dicitur, internum est, non etiam vibrare, sed ferē aduenticium & externum,* adeò vt illo, non nisi ia absolute significatione aliter utramq; quām in illisque nobis extrinsecus adsum; dicimus enim vibrare hastam, gladiū, telum. Verumtamen si cui lectio Lambini magis arrideat, ego certe illi non inuidēbo. *que fruis, antiquis scrip- toribus, finis nomē in feminino genere vñstatius erat quām masculino, vt alibi notat Seruius expi- se, purgare, & læsam te placare, centum iuuenios.* alludit ad Hecates sacram *irigūpiblū*. *ademta vata reddidere lumina.* propterea quod Stefchorus palinodiam canceret, vbi intelligeret hoc mali sibi ab iratis fratribus illatum, huius rei meminit Plato ēn Phædro, & Pausanias in Laconicis, sed multò aliter quām ab aliis scribitur. vide Adagium *παλι- νοδίς, & Παυσανίας. πότες ναμ.* Anastrophe, nam potes me soluere at huiusmodi dementia. ē *neq; paternus obsoleta.* vilescentis obscuritate & ignorabilitate parentum. *Pactumētus.* Sic reperi scriptum in quatuor cod. Bland. cum Buslid. & Diuci, & annotationibus; iccireo mutare nolui, cūm parum interesse viderem in ficticio vocabulo Pactumētus ne, an Partumētus diceretur, nisi malimus legere turpitudinis oblegendæ gratia quam velatam cupit Horatius, Partomenus, id est, conculeatus aut contaminatus ex parti filij rui ironicos, allusione ad Græcam dictiōnem πατέρων. Scribit enim Suidas, πατέρων ὑπερβάθμοι, id est, contaminati seu iniuria affecti.

CANIDIA.

Cotyria. Strabolib. 10. Similia inquit, sunt & quæ apud Thraces celebrantur, quæ Cotyria & Mendidia, apud quos & Orphica initium habuerunt. ipsam sanc Cotyn, quæ apud Edonos colitur, & eius instrumenta memorat Aeschylus, &c. Erasmus in Adagio, *etyma rugitiss.*, Cotyria ait, fe-

stum quoddam erat, apud Siculos, in quo ex more
placentulæ quam piam & arborum fetus ramis alli-
gabantur, et à quod diripienda proponebantur; vnde
liquer hoc Adagium dici solitum, de bonis temerè
profulis direpræque. Hinc fortasse *sætæ* *q.*, lulus
conuiualis, in honorem Veneris & Cupidinis: &
agnæta, præmia eo ludo vincenti data, quæ, vt A-
thenæus scribit lib. 1. & 15. erant triticeæ placen-
tæ & flaminæ. Coryto autem sive Coys dea e-
rat ipsius turpitudinis præses, cuius sacra valde
exagitat Eupolis in Baptis commedia. & Iuuenal.
satyræ 2. *velociusue miscuisse toxicum*. hic, *velocius*,
contra quodam noram aliter exponendum est, pro
eo quod citissimè penetrat: est enim toxicum ve-
nenum efficacissimum, non à taxo, vt quidam scrip-
sero, sed *λόγον τε τηνόν*, quod est jacular, vel ut ha-
bet Dioscorides lib. 6. cap. 10. *τοξίγονον μέρος ἀνα-
πάθειαν, τὸν τὸ τηνόν τον λαρυγγόν*,
quod eo barbari suas sagittas inficeret. *opere quie-
tem*. artificiose refutatio commiserationis, à labu-
lis illis opposita argumentis, quibus Horatius etiā
fabulosè vñus est suprà ad persuadendum Canidię,
vt ipsum à suis veneficiis liberaret. *infidi*. sic inue-
ni in 4. cod. cum interpretatione apposita. *obliga-
tus alit*. sic etiam habent 4. cod. *neces*. duo cod.
habent *necces*, alij duo *innecces*. *tristis*. *doloris*,
misericordia, afflictus & infelicitate viuens. *teu* *doloris*
phos, morosus, de tua valetudine querulus. *an qua-
mouere*. à maiori, vt vult Quintil. vel, vt docent
Philosophi, à minori. *deripere*. ita scriptum est in
tribus cod. sed quartus habet, diripere. *Plorem ar-
tus in re nil agentis exitum*. duo cod. habent, nil a-
gentis exitum; alij duo, nil agentis exitus. in vñis
annotationibus scriptum est, nunquid plorem ar-
tem meā non habentem in te exitum, cùm maio-
ra possum: It atqui si quis hic velit nosse elegan-
tem conjecturam, legendum ne sit, *Plorem artie
in re nullum habentis exitum*, simul & variam le-
ctionem, euoluat Commentaria Lambini in hunc
locum ingeniosissima.

CARMEN SÆCVLARE AD

**Apollinem & Dianam προστυκπαῖς,
quod trinoctio patrimi & matri-
mi cantauerūt pueri puellæq.**

*PHOEBE, fuisse sumque potens Diana,
Lucidum cali decus, & colendi
Semper, & culti, date, qua precamur
Tempore sacro:
Quo Sibyllini monuere versus
Vrgines letas, puerisque castos*

Dijis quibus septem placuere colles.
Dicere carmen.
Alme Sol, curru nitido diem qui-
10 Promis & celas, aliisque & idem.
Nascitur: possum nihil urbe Roma
Visere maius.
Rete maturos aperire partus
Lenis Isthya, tuere maiores:
15 Siue tu Lucina probas vocari,
Seu genitalis.
Diua producas sobolem, patrumque.
Prospères decreta super iug. indus
Feminis, prolisque noua feraci
20 Lege marita.
Certus vndenos decies per annos
Orbis, vi cantus referat ludisque
Ter die claro, totiesque grata
Nocte frequenteis.
25 Vosq; veraces certissime Parca
Quod semel dictum est, stabilisque rerum,
Terminus seruet, bona tam peractis.
Iungite fata.
Ferilius frugum, pecori que tellus
30 Spicea donet Cererem coronas:
Nutriant fetus & aqua salubres,
Et Ionis aurea.
Condito mitis placidusque telo
Supplices audi pueros Apollo:
35 Siderum regina bicornis audi
Luna pueras.
Roma si vestrum est opus, Iliacis
Litus Etruscum tenuere turme,
Iussi pars mutare Larcis, & vibem.
40 Sojmite cursu.
Cui per ardorem sine fraude Troiam:
Castus Aeneas patriæ superstes
Liberum manuavit iter daturus
Plura relictis:
45 Dij probos mores docili inuente,
Dij senectuti placida quietem:
Romule geni date remq; prolemq;
Et decus omne.
Queq; vos bobus veneratur albis
50 Clavis Anchise, Venerisque sanguinis,

Impetrat bellante prior, iacentem
Lenis in bestem.
7am mari, terraque manus potentis
Medus, Albanaque timet secureis:
Lum Scythæ responsa petunt, superbis
Nuper, & Indi:
Iam fides, & pax, & honor, pudorq;
Erisius, & neglecta redire virtus
Audent: apparere beat a pleno.
Copia cornu.
Augur, & fulgente decorus arcu:
Phœbus, acceptusque nouem Camœnus:
Qui salutari leuat arte fessos.
Corporis artus:
Si Palatinas videt aquas aras,
Rémque Romanam, Latumque felix,
Alterum in lustrum, meliusque semper
Prorogat eam.
Quaq; Aventinum tenet Algidumque,
Quindecim Diana preces virorum
Curat: & votis puerorum amicas.
Aplicat aureas.

Hac louem sentire, deosq; cunctos,
Spem bonam, certamque domum reporto
Docti, & Phœbi chorus, & Diana
70 Dicere laudes.

COM MENTATOR.

M E T R U M hoc tribus constat Sapphicis, &
quarto dipodia. Carmen seculare vocatur, quod in
secularibus ludi secundum ritum priscæ religio-
nis in campo decantatum est, à virginibus pueris-
que pretextatis. Iudi autem seculares qui & scenici
& theatrales, ideo dicti sunt, quod per centum
& decē annos celebrabantur trinotie, id est, tribus
diebus & tribus noctibus. Seculares autem, quod à
primo seculo, id est, ab origine Romana gentis
reperti & instituti sunt scilicet à Numa Pomi-
pilio, à quo Romanis, post centum & decē annos,
semper in usu fuere. Verissim autem Flaccus refert
carmen secularare & sacrificium institutum, intra
annos centum & decem, Diti & Proserpina primo
bello Punico, decem virorum responsu, cum iussi
essent libros Sibyllinos inspicere ob prodigiū quod
eo bello accidit. Nam pars murorum ista fulmine
eccecidit. Atque ita responderunt bellam aduersus
Carthaginem, et prosperè geri posse, si Diti & Pro-
serpina triduo, id est, tribus diebus & tribus nocti-
bus continuis, ludi fuissent celebrati, & carmē cant-
atum.

taeum inter sacrificia: hoc autem accidit Appio Claudio Pulchro conf. Præterea ludi sacerdotes celebrati sunt, cum Roma pestilenta laboraret, quod ex libris Sibyllinis iussum est, ut Diti patri ad Tarentum stipis miseretur. hoc etiam idem libri iusserunt, ut nobilium liberi in Capitolio carmen decantarent trinacrio, quia tres dies & tres noctes celeabantur ludi isti. Itaque cum Augustus ab Aetio Epiri promontorio, superato Antonio, esset vicit reuersus, ludos scenicos Romæ celebravit in honorem Apollinis & Dianaæ, sed præcipue Apollinis, quod putaret se ab illo præcipue suisse defensum, & propter hos ludos & carmē, Augustus Diuus tunc esse meruit, in cuius gratiam Horatius in Capitolio decantari fecit à pueris & pueris hoc carmē à se edocit. *Phœbe silvärūm, potens Diana.* Continet hoc carmen laudes Apollinis & Dianaæ alteris vicibus. Ita autem incepit Horatius ut Maro in Georgicis: *Vos ô clarissima mundi Lumina &c.* His enim duobus ferè reguntur omnia terrena, calore quidem Solis per diem, humore vero Luna per noctem; itaque idem sunt Sol & Luna, qui Apollo & Diana, Liber & Ceres, vnde & Diana arcus assignatur, ex similitudine Lunæ incipientis. *Phœbe.* qui & Sol & Apollo & Liber: *Diana.* quæ & Luna est. *ô colendi.* in futurum. *culti.* in præterito. *tempore sacro.* sacrificij, quo ludi isti sacerdales celebrantur. *quo Sibyllini.* oracula prolar, & descripta per Sibyllam. *monstere.* docuerunt. *versus.* libri. *lectas.* illibatas. *caſtos.* intactos. *dys quibus septem colles.* id est, Roma. sic Virg. Sicilicet & rerum facta est pulcherrima Roma, Septem quæ vna sibi muro circumdedit arceis. hi autem colles sunt Aventinus, Palatinus, Esquilinus, Capitoli-nus, Viminalis, Cælius, Quirinalis. *dicere carmen.* scilicet date. *promu.* apens oriens. celus. claudis recedens & occidens. *aliisque & idem nasceris.* quia oriens lucem exhibes, & occidens noctem adducis. hac ergo vicinitudine nonus semper videris alius in ortu, alius in ecclasiu, cum tamē semper idem sis, quia non mutantur re ipsa. *possis nihil urbe Roma.* subaudiendo, date precamur, ut possis nihil vilere manius, id est, carius urbe Roma, id est, nulla res sit apud te porior quam Roma. *ritè maturos.* tempestiuos, ut suo & statuto tempore pariant. *lenis.* facilis, propitia. *Illithyia.* Diana, à nobis quidem Lucina dea, à Græcis autem Illithyia diciuntur: sic & Homerius eam nominavit, quia pariteribus saepe putabatur. *tuere.* defende. *Lucina.* quia nascientibus præesse & lucem dare creditur. *probau.* eligit, *vis. genitalis.* quæ praefecta lis gigantibus vel partubus. Nam ut calore Solis animantur semina, ita Lunæ humore nutritiuntur; penes ipsam enim & corporū omnium ratio esse dicitur, & potestas. *diua*

producas sobolem. Ordo est, ô diua precamur, ut producas sobolem Romanam, & prosperes decreta patrum, super iugandis feminis, & tuper lege marita feraci nouæ prolis. atque ita impleta est allocutio, scilicet repetendo, precamur, proferes, prospera facias senatu consulta, superiori genitrix feminis, de matrimonij contrahendis, quoniam ienacum contulum de matrimonij propolitu fuerat. *lege marita.* id est, maritali: ut Plautus, apud quem in sex, Pulchra ædepol, inquit, dos pecunia est, cui respondet alius, quæ quidem non maritalis est, pro eo quod est, quæ non est maritalis: lex autem maritalis dicitur, quæ de maritali ordinibus lata erat, quæ & Iulia dicta est: *Catæ enim post bellum legi tulit, ne quis aut cœlebs esset, aut vidua nubens;* quæ post illa iactura iuuenium reparari, quæ belis ciuitibus contigerat. Nam propter oclegituta milia armatorum interierant. *ferax.* feruli, secunda, quæ lex ferax sit prolis, quasi iex fertilitatem feminis dare possit vobis annuentes. *certus vñ denos.* id est, precamur, ut orbis, id est, circulus annorum centum & decem in se redeuntr, certus, id est, plenus, & perfectus referat cantus & ludos sacerdales, frequentes, celebres, ad quos multi conueniant: & notandus tropus est; nam per metonymiam ait, orbis certus, id est, homines certi illius & statuti temporis, referant ludos & cantus orbe completo. *ter die claro.* id est, tribus diebus. *totiesque grata.* id est, iucunda. *nocte.* id est, tribus noctibus: hoc est, ut referat ribi populus Romanus tria die clara, & nocte grata dignas laudes, fac adolescere pubem Romanam. *vñque veraces ecclisie Parcae.* Ordo & sententia haec est: Veraces Parcae, iungite bona fata iam peractis, id est, præteritis fatis: & terminus, id est, ordo rerum, stabilis, id est, firmus, & perpetuus, ferunt quod dictum est, vos autem semel ecclisie. optat enim ut decreta sua stabilita faciant quæ promiserant Aeneas, dum Italiam peteret, permanentes scilicet Romanus, imperium in perpetuum, ut canit Virg. His ego nec metas resu nec tempora pono, Imperium sine fine dedi. Parcae autem veraces sunt, quia non mutant aut variant quod semel promittunt, vnde *καὶ ἀτιπέστων.* Parcae vocantur, quod minimè parcant. Inuocat autem Parcas post Apollinem, quia Apollo fatus præest, vnde & tortillegus vocatur. *terminus stabilis.* id est, ordo rerum firmus & constans, ferunt à vobis statuta, & precamur, ut sit ordo perpetuus. *fertilis frugum.* Optat frugum vertutem, & prosperam pecorum futuram. *nutriant fetus.* fetus generaliter omnium rerum accipere debemus, etiam animalium quæ ad vsum nostrum pertinent. & *aqua salubres.* nam pluvia & grata aura nutriuntur eniama, & præcipue segetes. ut, *Tum tenues date ruris aquas,*

aquas, & pacere rursus. *Ionis aura* serenus & tēperatus aēr. vt Solis ad occasum cū frigidus aēr vesper Temperat. quandoquidem salubres satis, plantisque uō tantum aquæ sed & auræ intelligentes sunt. *conditæ mitia*. deprecarur iram Apollinis pingitur enim cum telo arcu, & pharetra; quæ si teum manu teneat dicitur esse noxious; sed hoc cū recondit, mitis & placidus: hinc iratus dicitur nocere, & pēste in iaculari. quod & de illo sentisse videtur Homer. *ia. viii. cūm sit. ἀστροφετὸν τῷ δικτυῳ φόβος ἀπόδοσις.* *Ἐγένετο καὶ οὐκέτι πάλιν οὐδὲν πάλιν καρπεῖν χρόνος καὶ.* quibus verbis significat Apollinem Græcis peltém immisile & planctum. Sic & Plautus in Mercator, matrē familiis inducit precari Apollinem, vt filio suo parcat. *placidus*. exortabilis, beueulus. *federum regina*. *μητρᾶς*, quodd Iuc diuina inter stellas appetet. *bicornis*. Corniculata enim Luna est, & cūm est mensuua, & ita defectu. *Roma si vestrum est opus*. id est, siquidem per vos facta Roma est: quia oraculo Apollinis Troiani ad Italiam perrexit, vta Virgil. Si tot responsa securi. Quæ superi manesque dabant. *littus Etruscum*. littus Tiberinum, quia ab Etruscis oritur. *Iliæ turme*. Nam Aeneas auctor est Romanī generis. *iussa pars mutare*. Non sine eaussa ait pars: quia non omnes cum Aenea in Latium peruererunt; non nulli enim cum Antenore etiam effugerunt, & in Italiam appulerunt. vt, Antenor potuit mediis elapsi Achiuis, Illyricos penetrare finis. *iussa vestro responsio*. vt, Italiam Lycia iulfere capessere sortes. &c. Auguriis agimus diuūm: & alibi, mutandæ sedes. *sospite cursu*, prospero nauigio, integrâ nauigatione. *cūper ardenter*. non sine fraude ardentem: nam fraude Græcorum intensa fuit, sed sine fraude Aeneas muniuit iter suæ surmæ, id est, sine nota, sine damno flammæ erupuit, & incendio Troiano. vt alibi, Nodo coërces viperino Bistonidam sine fraude crineis. vel, vt orto sit, Castus Aeneas sine fraude superstes partie, &c. vt Troia nō proditione Aeneas videretur euerfa, sed fato. *liberum muniuit*. securum & tutū redidit: vt,flammam inter & hosteis Experior, dant tela locum, flammæque recessunt. Mirè liberum iker appellavit, quo libertatem sint adepti, & seruitutem Græcorum effugerint. *daturus*. Iliæ turme pluræ relata. id est, quam reliquerant in Troia. vt, Bellum ingens geret Italia, populōque feroceis Contunder, morteque viris & incenia ponet. *dæli iusenta*. iuuentuti perita, aut facili ad descendum. *quietem*. *μετρητᾶς*, pro pace & vacante a laboribus bellicis: est enim senectus impatiens laborum. *Romulea genti*. id est, Romulea, hoc est Romanæ: vt Maro, Dardana tela, pro Dardania. *remig prolemq*. diuitias, opes, genus. *decessus amne*. omnia maiestates, imperiū & honores, quæcumque seu quamcumque rem vos precatur clarus sanguis Anchisa & Veneris, vos dig. facite vt impetrer. *bobus immolatis*. *veneratur*. verando precatur & postulat. *albis*. triumphalibus, quia victimis albis sacrificia diis faciebant triumphantes. *clarus Anchisa Venerisque sanguis*. id est, posteritas Aeneæ. hoc ad Augustū pertinet, qui ab Iulio Cæsare, Iulius autem ab Iulo, originē suam dicere dicebatur; Iulus ab Anchisa & Venere: ideoque Veneri genitrici templum Romæ constitutum & consecratum fuit. *bellante prior*. fortior & superior. *iacentes lenis in hostem*. deuictum. vt, Parcer subiectis, & debellare superbos manus posse. Romanam potentiam. *Albanasque timo secures*. Romanos magistratus, ab Alba descendenteis. vt, Albani que patres, &c. de Alba ciuitate traditus est hic mos, vt primò rei virginis cæderentur, deinde securi fetarentur. *responsa*. præcepta Romanorum expectant, tanquam à potentibus, & imperatis. *superbi nuper*. insolecentes, & insolentes aliquando Romanis. *& Indi*. vt, Imbellem aueris Romanis arcibus Indum. *iam fides & pac*. Armis pacem & honorem, pudoremq; Romanos dicit acquisuisse, & reparata virtute, superiori tēpore neglecta, rediisse fortunam; ipsa enim est que copiam beato, id est, diuine cornu diffundit. *neglecta*. superiori tempore. *audes iam ridere*. Augusti temporibus properant, nil addubitant ridere que fuerunt Saturni tempore. vt Virgilii, Magnus ab integro saclorum nascitur ordo. *beata*. diues. *copia*. rerum omnium abundantia, plena secunditas. *augur*. diuinus, propter oracula & augurādi scien-
tiam. *fulgente decorus arcu*. propter sagittandū peri-
stiam. *acceptusque*. gratus, amabilis propter mu-
sicam. Virgil. Augurium citharamque dedit cele-
ritq; sagittas, qui salutari leuas arte. *σωτεριστ*. id est, medicina, cuius ipse Apollo inuentor inducit, ita loquens de seipso apud Ouidium: Inuen-
tum medicina meū est. *fessos corporis artus*. id est, hominism infirmitates: vel *σωτεριστᾶς*, corpora morbo defatigata. *si Palatinas vides aquas aras*. apparet iam eo tempore ab Augusto in Palatio de-
dicatum Apollini fuisse templum; vt Maro testa-
tur, Ipse fedes nivœ cädentis limine Phœbi Do-
na recognoscit populorum. *aqua*. propitius, pla-
cidus. vt, nec Saturnus haec oculis pater aspicit æ-
quas. *Latiūque*: quod inae montes latitet. *felix*. secundus: vt Poëta, Si felix nostrumque leues que-
cunque laborem. *akerum in lustrum*. Lustrū pro
tempore accipitur & ætate. proroget. dilatet, pro-
longet. sensus est, si acceptas aras habet Apollo, que in Palatio ei sunt dedicatae, hoc est, si propitius Ro-
manos aspicit, melius seculum tribuet ia futurum.

quaq; Aventinum tunc. gubernat. Algidamque.
*Algidus mons ab affiduo frigore appellatus est, nō longē ab urbe Roma, in quo monte Romani etiā Diana sacra celebrabant. quindecim Diana preces virorum. Quindecim viciaceres erant, penes quos erat ex libris Sibyllinis responsa dare, & ludorum secularium curam gerere. amicas applicet aures. id est, si Diana euret preces quindecim virorum, & exaudiat vota puerorum; est enim particula, si, huc arcescenda. *hac Iouem sentire.* Ordo est, ego chorus, nos pueri puellaque, doctus dicere laudes Phoebi & Diana, reporto domū spem bonā certāmque, Iouem & deosunctos hac scire, hac velle, hac sentire. Hęc enim erat finis sacri caminis, & in hac verba deuotio soluebatur, quādō diceretur chorus omnium presentium nomine, Iouem preces & vota exaudiuisse & ceteros deos, sc̄q; sp̄c̄ta domum reuerti.*

C R V Q V I V S.

C O M M E N T A T O R in auctore ludorum secularium, & ipso tempore quo primus Romæ instituti fuere, deinde in seculi descriptione, multum ab aliis dissentit. In primis cū Valerio Maximo illi contiouersia est; is enim, quem ceteri sequuntur, qui hac de re aliquid memoria tradidissent; P. Valerium Publicolam primū ludos seculares Romæ institutus scribit, ad exemplū Valesij cuiusdam Sabini, ut refert, cū ipse Commentator Num̄ & Pompilio Romanorum regi altero hoc inuentum adscribat: quod certè vero proprius videatur, tum quod is religionis & diuini cultus studiosissimus, ferocem bello populū, huiusmodi multis cérimonias, religione & iustitia gubernare conatus sit, adeò ut quæcumque sacra doceret, ea se monitu dea Egerie populo signifcare diceret: tum quod aram Diti & Proserpinæ sacram, legamus statim ludis finitis terra fuisse obrutā in aliud seculum; quo fortasse factum est, ad usque tempora illius Valesij Sabini, arā illam latuisse, donec Dis & Proserpina illam detegere ad preces & vota Sabini: ex quo tempore, indies magis ac magis inualescentibus Romanis, curiosus ludi à Publicola instaurati, ac singulis fortasse exinde seculis repetiti, illorum auctor & inuentor ipse à posteris sit habitus. Porro Commentator & cūlum, pro primis illis temporibus Romæ conditę accipit, quibus Iudos istos Diti & Proserpinę decretos ar: Rursum seculum ex Valerio Flacco describit, & terminat spatiū centum & decem annoru, à Varrone diuersus, qui à sena seculū deducens, definit annis centum, quasi illa sit humanae vitæ longissima ætas. Verum Flacciscentia & antiquior apparere & doctis omnibus probatos, quod & illi respondeant

Quindecim virūm Commentarij, & carm̄ Zofoni sine apicibus & notis, quod ipse Sibyllini esse dicit, *αἱ τρισὶ ἑπτάδις κέντον οὐδέποτε.* Ceterū ludos seculares ab Augusto publicè post Actiacam victoriā exhibitos, Dion historicus libro quinquegāmo quarto, hos Quinctius, inquit, perfectis, T. Furnio, C. Junio Silano consil. *Phœbe sūlūrūm que potens Diana.* exordium ab inuocatione. *lucidum cali decus.* per expēgesim, siue, vt vulgo fertur, per appositionē, quo Sibyllini monuere versus, quatuor codices B. & d. habent vñā cum Diuaci exemplari, quod Sibyllini manuere. quā lectionē secutus fūilem, nīl alia clasiō esset. Nālibri Sibyllini pro ratione sacrificij monuerunt, vt precibus aliis, ita & alio carmine deorum laudes decantari. quare sic hunc locū & legi posse & exponi debere putarem: Date dicere hoc carm̄ diis Romanis, quod Sibyllini versus moquere, id est, ducunt pueros seu iussērunt à pueris cantandum esse. verū lectoris iudicio id relinquo. *Sibyllini.* Sibylla, inquit Lactantius libri primi cap. 6. dicta est à deorum consiliis denunciandis; οὐδὲ enim deos, & θεοὶ cōsiliū, pro ἡρεσὶ τῇ βουλῇ, dicunt Aeoles. de numero autē Sibyllarum, nominibus, prudētia, auctoritate & veritate, vide Lactantium eodē loco. *septem colles.* periphrasis urbis Romæ quæ septem collis appellatur. *alme Sol.* quod suo calore cuncta fouendo alec videtur. *curru nitido dicit.* Quem eurrunt circum terram intra horas viginti quatuor & paulò amplius celerrimè rapiunt equi quatuor, vt fabulantur Poëtæ, Pyrois, Eous, Aethō, & Phlegon. *aliusque Cō-didū nascēria.* Quasi diuersorum effectuum diuersa cauſa: nam sua præſencia lumē adducit; sua verò absentia noctem, & tenebras. hinc apud Grecos φωτὸς vocatus est, ἀπὸ τῆς φωτὸς ἀπὸ τῆς νότης, qui Sol quotidie se renouans veluti nouus appetet. *Ilythyia.* Lucina, parturientibus propitia, filia Iunonis & Louis, vt scribit Hesiodus. *φωτῆτες* cōdērpias περὶ τὴς τὴν θάρη φύσεος, ἐφ περὶ τῆς λεπίδων, δυναὶ δὲ τῆς πλάκωνος η ἀνθρώπων καρπῶν, καὶ θίσσων περὶ την γῆν, οἵ εὐχρηστοὶ λαθοῦ ἀνθεῖσταις καὶ λυεῖσθαις αἱ ὁδίσσειαι, hoc est, videtur plerisque hec eadem πλάκη, quod ī cōtinuo circum terram verratur & eandem ambiat. hanc optant adesse sibi placidam parturientes. Homerus lī. π. 1922 σύγχρονοι πλάκη, id est, Lucinam obstetricem. *καρπῶν καὶ πλάκων τὸν τόκον λοχόργεια,* ut inquit interpres; sed Hesiodi interpres alibi pro partu videtur accipere, μηδὲ πλάκη, quasi post partū. *lege marita.* Hęc lex de maritandis ordinibus lata est à M. Pappio Mutilo, vt legit Dion. alij, Papio, & Q. Poppio secundo Augusto roganee seorsum cōlides & nuptos, aut qui bus effici protelos, quoniam equines magno studio

eam legem quæ de coningij liberorumq; expertibus lata fuerat, antiquari cupiebant: hæc autem lex dicta est Papia Poppæa, ubi Aymarus Riuallius male legit, Papia Pompeia, huius legis meminit Suetonius in Octauio, quam scribit nō fuisse perlata. lectorem remitto ad Dionem in initio libri quinquagesimi sexti, ut examinet orationem Augusti ad cælibes. certus zndenos. ita icriptum inueni in quatuor cod. Bland. & Diuæ. Ludouicus Viues, alibi non video, inquit, cur legi non possit, Cettus ut denos decies per annos. quod equidem illum hoc interrogare arbitror, propter sententia Varonis, qui anno, ut diximus, centesimo finit sæculum. verum Flacci opinionē magis approbo. ter die claro. triduum & trinoctium. vñque veraces cecinisse Parce. vide lector candide, quanta iniuria hic affectus sit vir doctissimus Porphyrio à nugiundulo illo, qui à se & non intellecta, & male farta pro integris in vulgus edì curauit: cuius rei causa hic à Lambino vapulat immitterit: non hoc dico quod Lambinum virum eruditissimum hic agam reum criminationis alicuius; is enim pro officio interpretis, docet lectores quid rectum sit, & contrà quid minus aptum & insulsum. Nam quod nomine Porphyri. in vulgaris libris habetur, scilicet syllesis est, ex verbo enim singularis numeri, eruer, pluralis nascitur seruent: hoc ego inueni in uno codice Blandinio adnotatum hoc modo, Senius est à singulari, seruet, ad plurale, seruantes, ut sit Ordo: O vos veraces Parce, seruare quod dictum est vos semel cecinisse, & terminus rerum stabilis seruer id ipsum, & vos Parce iungite bona fata iam peractis fatis bonis, & similiter seruet ordo rerum perpetuus hæc fata bona. Hinc iudicate quān male apud viros doctos audiat Porphyrio, nulla sua culpa, seruet. habent quatuor cod. Blandinij & Diuæ; non, seruare spica doræ Cererem corona. hoc est, terra ipsa fertilitate & abundantia frugum pulchre ornata donet Cererem ex aristis concinnata corona, iuxta illud Phornuti, πεπτης Διονυσος: in modū τοι Διονυσος γρατα της αραδηπον την απεμάτων ειδοτουσινθη, πάνω σικελος εισάγαμε σάχη την ιστφαιραιην, hoc est, Ceres autem quia semper & speciem & formam producit, a modo propriæ coronam aristis grauem gerit. Hinc etiam ab Heliodoro ιστιφαιραιη, nominatur. conditor mitis. Apollo namque ἐπός της Απόλλωνος, id est, perdendo dictus est; nam Sol ipse otioria animantia perimit, cum pestis caloris intemperie immittit. unde & παντας από την παιειν, à feniendo, & λοιπον θεον

pestilens. *Illa turma pars iussa mutare lareis.* per epexegetum. *Illa ab illo regia Priami,* id est, Troianæ. queq; vos bobus veneratur albi, & dcinde, impetrat bellante prior. Et. hanc lectionem non mutauit, quia in quatuor codicibus eadē erat cum suis annotationibus, & Diuæ cod. Si cui tamē alia magis apta videbitur, scilicet, *qui que vos & impetrat bellante p.* per me illi hoc erit liberum. albi. P. Valerius Publicola in ludi saecularibus ad aras Iouis & Apollinis mactari iussit candidū taurum; ad Iunonis verò iuuençam candidam, & hęc quidem interdiu, noctu autem Diana: Proserpiæ, Terra & Parcis furuæ hostię immolabantur. *Medus.* de Medis, qui & Parthi, quo pacto supplices facti sint Romanis, traditis regis oblidibus, vide Orosium libri sexti capite vigilius primo. *iam Scythæ.* Luius Florus, libi i quarti capite ultimo, Nam Scythæ, inquit, milite legatos & Sarmatae amicitiam petentes. Suetonius in Octauio: *Qua virtutis moderationisque fama, Indos etiam ac Scythas, audi- tu modò cognitos pellexit ad amicitiam suam, Po- pulique Romani vltro per legatos petendam.* vide Orosium in fine sexti libri. *fulgente decorus arcu.* est enim dictus ἀρχυρότερος, ab arcu argenteo, ab Homero saepius dominatus ικνεύλος, lagittarius. *acceptus que novem.* est enim τερματικὸν μεταστρέψαντος οὐρανοῦ, καὶ παῖς εν μετὰ μυστὴν σπουδῶν, εν τῷ μυσταρεῖ οὐρανοῦ πεπλάνων. Θεορίς ἀερ δι ταῖς ιπτυχίοις επολιτεῖ φοινικὸν οἰοτόρος. qui salutari leuat arce. hinc αἰεῖνος καὶ ἀλεξιππος, quod medeat & mala depellat. *videt aquus.* placatus, propitius, placidus, *latus.* arcia. aras habent codices Blandinij. *prorogat.* quatuor cod. Bland. hæc verba, *prorogat, curat, applicat,* habent in præsenti indican si modo, scilicet, *prorogat, curat, applicat:* quæ lectio mihi certè commodior videtur, ad eo ut eam iudicem alteri præferendum: non mutauit tam vulgatam, quia satis apta videatur, & eruditorum hic opinionem iudiciumq; expectare malui. *quindicim Diana preces virorum.* de quindicim viris scribit Alexander Alexandrinus libri tertii cap. 16. vnde hæc pauca huc facientia adscripti. Trium virum numerus à Sextio & Licinio Tribunis plebis creatus, misit ad Cornelium Syllam, quo tempore Quindicim viri, qui sacris faciundi, supplicationibus & lectisternis præflebat, quique placamenta Deum & expiations edicerent, officiaque ceremoniarum exequenterunt, librorumque & carminum Sibyllæ curam agerent, creaverunt, &c.

Q. HORATII FLACCI

SATYRARVM LIBRI.

ECLOGA I.

TANTALVS,



V 1 sit, Mecenas, vt nemo,
quam sibi sortem
Seu ratio dederit, seu fors ob-
iecerit, illa
Cōcentus viuat? laudet diuersa
sequeantur?
O fortunatis mercatores, grauis annis.
5 Miles ait, multo iam fractus membra labore.
Contrā mercator, nauim iactantiibus austri,
Militia est potior, quid enim? concurritur: hore
Momento ceta mors venit, aut victoria leta.
Agricolam laudat iuri, legūmque peritus,
10 Sub Galli cantum consultor vbi ostia pulsat.
Ill., datis vadibus, qui rure extractus in vrbe est,
Solan felicem viuentis clamat in vrbe.
Ecetera de genere hoc (adē sunt multa) loquacem
Delūssare valent Fabium, ne te morer, audi;
15 Quid rem deducam, si quis deus, en ego, dicat, .
Nam faciam quod vultis: eris tu, qui modo miles,
Mercator: tu consultus modò, rusticus, hinc vos,
Vos hinc mutatis discedite partibus, eia:
Quid statim? volint, at quilibet esse beatū.
20 Quid causa est, meritò quin illi lupiter ambas.
Iratus buccas inflat? neque se fore post hac
Tam facilem dicat, votū vt praebeat aurem?
Præterea, ne sic, vt, qui iocularia, ridens
Percurrat: quanquam ridentem dicere verum
25 Quid vetat? vt pueris olim dant crustula blandi
Doctores, elementa velunt vt discere prima.
Sed tamen amito queramus scria ludo.
Ille, grauem duro terram qui vertit aratro:
Perfidus hic capo, miles, nauiaq; per omne
30 Audies mare qui currunt; hac mente laborem
Se ferre, senes vt in otia tuta recedant,
Aliunt, cum sibi sint congesta cibaria: sicut

Paruula, nā exemplo est magni formica laboris,
Ore trahit quodcumq; potest, atque addit aceruo,
Quem struit, haud ignara, ac nō inculta futuri. 35
Que, simul inuersum contristat Aquarius annū,
Non vsquam prorepit: & illis vietur ante
Questus sapiens: cum te neque feruidus astus
Demoneat lucro, neque hievis, ignis, mare, ferrū:
Nil obiles tibi: dum ne sit te duior alter. 40
Quid inuitat immensum te argenti pōdus, & auri
Furtim defossa timidum deponere terra?
Quod si comminus, vitem redigatur ad assēm.
At, ni id sit, quid habet pulchris cōstructus aceruu?
Millis frumenti tua triuerit area centum: 45
Non tuus hoc capiet venter plus, quā meue: vt, si
Reticulum panis venaleis inter onuslo
Forē rebas humero: nihil plus accipias, quām
Qui nil portarit, vel dic, quid referat intra.
Nature finei viuenti, ingera centum, an
Mille aret. at suave est ex magno tollere aceruo.
Dū ex paruo nobis tantundē baurire relinquas:
Cur tua plus landes cum eris granaria nostris? 50
Vt, tibi si sit opus liquidi, non amplius vrna;
Vel cyatho: & dicas, magno de flumine mallem, 55
Quām ex hoc fonticul; tantundē sumere, cōfit,
Plenior vt si quos delectet copia iusto:
Cum ripa simul auulos ferat Aufidus acer.
At qui tantulo eget quanto est opus, is neq; limo
Turbarat haurit aquā, neq; vitā amittit in vndis. 60
At bona pars hominum decepta Cupidine falso,
Nil satis est, inquit: quia tanti, quārū habeas, sis.
Quid facias illi? iubeas miserum esse libenter.
Quatinus id facit, vt quidā memoratur Arbenia
Sordidus, ac diues, populi contemnere voces 65
Sic solitus: Populus me sibilat: at mihi plaudo
Ipse domi: simul ac nummos contemplor in arca.
Tantulus à labris sitiens fugientia captat
Flumina, quid rideas? mutato nomine de te
Fabula narratur, congestis vndique fascis
Indormis inhibans: & tanquam parcere sacris 70
Cogeris,

- Cogeris, aut pictis tanquam gaudere tabellis.
 Nesci, quid valeat numerus: quē praebeat usum?
 Panis ematur, olis, vini sextarium: adde,
75 Quē humanasib[us] doleat natura negatū.
 An vigilare meū exanimem, noctesq[ue], diesq[ue]
 Formidare malos fures, incendia, seruos,
 Ne te compulcent fugientes, hoc iuuat? horum
 Semper ego optarim pauperissimus esse honorum.
80 At si condoluis tentaculum frigore corpus,
 Aut aliis casus lecto te affixit: habes qui
 Afidea, somenea parer, medicum roget, ut te
 Suscites: ac gnati reddas, carisque propinquio.
 Non vxor saluum te vult, non filius: omnes
85 Vicini oderunt, noī, pueri, atque puelle.
 Mirari, cūm tu argento post omnia ponas,
 Si nemo prefet, quem non mereari, amorem?
 At si cognatos, nullo natura labore
 Quos tibi dat, reuinere velis, seruareq[ue] amicos:
90 Infelix operam perdas: ut si quis a sellano
 In campo doceat parentem currere frenis.
 Deniq[ue], si finis querendis, quōque habeas plus,
 Pauperiem metuas minus: & finire laborem
 Incipias, paro quod auebas: nec facias, quod
95 Namidius quidam, non longa est fabula, dimes
 Ut metiretta nummos: ita sordidus, ut se
 Non unquam seruo melius vestires: ad usque
 Supremum tempus ne se panuria vicius
 Oppimeret, metuebat, at hunc liberta securi
100 Diuisit medium fortissima Tyndaridarum.
 Quid miigitur suades? ut viuam Nenius, aut sic
 Ut Nomentanus? pergi pugnania secum
 Fronibus aduersis componere, non ego, auarum
 Cum vero te fieri, rappam iubeo, ac nebulonem.
105 Est inter Tanaim quiddam, sacerūmque Viselli.
 Est modus in rebus: sunt certi denique fines,
 Quos ultra, citrāque nequit consistere rectum.
 Illic, vnde abī, redeo, qui nemo ut auarus
 Se prober, ac potius laudes diuersa sequenteū?
110 Quōdque aliena capella gerat distentius rber,
 Tabescat? neque se meliori p[ro]superiorum
 Turba cōparer: hunc, atq[ue] hunc superare labore?
 Sic festinantis semper, locupletior obstat:
 Ut cum carceribus missos rapit vngula currus:
115 Instat equis auriga, suos vincereibus, illuno

Præteritum temnens extremos inter canem.
 Inde sit, vt sard, que se vixisse beatum
 Dicat, & exacto contentus tempore, vita
 Cedat; vti coniuia satur, reperi que amas.
 Iam satū est: ne me Crispini scrinia Lippi
 Compilasse pates, verbum non amplius addam. 120

COMMENTATOR.

IN his duobus Sermonum libris generalis Horatij intentio est carpere vitia, vt ab his deterriti homines inuitentur ad mores bonos. In hoc autem primo sermoni inuehitur auaritiam, qua dicit inconstantiam & leuitatem longè esse tolerabiliora, eumque scribit ad Mæcenatem magnæ auctoritatis in republica virū: quia ut est principū praesesse populo, cumque corrigeret, ita illorum interest eos à vitis esse alienissimos. Sermo autem est oratio humilis & depressa, quotidianę collocutioni familiaris, dictus, quod quasi inter presentis seratur. In quo libri isti ab Epistolarū libris differunt, quæ ad absenteis mittuntur; epistolis enim absentiibus loquimur, sermone vero presentibus. Quamuis autem hoc opus Satyram esse Horatius ipse profiteatur, cūm ait, Sunt quibus in Satyra videat nimis acer, & ultra legem tendere opus, &c. tamen proprios titulos voluit ei accommodare, hos priores quidem duos libros Sermonum, posteriores autem Epistolarum inscribens. Satyra dicitur lancis genus; tractum à choro Liberi patris, qui est dator viae & leticie: ab ea autem lance, quæ plena diversis frugibus in templum Cereris inferebatur, nomen accepisse plerique dicunt. Alij propterea hoc carmen Satyram appellauerunt, quia ita multis & variis rebus refertum est, ut nimis plus audienter laureret. Alij rursum quod ita conuicia & crimina hominum liberè inuadat, ut saturi, id est, ebri solent homines dexteris aut contumeliis affectare. Satyra autem istius inter Lucilijs Satyram & Luenalism est media: nam & asperitate habet qualitas Lucilius, & suauitatem quamam Luenalis. At sciendum tamen est, quod Satyram carmen primo omnium auctore Lucilio sit repertum, etiam ipsorum Horatio teste. Qui sit, id est, vnde, quo modo, & qua causa; ita ut tensus sit, quæ ratio, quæ res facit, ut studia diuersa laudentur? *sortem* propositum, professionem, institutum vitæ. *sor. rati.* aut ratione inimicus propositum vitæ, aut fortuna; verbi gratia: aliquis secum init rationē ut militet; hoc rationis est: alius de summo gradu felicitatis ad ima decessus init docēdi, aut arandi necessitatē; hoc est sortunæ, seu *fors ob.* signatē dixit, ratio dedit, fors obiecerit; & breuiter duas lectas tāgit: nam cum

cùm dicit ratio, Stoicos notat; cùm fors, Epicureos. Stoici namque dicunt omnia ratione fieri: Epicurei, fortuitu. diuersa. studia. b. fortun. hic instabilitatem carpit humanar. vite. fractus membra figurare, sicut pictus acu chlamydem. militia est pot. q̄rā zōis, supp. ait. quid enim: cur non? & est Comicum. concurrer. confligunt à sinilit in pugna. momento. puncto temporis: nam ei citò mori est pro beneficio. agricultor. lau. beatum appellat. iuris. legum. quia est aliud ius scriptum, aliud nō scriptum. sub gallie. paullò ante galli canem. vt, sub noctem cura recursat. consulor. qui consilium rogat; nam consultus est qui dat consilium. vadibus sponsoribus; à valimonio, quo promittit te is qui ad iudicium vocatur, certo die futurum. vades ideo dicti, quod qui eos derelicit, vadendi, id est, discedēti habet potestatem. extratus. coactus ad soluendum vestigia, clamat. magno affectu laudat. de genere. qui diuersa laudant per inconstiam. delassare. valde lassare. adeo sunt multa, vt si velit haec enumerare, etiam garrulus nimium defatigetur. Fabium. Fabius Narbonensis equetri loco natus, & Pompeianas partes senatus, nonnumquam de secta Stoica cum Horatio contendit actrix. seripst̄ etiam aliquot libros de philosophia Stoica. ne te morer. nimia copia. audi quō rōnd. quia omnibus sua displicere dixi, audi quō, id est, ad quam maiorem inconstantiam & infaniam eos dēducam. eris tu. esto. qui mod̄ mi. eras. nolint. murare. atq̄ui. certè. licet esse b. Magna breuitate occurrit quatuor personis, quæ cùm multum sint equestre de suis professionibus, nemō tamē alioq̄ deo induci potest, vt suam deserat. buccas inflat. irascatur. ordo est: Quid causa est, quin, id est, vt Iuppiter iure dicat se deinceps non tam fore facilem & propitiū votis, id est, precibus illorum. Inflare buccas, signum est indignantis. præterea nesci. ne, quemadmodum qui iocularia narrat, ea ridens percurrit, ita ego ridens perecurram quod ceperit. Intelligitur percurrit; aut simile verbum per zeugma. quamquam ridens. sensus est, nihil vetat ridendo verum dicere, vt risus remedio durius, quæ vera dicentem subsequi solet, temperetur: n̄ tē asperè audiatur quod verum narratur. olim. nonnumquam, aliquando, interdū. crustula. placentas. Crustula quādo in neutro genere dicimus, edulia significamus. Virg. Et violare manu malisque audacibus orbem fatalis crusti. Sic & Lucret. Gustaui crustula solus. Quando in feminino, fragmenta significamus. vt Virg. Concrecent subite currenti in flumine crustæ. amore lindo. iocularibus rebus, risu. seria. necessaria. terram qui vertit. qui rusticæ viræ studet. Hactenus de inconstancia locutus est, nunc de auaritia, qui

currunt. Propria locutio. vt, vasiliū que caua trabe currimus æquor. hac mente. hoc consilio, hoc proposito. aiunt. dicunt ideo sese à prima ætate laborare, vt habeant in senectute vnde vivant persidus hic c. qui multa perfidè acquisiuit iniqua mensura. congesta. viaticum, alimētum. cūm sibi sicut collecta quæ ad vitam tolerandam possunt sati esse. nam exemplo. parenthesis. magnis formica lab. avris & vrs, paruula magni laboris. non incavata f. prouidens. vt Virg. metuensque inopi formica senectæ. qua simul. id est, simul ac, mox vbi, cūm primum. inuersum. mutatum, inclinatum in hiemem; est epitheton anni perpetuum; vt, Vertitur interea celum, & ruit Oceano aox, quoniam in se semper annus vertitur & volvitur. cōtristat aquarius. tempestate, pluviis, & frigoribus, quæ maxima concitantur sole in aquario constituto decimo quinto Calend. Februarias; atque in eo est diebus triginta, scilicet usque ad decimumquintum Calend. Martias. non usquam pror. in eo cautiore est quātu, ò auare, quod per hiemem quiescit, & vtitur paratis; tu vero vt nemo sit te ditor, nulla pericula pertimescis. antē quæsisit. per estatem. sapiens. prudens. prouida. cūm te. infurgit in auarū. demoueat. cessare faciat, vel prohibeat à negotio. obſter. obstat posſit. sum ne. vt non. quid iuuat. hoc est, cūm tanto studio pecuniam queras, quid te delectat eadem non vti, sed humi defossam seruare. quid se comminuas. minutatim consumas. est anthypophora; quasi dicat auarus, si coepero hoc argento vti. redigatur, hoc est, redigi poterit ad aſtem, hoc est, ferē ad nihilum. timidum depon. te, vt in arte poëtica. Quærer. & inuentis miser abstinet, ac trimet vti. at n̄ id fit. id est, nisi minuas, & expendaſt argentum. Verba sunt Horacij ad monenſis aquarum; quasi dicat, quid ergo voluptatis erit in pecunia acquisita, si eam nō impendis, cūm usus eius sit necessarius, certè perinde hoc est, ac si eam non habeas. plus quām. tuus venter aliquando saturatur, vt meus: ut si reticulum panis. hoc est, quemadmodum inter venaleis pueros, qui panes portabit, non plus accipiet quām is puer qui vacuus & nihil portans ambulabit: ita tu quamuis plus laboraueris in acquirendo quām alius, cūm factus sis pecuniosus, non plus venter tuus recipier, quām eius qui exiguum possider. reticulum. rete, quo in vrbe panis portari solet. venaleis inter. anastrophe, pro inter venaleis seruos. referat. expediat, proficiat. intra natura fines viscenti. intra natura fines viuit, qui paucis contentus est, qui seruit nature legibus. Itaque naturæ fines sunt, vt cūm satur sit homo, hoc ei sufficiat, quod etiam exiguō censu contingere potest. sensus autem est, cūm nature fines non possis exceedere magnitudine diuiniarum;

quia omni modo est naturae legibus seruendum, quid tibi prodest lata & ampla possestio? numquid ideo quia habes centum milia modiorum, plus potes comedere quam ego, qui tantum habeo centum modios. *as suave est.* obiectio anthypophora, haec contentio inter duos est quidam dialogus. *dum ex parvo.* Poeta respondet auaro, dicens nihil interesse. ex magno an ex parvo huius, cum satiando ventri nostro non opus sit multo. *haurire.* accipere, sumere. *relinquas.* concedas. *cum tua plus.* cumeram dicimus vas ingens vimineum, aut fictile non absimile dolio, quinque, vel sex modiorum, in quo recollitur & reponitur frumentum. *sic & alibi.* Forte per angustum tenuis vulpecula rimam repserat in cumeram frumenti, &c. *granaria.* horrea, repositorya frumenti capaciora. quod dicit ad differentiam cumerarum. *vt tibi si sit opus.* aptissima comparatio. ait autem ita stultum esse ex magnis potius velle quam ex parvis diuitiis sumere ut ventrem impleas, ac si desideres unam vel cyathum aquae, & malis cum ex magno flumine haurire, quam ex fonte minore. *liquidis.* aquae, humoris, liquoris, more Graeco. *eo fit.* ideo fit ut propter auaritiam multi periclitentur. Hæc autem est allegoria, qua indicat eos qui magnas diuitias appetunt, cum modica illis ad vitam tuendam possint sufficere, & plerumq. illis ipsam acquitendi cupiditatem esse exitij causam. *pleniior iusto.* quam oportet, quam iustum est, moderatum & sufficiens. *copia.* abundantia, multitudine pecuniarum & bonorum. ut, respicio, & quæ sit me circum. *copia luctu.* cum rips. allegoricos. hoc est, periculum quod comitari solet huiusmodi cupiditatem, & ipsos auaros, & omnia ab eis acquisita misere perdet. *auaros.* raptos, sublatos. *ferat.* demergat. *Ausfidus.* Apulie fluuius. *acer.* cum impetu desfluens. *as qui tantulo.* hic in mediocritate significat esse securitatem, ut ab illa abundantia deterreti, citius ad hanc ferarum. *quanto est opus.* quantum sufficit. *limo.* vita perturbata. *turbatam.* continuatio allegorix. turbata aqua pro quæstu sordido. *neque visam.* id est, non cadit in periculum, neque nimia negotiorum mole, tamquam aquæ impetu raptus, obruitur. Docet autem allegoricos paruis contentum, neque sordidum quæsum sectari, neque implicari periculis. *as bona.* maior pars. *cupidine falso.* falsa opinione, aut inepta & inani cupiditate, & notandum *cupidinem* genere masculino pro cupiditate omnino nouè poni. *qua tantiq. b.* multi haec dicunt, pecuniae maxima sunt congerenda, quia pro illearum magnitudine & modo personis publicus honor defertur: nam dat census honores. *quid facies illi.* qui talis est, ut ab hac persuasione remo-

ueri non posset. *iubcas.* sinas atque permittas cum esse miserum. *quatenus.* pro quo vique, quamdiu, aduersum temporis. is autem libenter est miser, qui quodammodo vovet vel *maximo* suo labore maximam querere pecudiam. *ut quidam mem.* Ath. de Timone Atheniensis dicit, qui cum odium generi humano indixisset, ipse tamen pecunia tua lætatus est. *sordidus.* auarus. *populus* miserabilis. quia solebat populus bene de le meritis in publico applaudere, sed malos & improbos auersari & extibilare. *sifolitus.* supp. dicere. *contemnere* v. non curare & obloquia populi. *simul ac.* postquam aspicio & considero numinos meos. *Tantalus à lab.* auaros ait ea pena vigeri quam Tantalus fabule a scriptoriis: sed apposito hæc pronuncianda sunt, & attente. *scensus est,* similis est Tantalo qui habet pecuniam & ea non uiratur. nam quemadmodum Tantalus non potest uti presentibus, ita nec auarus: ille, à furis, iste sua sponte prohibitus. *captas.* cupit, desiderat. *quidrides?* o auare. *misato.* supp. certe. *indormis.* vacas. *inhiens.* timens ne amittas, sollicitus ut plura acquiras & stupens pre gaudio quando illa aspicias. *parcere.* illis tamquam rebus sacris, quas ne tangere quidem licet. *egregie.* ab auaritia. *& pictis tamquam apta comparatione sacra & picturas introducit,* ostenditque pecunias auari illis esse simileis, nam sacra tangere, & ex illis quæsum facere prohibebat religio, pictæ vero tabellæ propter artificium sine alio fructu inuentium animos illudebant: ita auaritia prohibet contumaciam pecunias, & illas sine visu tantum contemplari permitit & visu frui. *nefis quidva.* ipsu[m]q[ue], ad ostendendum visum fructum ipsius pecunie. *quid.* ad quid? *panis ematur.* enumeratio earum rerum quibus emendis necessarii sunt numeri. *adde quis.* adiice, inquit, illa quibus sibi negatis, id est, non concessis, natura humana doleat, id est, crucietur aut pereat: ea autem sunt, non quæ ad delicias pertinet, sed quæ ad utilitatem, ut pote vestis, balneum, visus mulieris, & huiusmodi quibus & frigus & famæ depellit. *dolens.* est modi potentissimi: pro, dolere debet. *an vigilare.* hæc sunt quæ patiuntur auari. *complient.* expolient. *fugientes.* fugitiuos. *hoc iuuat.* delectat, scilicet semper timere, semper sollicirum esse. *horum.* quæ tu bona iudicas. *pauperissimus.* hoc dictum est ut diues opum cum genitio casu. sensus est, ego malum egentissimum esse, quam habere illa bona quæ mihi afferant cruciarum. *tentatum.* cruciatum, malo affectum sit corpus tuum aut frigore, aut aliquo casu condoluit, id est, regrescat, nemo te oportabit conualescere. *qui assident.* qui apud te sedeat, præslans tibi omnem curam & officium. *fa-*

mancus.

mota paret. quae foveat, fomenta à foveando dicitur sunt, inde & somites, quibus ignem foveamus & alimus. *fusifet.* subleuer è lecto & sanum faciat. non uxor. nulli oportet tuam salutem quibus durus es per avaritiam & iniquus. *miraris cum tu miraris te omnia esse odio,* rām tu omnia postponas argento, id est, minoris facias quām tuam pecuniam, & illam omnibus preponas. *post omnia po.* *euēris figura.* at si cognatos. sententia est, at si cognatos tibi, quos natura concessit amicos humanitate deuinxeris, videris tibi ita operam perdere, ut ille, qui asino velut equo vult vti. Alter, at si nolis aliquo obsequio, aliqua sedulitate conciliare tibi tuos cognatos & affineis, perdes operam, sicut is qui docet asinum currere. Hoc autem est prouerbiale schema, docere asinū currere. *nullo natura.* qui nullo nostro labore, nulla industria nobis nascuntur amici. *doceas parentē.* ordo est: doceat asinum parentem, id est, obedientem frenis, id est, frenatum currere in campo. *denique sit fīzis.* sensus est, postremo cum aucta sit pecunia tua, minus iam debes paupertatem metuere, sed labor finem debet accipere, cum habeas acquitū quantū optaueras, habes enim quod auebas, id est, audiē cupiebas: vnde audiē dicti sunt auari. *paro.* id est, parato eo quod desiderabas. *cūque habebas.* supp. quām sit necesse: *pauperiem met. mi.* supp. fac ut non metuas paupertatem. *dives.* supp. ita: vt sit ita diues, vt metiretur numos, non numeraret: vel adeo diues, vt, &c. *non unquam.* numquam, potest & nonnumquam pro aliquando, ita ut perrat Vmidius seruo suo melius vestitus fuerit. *supremum tempus.* vita suæ *fortissima Tyndæ.* significat Clitemnestram Tyndari fidiam, quæ virum suum Agamemnonem adiuuante Aegistho adultero interfecit. *quid mis.* obiectio per *μεγαλοπενίαν* ipsius auari. *vixam Ne.* Nxius hic tam parcus fuit, & auarus, vt suo merito sordidus diceretur. at contrà L. Cassius Nomentanus adeo suorum bonorum profusus fuit, vt festiū septuagies libidini & gulae impenderet. Huic cocum nomine Damam Sallustius Crispus centenarius numis conductum habuit. hic autem dictus est Nomentanus cognomento ab oppido Nomento: Nam Cassius proprium erat. *pergis pugnantia se.* perseveras in contrariis, & pugnantis secum, id est, inter se frontibus aduersis, id est, ex opposito pergis componere, id est, comparare. *interrogatio obiurgatoria.* *non ego auarum.* solutio à remotione viriūque obiecti. Vappa hic dicitur perditus, & luxuriosus, stultus, insulsus, qui nihil sapit, à vino corrupto & euanido, quod saporem perdidit. Nebulones autem vani & letes. *vt nebulae:* nam cum sine certo consilio vi-

tam degant, nebulis sunt & vmbbris hominum similes. est inter. adagium facetum ad dissimilitudinem ostendendam inter auarum & prodigum. Nam ut inter herniosum & spadonem medius est qui omnia sua membra sana habet & integra, ita inter sordidum & luxuriosum est liberalis. Tannais autem spado fuit Mæcenatis libertus, at Vellejus soer Herniosus. est modus in r. iuxta illud Phocylidis, πάτερ πάτερ ἔργον, id est, omnium modus est optimus. huic autem simile est, μάδης ἔργον, id est, ne quid nimis, ut ait Terentius. fines. ultra hos fines & citrarectum nequit consistere, sed intra coldem: quare ultra hos si poccadas, vel circa subsistas, à recto aberras. illuc unde. Quia digressionem fecit, ad sermonis lui sensum, quem inchoauerat, recurrat: nam cum corporis dicere nullum hominem statu rerum suarum gaudere, sed laudare diversa, ab iistamen dilectione ait auarum, & solum proposito suo gaudere. *quodque aliena.* ita Ouid. Feruillor seges est alieno semper in agro, Vicinumque pecus grandius vber habet. Nam aliena nobis, nostra plus aliis placent. neque se maiori. ad idem redit quod dixit auarum te probare, quia se non solum non patitur esse pauperem, sed studet omnes superare diuitiis. *compare.* comparare velit. *hunc asque h.* vnumquemque sic festinanti. quia semper ditionem inuenit, ideo miseria cupiditatis cum numquam deserit, dum semper laborat superiores diuitiis vincere. *vt cum carcer.* totus iste versus est Διοφόρος, nam coniungit aptissime sequentes verius superiori sensui, hoc pacto: quemadmodum auriga instat equis his qui cursu vincenti siros, & contemnit cum quem à tergo reliquit; ita auarus neglecto paupere semper festinat opibus vincere leditionem. *carceribus missis.* emissos carceribus currus, id est, ex eo loco ubi stant parati ad currendum, ut fit in certaminibus Olympicis & aliis. *rapit vngula.* οὐαλλαγή numeri, pro vngula. deinde τέσσερες est ευωνύδες pro equis: *inde fit.* τέσσερες. sic enim est ordinandum: inde fit ut raro reperi queamus, qui dicat se vixisse beatum, adeo ardet auiditate pecuniae auarus, etiam circa diem mortis, ut illud pecuniae studium numquam eum sinat requiescere, ne tunc quidem cum moritur iam satia est. modum sibi statuit de auaris dicendi: *ne me Crisp. philosophi cuiusdam loquacissimi nomen,* qui *ἀπράθαντος* dictus est; scripsit etiam versus de secta Stoica: Quare inquit Horatius, suem facio, ne quis puret me hac suffuratum Crispino. *scrinia.* capite sunt quibus libri continentur, aut a iud quippiam lippis, non oculorum ratione, sed mentis, quod fuerit insulsus poëta.

C R V Q V I V S.

De inscriptione librorum qui Sermones dicuntur.

NO n. parua est controversia inter eruditos, inscribi ne debeant hi libri Satyræ, vt non indocte contendit Lambinus, an Sermones iam olim visitato vocabulo: quare non omnino insulte me arbitros facturum, si & meam super hac re sententiam, & quæ in veterum collectaneorum libris offenderim notata, conferam in medium: ne in eodem ego cum multis aliis argumento aut æmulo, nihilque posse, aut commodis aliorum studiisque non adèò propense fauere iudicer. Si quid autem hinc compendij emolumenitique studiosorum conatus accedat, illis quidem gratulabor, mihi verò gaudabo: Sin minus, obteabor certe bonos omnes, vt benignius hosce nostros labores interpretentur, æquique bonique consulant. Itaque vt quid velim cursoris quibusdam notis exequar, in codicibus manuscriptis ante annos septingentos (quod argumentis indubitatis aliquando testabimur) nihil est tanti, quod magnopere alicui fidem faciat, qua epigraphæ fuerint olim insigniti libri tam sermonum quam epistolarum: Sed facilis est conjectura hac in re tot sensas quod fuisse capita, omniesque pro arbitratu id sensisse, quod instituto videretur maximè idoneum, vt sit ab iis qui in triuiss cōstituti, & itineris ignari, quo se vertant planè nesciunt. In tribus autem codicibus Blandiniis & Būlidiano pro titulo ita scriptum est: Incipit primus liber Sermonum Horatij. deinde singula poëmata inscribuntur Eclogæ. Quinque autem alij codices nullam omnino habent inscriptionem. Antiquissimum autem ex Bibliotheca Blandiniæ (quæ nunc, prò dolor, vna cum Dunensi à barbaris, nec vñquam satis exerendas sive exstiterat, proflus lacera, distracta, desperita, exusta est, non sine incomparabili relictæ, & omnium disciplinarum immedicabili vulnere,) is inquam habet, Q. H. F. Carmen secularē explicit: incipit Eclogarum liber primus, maiusculis quibusdam (ita tamen vt aliquo modo legi possent) characteribus erasis, atque in earum locis depictis alijs, qui lectori rā sermonum exhibent: Quare conjecturam facimus hoc antiquissimo habitu ea scripta olim prodūsse in publicam. Sed is, cùm male falsis ingenii, quibus nihil est mentis, redoleret nescio quid exoticum, nec domi sua natum, reiecto ex humeris Gazzo eo schemate inscriptionis, censuerunt ea Latino cultu emitenda. Quod dum faciunt, dēq. eius forma disceptantes non mediocriter (vt est vero consensaneū).

inter se se dissident, scinduntur incerti studia in contraria, vt poëta verbis utr: Nam alij quidem libros Sermonum, ex eo fortasse quod dixit, neq. si quis scribat vñ nos sermoni propria, &c. Alij verò contrà ex eo, Sunt quibus ia Satyra videantur acer, &c. libros Satyrarum inicribendos omnino decreuerunt, maiori certè cum iudicio (vt ego quidem censem) & applausu quam ceteri, nimurum quod admirationem Lucilij nou temere dixeris Horatium Romaos monere voluisse, sui quemque officij. Verùm demirari satis nequo, quid in mentem venerit illis tam emunctoris natis hominibus, quòd sui quasi immemores, non perinde toti operi indulserint suam epigraphen Graecam aquæ singulis eius poëmatiis: Nam in codice Būlidiano & Blādinii singula notata sunt hoc titulo Ecloga 1. 2. 3. &c. quos etiam numeros cum id genus appendice Lambinus nō difficitur se offeruisse. Rursus non satis scio quid hoc sit portentum, huic quidem operi inscriptionem hanc esse præpositam, i E C L O G A M O N U M, & singulis scriptis poëmatiscam ita penitus ablataam, vt neq. Satyræ vlla nota neque Sermonis appareat. Verum enim uero cùm ad me redeo, iniquior merito videri possum censor alienorum laborum, & non cernere acutum (vt ait Lyricus) vt qui nō videam hos librarios (quicumq. tādem iñ fuere) in extrēdis (pānē dixeram destruendis) scriptis Horatianis, tam fuisse prouidios, vt futuri non nihil præfagiisse videantur, quando ita prioribus adiunxerint posteriora, ac tanto consealū inter se singula cohaerere scilicet voluerint, vt, qui fortasse de suis finibus exorirentur zimuli, non haberent quod iure in calumniam raperent: nam vt inde à capite hanc in intuitorum Horatianis scriptis (vt cum illis loquer) tam præclaram operam ad calcem vsq. (vt fertur) arecessamus: *Quis in quatuor Odarum libris corum industriam non odoretur (adoret dicere. volebam) qui bene formatum corpus, mutato capite, rotum id monstratum ostentent?* *Quis enim non estimet hoc ineptum, singulas quidem inscribi Odas, toti verò operi præfigi hoc frontispicium,* Q. H. F. libri 4. Carminum, non etiam, libri 4. Odarum suum nomen proprium. Nunc quæso lector candide vide quanta cura, quo labore, ingenio, quata denique industria in insigniendis his scriptis Acroniani illi & Porphyriani cuculli sint vñ? Rursus vt nos alio transferamus, quam misera haec tenus & periculosa contentione per insigneis hos vñscriptos laborarunt ita sibi cum odis? èo namque ventum erat, vt solo ita nobis reliquo nomine, & vis eius in difficile certamen cum odis descederit, & ni Deus aliquis propitius expodus resperisset, eis aut pereundum, aut in exultum.

lium perpetuum fuisse abeundum: odis, punita, iam oīm sedem earum vñscapientibus. Postremō non fuit satis his nūgiuentis esse funditus portentis, nisi & se impios declararent. Quid est ne ab omni humanitate alienum filium familiās nullo suo merito quasi in insulas deportare, nedum à familia nomine & portione hereditaria arcere? Nemini enim vel propriis vnguiibus non est notius, quanta iniuria ad Pisones epistola à suis coēpistolis (vt sic loquar) tamquam cohæredibus aulaſa sit, reieſtāque in locum non suum: aliiſque iñſignib⁹ quām ſuā familiās, omnium oculis expoſita, putat. Q. H. F. liber de arte poētica. Quod eo fortasse cōſilio ab eis factum est, ne illi miterat, ſui nominis aliquando recuperandi villa ſpes ſupereret: Quod ei profecto hoc fuifset difficultius, quō minus vnas eaſdēmque ſedēs occupauerit: Nam in codicibus Blandiniis duobus, Tonsano & Diuici, ante libros Eclogarum: id aliis duobus Blandiniis & Büſtidiano, ante libros ~~in rōbus~~: in Nannij & Martinio codice locum habet ante libros epifolarum: vt taceam codices quos Lambinus tractauit. Nunc itaque apud te cogita lector benebole, num immerito pluribus hic conquerar huiuscemodi iniuriam ab improbis ſcioliſ v̄r odioſ & epifolaz ad Pifores, ſic hiſ quoque libris, quos nunc euoluimus, eſſe illatam. Nam quod ita fit; & antiquam horum librorum inscriptionem hanc fuisse, Libri Eclogarum duo: in primis p̄r ſe fert veruſſimius codex Bland. Deinde hæc in codic. ſcriptis manu ad marginem adnotatio, nec recens, nec omnino inepta, nobis vefſigium non otioſe prætereundum demonstrat, hiſ verbis, Eclogæ habent hæc nomina: ſi ad Iouem, Proſodia dicuntur. ſi ad Apollinem, Dianam aut Latonam, Peñanes. ſi ad Liberum aut Semelen, Dithyrambi. ſi ad ceteros Deos, Hymni. ſi ad homines laudandos, virupērandos, reprehendendos, lugendos, Oda. Sunt enim poēmatia brevia. Quid? num quid ex hiſ vefſigis vel mediocriter in ſcriptis verſatus, cencere merito potest, non aliter in ſcribēdos hoſ libros, quām Eclogarum nomine? Profecto huiuscē ego rei diſquirendæ gratia maiori vterer animo, & ~~in rōbus~~ non vulgaribus docerem hæc ſcripta potius Eclogas, quām Satyras nomiñadas, niſi iam multis rērō ſeculis doctissimorum viatorum conſensus vñanimis, meis rebus iuberet imponere modum. Atqui tamen hoc ciſta culpam omitti nō potest, & sermones & epifolas, aut vno Satyrarum nomine inſcribi debere, iuxta illud Sidonij hac in re (meo quidem iudicio) non incepti arbitri, vbi ait: Non quod per Satyras epifolarum sermonūmque ſales, &c. vtrbiq; enim & amaritudiniam irriſionēmque inuenias, & cum argu-

mento diſtionem humanæ conſuetudini, colloquioque familiari quām ſimillimam: Aut illis quidem proprium relinqui vt dicantur Eclogæ, hiſ verò vt ſint epifolæ: Nam sermonis nomen, vt latè pater, & in epifolis etiam reperitur, ita miñus est commodum ad hæc inter ſe ſcripta diſcernenda: niſi fortasse quis velit (in qua ſententia eſt M. Arnoldus Woulardus vir doctissimus) Satyras quidem ab Horatio ad imitationem Lucilij ſcriptas, ſed non inſcriptas, eāſque, etiamſi nominatum quædam ſint ſcriptæ ad Mæcenatem, tamē genetatiſ ad omneis pertinere; Epifolas verò ad eos proprie ad quos ſcribuntur. Sed lector remitto ad epifolam ad lectorēm post Commentarios poſitam. Quare hiſ nunc valere iuſſis, vt ad Commentatorem veniam, & Satyram hic agnoscam, hoc ad ea quæ ſcribit tamquam auſtralium apponēdum non inutile fore putau: Nimirum quod poſt legem apud Atheniensis ab Alciabiade latam contra comœdiaꝝ antiqua petulantia, viderur Satyra ſumiffis originem Crasino auctore: is enim Athenis in felis Dionysius primus eam inſtituit: ea nimirum de cauſa, vt per ſohis huiuscemodi, quales erant Satyri, dij. valde ridiculi, grauitas illa Tragica, iocis & ſalibus condiretur. Quod & Horatius in epifola ad Pisones graphicè depingit; inquiens, mox etiam agrefteis Satyros nudauit, & alper incolumi grauitate iocum tentauit. De etymo autem ipſius hominis Satyra, præter ea quæ iam diximus, quæque à Commentatore commemorantur, opinatur Varro ſecundo libro Plautinarum Quæſitionum, eſſe quoddam farciminis genus: Satyra eſt, inquit, vbi paſſa & polenta, & nuclei pīnei ex mulſo conſperſi. Sunt qui à lege Satyra nomen habere putant: euidem potius contrā, & legē Satyram dixerim hoc poēmatis genus ſubſecutam, quod velut vno falce comprehendat omnia vita, vel ipſo teſt lib. 2. Saty. 1. Primores populi atripuit, populumque tributim, &c. Ceterum in hac prima Satyra & Ode prima lib. 1. ſunt qui existimant à ſe diſſentire Horatium, ſed falluntur, vt arbitror. Nam & hic & ibi in confesso eſt Horatium dihiſ quām vitæ humanae docere actiones eſſe minimè conſanteis, omnesque homines vnum aliquod amplecti ſtudium tantisper dum omnia ſuccedit pro arbitratu. Cōtrā optare & ſequi varia, vel exemplo mercatoris in Ode prima, qui dum aura flaret minus ſecunda, detestat negotio laudabat otium & opidi rura ſui. Ita namque ingenio plerique ſumus omnes, inquit Comicus, noſtri noſmet poenitet, qui ſit Mæcenas. hæc enumeratio, aut, Dialectico more, inducſio inuerſa eſt, nam themati poſtpoſita eſt ſua ratio, hoc ordine ſtatuenda: nō mercator,

non miles, non agricola, non iuriisperitus, non aliquis genera huius alium non beatorem predicat, ergo nomen sua sorte contentus vinit. *vt nemo*. sors hic est actio, euerum, professio vita, ars, honor, ceteraque quibus humana vita sursum deorsumque varie agitur. *sors ratio*. admodum propriè dicit rationem date, & fortunam obiicere sortem (sic enim habent omnes manuscripti codic.) seu fors obicerit, non etiam sors obicerit. *vt aliqui legunt*, non apte: Nam si ratio est eorum quæ sunt semper aut quæ *vt plurimum*; & fortuna seu fors, eorum quæ præter hac fiunt (*vt habet Avitores* a. de Phyllico auditu, cap. 5.) necesse est rationis quidem esse sua munera certo quodam modo dare; fortunæ vero, temere quævis obiicere cuilibet. Verum enim *mutò* *vt* hæc res quasi ob oculos posita sit, & quorundam Horatius euadat perspicue cerni possit, paullò diligentius allaborandum est, *vt* quod ab illo *fractas*, id à nobis, quod ad eius fieri potest, *is argentes* disquiratur. In primis nobis pro comperto esse debet, hoc auctoris *epitome ex* *inimis philosphice* penitentibus defumum esse, quia propemodum sunt omnia, & satyram & Epistolarum argumenta. Naturæ autem (*vt aiunt illi*) & animorum vi duplex est, quibus tamquam ducibus aguntur humana ferè omnia: altera quidem ratio: affectio. vero & in agendo impetus, est altera, quæ *Grecis opus* nominatur. Ratio autem certo consilio iudicioque dirigit & sibi constare facit sua: actiones, muneraque & professiones, *vt* quæ sibi habet adiunctam prudentiam, quæ docet & explanat quid agendum fugiendumve sit; & ob eam causam possessiones huius sunt certissimæ, nullis motibus, perturbationibus, casibus, nullis denique fortunæ ludibriis obnoxiae. Sed altera illa *opus*, quæ in se neque consilium neque modum habet ullum, tam est varia, tam incerta & mobilis, quam sunt caduca & instabilita, quæ extrinsecus ei obiiciuntur: adeò *ut hominem* saxe rapiat in precipitum, extremaque *consectari* compellat, donec aliquod rationis moderamen quasi frenum ipsi obiectetur iniiciaturque. Hanc ego arbitror Horatium significare cuiusque sortem, quæ partim quidem à ratione, eam aliquo modo gubernante, partim vero à fortuna ipsius impius comite non infrequenti, dependet: cuius insana cæcitatem, Cothurno (*vt aiunt*) versatilius factus humanus animus, vel ad quemvis auræ strepitum infelicem, nunc huc nunc illuc impellitur sine recti verique cognitione. Huc facere possent ea quæ à Platone de necessitate, iussisque Dei inevitabilibus differuntur: deque vi astrorum, in qua fortuna sita est, *sic certa fixaque causa*: nec non de factis causis

indubitanis & firmis: Præterea Lachesis illius hic spargere posset suas sorteis: verum hæc ipsa cupio esse temota à Christianis & oculis & auribus. laudes diversæ. hæc vita condicio tædiosa, quam ex sensu mali alicuius à nobis apprehensu volumus omnes cum alio commutatam, ex eo fonte dimanat, quod & aliena mala leuiora existimus, & nostram cum felicioribus vitam conferamus: quemadmodum ad finem huius Satyri liquido tradit Horatius. Quare si huiuscmodi molestis affectionibus ire obuiam, easque reprimete desideremus, πονεσθήσας τούτο, ἀπεχόμενοι φρεγάταις της ουφρεγώντες, τούτη μεταποιηθεῖσας τούτης τηλεμαχοῦ δρόμοις. id est, hoc faciemus, inquit Hipparchus in lib. de tranquillitate apud Stob. si prudentiam & temperantiam assecuti, presentibus vivamus, & non multa desideremus. fractus membrum. Synceduche constructio- nis, habens membra, ab ore militari fracta. Quām fuerit Romanorum milicia laboriosa, in ferendo cīneatu, in gestando armis, & vallo, plena sunt scripta veterum: iccirco - vult aliis militiam à mollitia per antiphrasim dictam, quod ea minime mollis fuerit, sed dura & aspera. *quid enim*. coniunctio enim, hic expletiva est, ita ut pleniorum quidem reddat orationem, sed nihil addat ulterius: talis est, atenim apud Cicer. ad Q. fratrem, at enim inter ipsos existunt graues controver- sias, sic, sed enim, apud Virgil. Sed enim Troiano à sanguine duci audierat. Plautus, *Quia enim* metuo ne in aqua summa nater. *citas mors*. sic habent 4. codices Bland. Tons. Diu. & Mart. *datis vadibus*. vas, inquit Vario lib. 5. de ling. Latina, appellatus est, qui pro altero promittebat. Conseruado erat, cum reus esset parum idoneus incep- tis rebus ut pro se alterum daret, à quo caueri posset, lege cautum est ab his qui prædia vendent, vades ne darent: & ab eo scribi coepit in lege mancipiorum, vades ne poscerent, nec dabitus. Hæc Vairo, ex quo facile colligere licet, primum vadem dictum, quies pacis, conuentis & mancipiis sese pro reo, vadimonio obligaret, si fortasse res ab emtore euicta esset, ut appareret ex lege venditionis. At postea coepit vas quidem dari in re capitali: præs vero in re ciuili & numaria. *Quemadmodum* Aufonius in suis monosyllabis scribit: *Quis subit in pœna capitali supplicio?* vas: *Quis cum lis fuerit numaria, quis dabitus præs.* Alconius autem Pedianus scribit prædes dici fideiusti- fores, quorum bona prædia dicuntur. *loquacem de- les*. *is argentes* certum est hunc Fabium fuisse molestem aliquem percontatorem, ea enim ferè in orbem redeunt, loquacem esse, & percontato- rem: nisi quis malit eum clamosum fuisse causidi- cum,

etum, ad quem omnes certatim ex eo genere hominum accurserent patrocinij causa: non raro enim iudices clamoribus & improbitate actoris impulsi, vel accelerant vel pronunciant sententiā, quam plerumq. postea velint esse tacitam. Videtur itaque talem denotare, qui etiam si gaudeat in turbula litigantium versari luctarique, eum tamen nimis hac multitudine tandem posse desatigari. *ne te moras*, locus atentionis a breuitate. *si quis Deus.* vide quam cōmodē in hoc statu causæ pro rei magnitudine, de qua hic omnibus secum dicit esse contiouersiam, nō iudicem aliquem hominem (vt qui omnes inter se dissentiat) sed Deum introducit arbitrum, si singulis citra damnum alicuius, pro voto facias satis, vt da: *is vniuersi partibus aequis,* tranquillos & beatos dimittat: quod quidem beneficium ab homine dari nequit; sed ab uno Deo, qui auctor est fortis cuiusque, & tribuenda, & probatur a suo vel in melius vel peius commutande; iuxta illud Davidis: *In manibus tuis sortes meæ. buccas inflor.* de arrogatiis & superciliosis, ut inquit Suidas, *ἐν τῷ ἀλαζόνῳ γένεται λύκην* quo loco ipse coniungit duo adagia eiusdem sententiarum, *φρόντιστος οὐαράντις καὶ γνώστης θυεράντις*, id est, superciliosus contractis, & buccis inflatis, nolens. sic scriptum est in omnibus codic. vt sit modi potentialis, hoc sensu, non possunt, nec æquum est eos velie, ut muratis vita institutis hinc discedat. Tale est illud Virgil. *Qui equid eris, nam te nec sperant tartara regem, hoc est, sperare non possunt.* Cicer. ad Q. frarem: *Quod labores, nihil est: pro, debes laborare. iocularia. cx.* Quintilianus de ridiculis cognosci potest, quod iocus sit in verbo, ludus in facto, sed alterum frequenter subit vicem alterius, ut hoc loco, iocularia pro ludiciis rebus. *Sic iuuenialis.* Quoties voluit fortunaiocari, non dicto, sed facto. Ouid. Hos signara iocos tribuit natura pueris, Materia ludunt vberiore viri. *quamquam rid.* hoc est, ridere & verum dicere; ridere autem hic est dicere aliquid insu dignum, aliquid falsi & lepidi, quod nūl mordeat. *cruscula.* cruscula, inquit Varro, à crusta pultis, cuius ea quæ vt corium exuritur, crusta dicta. Quare crusta à corio venit, quasi coruta, vt à fide, fidussum, à veru, verbustu, vt caro verbusta apud Plautum. *sed tamen amo.* redditus ad prius institutum, egressus est enim à themate, quasi aliud agens. *ille grauem duro.* hic quasi basim lacere incipit futurae cōclusionis huius *τριχοπίκορος*, nimirū omnis quidem sequi diuersa studia, sed ad eandem collimare finem ultimam, putā auaritiam. *ille grauem.* periphrasis agricola. *mauag.* mercatores. *ut in otia tutu.* egregius avaricie prætextus, ab otio & quiete senili, iis hominibus ferè perpetuus, qui fōrdido quaestu rem fa-

ciunt, quem prætexunt in opere senecte: ita fit ut neque iuvenes, neque senes beatè vitam transigant, vt eleganter haber hoc epigramma ἀδηλοῦ ή ηθοῦ, ἀλλα πάντας, νῦν γηραῖς πλάστοις εἰμι, ἀ μόνος εἰν πάνταν σιργὸς οὐ ἀμφοτέρος. οὐ τόπο μὴ χρησταῖς διεμέλι, ὅπερ ἄνθεις ἔχει, νῦν δὲ ὥστε χρῆσθαι δύναμαι. τοῦτο έχω. Quod ita Latinè reddidi: *Pauper eram iuvenis, ditem premis ipsa senectus: He i mibi, tene iuuenem, nunc dolet esse senem.* Vt cūm poteram, mihi nil erat æris in arca. Vt cūm nequeam, nunc mihi plus sati est. *parvula nam ex parvula* habent Bland. codices, argumentum ab exemplo peculiari fōrdidis, qui magno quidem labore aut se bona conquerire, sed non perinde fatentur se non in omnibus respondere industriae & sagacitati ipsius formicæ; nam quæfitis non vtuntur dum tempus postular ipsius instar. *atque addit a nōcē renat* cantur fruges secat ore sepultas, inquit Baptista Mātuanus in Eclogis. *quaesitū: acquiritis cibis. sapiens.* in hoc contentiunt omnes manuscripti codices, nam moderatè suis vii docet sapientia. *demonstrat.* in omnibus scriptis præter Mart. neque hiems i. m. festinata narratio per a syntheon, dum ne. *οὐ ποὺν*, vt ne. πλειῶν. nisi malinus sic exponere, dum ne, donec, vel dāmmodo non sit alijs te diutor. *quid iuuat.* amica monitio, cum tacita obiurgatione. *defossa terra deponit.* id est altius fossa, ut delassare, supra, valde lassare. Hæc autem oratio, deponere pondus immensum defossa terra, an præpositionem requirat, pto deponere in defossâ terra, non ausim dicere: nam deponere hic aliam quam propriam vim notare videtur. verū hoc disputent Grammatici: ego certè huic similem video vñspasse Columellam lib. 5. cap. 4. de vineis loquenter: *Omnium autem satorum ferè eadem est condicio, nam vel scrobe vel sulco semina deponuntur. simidum.* proprium auaro, is enim perpetuò sollicitus est, ne diuicias paratas amittat, vt Euclio ille Plautius. sic Aristoph. ἀλλα λέγετε πάντας, οὐ δειλότεροι οὐδὲ στελέτος, hoc est. Quin dicunt omnes diuicias esse quid timidiſſimum. Euripides de auaro qui autum seruat defossum, ait, *ἴγε φρόντιστος αὐτος ὄλεσον καλός, φόλαργος δὲ μάλλον κρημάτων διδάγοντα.* hoc est, hunc ego nequaquam beatum nominauerim, sed potius feicim diuinarum custodem. *quod si continuas.* ad numerum num: iuxta illud Persij Satyr. 2. ne quicquam fundo suspiret numerus in imo. *quid habes p.* & pulchrū est hic bonum vtile: vñ namq. splendescit pecunia. *milia frumenti.* per vñicum in omnibus scriptis. *tua triverit a.* per tritaram rediderit. aut est hypallage, pro triverintuam aream, dum exciterentur triturarenturq. est que concessio. vel subintelligere est opus τὸ ετοῦ, *sue-*

aut similem particulam; ut hæc sit sententia: sit ita
vt tua area, &c. vel, etiæ tua area terat cent. mil. fru-
non hoc, id est, non ideo capiōr est tuus venter
meo. sic enim arbitror accipiduum r̄ò hoc, vt
postea r̄ò cō. reticulum. reticulum apud maiores
notat varia, est enim quo religatur coma, Capilla-
re ipsi Martali. est & Pastillus odoratorius, vt
postea, Pastillus Ruffillus oler, Gorgonius hir-
cum. Cic. reticulum ad nareis apponebat plenum
rō. hic autem capitul pro sacculo ad panem ge-
standum, sive loculis ad reponendam pecuniam.
Vegetio est follis. Ostendit à simili avarum non
esse melioris condicioneis in exaturando ventre, ex
amplissimis suis diutius, quām sit seruus, cui inter
venalitios ab opere vacuos, panarium gestanti ex
dimensione diurno, æqua cum aliis portio dabatur.
vel die. responde ō auare. Ausfidus. per pulchra, &
huic comparacioni aptissima allegoria, quam lu-
ber paucis euoluere, vt tegumento detracto res a-
perta sit omnium oculis. Fonticulus hic, est natu-
ra recti & honesti particeps; flumen autem mag-
num, vita & conuersatio humana: ex fonticulo
haurire, est melioris illius nature ductum sequi,
qui unicus est simplex, & ab omni vitiorum in-
quinamento purus, & sine vlo strepitu tranquil-
lus: ad flumen non procul à capite desolum, id
est, vita nondum perturbatius agitata, seruat sui
fontis magnam quidem integritatem: verū vbi
ad multa iam stadia ab origine sua, atque adeò
miliaria delabitur, fit aqua pluvia turbatum, vnde
aque torrentibus, riuis, lacuni, omnia coeno-
sa secum omnēque immunditium deuchentibus,
cuius in ripa subsistere pericolosum: aquam
quoque ex ea haustam bibere & noxiū est, &
plerumque mortiferum. Ad hunc modum con-
uersatio humana est eō purior, quō propius abest
à natura recti conscientia; verū vbi longius ea va-
lere iussa, cœpit implicari suis affectibus, ita tota
reditur ab origine sua aliena, vt vir scintillam re-
cti in illa emicare videoas; hinc adeſt dolus, isti
peririum, illinc furta, rapina, cœdes, ambitio,
assentatio, ceteraque omnium vitiorum caterua,
quæ, tamquam pntidi riuuli, & cœnoſi, tanto im-
petu & furore rapiunt hominem, vt natura neq.
sui recuperandi villas vireis habeat, neque illum
ab interitu vindicandi, sed vitam amittat in vni-
dis. Quinetiam dictum hoc Horatij simpliciter
acci potest, vt adnotauit Arnoldus Woula-
rus; ita vt per magnum flumen & fonticulum
intelligamus immensas & mediocres iopes, vt re-
spiciat dictum illud Hesiodi ἀνηγκαῖος, dimi-
nū plus toto. at bona pars. subiectio: qua ostendit
Horatius cedendum quidem esse multitudini,
sed non cum ea sentiendum, nisi quis vult liben-

ter errare à vero & recto, *quatinus id fa*. sicut habent
codices Bland. Mart. & Ton. cum hac adnotacio-
ne: quia seruit pecunia. *vt quidem Ath.* Cōmen-
tator existimat hoc ad Timonem Misanthropum
pertinere, sed mihi non sit verisimile, propter hoc
Aristonymi apud Stobæum, Τίμων ο μισάνθροπος,
συχαιρεῖ τὸν κακὸν ἀνα, ἀπληγέας, τῷ φύλοδέξια.
hoc est, Timon ille olor hominum elementa ma-
lorum esse dixit, insatiabilitatem & ambitionem.
Verū ad marginem vnius codicis Bland. scrip-
tum inueni, hic quidam notat Fabius, Ταντα-
λοῦ λ. quām lepidè, Ο περόδη, auari quasi aurem
vellicat, inducta hac Tantali fabula; non est enim
ouum ouo tam simile, quām avarus Tantalo, quē
mentotenus in aquisstantem, eamque hauritu-
xientem ipsa subterfugit, quēmque vt Dij decre-
uerunt in perpetuum sitire, ita avarum suis vii
bonis non finit dea avaritia. De genere vero apud
inferos eius supplicij, inter seſe dissentient auto-
res. Homer. ἀνδρῶν. λ. eum Horatio facit. At Pin-
darus cum Euripide vult imminentis capitū sarcum
perpetuò minari casum cum ingēti horrore Tan-
tali. Elegans est epigramma γένους lib. 4. epigram.
in effigiem Tantali: Έτος ο πρὶν μεμεριστι σωτή-
ρι, οτε ο πολὺ πολλάκις πεπτερέας πληστέρων
πάγρος. Νύκλεάδος θετῆς πεπτερας. ι φθορηρή
χρυσοί γαλάδες ιστι πεπτερέας. Πίνε λέγετο το τό-
ρομηρα, καὶ δράμα μάνθανος οργής, οὐ γάλαζη προπτηνή
ζεῦς πολλαὶ θυμάς. hoc sic Latinè à me versum est:
Pristinus hic coniuua Deūm, qui plena liquatis
Sæpius exhaustis pocula Nectarai: Nunc guttam
potus mortalis deperit, atqui iugiter à labris in-
uida lympha fugit. Hoc bibe, ait, signum, sed &
orgia dicē tacendi, Has dare me pœnas lingua
proterua iubet. *mutata nomine.* ἀνδρῶν fabula.
sacci, sacci vel sacculi suprà meminimus in di-
ctione reticuli, hinc sacculari, Vlpiano, qui magi-
cis artibus, & hos auctorū loculos incantare, & pecu-
niam interruere credebantur. οὐκέτι enim,
ιστι τὸ κακεῖσθαι Διός τὸν κλωστὸν τὸν σάκκου, vt ha-
bet Hesych. id est, evacuare per fraudem ipsos
loculos seu saccos, vt non immerito magna cu-
ra suis saccis indormirent. *nescis quo v.* sic legi-
tur in 3. Bland. Ton. Busl. Diu. codic. videtur
autem hic locus alludere ad ea Menandri apud
Stobæum, τὸ ἀργύρεον εἴσαι μεράκιον τοι φαινε-
ται, οὐ τὸν ἀτακτίατον καθ' ἡμέραν μόνον τιμὴν πα-
ρεχεῖ οὐκατάστρεψι, ἀλφίτων, ὅστος, ἐλαῖος, μί-
ζος οὐ δέλλον τινὲς. id est, argentum ο adoleſens
tibi videtur, non modò rerum necessiarum quo-
tidie pretium præbere posse, vt panis, polenta,
aceti, olei, sed quippiam habere maius. *quibus*
doleat. dolor hic paupertatis comes est, ex quo
tamquam ex opposito intelligitur hæc sententia,

ad de præter hac, quæ corpori alendo sunt necessaria, ea etiam bona, sine quibus non licet in voluntate vivere, summoque bono frui, genioque per omnina indulgere, quod nemini fortasse est integrum sine viu pecunia; quæ tamen si negentur, natura do, et, summoque malo afficitur, ex Epicureorum sententiâ. *an vigilare m. à periculis, molestia, metu, doceat auro, viu bonoru esse pauperrimorum at si sondo, frigus hic non est elementaris ex qualitas quæ mensibus hibernis corpus adurit, quæque faciat etiam sine fomentis adhibitis à medico pelli potest; verum est horror i. le aquæ intercuris, quem hydroponem nominamus. is enim lecto corpus graui ex affligit, id est, ad lectum: hic opus est medico qui suscitetur afflictum ac reddit amicis. affixit. habent omnes codices, præter Tous. qui havet affixum. ac reddat na tres Bland. codices habent, ac gnatus reddat, quod magis est sonorum. non vox. removet ea quæ commoda dicebat se expectare ab amicis, qui multò eum intetire magis optant, quæam pristinæ restituunt, ut, si non viuus, mortuus falorem prodesse possit: at si cognatos. In duobus Bland. codicibus reperi hæc interrogatiæ sentia, per an, ad eum vique versum. denique sit finis. verum visitata dicitur. Etis lectio mihi probatur magis, nimirum ut hæc sit clausula remonstris superioris: atenim coniunctio hæc est illativa per enallagm, pro quare, itaque, ergo, aut simili: sicut apud Homerum, ἀντίδικος γέγενες, ἀντίτιθες εὔνοος. Tale est & illud Ouid. 2. Metamorph. Vix me patiuntur vbi acres incaluerent animi, cerniisque repugnat habens: At tu, funesti ne sim ribi munericis auctor, nate caue. In hunc ergo modū hæc collige: Quare & anare, si cognatos, quos nullo labore dat tibi natura, velis seruare amicos, infelix operam perdas, id est, perdere debes, potentialiter. Aequi hæc illatio, parum certè Dialectica, non nihil habet scrupuli; quare opinor eam non primoribus tantum labris (ut aiunt) degustandam: si quid autem præter eos quos vidi interpretes hic conari velim, lector candidus id in bonam partem accipiet. sibiq. persuadebit, me laureolam non querere in mustacis, sed sibi plus certis operam dare: quod facile deprehender in ratione suprà posse, si Dialecticos cionones pressius collat, nam si Connexa (quam Hypotheticam seu conditionalem nominant) ea demum vero est quæ partem priorem significat sine posteriori veram esse non posse, hæc Connexa, si tu anare velis cognatos seruare amicos quos nullo labore dat tibi natura, infelix perdis operam, planè fallax est & inutila, nisi per Synchysin (quæ figura est Horatio familiaris Graeca) addas et nullo labore, (pro studio & bene-*

meritis) prioribus, non etiam verbo, dat, ad hunc modum, si nullo labore velis seruare amicos cognatos, quo tibi natura dat, infelix iudicis operam. aliquo enim prius pars vera esse poterit per tubulacionem eius vocis, munificencia, aut similis aliundè petitæ, cum posterior pars non fuerit vera, nam aurus si sit in cognatos liberalior, non perdet operam, sed eos retribuit amicos. Dominus V Vouillardus censet et nullo labore, esse exaggerationem ingratitudinis, quæ sententia quoque non displicet, modo hic sit ordo horum versuum. At si tu infelix, his tuis moribus & avaritia lordinibus, velis cognatos seruare, quos natura tibi dat amicos, etiam nullo tuo labore, veritas operam. Iudicet lector doctus. *perdas. codex vnu*: Bland habet perdas; Mait. peidis. reliqui omnes perdas. *in campo*, sic scriptum est in omnibus antiquis, ut sit motus in loco. *affillum docet*. Erasmus in Chiladiibus habet, afflum sub treno correre doces, id est, doces in docilem, cui contrarium est, *in inveteris et diu*, hoc est, equus in campum supp. prouocas *parautem curr*. hoc est, doceat parere & currere, ut iupra, ridet: em dicere verum. *denique sit finis*, adue. biuum denique, pulchre notat hæc vltimâ esse contentionem cu exhortatione, ut aliquando sibi multus auatus, vtratur quæxatis & misere vivere desinat. *ne facias*: in hac scriptura cōsentient omnes scripti codices, nec iuvera aliter legi debet, quia suadet Horatius auaro, ne faciat quod Numidius quinā, &c. & ita hunc locū refert Sosipater Charissius lib. 1 de cōiunctione, his verbis. Itē rōne, accentu acuto imperatiua recipit, ut, ne fac. Quoties verò graui accetu, pro eo quod ei, ibi, accipitur, optatiua recipit, ut apud Horatium, ne facias quod Numidius, &c. Nonnunt. quam, etiam si acuto accentu efficeretur, optatiua quoque recipit, ut, ne facias, ne scribas: sed interest inter hoc & illud, quod diximus, ne fac, quod hic imperamus superius suademos. Haecens Charissius, apud quem etiam vides seruatam hæc dictiōrem, Numidius, de qua etiamnum magna fuit controvērsia ex codicibus manu. quænam ea esset, an Vmidius, Vmmidius, Humidius, Fufidius, an Vuidius, legi deberet, ut ait Nannius noster per *arrigogetus*, cum eo, inquit, nihil fuerit sicut non longa. attentione breuitate. metiretur. metiri nūmos non perinde nouum & inauditum est ac nos tristis. *regat* maximopere pretiū. *fortissima Tyndaridorum*, magna me teneat admiratio viros etiam doctissimos in hac dictione Tyndaridaru, canores Græmaticos de Patronymicis in es masculinis, & in is, femininis, matuisse usque déq. habere, ut fertur, quæam *in iubis*, explicuisse pro Tyndaridū, quæ filia fuerit Tyndari: ut aliozū ero alium

alitum apud Lucretium. Profectò Castor & Pollex Tyndaridæ merito cum quibusdam de iniuria grauissima ex postulent, qui: orum Clytemnestrae & Helenæ de paricio dico cauam ipsiis communem faciunt, in matculis scilicet intelligendo feminas. Quanto rectius certè Iuuenatis fratres ab huiuscmodi cæde liberans, ait ad finē Satyr. 6. Occurrit malus tibi Belides, & Eriphy'x, mane Clytemnestram nullus non vicus habebit. hoc tantum refert quod Tyndaris illa bipennem insulam & satuanam lœua dextrâq; tenebat, &c. Nam & Belides, Beli filiae quinquaginta suos maritos occiderunt, præter Hypermenstram: & Eriphyle. cædi passa est Amphiaraum maritum per proditio-nem. Ut vivam Nasius, aut sic ut No. sic habent omnes scripti codices. Est modus in hoc enim pro confessio est apud omneis latos, ut omnis aequaliter hoc est, virtutem in mediocritate conlittere. hic facit illud Pythagoras, μη διατελεῖ περιγράφει απειρούσας τὴν οὐκον. μηδὲ οὐτε πέρι τοις. μετροῦ δι την πάσιν αἴσιον. id est, ne sumtus temerè & importunè feceris, sed neque illiberalis elto: modulus in omnibus est optimus. illuc unde abi. Superioribus annis euulgati Commeatarios nostros in hunc locum, sed obscurius (fateor) exposui nostram sententiam: Qua grata Henricus Stephanus vir doctrina in primis excellens nos tacitè quidem, sed candidè monuit: quo vitam docendi modo docti inter se liberaliter & non maleuola cauillandi lascivia gauderet, multo certè rectius agerentur omnia: nunc propter Archilochicam illam mordacitatem, quæ ferocior sæpe est quam deceat humanitatē (taceo Christi profiliūdem) & disciplinæ passim male audient, quod inflare credantur animos, & harū doctores. viri principibus odio sunt & neglectui. Nec me Hercules, immetit: nam qui præcipiunt ea quæ recta sunt, iis ne conuenit inique aut dicere aut facere? profectò hac beneuola Stephanus significatio effectit ut & hunc locum & alios, ut postea patebit, presulius examinarem. Quo nomine magnopere me lætor in ære eius esse: quod maiori cum senore ut accipiat, velim ab eo, si per occupationes licet, in aliis quoque locis id fieri quos minus apertos vel apertos existimabit. Ceterum ut illuc vnde abi redcā, hec est in scriptis nostris ante annos aliquot vulgata lectio. Reueritur Horatius ad primum iugurtham, &c. rectius hoc modo: Post ēcōs ad fabulam Numidij, & cōparationem Næuij & No-menantij reddit ad auarum, ut ostendar inconstit-tia humanae præcipuum causam esse habendi si- eis sub praetextu quietis & otii senilis, nemorū ut auarus. hæc vulgaris lectio in duobus est cod. Bland. Diuizi, Tonsani, Marx. Bush. Nan. sed ter-

tius Blandin. habet, nemo ut auarum, sine elisio-ne vocalium, quod in hoc auctore inveniu non adeo rarum est. quartus autem Bland. & antiquiss. habet, quin nemo ut auarum, quæ lectio mihi videtur optima. In Diuizi codice et quæ ponitur supra rō ac. potiæ, ac potius laudet, quod non suo loco positum hic ponendum curau in haec sententiam: Qui sit ut nemo alias in sua sorte sibi plaudat ut auarum (populus me sibilat, at mihi pludo) sed omnes potius laudet diuersa sequenteis: rursus, Qui sit ut nemo tabescat, &c. nemo se maiori pauperiorum turbæ comparet, & sic, ut auarum, hunc aque hunc superare labore, & ut sic festinanti semper locupletior obster, sed omneis alij potius laudent diuersa sequenteis: Cuius inconstantia causam supradixi esse auaritiam sub ve-lamine senilis quietis, quæ quasi fons est & securi-gio malorum omnium, ut habet Apollodorus apud Stobæum, ἀπὸ χειρός λητὸς καρπάλαιος τὸν γάνθον εἰργάζεται, οὐ φαλαρεὺς γηράτερος. id est, propemodum caput malorum nominasti, auaritia enim insunt omnia. hinc ait Horat. omneis errare perturbarique, nec aliquem sua forte con-tetur tranquille viuere, nec beatū vita cedere, non auarum, qui licet sibi plaudat, tamen à tapido numquam cesset, non alios ob inconstantiam, qui suæ mortis pertulit, semper maius lucrum am-bitioni seellantur. Quod autem sint in auaritia cetera ferè mala, testatur Horatius ad finem Epistola lib. 2. ad Florum, inquiens: Non es auarus? abi. quid cetera? iam simul isto cum vitio fuge: ritè careris tibi pectus inani ambitione, caret mortis for-midine, &c. Ita namque legitur locus ille in scri-ptis omnibus quæ mihi videre contigit, ut ibi dicimus, auctoritate Christo. Henricus Stephanus huc locum paulo aliter exponit, ut mihi videtur, inquiens: Quæ sit ut nullus auarus ita sibi placeat ac potius laudet diuersa sequenteis, ut alij faciunt? Sed ea ab hac nostra relatione tantum discrepat; nos enim miramus alios non esse cum auaro in insitu-vita stabileis: ille vero contraria miratur auarum non sentire cum aliis & laudare diuersa sequenteis. diiudicet lector. ac potius lau. Bland. antiquiss. cod. & Sil. habent as. sic se finanti. dum expiendis opibus dat auarum operam, fit ut ditiorum cōparatione numquā sibi acquiescat & satis amimo faciat, locupletior obster, sic habet cod. Tonsanus sine vlla litura. cuius lectio mihi auctor est Stephanus, cūm ad eius coniecturam diligenterius scripta nostra perdeglo: à quo non difficiuntur. inde sit ut r. huic sententiæ concinit illa Phauorini philosophia apud Stob. οὐδεὶς γῆραστος πλανεῖ, οὐδὲ οὐρανὸς πλανεῖ οὐτε οὐρανὸς πλανεῖ. τὸ δὲ ιδιομένος Σέλωνος, γηράτερος οὐτε νεώτερος οὐτε οὐρανὸς οὐτε οὐρανος.

metus puerorum, in dieis non eis iuste mālū duxeruntur. ēas dīys iis rīs ayadis iis rō vixigōs n̄ iis rōis maxoīs iis rō irodīs regi, dīs Alītys. ēas lērōnō. hōc est, nemo sanē adeo diues est, qui non pauciora habeat quām desideret: at illū qui animō futurus est tranquillo, & bene compōsito, oportet in lēra fortuna alios respicere qui pauciora bona possident: in sinistra autem infeliores: Si verò in prospera fortuna meliorem, aut in aduersa minus malam spectaueris, perpetua tristitia laborabis. vita cedat. hēc vera est, & genuina lectio, in ea namque correspondent omnes cod. manuf. prēter Diuā. nec est cur de ea quis ambigat cūm sit appositissima & Latinissima: Nā cedere vita, est hic quasi vltro & forti animo ex hac vita migrare, exācto iam vīz̄ curriculo, quemadmodum solet conuiua exaturatus discedere magno cūm desiderio. Verūm quia perpacī se beatos in hac vita pre-dicant, perpaucos ait Horatius inueniri qui libenter vita cedant, & hinc abeant ad superos. Ad hūc modum dixit Cīc. ad Octauium: Cedam vita, quæ quamquā sollicita est, tamen si profutura est recipib. bona spe posteritatis me consolatur, qua sublata non dubitanter occidam, atque ita cedam, vt fortuna iudicio meo, non animus mīhi defuisse videatur. ne me Crispini. elegans occupatio-rēdo & cuiusdam loquacitatis, quo virtio ad nau-seam vīsq. laborabathic Crispinus Lippus Stoicus.

E C L O G A I I . C V P I E N N I V S .

A M B V B A I A R V M collegia pharmacopole,
Mendici, mīme, balarrones, hoc genus omne
Mæstum, ac sollicitum est cantoris morte Tigelli.
Quippe benignus erat. cōrā, hic ne protigus esse
Dicatur, mesuens, in opere nolit amico,
Frigus quo, durāmque famiem depellere posse.
Huic si percuncteris, ausi cur, atque parentis
Praelatā ingrata stringat malus ingluvie rem,
Omnia conductis coēmens obsonia nummis:
Sordidus, atque animi parui quod nolit haberis,
Respondet. laudatur ab his: culpatur ab illis.
Fusidius rappae famam timeret, ac nebulonis,
Diues agris, diues posuit in fōnōre nummu.
Quinas hic capiti mercedes exigit: atque
15 Quanto perditior quisq; est, tanto acris urget.
Nomina sectatur modo summa ueste virili
Sub patribus duris tironum. maxime, quis non,
Iuppiter, exclamat, simul atque audiuit? at in se

Pro quaestu sumptum facit. hic, vix credore possum,
Quām sibi nō sit amicus: ita ut pater ille, Tērētī 20
Fabula quem miserum nato vixissi fugato
Inducit, non se petus cruciuerit, atque hic:
Si quis nunc querat, quō res hac pertinet? illū:
Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt.
Malchimus tunicis demissis ambulat: est qui 25
Inguen ad obscenum subductis usque facetus,
Pastillos Rusillus olet: Gorgonius hircum.
Nil medium est. sunt qui nolint tergisse, nisi illas
Quarum subiuta talos regat instita ueste.
Contrā, aliis nullā, nisi olentis in fornicē stantem. 30
Quidā nos tu homo, cūm exiret fornicē: macte
Virtute esto, inquit sententia dia Catonis.
Nam simul ac venas inflavit etra libido:
Huc iuuenes equum est descendere: non alienas
Per molere vxores. nolim laudarier, inquit, 35
Sic me, mirator cunnī Cupiennius albi.
Audire est opere pretium, procedere rectè
Qui mæchis non vultus, ut omni parte laborens:
Vtq; illus multo corrupta dolore voluptas,
Atque hac rara, cadat dura inter sape pericla. 40
Hic se precipitem techo dedit: ille flagellū
Ad mortem casui fugiens hic decidit acrem
Prædonū in turbā: dedit hic pro corpore nūmos:
Hunc permixxerunt calones: quin etiam illud
Accidit, ut euīdām testū caudāmque salacem 45
Demeteret ferrum: iure omnes: Galba negabat.
Tutior at quanto merx est in classe secunda?
Libertinarum dico: Sallustius in quas
Nō minus insanit, quām qui mæchatur. at hic si, 50
Quāres, quā ratio suaderet, quaq; modestè
Munifico esse licet, vellit bonus, atque benignus
Esse: daret quantum satiū esset: nec sibi damno,
Dedecorū foret. verūm hoc se amplectitur vno:
Hoc amat, hoc laudat: matronā nullā ego rango.
Ut quondam Marscus amator Originis, ille, 55
Qui patrum mīme donat fundūnq; larēmq;:
Nil fueris mi, inquit, cū vxoribus vñquā alienū.
Verūm est cū mīmū: est cum meretricib; vnde
Fama malugrauius, quāres. trahit. an tibi abūde:
Personam satiū est, non illud, quidquid ubique 60
Officit, existare? bonam deperdere famam,
Rē patrii obliuiae, malū est vbiq; quid inter-
Eftim

- Est in matrona, ancilla, peccave togata?
Villius in Fausta Sylla gener, hoc miser vno
65 Nomine deceptus, penas dedit usque superque,
Quam satius est, pugnus cæsus, ferro que petierunt.
Exclusus fore, cum Longarenus foret intus.
Huic si mutonis verbis mala tanta ridentis
Diceret bacchanus: quid ruitib; nūquid ego à te
70 Magno proguatum deposco consule cunnum,
Velatūque stola, mea cum conseruit iras
Quid responderet? magno patre nata puerula est.
At quanto meliora mones, pugnansq; istius.
Dives opis natura sue: tu si modò recte
75 Dispensare velis, ac non fugiendis petendis
Immis eres tuo vitia, rerumne labores,
Nil reserpe putis? quare, ne paeniteat te.
Desine matronas fæctarier: unde laboris (dus).
Plus baurire malo est, quā ex re decerpere feci.
80 Nec magis huic inter niueos, virideuq; lapillos,
Sit licet hoc Cerinthe suus, tenerum est femur,
aut crus
Reffus: atque etiam melius persape togata.
Addi huc, quod mercem sine scutu gestat: aperte.
Quod vendit hubet, ostendit: nec, si quid boni
nesti est,
85 Iactat, habetque palam: quas it quo turpis acer.
Regibus his mos est, ubi equos mercatur opertos,
Inspiciunt, ne, si facies (ut sape) decoras,
Mollis fulta pede est: emtorem inducas hiantem.
Quod pulchra claves, breue quod caput, ar-
dua ceruix:
90 Hoc illi recte, ne corporis optima Lyncei
Contemplere oculis, Hypsea cæcior, illa,
Quæ mala sunt, spectes. ô crus, ô brachia: verum
Depygus, nasuta, brevi ltere, ac pede longo est.
Matrona, præter faciem, nil cernere posse,
95 Cetera, nī Catia est, demissa ueste tegentis.
Si interdicta petes, vallo circumdata (nam te
Hoc facit in sanum) multæ tibi cum officient resi
Custodes, delicta, cimflanes, parafira.
Ad talos stola demissa, & circumdata palla,
100 Plurima, qua inuidant pure apparere tibi rem.
Alter a nil obstat, Cois tibi pane videre est
Ut nudam: ne crure malo, ne sit pede turpi:
Metu possum gculo lassu, an tibi manu.

Insidias fieri, pretiumque avellserant,
Quam mercem ostendi? leporem venator ut alia 105
In nubo seletur, possum sic tangere nolst;
Cæsar, & apponit. meus est amor huic similiu: nā
Transuolat in meas postra: & fugientia caprat.
Hoc sine versiculu speras ubi p"esse dolores;
Atque aës curæque gracie e p"eclore tolli? 110
Nonne cupidib; statuat natura modū: quem,
Quid latura, sibi, quid si dolipura negatum,
Quare plus prodest, & inane absindere soldo?
Nam sibi cum sauceis viri situs: aurea quaris
Pocula? num effusions fastidio omnia, preter
Rauorē, rhombuq; tumet tibi cū inguina: nū si.
Ancilla, ant verna est præstid puer, impetus in quæ
Continuū fiat, malis tentigine rumpit:
Non ego: namq; parabile amo Venerē, faciliter q;. 115
Illi am post pauio: sed pluris, si exierit vir:
Gallū hæc Phildemus air: sibi, quæ neq; magno
Siet pretio, neque cùctetur, cum est iussi, venire.
Cæduda, recta q; sit, mūda hastenus, ut neq; lōga,
Nec magis alba velit, quam de natura, riceri.
Hac ubi supposuit dextro corpus nūbilevo, 120
Ilia, & Egeria est: do nomen quo libet illi.
Nec motuo ne, dum furuo, vir ruce recurrit.
Ianua frangatur: larvet canis: unlique magno
Pulsa domus strepitu resonet: vel pallida lecto
Desusat mulier: miseram se conscientia lamer: 125
Cruribus hec metuat: dorsi deprensa: egen et mi.
Discincta tunica fugiendum est, ac pede nudo:
Ne numini pereat, aut pyga, aut denique fama.
Deprendi nūserum est: Fabio vel iudice vincam.

COM MENTATOR.

A M B V B A R V M collegia, In hac Satyra M. Tagellij Hermogenis modulatoris mores describit. Thæma autem huius Satyræ est, dum vitant stulti vitia, in contraria currunt. Ambubaix autem sunt mulieres vagæ ac aviles, quibus non en hoc, causa vanorum & ebrietatem balbutientium verborum: videtur esse inditum. Alter. Ambubaix dicuntur mulieres tibicinæ lingua Syrorum: etenim Syris nūbia, sive symphonia ambubaix dicitur. balatrones, hos luxuriosos ac perditos vocat: à Seruilio Balatrone, cuius in secundo libro meminit: ex huius autem nomine similis vitæ homines balatrones sunt appellati, à balatu fortasse dicti; quæ vox intorta est & ridicula. Legintur &

et & barathrones, qui bona sua detorando quasi in barathrum mittunt. Idem & blaterones propriè dicit sunt à blatiendo, id est, vaniloqui. **cantoris morte**, mutato nomine per inuidiam cantorem pro inuicio posuit eum obiectatione, sicut enim modulator optimus, in Sa: dinia natus: Is fortasse **carmina** Horatii negabat satis peritè & modulis suis descripta, & iccirco carpitur ab illo. **Tigelli**. Marcus Tigellius Hermogenes musicæ artis perficissimus, & vocis eximia C. Iul. Cæsari dictatori familiaris fuit, & post Cleopatram acceptus maximè, Augusto quoque Cæsari amicissimus, eò quod dulce caseris & urbanè iocaretur, adeò ut inter familiaris & domesticos habetur: sed is adeò largus erat, ut musicis, scenicis, scurris & circulatoribus multa donaret: quare ob mortem eius omnes tristitia sunt. Huius autem exemplo monet omnes auaros, ut muneribus sibi querant amicos. **benignus**. àxeglosia. largus, non enim benignus erat, sed prodigus. verum hoc dicit ex illorum persuasione, quibus benignus domando-habebatur. **contraria**, **honestus** auarus, & quicumque aliis diversa vite. **hunc si per**, profusum si interrogaueris, inquit, cur maiorum suerum morosivans, pecuniam deuoret? respondebit, se nolle videri sordidi pusilliique animi, quod alij laudabunt, & alij vituperabunt. **præclarum rem**, amplissimum patrimonium. **ingluies**, **ingluies**, esqulæ voracitas, quæ normam, & modum, siue gratiæ non habet. **stringas**, consumat, attenuat, diminuat, radat: tumta metaphoræ à ramis quos stringimus: quando illos nudamus foliis, ut Virg. ecloga 9. hic ubi densas agricola stringunt frondes, &c. **malius**, sibi nequā. **conductis**, nummis scœnori sumis: nummi enim quasi conducuntur pro quibus merces soluitur: quod facere solent adolescentes qui subdutis parentibus viuunt, qui aliquando etiam centesimas solunt, ut pecuniam à scœnæatore accipiant. **Fufidius**, auarus quidam frenator. **landatur ab h.** à frugi hominibus. **ab illis**, à sordidis & auaris. **vappa** & **nebulo**, id est, vilis nugator, qui nescit id facere. **nebulonis**, Nebulones Comici seruos vileis, & fraudulentos nominant. **hic**, Fufidius. **capiti**, à summa capitali. **quinas merces exsecat**, id est, qui nascentes mas de sorte dedit in singulos mensis, quas aut accepit, aut in tabulis notat. **quantià perditor**, tanto, inquit, grauioribus vslas onerat vnumquemque, quanto intellexerit cum negligentiū rem suā agere. **urges**, insistit ad dandam pecuniam scœnori. **nomina sectatur**, obiectionis tacitæ solutio, ne quis fortasse putaret non inueniri, qui pro scœnere quintas centesimas reddere

veulent, ostendit quibus hoc fiat, inquietus, sectatur nomina tironum, qui nuper exuta prætexta sumserant virilem togam, ardentior è que sunt ad explendam suam libidinem, qui, cùm nihil accipiunt a diuis, id est, nimis parcis patribus, cogunt adire scuæ ratores, qui etiâ sunt tâ præcipiti auaritia, ut non dabitent filiis familiâs pecunias credere, dummodo grauior es vslas imponat; quod libenter adolescentes faciunt, ut pecuniam accipiant. **sub patribus d.** non licebat per Senatus consilium tironibus scœnerari, ne bona paterna prodigerent. **maxime, quis n.** exclamatio in detestatione. Quis, inquit, non miretur, cùm audierit illum quinque centesimas exsecare, & exclameret, ô maxime Iupiter: **at in se utroque**, fortasse dicet aliquis: at quem stum laum erogat in victimum, & pro maiori quæstu, vnde nascitur opulentia, maiorem sumum facit, & plus expendit. **hic vix credere**, respondet, vix possit credere, quâm hic male te trahit, & abscondendo defraudest suum genium. **hic** hæc pronomen est; hic, scilicet auarus. **ut paucus illi**, ita sibi est inimicus auarus, ut non peius te affixisse videatur Menedemus illè Tercianus, de se pecunas exigens, quod suum à se per duritiam fugauerat. **atque hic**, id est, quâm hic auarus, **dum vivunt** sibi. id est, dum nolunt dici prodigi, efficiuntur auari. **Malthinus**, Malthini nom ne quidam Mæcenatem significari suplicantur: à re autem ipsa fictum est nomen. **καρπεσσος**, enim, & **καρπενος**, idem est quod molles & delicatus. Porro autem tunicis densis ambulare, eorum est qui se molles & delicatos haberi volunt. **est qui ingenuus**, est qui sibi facetus esse videtur, si altius tunicam substringat. **Pastillos**, **Rufillus** olet, hæc quoque ad immoderatam intemperatâq; voluptatem pertinent, munditiem plus justo affectare, & nullâ corporis sui curam habere. **pastillos**, **pastilli**, **λεπτόρυγμα**, vnguenta. **nil medium** nil fit mediocriter ab istis in æctu luxuriosorum. **tetrigissi**, pro tangere. propriè autem dicit tetrigisse, vnde & intactæ virginis dicuntur; ut, cui parer intactam dederat. **quarum subsutus**, periphrasis matronarum, quia matronæ stola vntunt ad imos vlique pedes demissa, cuius imam partem ambit iostita subsuta, id est, coniuncta. In ista autem Græcè dicitur **επιστάσια**, quod stola subsuebatur, qua matronæ vtebantur, erat enim tenuissima falciola quæ prætextæ adiiciebatur. **lensus** autem est: sunt qui non alias quâm matronas pertuntr. **quidam notus**, honestus & nobilis, Catallæ Centurius cùm vidisset hominem honestum ex fornicè exeuitem, laudauit, existimans libidinem compescendam esse sine crimine: at postea cùm frequentius cum ex eodem lupatari executeum aduer-

aduertisset, adolescentes, inquit, ego te laudaui quod interdum huc venires, non quod hic habitates. *macte*. id est, magis aucte: vt, macte noua virtute puer. oratio est collaudantis & exhortantis. *diss.* diuina. *veras.* membrum virile. *tetra.* odiosa. *buc.* ad fornicem. *permolete.* violare, polluere, affectare, appetere, lubaginare, vt habemus in Tercio de ipso actu turpi. *sic me.* vt ille laudatus fuit à Catone. *mirator.* amator. *Cupienius.* Cupienius Libo Cumanus Augusti familiaritate clarus, fuit corporis sui studiostilimus, & concubitus matronarum sectator. *albi.* matronalis & nobilis. respxit ad stolam candidam, qua vestiebantur matronæ, nam meretrices habebant nigram vestem. *audire est oper.* audire, inquit, quæ patientur moechi, qui eos odistis; fructus enim vobis est utilis audiare quantis incommodatibus affliguntur: urbane abutitur Ennianis versibus; aut enim ille, audire est opere premium procedere recte qui rem Romanam Latiumque auge scere vultis. hic, vultis, ait ille, non vultis. *rara cadat.* meritò hoc dicitur, cum adulteris raro contingat concubitus earum quas sectantur, & ipso metu periculi non siceram inde voluptatem percipient. *cadat.* eveniat, contingat. *hic se precip.* enumeratio incommodorum quæ patientur adulteri. *ille flagellis.* hoc de C. Crispio Sallustio dicitur, qui de pichen-sus ab Anno Milone in adulterio cù vxore Fausta Sulla filia, flagellis cælus esse dicitur, vt referr Alconius in eius vita. *ad mortem.* propè ad mortem. *pro corpore.* ne puniretur, néve testes ei exciderentur, pecuniam dedit. *hunc permixerunt.* stu-prauerunt. Calones sunt terui militum liberi homines, à lignis & palis ferendis dicti; lizæ vero sunt serpi corundem. *accidit.* accidere solet, vt in adulterio deprehensi viri: ibus amputatis dimittantur. *testis.* testiculos. *caudamque salacem.* veretrum, virile membrum, salacem, id est, libidinosam, à saliendo dictam. *demeteret.* absconditeret. *iure omnes.* supp. factum dicebant. *Galba negabat.* iupp. iure factum. norat hic amare Serum Galbam iurisperitum, qui quasi contra manifelum scelus pro adulteris responderet non iure factum esse, vt testes amputarentur, quia primò adulterij poena pecuniaria erat. sed erat hic Galba insignis moechus, & matronarum sectator. *tutior as quanto.* quanto tutius est libertine conditionis mulieres sectari, quam matronas: si quis tamē in libertinas propensior fuerit, vt Sallustius Crispus, in infamiam corruptorū morū incident: fertur enim Sallustius tanto, ardore insaniuisse in libertinas, quanto moechus in matronas: quod cū illi in senatu à censoribus obiectum esset, respondit se non matronarū, sed libertinarum secta-

torē esse: quare ex senatu cœctus est, quod ipse ex-eusat in Catilinæ libello. *qua res qua.* hoc est, Sallustius si vellet ea ratione, qua modello vti licet, largus atque benignus esse, daret quantum latius esset, & quantum res ipsa flagitaret. *hoc se ampl.* hoc solo sibi blanditur. *amator.* Orig. Origo meretricis nobilis nomen, in quā Marius patrionū suum impendit. Romæ fuerunt tres meretrices nobilissimæ, Origo, Licoris, & Arbutcula. *verum est.* verum est, inquit Horatius, intelligi volens ex amore mimarum & meretricū nimio, vexari quidem & deminū cœlum, sed multò grauiora damna accidere famq. *an tibi ab p.* Zeugma in verbo eu-tare. *quicquid ubiq off.* aut non latius esse per sonam matronæ euitare, aut etiam illud quicquid ubiq; no; et atq. officit, euites, qualis est & libertina & mima, & meretrix, cū quibus & famā & ré perdīs. *oblimiare.* deterere, confumere, tractum à lima qua fabri vruntur. *quid interest.* negat interesse quicquā, an quis in matrona delinquat, an libertina vel meretrix. fecutus opinionē Stoicorū, qui omnia peccata paria esse dicebant. *peccave tog.* Ma-tronæ quæ à maritis repudiabantur propter adul-terium, togam accipiebant, sublata *to:la alba,* propter ignominiam: meretrices autem prostare solebant cum togis pullis, vt discernerentur à ma-tronis adulterij conquicis & damnatis, quæ togis albis vrebantur. *Villius in Fausta.* Fausta Sylla filia Tit. Anno Miloni nupta eit, quem hic Longarenum nominat mutato nomine, vt alibi, me dulcis dominæ musa Lycymniæ, pro, Terentiae, & Malithinus tunicis demissis ambulat, pro Mæ-cenas. *Syllæ gener.* non verè gener, sed quia Sylla filiam stupravit, ita frequenter, vt gener vulgo ha-beretur; nam ea Milonem, Longarenum dictum, habuit in ritum. *hoc miser uno n.* quod si filii nobilem & matronam sectaretur, hanc enim cū Villius affectaret, fortè Longarensis maritus domi erat, à quo collisus est plagis, & ferro petitus. *exclusus fore.* notandum fore numero singulari. Terent. in Adelphis: *Quidnam concrepuit foris?* Cic. pro Corn. aperuit forem scalarum. *usque superque.* diu & plusquam latius. cū Longa-renum. verus coniux. *hunc.* Villio, si animus lo-quoretur ex verbis mutonis. Muto autem dicitur membrum virile, vt Lucili. lib. octaua, Lena ma-nu lacrymas mutoni abstergit amica. *magnō p. d.* c.c. de stirpe magni consulis oriundiā. *velatung.* quod est matronæ. *magnō p. r.* hoc responderet Villius: quia est nobilis. *at quanto m.* natura abundans his quæ vñs exigit, id est, necessariis non de-negat voluptatem honestam. *dispensare.* illam naturæ opem erogare, regere, eit cum ratione viuere. *fugienda.* illicita, nempe meretricem, vel matro-

matronam appetere. perendis. licitis. tuo vitio r. putas tu nihil interesse vtrum tuo vitio labores, an naturae? nostro quidem vitio laboramus, si dolemus cum deest phasianus, aut aliquid delicati: rerum autem sive naturae vitio, cum deest panis, aut id quod necesse est; ita vitio nostro laboramus: matronam concupiscentes: rerum vitio, si nobis ad eum feminadest. unde. a quo: vt, genus unde Latinum. non est autem iocis, sed personae. hancire. acquirere, percipere. quae ex re. ex coitu. plus enim mali accipit qui amat nobilis, si fuerit in re comprehensus, quam fructus & iucunditatis ex amore. nec magis huic. huic, id est, matronae: & sermonem suum convertit ad puerum Cerinthum pulcherum et tempore. sensus est: nec magis erit huic quam eum femur, o Cerinth, tenerum aut crux rectum, si inter niveos virideisque lapillos iacuerit, &c. Hie autem docet natura, non etiam ornata pulchras esse mulieres. Cerithus autem dicitur illis temporibus fuisse pulcherrimum scutum, insigniti specie & candore. Ordo est, nec femur aut crux magis teatrum est huic matronae, licet sit inter niveos, & virideis lapillos, quam hoc tuum, o Cerinth, cum rectius femur, atque etiam melius crux perspè sit togatae niveos, vnitones & margaritas. virideis. smaragdos. additum. ad haec. mercem. corpus venale: sine fucus. sine lenocinio, fallacia, sine externis ornamentiis, non enim tecta, & fucata corpora habent in visu, sed nuda conspicuntur. Matronae autem, si quid formosi habent, id solū ostendunt: quod vero reprehensibile est, magnopere occultant. sine fucus. fucus genus est herbe marina, qua lana inficitur, vt in carmin. Herat. neq. amissos colores lana referit medicata fuco. & Virg. alba nec Alsyro fucatur lana veneno. Inde etiam corrup:æ merces, fucatae vocantur: & accipiunt pro dolis & fraudibus. Terent. in Eunucho: fucum factum mulieri. honesti. pulchri. vt Poët. & quoniamque decus circu caput egit honestum iactat h. p. quod diuites matronæ faciunt. querit quo. repeti debet negatio, nec, vt sit, nec queritur, quo turpia celat. Regibus hic mosest. Reges si equos emant, eos opertos inspiciunt, ne si pulchritudo eorum, molliorem vngulari desitueret capti & inducti forma, inutileis equos mercantur. hoc argumento monet vnumquemque. debere id facere in contemplanda muliere, vt magis commoditatem mulieris quam formæ specie, aut nataleis sectetur. regibus. reges hic diuites sunt & nobiles. ne si facies. Ordo est, ne si facies decora fulta est molli pede, inducat hiantem emtorem, id est, admirantem pulchritudinem, & prætereat illius virtus. molli. debili. fulta. sustentata. inducas. seducat, decipiatur. hiantem. emtendi cupidum. pulchra

clunes. clunes dixit feminino genere, masculo autem feje vtimur. *Lynceus*. Lynceus Apharei filius tanto fuit oculorum acuminis, vt per patrem videtur: qui stans in Sicilia videbat nauis ex Africa solenteis. sensus est, noli tam acutus esse in deligendis bonis, vt in iis que sunt his contraria, profus cæcitas, sed in utramque partem æquæ circumspectus esto. *Hypsea*. Placca Hypæa matrona viros oculos habuisse dicitur, quæ hic obiter notat. recte. supp. faciunt. òcrus. laudat crura & brachia togatae, quæ singit admirari spectatorem. *verum depygis*. sine natibus magnis, sicut callipygis, quæ cōspicua est magnis natibus. Pyga enim natris significat. de. hic deminutus. brevis latere. de. forme est in feminis surcam habere latera maiorem. *matrona præterf*. nam reliqua partes corporis velte celantur: nisi fortasse Catia similis sit, quæ propter pulchritudinem crurum, neglecto pudore veite accincta vtebatur: aut quæ libenter crura nudabat, quæ pulchra videri volebat. Hæc autem adeò impudica fuit, vt in æde Veneris Theatinæ ad Theatrum Pompeianum, quod in campo fuit, adulterium cum Valerio Siculo colono, tribuno plebis, velo obducto cōmiserit. si interdicto p. si honestæ feminæ quæ compellare non licet, cuius causa maximè incenderis, concubitus appetes, multa erunt quæ te impudent, quæ minus perspicere possis, qualis sit quam cōspicis. *vallo circumdata*. allegorico, custodiū septa ac munita. *insanum*. ardentem in libidine quod custodiatur, semper enim ad id plus incendimur, quæ difficilius peruenimus. *lestica*. vehiculum. *ciniflones*. ciniflones & cinerarij, eadem significatione apud veteres dicebantur ab officio calamistrorum, qui acus & verutæ flando in cinere calefaciebant, quibus matronæ crineis crisparant. eius & Virg. meminit, inquiens, vibratos calido ferro. *stola*. amictu. *palla*. pro peripodium ponitur, quod tunicopallium dici potest. *plurima*. supp. sunt. *inuidant*. officiant, obstant. *rem*. corpus mulieris. *altera*. togata, quæ scilicet prostat, pellucida veste vtitur, ita vt tanquam nuda conspici possit. hæc autem vestis in Cœ insula conficitur, per quam, ob nimiam subtilitatem, quæcumque sunt interiora transfluent. *panga videre e*. sensus est, togata induta est veste subtilissima Coa, & ideo potes cā toram videre, brachia, tibiae, pedes, quasi sit nuda. *an tibi*. interrogatio togata. *mercem*. corpus nudum. *leporum venator*. respsilio amatoris matronæ quemadmodum vena tor lectatur leporum magno labore vt capiat, etat vero & apponit sociis, & non fruitur; ita amator togatas contemnit sibi paratas, & sectatur matronas, quibus aut numquam, aut non sine magno labore, & periculis frui poterit. ut. quæadmodum. apponit.

apponit. in conuiuio edendū. *transuolat*. præterit, temnit. *in medio p.* parata & licita. *fugientia*. d. *scilicet*. *captat*. dñsiderat. mirè caprat, ait, propter venatorem. *biscine versiculu*. Horatius loquitur, quibus te venatori coparas. *dolores*. dolet enim, quia saepius fallitur, *curasq; graues*. quas patiuntur qui matronas venantur. *nonne cupid*. nonne satius est querere, quē cupiditatibus nō dñ natūra itaturerit, quid tolereat possit, si denegetur, quād denegatū sūtinere nō possit, quām nimis & inutilibus cupiditatibus sollicitari? ordo est, nonne plus proderit querere, qñd sibi negatum natura fitlatura, & quid dolitura? *abscindere*. allegoricōs, inutilia ac vana, ab utilibus & necessariis præcide-re & separare. Inane & solidum (per synopen pro-si dñ) propri. & significant vacuum & plenum: hic autem accipiuntur pro inutili & necessario: vt sollidū est, hoc est, necessariū est, esurienti edere panē: Phasianū autem & alias delicias, non item, sed inane & inutile: sic qui sitit, aqua sitim restinguere potest, non autē vino opus est. Itaque solidum est, ad quod natura inducit; inane vero, quod propter lo am voluntatem appetit. *num tibi*. alius argumentū simile. *tument*. libidine inflammantur. *non ego*. nolo ego sumpi tentiue, id est, dis-tentione membris vitiis, sed malo in præsen-tē Venerem ruere. *rhombus* vte. rhombus genus est pisces à Romanis in delicis habiti. *narrare parabilem*. id est, quæ faciē, & vi. iori pretio patiatur, hoc est, nec minus promtam nec minis dñram. Hi autem verius ex Philodemo poëta Epicureo trālati sunt. *illā paullō p.* ordo est, Philodemus ait illam quæ dicit, paullo pōst, supp. veniam, aut, sed pluris, id est, non tam vili pretio: aut veniam, si vir meus exierit: illam inquit reliqui debere Gallis, matri Deūn sacerdotibus, qui concubere non possunt, aut Gallis, id est, barbaris hominibus, & minus delicatis, qui largius donare possunt, & mi-nus perfensicunt dolos meretricios. Philodemus fuit poëta Epicureus, qui Græcē scriptis multa e-pigramata. *aut sibi*. placere. *sibi*. constet, *candida*. sine virtu corporis. *nettāque*. non gibbosa. *munda baetē*. tantum, modo, strā. *vt nequelonga* nec pro-cessitatem statutę suppositis crepidis effingat, *neq; magis alba*. neque colorem fucis mentiatur *hac vbi sup.* huiuscmodi mulieri cū tacum con-cubit, & est in meis complexibus, do nomen Iliz, & Egeriz, quæ pulcherimæ fuere: quod & Lucil. ait in quinto, & cruribus crura dilaxat. *Ilia*. Ilia mater fuit Romuli, & Rhemi. *Egeria*. nymphæ Numæ Pomplij. *vepallida* vepallida, vna pars est orationis, sicut velsana, & significat valde pallida, sicut apud Persium. *Vt ramae ve-tus* vegrandi tubere coctum. *miseram se conf.* an-

cilla, conciliatrix adulterij, & conscientia sit domīnō, & metuat ne cruribus truncetur. *doti deprehensa*. adultera metuat ne dotem amittat. quia antea in adulterio deprehensa, dotem amitterebant. *dis-cincta tunica*. *insigyas* ex; ressa est adulteri per-turba. io: apud antiquos omes cincti publi-cum probabant. Milites etiam cincti ad bellū pro-cedebant, sed di cincti, propter aliquod factum sub iugum mittebantur. *ne nummi percant* redi-mendo adulterio, id est, ne si deprehensus fuero, aut pecunia me redirete cogat, aut vapulem, aut stuprum à marito patiar, aut certi adulteris reus, infamis siam. *Fabio veti*. id est, etiam si Fa-bius adulteri index sit, tamen non poterit negare miserum esse deprehendi in adulterio. Satis vrba-nē norat Fabiu. n iuri consultum aliquando in adulterio deprehensum fuisse.

C A V Q V I V . S.

H Oratiss in hac satyri agit hoc in primis, vt dñteritos à luxuria mœchos, reuocat ad nēcē, & vitam siniorem probari. tēnque: sine villa distinzione perstringens eos qui magno labore, nec minori damno & periculo, nihil quam student tās *yvaines moxys*, hoc est, mulieres adulterare: quālibetidinem scribit aperiē neminem nisi euripiter simul & infelicitate consecutari posse. *Ambubairarum collegia*. Quānam olim dicta sint collegia ambubairarum, vel potius ambubeia-rum, exploratiū esse putamus studiosis omnibus, id neque Commentatorem certò assecutum, nēq;. postea quāmpā ex iis qui vulgari sunt, quām vt plura in id verba sumenda sint: *Quare*, si, quod ad eam rem facere pōrest, hic penicula, ius circū spiciamus, quod benignis ingenii ex vī se-fse, corūmq; commodis inseruire valer, satis ma-gnam nobis gratiam ab eis repositam iudicabi-mus, si ex mediis inuidorum turbis nos diligenter asserent. Non latet nos Tyrnebi doctissimi sententia de ambubaiis lascivis & impudicis mulieribus, à Baiis dicti, ab, ambu, pro an, antiqui-tus, quasi circum Baias versantibus, non ignoramus Lambini iudicium non multum à Com-men-tatore dissentaneum. Itaque, vt nostram quoque coniecuram paucis complectamur, Ambubairarum collegia coacta sunt ex id genus ho-minibus qui nihil quām nudis, assentationibus, mendaciis, imposturis, præstigiis, & ad forum excoigitatis vocibus populum illudebant, ab omni virtutis & honesti tramite procul exorbitantes. talis certè fuit, ni fallor, *Copa Syrisca Virg.* Horū autem collegiorum cēu e. allium enumerat quāsi prefectos, pharmacopolas, mendicos, mimos, balatrones, sub vno (vrarbitror) patrono Tigel-lio, qui

lio, qui saepeduentorex his habebat in suo comitatu, ut videre est Sarvrasquenti: sub Pharmacopolis, vnguentarij, pigmentarij, aromatarij, veretrinarij, lithotomi, alijs, &c. Sub mendicis, tibicines, lyrices, citharœdi, circumforanei, physiognomi, metoposcopi, oniropolæ, chiromantici, agyrte, &c. Sub mimis, histriones, scenici, gesticulatores, acellani, pantomimi, personati, ludiones, saltatores, funabili, grallatores, pyrrhicharij, &c. Sub Balatronicibus fuere recensiti, ardellones, parasiti, ganeones, præuaricatores, aleones, catillones, popinones, bibones, nebulones, & huiuscmodi alij omnes dicti ambubae (meo quidem iudicio) $\Sigma \lambda \chi \nu$, ab ambubeis herbae veaditatoribus, vna tantum mutata litera: ea namque Plinio dicta ambugia, vtiatio, vt opinor, nomine, ab imperio librario, pro ambubae, apud Dioscoridem, Celsum, Pantinum, Matthiolum, Ruellium, &c. legitur, cum nominum & varietate, & multiplicitate, vtreis habere formasque æquæ varias atque multiplices: Seris enim Græcis nominata, & Latioris intubus vel intubum (ceterorum velue genus) constituit species ferè geminas, primum complectens filustreis, satiuâlique: & has rursum binum verasque formarum, in quibus continetur Cichorium tum filustre tum domesticum: addere & Aegyptiacum, Theophrasti Aphacam, vitramque Chondrillam, ambosque Sonchos: quæ difficillimum est suis quibusque rebus sine controversia nostro tempore accommodare; nam facultatibus non plurimum discrepare deprehenduntur: quas ita valere in plurimis proditum est, vt fuerint qui vnum Cichorium (cetera vt missa faciamus) & Panchreston & Pancration nuncupare nō dubitauerint: ab utilitate eximia, atque adeò quadam omnipotētia: quorum nos bona partem facile adducimus vt credamus ab illis agyrtis & circumforaneis (quos ambubeias, & ambubairū magiæ corūmq. magistros, quasi præfides ac duces exticisse suspicari licet) factū esse, vt qui similibus nominibus rem facerent, vltimique quæritarēt, cantores, minni, blaterones, &c. tanquam familiæ & collegiæ illius primæ gentis ambubairum, seu Cichorij buccinatores, nomine & appellatione insignirentur, ita vt collegia omnia pari proximodum arte vitam vltimique tolerantes, simili parique appellatione continerentur: quæde re nemmo profectò dubitabit qui non ignorat tales impostores ac auguientdos (etiamnq. hac tempestate passim in Italia) infinitam nebulonū turbā quasi in clietela & ministerio suo fecerit abhere: Vnguentarios, ad vnguentum porrighenda: Tibicines, ad cōcursum ciendum: Mimas & histriones, ad risum & applausum demerendū: Mendicos, ardellones,

ad patronū sunum, quæ assentantur, commendandū prædicandūmq. à doctrina, vñu, experientia, ad ditorum factorumque fidem faciendam: ad vtreis herbarū earūmq. vñum planè diuinū cōminiscendum, quale est illud Plinij de Cichorio, quod eos favorabiliores efficit: quorū corpora, inquit, cum eius totius succo, cum oleo peruncta essent, faciliusque quod vellent, impetrarent. omittit hoc sīs hominibus essi: familiare, vt singuli pro tēpore & loco non dubitent quāvis perlōnā agere, sc̄q. nūc pro Pharmacopolis venditare, nunc tibiam inflare, nunc saltare & histrionicā exercere, plurimum assentari potestib⁹ parasitarique, adeo vt nō imerito nec inepio vocabulo omnes Ambubae, id est, nugatores nominetur rerūmq. viliū ostentatores: vnde etiamnq. hodie (vt nobis persuademus) eius vocis posterior pass, pura, baix, pro nūgīs vulgo usurpat Iris. Nancū supereft vt agamus de etymo vocis ambubeia. Ruellius, præter ceteros, ait Latinū esse vocabulum, ambubēiamq. Italiā intubū erraticū nominare. Nobis certè ex Cōmentatore & Matthiolo & aliis, dictio Syriaca paucis immutatis literis formam Latinā cepisse putatur: habet enim Matthiolus ita: Dioscoridem lib. 2. cap. 125. Mauris Ambubeia nominari Dūbbe. Deinde ex Commentatore pro confesso est nomen esse: Syriacum, quamuis non ignorē id nō videri Turnebio, tamen scripta antiqua nolui negligere, ex quibus Cōmentatorem desumsimus. Quod autē Ambubae Cōmentatori sint multiores tibicinæ, Lābino potius tibicines, Pseudoporphyrionem in causa esse coniicimus, qui cum doctissimi Porphyrius definitionē hanc, Ambubeia, est intubum erraticū, minus intelligeret: hac vocem, intubum, secuit in duas, ex quibus postea suam dedit hanc descriptionē, Ambubeia est mulier in tuba seu tibia canens, erratica, vaga, & vilis, quæ certè multis etiamnq. doctissimis vritis impostrisse videtur. Hæc autē nostra de Ambubais & ambubairū collegiis diuinatio, si cui minus probabitur, aut veriore, ipse comminiscatur & in medium proferat, aut his mecum vtratur, quando coniecturam, quæ nobis faciat satis, cuiuspiam nō inuenierim villam. Ambubairum colleg. exorditur (vt mihi quidem videtur) ab enumeratione partiū, ita vt Pharmacopolz, mendici, mima, balatrones sint partes collegiorum Ambub. *benignus*. benignus hic non tam munificum notat, quād q̄od Græcè φιλόφερος dicitur affabilis, humanus, facilis, cōmodus, & nonnumquam largus supra modum, quemadmodum lib. 2. Saty. 3. vini somnique benignus, id est vino & somno plus satis indulgens. Donatus in Hecyra, benignè prebeat, id est, abunde, largè: hoc enim, inquit, est gratius, non solum

solum prebere, sed benignè prebtere. Socrates cum huiuscmodi aliquem benignum, qualis ab Horatio describitur Tigellius, animaduertetur, qui omnibus gratificari, nulloque delectu quiclibet suppeditare veller, *καὶ οὐδὲν ἐν ταῖς χρήσεσι παρέχεις οὔτε, πορεύεσθαι συνειδέσθαι*, id est, male, inquit, pereas, quod Gratias virginis, tanquam scorta proslituisti. *contra hic Hermogenes, qui quod scortis & decoctioribus benignus essem, lantoribus quidē prodigus videbatur, at iniustissimus in amicos pauperes, quibus etiam vita conseruande necessaria denegaret, potest & hoc ad auaritū & amico pauperi egenoq[ue] incommoda pertinere, a iumento a Tigellio. hunc s[ic]per aut Tigellium, aut alium voraginem patrimonij & insignem nebulonem, ἀποτελεῖ. ingratae ingluvie. ingluvies propriæ est gurgulio, & colum in gutture, γηγεγαῖαι in homine, in autibus vero quibusdam πρόσοδος. Ariosteli. h[ec] autem bono iure ingrata dicitur, quod, instar auari, nihil quam couquisita congerat, voratque ac perdat, sine villa grata satietate, quodique noua sapidoraque comminilescens quibus delicatè fruatur: & cum aliæ voluptates rarij incident, *ταῦτα δὲ οὐδὲν (inquit Musonius de vita) ἀνάκλασις οὐδέποτε πάντας πειράει, αἴρει τον, hoc est, hanc experiri quotidie necesse est. omnia conductus. vera periphrasis ὄψοφαγος*, id est, obsonatoris. est autem ὄψοφαγος genuina soror & comes individua τῆς γαστερικείας. *stringat. stringere est cumulatim bona omnia, quahi in massam redacta, strictim vorare: quod Græcæ dici potest δαστάσαι: cui contrarium est ἀπεργεῖται ἀναλογεῖν, id est, moderatè consumere. Folidius. quid adhuc iste δαστάσαι, id est, nimis parcus in sumtu faciendo. parsu nolit, tacita liture, nimirum, quod velit haberi liberalis & magnanimi, μεγαλόψυχος. Fusidius vappa. sub Fusidiu[m] persona ponit exemplum alicuius folidissimi Romani, superioribus ex antithesi repugnans. Tigellius enim vel qui quis alias, publicè largus fungitur & benignus, quo liberalis habetur & magnanimi. hic contraria, publicè parcus, ne prodigus estimetur & nebulo: Ille in publicu[m] largitur, hic populo sceneratur. Codex Bland. antiquiss. habet Folidius. Mart. vero Fusidius. fam. codex Tonf. habet nomē. *diu[er]s agri*. hic ex Grammaticorum præceptis norandum est hoc adiectiu[m] diues sibi adsciscere ablantium personæ diuersæ. sic Cie. pro Roscio, locuples metu. Virg. loca ficta furētibus austris. In Odis, viduus pharetra risit Apollo. Plautus. amor melle & felle scundissimus. *quinas hic capiti exsecat. exsecat scriptum est in omnibus codicibus. quinas autem cestimas exsecare, id est, de sorte, seu capitali summa (ut fertur) locutus exigere, est, quod Flandricè***

dicitur, *υγιει τει ξονδει: quod quidē exiguum est in annos, at in mensis singulos, intolerabile: quod ne fieret apud Romanos, censoribus negotiis datu[m] erat, ut habeat Andreas Dominicus Floccus de magistratu Roma. horū sceneratorū autem accusator, ab Asconio propriè quadruplator dicebatur, quod eū p[ro]cena lege constituta in quadruplū condēnari curabat. nomina sectatur. nomina pro debitis: lectatur nomina tu onum, hoc est, studet scenerari tironibus. sumis vesti v. vestis autē virilis erat toga pura, omnis scilicet expers purpurea, & candida. Dionis ἀρχεγίων, Plutarcho λαζαρί τίνετος, & ἀρδετος ιμάκον: quā vestem tirones sumebant deposita p[re]texta, post annū ætatis decimum sextum, οὐδέποτε παραγόντες οὐσιον, hoc est, adolescentes nō amplius existentes sub tutela, sub patribus duris, ut ait hic Horatius, qui dicebatur αὐτερός εἰδεις γεγονόται. sub patribus duris. h[ic] locu[m] non parum declarat verba serui in Phormione ad patrem, cuius adolescentis filius eo absente xxv[er]o duxerat. Scruum namque pater iuriis afficiebar, quod puellæ dorem non dedisset, quod donata filiu[m] dimitteret, et si non esset ad manu[um] pecunia, eam aut mutuo sumeret, aut scenore: ad h[ic] verba responderet seruus, hui dixit pulchrit[er]; siquidē quisquā crederet, te viuo. nam verus Senatus-consultum (quod arbitrator à Solone ad Romanos delatu[m]) cauebat filio sub patria p[ro]estate credi pecuniā non licere; & quicredidisset, petitione non habere, ne ære nexus, ut creditum reddereret, aut patri necem machinaretur, aut turpius eam aliunde peteret. at in se. sic habent omnes cod. præter Diu[er]s. in se, pro, erga se, per enallagen. pro quaestu. s[ic] pro ratione modiq[ue], lucri corpus curat, & implidè vivit, perinde ac si dieat; etiam si cōtra alios sit iniquior, augmentando & extorquento scenore, multò tamē erga se est æquior & opinione liberior. prius crucia. allusio ad epigraphen Terentianæ comedie iāv[er]b[us] πορεγμάτων, id est, scipsum cruciantis. iāv[er]p. refutatio per μίωσις: tantum enim abest, ut hic Fusidius benignius se accipiat, ut miseria, parcitate & avaritia longè sit infra Menedemū omnium mortalium èrum nosissimū. si quis. subiectio Rhetorica. dum vitant stul. v. huius causa thematis est, amor sui, ut in epist. 18. lib. 1. ad Lollium. sic & Socrates apud Aristonymum, *εἰς τὸ βλέπειν μάταια, τὸ άντετον οὐδέ τὸ πολὺς οὐδὲ φρεγίας μάται, id est, hoc in vita in primis est damnosum, quod inulti se sapere existimunt, cum maxima pars stulta sit. Malibinus tuniciis d. a. subiungit διάτημα quadam ad expositiōem iādicti thematis. Sunt qui putent (inquit Cōmentator) h[ec] de Macenate dici ab Horatio, fortasse propterea quod & mollis esset, & vestibus**

vestibus discinctis gauderet. de qua sententia nihil mutat Turnebus & alij plerique: ut Lambinus ab his non nihil dissentit, eò quòd nolit tam inepit despere Horatii, vt de eo tam scribat imprudenter, aquo esset innumeris beneficiis affectus: Equidem pro libertate Horatij, familiarisque iocandi modo, dixerim hoc non omnino absurdè nec improbè accommodari posse Mæcenati, præsertim cù vulgo Mæcenas molliter viveret & m'æ cinctus incederet: si quis autem non ferat tam libertam clientis cum parrono suo dictione, fingamus licet, noscari Voleatum Menam Pompej libertum, in quem Epodo quarta inuehitur acerrimè, tam propter longam tunicā, quām vita molliorem, et eo loco videre licet. *Pastillus Rufillus olet.* Haud scio an Rufillus & Gorgonius, alter aromatarius oluerit pastillos, à temperandis diafasmati, an coemtos haberet, nimis muliebriter mūditie studiosus: alter veterinarus tragiarōlve, dicatur oleore hircum, quod r̄ dicitur plurimum contrectaret; an, quod omnino balnea & omnē cultum elegantiāque negligeret? Pastillus autem Flan- dric nominari potest enī riebatheken, Græcē à forma roeulz ἔργοντος, aut à figura panis, ἄρτος. Ciceroni est reticulum, vt norauimus Satyra prædicti. In Pseudacrone impreso habetur dia- logus: cuius ego loco in Commentatore ex scriptis posui διατάξημα, quod hoc existinem ei loco esse congruentius, propter odores siccos. Quid autem discriminis sit inter διατάξημα, γενετάκη, quæ ex siccis odoribus, & διατάξη- κα, γενετάκη, quæ ex liquidis correspondantur, consulendi sunt medici. veruntamen hoc addam in studio orum gratiā; medicos γενετάκη nominare, quæ ex herbis & cunctis stirpis aut decoctis, nullo oleo addito, parantur: secus autem in emplastris. γενετάκη vero, seu δια- τάκη medicamenta sunt, quæ corporibus insperguntur, præcipue ad cohibendos sudores: sic ut Plin. ait lib. 13. cap. 1. Siccis odoribus constanter διατάξης vocantur. & lib. 21. cap. 19. de rosa, Diapalmata, ait, inde fiunt ad sudores cohercendos, ita ut à balneis inarescant corporibus, deinde frigida abluantur. n̄l medium est. propositio futura distributionis in fornicatiois (vt sic loquar) adulteros & meechos. Medium autem capitur pro modo, medicoritate, virtute: vt sententia sit, omnes eius sortis homines, nulla virtutis auctoritate habita ratione, cupidiores se & libidines sequuntur. sicut q. n. hæc prior est pars diuisio- nis. est autē Hellenismus, propositio ē. quoniam sub- fusa at talos. Instita r̄ uox ad oxynos pro stola ponitur, pars pro toto, erat enim instita fascia tenuis, la- tuissima, quæ stola matrosarum subsubbarat, ab-

insistendo seu incumbendo pedibus dicta; quæ & praetexta à praetexto, vs & stola à stola s̄tād̄eḡ, quod ad pedes vsc. demittebatur. quod post paulo scribit, ad talos stola d̄ missa. Sed & Ouid. i. de arte Amandi. Institutum pro stola ponit. Este procul vitæ tonues insigne pudo is, quæque tegis medios instita longa pedes. In editis olim à nobis hic Cōmentaris dissentire me scripsi ab aliis, sed meam sententiam recantare me facit Petronius Arbitr̄ in Satyricis, duas institas, ait, ancilla pro- tulit de sinu, altera. pedes nostros alligavit, altera manus. eas certe r̄ προστάχη Græcē dici arbitr̄, vbi ornatus gratia tibi aptantur. conterā al. altera distributionis pars. alenti. oldo. ab ooidis scorpiis. fornix. fornix, inquit. Isidorus, appellatus est, vbi prostituta pudicina mulieres stabant: hinc fornicariæ mulieres in sacris, quas hic intelligit Horatius, insano quodam furore ab aliquibus appeti. Nemo in ultima syllaba huius vocis, for- nix, existimet licentiam quandam esse poëticam, quod doctissimus quidam pluribus ostende- re conatur, quasi ea produci debet, propter sequentis dictiōnis bina consona: aliud enim docent canones versificantium, qui talem vocalē extendi nolunt; nisi per licentiam. male viru- te. ἔργοντος. est enim oratio collaudantis, & gra- tulantis ei qui recte fecisse cred. tur. ita Græci, ὄντος οὐτοῦ. est autē casus enallage, vocatiū puta, pro nominatiōis; quale est illud Perih. Cēlorēme tuū vel quod trabeat salutas, protrabeatus. sentē- tia dīas Cato. Periphasticis, pro, ipse Cato, vt E- pistola 12. lib. 1. an Stertinū deliret acuinen, id est; Stertinus. venas inflat. verbū aptū peni lan- guido. alludit ad ευτυπίαν, quandā sue tentigenem. tetra libido. impura, sceda, quod scđe pol- luit & perdat libidinosos. descendere. apposita- vor, non quod fornicis semper innī in humili- ribus, defossis seu depresso loci, sed quod Subura, vbi meretrices prostabant, erat in decliviū inter Esquilias & Viminalem: habet enim Marrianus de antiquitate urbis Romæ lib. 1. cap. 7. à Qui- rinali vero plana Subura & valle Quirinali, &c. deinde lib. 4. cap. 15. Clivus Suburanus in Esqui- lias præbens ascensum; à fine Subure initum ca- pit. Postremo eiusdem lib. cap. 20. Subura; que inter Esquilias & Viminalem iacet, principium habuit à foro Romano, &c. Hunc autem vicum frequentissimum scribit. fusso. Iuuenalis, in- quiens, Cedere namque foro, iam non est de- riens; quām Esquilias à feruenti migrare. Subura. permolare vices: alludit ad Græcam Paronoma- siam μόλεια μόλεια. Molere autem vetus verbum est pro adulterare, subagitat. quo verbo in depo- nenti significatione vices alibi Ausonius, in- f 2 quiciens;

quiens; Deglubit, sellat, molitur per vitramque caueam. Hinc etiam molitores dicti sunt subactores, ut apud eundem, cum dabit vxori molitor trans, & tibi adulterer. *audire est op.* facit attentio-
neum docilitatemque ab adulterorum voluptati-
bus impuris, periculis, & vario prrenarum genere,
quod facilius boni omnes & animosius virutem
amplexentur, & honeste, temperate modesteque
vitam transfigant. *ανθρούν γένος, ιπνοί Αγαστ. από-*
γένη. τοιά μέτρα διά την πόρο ταυτούς την ερωτηση.
οντος οὐχισι, οις ἐρεμούνται λαίνοι, ἀργαστική τοπο-
τοιο. hoc est, temperantia virtus est, cuius opera.
moderationeque erga corporis voluptates ita af-
fecti sunt animo, ut lex iubet, cui opponitur in-
temperantia, vide episto. 18. libri 1. ad Lollium.
αλλὰ τοῦτο μηδὲν ἀστινοτος τοῦτο τοῦτο βιο-
τεγνούντος ψυχῆς της φρουράς, id est, sed & hanc qui-
dem sola tranquillam, securam, serenam & com-
positam cum anima vitam adonat. *procedere re-*
τε. Apostrophe ad eos qui gaudent moechis non
recte procedere, id est, non succedere omnia ex
animi sententia. *ut omnis p.l. id est, quo pacto mi-*
seris modis afflentur. hic se precip. hanc suppli-
ciorum genera, hi merus, & effugia laboriosa sub-
sequuntur. l. si adulterium. §. imperatores. ff. de
adulter. & l. 4. de adulter. Nam quos mariti li-
berum erat occidere, eos & verberibus cedet, &
quauis parte corporis mucilare, aliisque, quas do-
lor suggesterat, pornis, multivise punire licebat, ut
scribit Iuuenalis Satyra 10. Exigit autem inter-
dum ille dolor plusquam lex, illa dolori concessit,
necat hic ferro, lecat ille cruentis verberibus, quos-
dam moechos & mugilis intrat. Est & de adultero
cui natus erant abscessae facetus & elegans Martia.
Epigr. lib. 3. Quis tibi persuasit natus abclini-
dere moecho? nil hac peccatum est, parte marite-
tibi. Stule quid egisti? nil hic tua perdidit vxor,
cum sit salua tibi mentula Deiphobi. *dedit hic p.*
6. 2. Aristoph. in Phoro. *οὐδὲν γε ποιχός διὰ τοῦτο*
παγρύτας, id est, alias autē adulterij condem-
natus depilatur. ubi interpres, ἄντα γένος, ιφα, ἀρ-
το δίκαια τις μεγάλην, κατεργαθεῖσαν την
εργατάς. ὅτῳτοι λαίνοι καρύμηντες παρίχοντες. ἀπλόντο-
το. hoc est, hanc enim definita pena erat moechis
pauperioribus raphaelismus (in Astide quidem)
vulnus Athenis: nam diuitiadata pecunia absolu-
tebanetur. Illarum autem praevariarum descriptio-
nen habet interpres Aristoph. in Nebulis: *οὐδὲν*
γένος τις μελότες μαχίμων, καταφαίδας λαμβά-
νεται τις μελότες μετατοιχίας, τούτη παρεγένε-
ται τις μελότες μετατοιχίας. id est, hoc enim modo moechos
condemnatos puniebant, acceptos raphaelinos im-
misserunt in podices ipsorum, & pilis cuvlis cinc-

rem calidum inspergebant, cruciatu satis graui eos
afficiendo. *νεκριδιανός Lambini emendationem.*
ex veteris codic. non possum non amplecti, cum
& in eodice Ton. & cuiusdam expresse sit ad scriptū,
& in codice Diu. in dictione, sexto, maculata vi-
deatur ultima syllaba, atque pro. um. substitutum.
sit o, fortasse notatur Earbo, quem Bibiemus de-
prehensem secundum in modum castuisse dicitur.
Romanis enim, qui ingenuā violasset, virilia ex-
secabantur. *tardior. atq. non temerit tamen leges*
permittunt in quamvis libertinam perulantiam
luam exercere: Nam alia est in concubinatu pa-
tronii, alia nequaquam: quæ autem esse patroni cō-
cubinam esse non patitur, in eam stuprum non
contrahit Papinianus ait. l. 16. §. 1. ff. de his. vi. qui
indig. Sed quæ est patroni concubina, in ea co-
mitit adulterium, siue stuprum (hac enim duo
Iurisconsulti sunt eiusdem note) nam marione
nomen non amittit. l. si vxor, §. 1. ff. de adulter. ex
iam si matris familias honestatem non retineat,
cū obsequiū patrono debeat. Vnde Seneca lib. 4.
controversiatura, ait, Memini illū cū libertum
eum defendet, cui obiciebatur, quod patroni
concubinus fuisset, dixisse, impudicitia in inge-
nuo, crimen est; in seruo, necessitas; in liberto of-
ficiū. Imò nec in ingenuas mulieres stuprum
committiebatur, quæ corpore palam quæstum fa-
cerent, arque cito in concubinatu haberi poter-
rant. l. 3. ff. de concub. *libertinarum d. verbum di-*
eo in epesegesi habet peculiare quiddam, nam
& in accusatio reperitur. Cic. ad Atticum, Non
sunt apud me Cornelius, hunc Balbum dico. Et
in aliis casibus. Quintil. Incipiamus ab eo, qui
cum frequentissimus est, tum longè pulcherri-
mus, translationis dico: hic autem genitivo addi-
tur, libertinarum dico, &c. *at si quis res. si της. Se-*
tertia huius est, si Saltuarius vellet eo modo bonus
atque benignus esse, qua, id est, quo modo res, fa-
cilitates, bona, &c. quomodo ratio, honestas, boni
mores suadent, horatur, monent, & quomodo li-
cer ei esse modestè munifico, hoc est, non profuse
& largiter, sed munera donare & moderate, & quā-
tum sati esset, si ratione m̄ audiret, &c. *at si qua-*
qua, in Toscano ood. id est, quatenus. In Diuz.
qua, id est, in quantam. at si quis exponet, qua, id
est, qua ratione, per me quidem licet, sed perum
placebit, durius enim id mihi videtur, si qua ratio
ne ratio suaderet, &c. Vide num. qua, per pleona-
num redūderit: sicut in illo Virg. Ne qua sciro do-
los, mediulve occurrere possit. Ideo. Si qua fara-
sinant. *munifico. sic habent omnes codices præter*
Diu. & Buil. qui habent munificum. *hoc amat,*
hoc laudat. cod. Ton. Diuz. Mart. & vñus Bland.
habet, hogamat & laudat. *ex orib. unquam ali-*
siquid

nisi: duæ formæ sunt vxoris, ut scribit Cic. in Topicis, altera vxor tantum, altera vxor matresfamilias. Boetius interpres, tribus modis, inquit, vxor habebatur, vñ, farre, coëmissione, sed & sola orat vxor matresfamilias; quæ percoïationem veniebet in matrem viritaliter duæ vxores quidē & matronas, sed non matresfamilias; porest itaq. Marcellus intelligi per alienas vxores demonstrare nō matresfamilias modò, sed & eas quæ matronæ censebantur, quales erāt ancillæ in concubinatu-patroni. *sibi personam*: in hoc incabit Horatius obnoxè admodū, ut Marcellus & eius simile stande resipiscat, & in rectâ viâ redeat, neq; id sibi proponant, solū esse eximiscedū, fugiendūm; quod legibus adiuncta poena vetitū est, purā moechari, & matronas sectari, verum etiam quicquid vbiq; glorie, & existimationi parum conduceat: vt utrū autē hac ratione Syllogistica, Quidquid vbiq; officiat, hoc est, quod per se & ex se natura malum est, hoc vehementer ostendit, at cunct matresfamilias, ministris, meretricibus deperdere famam, rem patris obliniare, & cōmunicino malū est, ita quo peribit male quātautē scelus à se non defelit. *quid inter se*? hęc per parenthesin legit. Marcellus videtur nonnihil indignari, quod Horatius malum aliud alio dicat esse certabilius; cùm ex opinione Stoicorum peccata fuit æquitas: sed non videt miser se huius contentionis auctorem esse, qui moechari quidēt̄ metu poenæ vitandum paret, non etiam cum ministris, & meretricibus, nomeca in differenti vocare, & bona consumere: quod etiam si impunè licet, tamen scipsa ab alio non distat. Quaro cuncti sentiant Horatius esse esse ludicro, cūmq; argutari potius, quam rem ad viuum resecate, ut vicissim eum illudat, vt ut exemplo Villij, qui non facti quidēt̄, sed pérsonæ nomine graueis poenas dedit. *matrona, ancilla peccat* vñsa sic habent omnes codices scripti, non etiam peccatne: Matronam hic significari opinor vxorem matrem familias; Ancillam, libertinam quæ est in concubinatu patroni, cui ex officio ancillatur. Topatam, in fornici, & meretricem, infamam ex adiecto, seu (vt fertur) ex pérsonæ circumstatiæ crimen maius, nempe quod matrona nobilis. *matrona*, muto membra virile apud Lucilium teste Festo, & muros manu percibere posse tagacem, id est, furunculum. hinc est mutonium, amuletum contra iuvidæ fæscinum. Asbūrotertē è Greco dedat̄, etiam esse, & metaphorico accipi pro pene; nam *poena mortis*, nasus est in marinis pīcibus Aristotele teste de Sepia, ait enim eam iñ pīcib; rō, dō, gō, id est, in naribus habere semen: sed & mōrē, est catuncula in pudendis mulieribus, quæ magno responder vnica dempta littera. *quid ut si*

bi, lepida prosopopœia, qua muto per remotionem culpæ, singitur interrogare Villium. *animus*: processus affectionis quæ sub se habet voluntatem, iram, cupiditatem, *deposco*, tanquam tē debitam, *confurbuit* ira, cū incendio libidine: *deyōm w̄ḡs*, *εὐλαβία*, Gaza ex Aristotel. *at quanto m. m. iwi*: *δοξής επιφυτημένη τὸ ἀντίκειν*, demonstratio eius quod satis est per acclamationem: cui conuenit illud Epicuri apud Stobæum *χάριο*, *ἴρη*, *τὸ μακρογείρον*; *τὸ τὰ ἀναγνωστικά εἰναι*: *τὸ δὲ διενέργεια, τὸν ἀναγνώσα*; hoc est, gratia, inquit, habenda est natura bonæ, que necessaria parabilis fecerit, difficultas autem paratu non necessaria, *pugnantiæ gravis*. Hellenimus. *τὸ πότερον*, *τὸ τέταρτον*: *πονον fug. pe. abadiuntis contraria*: bona sunt, ergo petenda; mala, ergo fugienda: iniquibus cum re ipsa nulla sit concordia, sit, ut in huiuscmodi perditis, in quibus statio obnubilata est, pessima quaq; pro optimis habeantur. *tuò vi-* *tio, rerum*, nullis rationibus assequi valeo aut commentatoris expositionē, aut eorum qui ad eius vestigia se componere, corū putat, qui hic rei vitium manifestè disservent esse eius rei inopiam & egostacē: quasi vero, si quis careat, aut phasiano aut vino aut feminis labore, id est, cōcaminetur aut iniicitur earū rerum vitio, cùm ipsæ res in se sint bonæ, pūq; & incorruptæ, & quas ne cōtigit quidēt̄ nā si contaminatæ sint & vitiaræ, cīque vñs sit, sua ipsi argumentata libenter concesserim, cùm sit indubitatim rebus impuris vitiaris que corpora corrumpi: secus autem, non facile quis me in id inducat ut credam, id quod pro voto non adest, mihi in vitio esse, adeo ut hinc malus habeat aut grauiter corrigendus. Verum hoc ego senserim: verius, esse terū vitium, à quo res vitiosæ, malæ, & corruptæ dicuntur, iuxta illam Cic. diputationem in De fin. bon. & mal. 3. Qui vitius est igitur, inquit, rectissimè mihi videris, & consenseris nostræ orationis, vita posuisse contraria: quod enim vituperabile est per seipsum, ideo ipso vitium nominatum puro, vel etiam à vñcio dicitum, vituperari. Nunc ex hac notatione vide, quæso, num reñalicius vitio laborare, sit hic in defectu boni seu virtutis esse? Quare huiuscmodi expositione valere iussa, dicemus Horatium, quod iamiam ex thesi, nimurum Villij exemplo, ostendit, si ipsi sum facere nunc generatim ex hypothesi: ut pote omnes laborare vñ vitio, qui sibi non imperant, sed affectus sibi imperare sinunt, rerum autem vitio, quādo sibi negatis & illicitis vñtūr si vñntur, vnde scelerati habentur & infames: atque hac ratione duabus de causis culpandi castigandisq; sunt adulteri, quod neq; modū in libidine à natura imperatū seruat, neq; à cōflectandis matronis cōtinēas,

quæ tamen eis sunt maximo malo & periculo. Quod autem hunc locum sit aliter interpretatus Comm̄tator, id ideo accidisse puto, quod Ethici *r̄ivagia* (quod Cic. 3. de fin. & Tuseul. 4. vitiū mauult quam maliciam nominare) defectu me-
giantur & excessu, qui uterque ratione medijs, (quæ virtus est habitus animi rectæ rationi con-
sentaneus) cū in vicio esse dicatur, vitus est Acrō,
neglectio animi bono, defectum quidem egella-
tem in op̄iamque, excessum vero interpretari co-
piam & rerum abundiam in qua etiamnum
sententia paullò post indicat eſc Horatiū, vbi ait,
Num tibi cūm fauces viri sitis, &c. sed fallitur, nō
enim de rei vicio, aut (ut volunt) defectu ibi lo-
quitur, sed de delectu: ut putā, quod amator, cūm
possit in libertinam sese effundere, nihil quam
matronam desideret. *quare ne pessimeat*. clausula
superioris argumenti, qua hortatur Sallustium ut
terum vicio ne laboreti, missas matronas faciat,
quarum consecratio plus laboris mali, id est, con-
sumeliz, ex multis periculis & infinita molestia,
quam voluptatis conferre possit earum contrafactio
fructiōque. *nec magis h. i. n. n.* Occupatio per
utriusq; ait ornatum quidē & splendorē corporis co-
mendare formam, sed non promouere volupta-
tem, nec corpus efficere delicatus. *sit licet hoc Cer.*
horum trium versuum sese continuo subsequen-
tium varia est lectio. Tonf. cum. Diuꝝ codice ha-
bet, sit licet, o Chærinte tuum, &c. Bland. vnuſ, sit
licet hæc Chærinte tuum. Martinius cū reliquis,
sit licet hoc Chærinte tuum, tenerum est femur,
aut crus rectius, atque etiam melius persp̄e to-
gatæ est, quam postremam existimo, p̄ se probatissimam.
Verū ut ad declarationem veriuum ve-
niamus, mihi videtur hæc apostrophe vel preferre
amorem masculum amoris matronarum ex ob-
liquo sub persona Chærinti scorti delicatissimi:
vel dirigit ad nobilem aliquem Romanum (p̄ne
dixerim M̄cenatem, eo quod eum delicate Chærintum
nominet:) quandoquidem pergit in eo-
dem argumento de matrona & togata, ad finem
vñque Eclogz: *P̄terea vñvitur dñe ritus r̄ huic,*
pro delicata maronna, insignique cūm genere
cūm forma, & ornatu: idque contendere videtur,
ut nobilem illū deterreat à mocharu, propterea
quod sub externo habitu splendido, contecta sine
multa deformia, putidaq;. Versuum autē hic or-
do est: O Chærinte, femur neq; est magis teneru,
neque crus rectius huic matronæ quam deperis,
licet sit inter virideis nitidosque lapillos, quam sit
hoc tuum supp, femur: atque etiam persp̄e re-
ctius est & melius togatæ quam matronæ: atq; ita
subintelligitur particula electiua, quam, ac, aut
similis, quod loquendi genus, nec Græcis in r̄pñ;

ne Latinis multum est infrequens: ut apud Var-
ronem de re rustica, Non minores oportet ini-
rimas, vt trimæ pariant, id est, quam bimas. Liu.
hostium plus mille cæsi. Terent. auctore Quintiliiano, Accede ad ignem hunc, iam calefies plus
satis. Idem, Plus milles audui. Plin. 5. Torrentes
verò amplius centum, &c. Si verò sit, qui legere
volet, sit licet, o Chærinte tuum, &c. non iudica-
bo eum facere incep̄te. *adde huc q. m.* Imo, inquit,
togata non femur solū mollius aut crus rectius,
sed totam ipsam mercē læpe gerit probatiorem,
hoc est, totum corpus, sine vñlo natura vicio, fa-
num & integrum, nullo artificio, nullis lapillis, pur-
pura nulla commendatum, ucc vñlis, donique pi-
gmentis fuciōve infectum, de quo, ut redubites,
id aperit rotum, si voles, ostendit: non enim, ma-
tronarum instar, aut eam tantum corporis partem
paſam habet & ostentat quæ honesta est, pulchra
& elegans; aut solū quærit in proportione nō esse,
quæ vñlo sunt aut contactu turpia deformiāque:
sed totam ipsam mercem tuis oculis, & sensibus
habet expositā. Hic ei, non libenter subscripterim,
qui mercem interpretatur partem corporis pudē-
dam: nam si neque turpia celat, neque solū dete-
gat, vendit ētē quod illecebrosum est, me here-
le, corporis omnia membra habet venalia, alia in
vñlo, alia in commendationem formæ, ad conci-
tandam Venerem alia. *nec si quid̄ bo.* hæc à parti-
bus corporis, aliis non ad ostentationem, libidinis
ergo, denudatis, aliis non celatis turpiter, est quæ-
dam epexegesis totius mercis, hoc est corporis ve-
nalis. *Rogibus hic mos est.* Persp̄lchrè hanc compa-
rationem equi ad feminā, præsenzi argumēto ac-
commodat, ut edoceat Romanos quid in conseſta-
dis feminis factō opus sit, ne cum iuganti nomi-
nis & rei dispendio cadant in infinita pericula æ-
que horrenda mala, quando neglegunt alii corporis
partibus, solius facie & capitis gratia, insani
quibusdam copatibus matronas conseſtantur po-
tius, quam togatas, quas nudas tamē inspicere li-
cer. *opertos inspicentes.* apta comparatio hippone-
tarum ad gynæconetas siue mulierum captato-
res, qui simili ferè cura & industria, hi mulieres,
illi equos, estimant, nimirū ex inspectione formæ
& totius corporis integritatæ, quo argumēto togatæ
nudas, matronis sola facie dederat, præferendas
iudicat. Verū vñiformis scriptorum lectio non
nil parit obscuritatis: habet enim omnia r̄ o-
pertos, cōtra Pseudoporphyrionē, qui legit, aper-
tos, cum vulgaris aliquet libris: quorū lectio pri-
mo obtutu aperitor est, & præsenti comparationi
fortasse magis consentanea, quod lectori pluribus
ostendere non est opera pretium, at si *opertos* le-
gamus, ut habeant scripta omnia, eo q. sic inspicere
nō possemus.

nō inutile credamus, non inutile quoque fuerit nos decipi, matronāsque operas conseūtari, togatis nudis valere iussis. Quod quām sit alienum ab Horatio, & Virg. 3. Georg. & sensu communi, nemo non intelligit: atamen ab antiqua lectione dīcedere, nefas est. quam quidem vt conseruimus integrā, neglectā interpunktionē ceterorum codicūm, puta, *regibus hic mos est*, *vbi equos mercantur, operatos inspicunt*, &c. sequemur eam quę rō opertos, apponit verbo mercātur, hoc modo, *vbi equos mercantur opertos, inspicunt*, &c. quam lectionem ostendit codex Tols. & Diuāi, *operatos*, ornatos, aut si mauis, phaleratos. sic Seneca epistola 47. Quemadmodū stultus est, qui equum emturus, non ipsum inspicit, sed stratum eius ac frenos, &c. facies. species, pulchritudo, quę est in lineamentis & symmetria carum partium quę ad primū obtutum sese offerunt. *emtorem inducas*. quod in matrona frēta capta facies, quę ita pellicit, fallit, perdit, & enecat incavatos, vt de reliquis paribus nulla p̄lcrūq. sit cura. *mollifulta p̄li malos p̄ des habeat*: *xenoph. d̄ iū*, inquit Xenophon, *ne coro*. L. Lyncei, haber codex Bland. retutiss. quem fecuti sumus, cum Erasmus, qui & contemplans, cum Glareano, putat esse legēdū; sed ea lectio in nullis est cod. antiquis. *depugna*. sic habet omnes Bland. codices, in quibus o. tērē per scribitur. *matrone p. f. avāxidors*. hoc facit in se, nitimur enim semper in vertitum, & cupimus negata: neque quodlibet, liber, inquit Seneca, *sum officiis res*. sic habet codex Bland. antiquis. reliqui omnes scripti, officiūs, vñus autē Bland. habet, *dum officiūs res*. quam etiam lectionem ait Turnebus le inuenisse. *custodes, lectica*. hæc est enumeratio earū rerum quibus, tan̄ quam vallo, est matrona circumdata. *fola demissa*. suprà diximus folam Latinē dici initiam. *circumdata palla*. pallam non ignoramus haberi pro poplo, seu matronā indumento, teste Non. Marcello: verūm hic opinor accipi pro limbo, quam vestem ait paullō suprà esse iusta subfutam. *lectica*. scribit Commentator lecticā esse vēhiculi genus, nimis, quo nobiliores matronæ per publicum deferrī sōebāt. Sueton. in Othonē, sellam muliebrem, Tunc, ait, abdūtus properè, muliebri sella in castra contendit, &c. *cim̄fones*. hi & cinerarij Catullo nominantur. Hoc autē officium seu ministerium dicit Sosipater esse muliebre. Colomella capitū & capillorū concintatores. Tertullianus structores capillatura nominat: Græci *βοσρυχωλόες* ή *τσιμάζες*. altera nil obſtar. putā togata, per a. 7/9ian, quā Coas vestes indutā, tibi p̄nē nudam intueri licet, ita vt nil præterea sit obſtaculo, nō custodes, lectica, cim̄fones, nō *toga demissa*, &c. Est autem

Coa vestis, à Co insula: vbi non minūs quām in Ceo insula ei propinquā, subtilioris vestis amicula, arte lanificā scientiæ prima, vt ait Solinus cap. 12. ex Varrone, in ornatu feminarum inuenta esse probabile est: Nam Coas vestes, à bombycinis quidē nihil differre (quastamē à ſerīcis separant) graueis auctores voluerē. Huiuscmodi autē vellem nominat Petronius nebulam lineam, protenuillima & subtilissima, inquiens, palam proſtare nudā in nebula linea. altera nil obſtar. Lambinus Hypodiatolēn collocandā credit post pronomen tibi, at scripti, quos legi, codices omnes habēt interpunktionē post verbum obſtat; & eo etiā modo refert Linacer de emendata structuralib. 6. verūm (meo quidem iudicē) parūm interest. Cois tibi. per ellipsis præpositionis in. Sic & Ovid. Siue erit in Cois, Coa decere puta. *ne truire malo curuo, pede turpi, magno & deformi*. Codex vñus Bland. habet, vt nudum. quāleeturam si quis probet, sic ordinandam centuram: Nam in Cois ita pñne videre est eam, vt nudum latus (Synecdochicōs) oculo metiri possit, &c. *pretiumq̄te*. pretium ſuā metri præfigi ſoleat, quando ea venalis est: quemadmodū vino vendibili ſua edera. Rogat autem togata amatorē, veli ne ſibi ponī infidias, non minūs à ſe quām à mutationis, quę pro merce venalitia, id est, vñu corporis, prius exigunt pretium, quām eam infexerint, num proba sit. *leporē venator ut alta*. Sectator matronarū respondet togata, venatoris instar, acquisitu difficultia amare le & perfequi, non etiam quę in medio posita ſunt, quibus nullo labore fruſilicer. in nūe ſectetur. ſic ſcriptū est in omnib⁹ codicibus præter Diuāi, in quo ponitur, ſectatur; ſed aliud Lambinus præſert, quod & conuenientius arbitror, vt ſit potentialis modi. hic etiam dum Lambinus pro, canrat, ſua opera & industria reponit, captat: ſed ea de re priusquam diſferamus, lectorem mouere necesse est, hec à meo moore penitus eſſe alienum, vt in veterū ſcriptis antiquis quicquam immutandum iudicem pro arbitratu, niſi revergeat, aut inter ſe ſcripta non conſent: nam contraria quicquam conari, ni mis est hominis temerarij: adeo vt mihi potius iū nosci, ſi quid non affeſquor, quām peritendæ ſententia culpam depeccati velim. Non hæc dicō quasi non ſapius errare me poſſe existimem, aut veluti pro oraculo habenda velim quæcumque à nobis proficiſtuntur: cum noſ ſuſtinet nihil humani à nobis eſſe alienum, iuxta Comicum: Sed de iis loquor, qui quæuis ſcripta quoquis iudicio inuertunt & mutant, vt imperiis ſapere videantur. In viris autem doctis, huiuscmodi philautia & ambitione locū nullū habere potest, vt quibus multa & varia lectio ne, diffi-

ne, difficillima quæque & corruptissima vel nullo labore sunt aperta, vel suæ sententiae restituta: aut si aliter ab iis fieri nequeat, ita sunt reparata, emendataque, ut doctissimo cuique probentur. Quæc certè hoc loco animadvectionem à Lambino præstitam non possum, multis nominibus non cōmendare in verbo, caput, posito pro cātāt, ita vt peritissimo cuiq. prima fronte grata & nec parua laude digna videri debeat: verū si nō improbabili coniectura admittar verbū, cantat, (pro omnium veterum codicū laudabili consensu) reddere suo loco, hoc ita cōfido Lambinum accepturum (nemo enim vñus aduerit omnia) in tānique partem interpretaturum, qua me patior ab eo castigari, si quid à me minus recte aut dictum aut scriptum notari: Cædimus enim scriptores, inque vicem p̄bemus crura sagittis. Quare vt ad insitūrum reserter, & huius loci sententiam difficultem, mehercule, & tenebrosum, quantum possum, elucidem, hanc accipe cum ordine sententiam; Venator ut nolit tangere leporem, sic, (dūx̄s, ostendendo, putā, togatam domi suę expositam cunctis amatoribus) positum in cubili suo, sed cantat, id est, cantu buccinæ cīet, vt sectetur per altas nūveis fugientem, & apponit sibi caput, fruaturque iucundè, meus est amor huic similis, &c. hīc vide *antidotam* concinnam; Venator non vult tangere seu capere leporem in suo cubili positū, amator transuolat rotatam in medio poltam; Venator cantu sectat fugientem, amator fugientia captat, &c. Hanc autem commentatorem sc̄iū quidēm (vt nobis viderit) aptam ad verbum cantat profide omnium codicū, suo loco stabiliendum, cum D. VVoulardo Blankebergano communicaſsem viro eruditissimo, nec non in Horatiana lectione versatissimo, nec post multam contentionem penitus inter nos conueniret, postridie eius diei per puerum milit ad nos suum hoc scriptum extemporaneum: Reuersus heridom à nostro congreſsu, ac sumto prandio ad focum, quem, vt fert anni tempus, & valerudo mea postulat, luculentum extruo, desidens, coepi cogitare, vt aliud ex alio incidit, etiam de nostra concertatione super loco Horatii de cantione amatoris, vt mihi semper visum est, & experiri meditando, an aliiquid diuinare possem, post heroas eos, ac giganteos venatores, qui magnas etiam silvas indagine cingunt, & magnis canum molosorum laconitorumque turmis stipati, purant nullam quantumvis feram feram eos effugere posse, Turnebum dico & Lambinum & Cruquium nostrum quoque: an aliiquid, inquam, non oculorum perspicuitate, qui vel talpa cæcior sum, sed sagaci-

doratu; quo si me negem aliqua ex parte donatum, putiditate mea angreditudinis erga Deum, à quo omnia procedunt bona, reus merito videi possim, assequi valeam, quod illos alioribus rebus intentos effugerit: Et mihi video aliquid assecutus, ac genuinum sensum Horatij ex tenbris eruisse, *μα τῆς φιλαντίας ἕπεις*, aut *τῆς φιλαντίας*; sed te iudicem constituo. Si enim, vt, adterbiū accipiatur qualitatis, non comparationis, pro qualiter, & quomodo, omnis mihi videtur sublata difficultas, hoc sensu, cantat amator, qualiter venator leporem in alta niue sectetur, quem in suo latibulo delite secentem nolit vel tangere. vt videatur alkusum ad cantionem quamdam vulgatam de generosis venatoribus: Sicut alibi cantiois meminit puëris, quam nūniam vocavit. Et extat in epigrammatis Græcorum puerorum trocho ludentium *τὸν κατὰ ταῦτα ἴλλα*. hoc modo seruatur fides antiquis exemplaribus, à quibus non temere discedendum est, & sententia est clarissima: ac sic etiam locutus est Virg. in Sileno suo de Sileno, Namque canebatxi magnum per inane, &c. Apponit, autem cum Turnebopro, addit, accipi debet, imitatione Græcorum, sic Ciceroni est *προστίχης*, pro addo etiam. item lib. 1. Od. 9. lucro appone. in Pseudulo act. 1. sc. 3. Indune eoriandrum, scenicum, alliuna, atrum olus, apponunt rumicem, brasicam, betam, blitum, &c. Terent. in And. act. 2. scen. 1. Cum is nihil promeret, postulare id gratis apponi sibi. Cic. 1. in Ver. Custodem, inquit, Tullio me apponite. Ita apponit, hoc logo, popredit, est velut declaratio quædam cantionis, aug applicatio verius ad rem præsentem, Hæc te celare nolui, etiamsi cæsus iter monstrare videar. Quod autem attinet ad duo illa venationum genera que hic Horatius tangit, etiam omnibus hodie sunt in ore, legitima venatio & illegitima, quod nostrū dicunt, ghewep ende onghewep: Et ferina longa cursitatione laſiridinque ixa tenerescens, vt propemodum purescere videatur, in summo est nobilibus pretio: contrà illegitima illa venatio, feram baculo venatorio in suo cubili confidere, adeò est contentui, vt magni conuicij & ignominiaz loco videntur elopere deinde nostrare lingua, & percussiendo & impingendo. Simile dictum audiui sèpissime ex ore D. Andreæ à Claerhour, D. de Ardoye cognati patruelis Mæcenatis nostri p̄z memorie, D. Iacobi à Claerhout D. de Maldeghē, &c. numquā cepisse se leporem, quin captū iam, & visceractioni canū datum, veller iterū restitutū in pedes, vt noua voluptate se reficeret. boni cōsule nostris inceptias si nō faciūt pro stomacho two, ac bene vale .Cruciani

Cruqui carissime. Tuus Arnoldus Woulardus, alias Motorius. Ceterum paucos post dies, quando intelligeret ex Pantino nostro (ut qui mecum sentiret) nobis non videri hæc verba, cantat, & apponit, esse ad amatorem sed venatorem referenda, proutius aliud meditatus, ut est ingenio vir sagacissimo, id heteris mandatum per puerum eternum ad nos deferti curavit, quod hic apostolam vides. Dies diem docet, ac posteriora meliora, ut habet Proverbium. A proximo nostro litterario congressu postridie me adiit Paulinus noster, qui pro sua humanitate me crebro inuisit, ut excutiat mihi solitudinis tedium, ac refricuit memoriam loci Horatiani, de quo tres iam egimus, nec adhuc plane conuenimus, nam non vi queque etiam id quod nuper excogitauit, ei placere intelligo: & quia omnino persitis adductus veterum interpretum auctoritate, ut cantat & apponit, pertineant ad venatorem non amatorem, & si apud me iterum cogitare de inuenienda commoda aliqua sententia, sequata ubique, etiamsi subsannet doctissimus Lambinus, antiquorum librorum auctoritate, & interpretum diligentia, ac tandem si quid mihi videor asecurus, hoc modo: Venator cantat, id est, canit signum facit ad leporis insectationem. Solent enim domos egredientes venatores (quamquam non omni ex parte nobis in venatione cum veteribus conueniat) leporarij statim velut auspiciam quoddam facere sono buccinæ aut cornu (ut intelligenter cum Plinio loquar) partim ad excitandos socios & cœdipatras, partim ad colligendos canes, qui sparsum seruantur in villis, quos numellis colla vitro praebente iuxta se habent, donec eò ventum est, ubi venandum purent, ac vinculis absolutos dimittant ad excitandum leporem, quem capiendum maioribus canibus, & præuelocibus, ut vocat Plinius, obiciunt, quos à celeritate, qua ventos etiam superent (quæ visitata poësis est hyperbole) nostris vindicentur *wpnden* dici: cum alij qui tardiores, sed sagaces, à cursu, non, ut alij, à volatu, insperante hondem dicantur. Quantopere autem laboriosa hac venatio sit veteribus probata, vel ex solo Horatio patet, leporem sectatus, &c. Satyr. 2. lib. 2. Item, Cum labor extuderit fastidia, siccus, inanis sperne cibum vilem, &c. & alibi, Romanus sollemne viris opus vile membris & famæ. Et, Ut pariter cœnes pulmenta laboribus emta, &c. Quid tamen non hic occasio est iterum ineutidi conuiuum poeticum, aut etiam venatorium, ut super cum Pantino & Nansio communibus amicis nostris atque adeo vtinam dignetur quoque nobis adesse D. Iudocus Maldeghemius D. de Leishot, & maioris & minoris venationis omnia pernoscentes

mysteria: quem eriam Dux Albanus post heros nostrum D. Iacobum à Claerhout, dignum putauit quem venationi Flandricæ præficeret. Hæc tibi somniabam post medium noctem, quando veriora dixit Horatius somnia ex sententia Hippoc. Speroque pro mea stultitia & philautia, ut me ob inuenitionem inauretis, aut saltem, quia hoc arrogans est, inargenteris; nam Pliniana verba etiam aliud agenti, ob assiduitatem occurserunt, bene vale amicissime Cruqui, & boni consule nostra studia, quæ tibi non tam sudant quam somniant. Tuus Motorius. Ex his itaque nostris & D. VVoulardi commentis, lector candide, si tuostomacho non sit factum sat, ita ut iudices in verbo, cantat, nobis potius & antiquis scriptis omnibus assentientum, quam Lambinus in verbo, cantat; saltē hoc tibi persuasum esto, nos foreis aperiisse, ut fertur, ad vteriorem coniecturam. *hinc sine versiculis*. hæc verba sunt Horatij suorum generis, ab ulti, honesto & necessario, cum tacita obiurgatione, ab inutili, in honesto quoque. hinc sine (sich habent omnes scripti libri quos legite mihi contigit) versiculis, amatoris cantionibus ad illiciendam captandamque matronam, venatoris in morem, arbitraris elapsa præda, condimentaque naturæ neglecto, dolores, astus, tentiginem libidinis somitem cessare, nulloque adhibito medicamine extingui posse & Studéne cum natura pugnare, quæ statuat, id est, statuere tibi & imperare modum deber, quo siuz necessitati succuras? quem si in togatis nolis, & in matronis asequi non possis, dolebit ne natura, & ferre non poterit & Per pulchrè docet Horatius eam naturæ necessitatem omnibus esse ingenitam, ut euremus quibus ad vitam opus est, inutilaque rescindamus. Quare si nos libidini voluptatique seruiamus, saltē naturæ intra præscriptos honesti limites respondere conemur. *è parte tolli*. sic habet codex Bland. antiquissimus, quem secutus sum, præcipue propter euphoniam. statuat. statuere debet, ut si modi potentialis. In hoc etiam fecutus sum. scriptos codices. *nunc tibi cum f. demonstrat argumento inducitio*, necessitat, non etiam voluptati parendum. Ex his versibus summa est ea interpretatio, quam paullo ante confutauit de rerum vivio: *tumens tibi cum*. hoc virium Græcis *jouadis mœs. rjy. tib* nominatur, *caris vñ àid oīo*, Galeno de locis affect. lib. sext. cap. 6. item lib. 9. non ego *caris g.* nem quicquid à natura nobis datum est, hoc firmum, solidum, & cum summa tranquillitate animi (si moderatè sumatur) coniunctum est. Cōrrà, Quicquid à natura deuium est, sectaturq. vehementem illam, & inordinatam *egreis*, hic nihil

nihil habet vita sedati, nihil recti, sed tumultuosa omnia, vana & improba omnia. *namque parabilem.* à sua persona suadet parabilibus vtendum, negligendaque difficultia: ea autem qualia sint, in sequenti vericulo describit ex adiunctis signis: Temporis quidem, ubi dicit matrona, veniam quidem, sed paullò post: Pretij vero, cum ait, veniam, sed non tam vili: Occasionis autē, inquiens, veniam, si vir exierit, talem matronam sub persona Philodemii optat ruditioribus, & mora minus patientibus, se vero malle potiri ait commodiore, faciliore, candiōre, mundiore, minus fūcata, & ad naturā meliorem non efficta formam studio industriaeque. *Gallicus hanc Philodemus.* fuit hic Philodemus Epicurus (vt Strabo scribit) patria Gadaraeū: quem Asconius Pedianus in oratione Cic. pro Lucio Pisone, scribit Epicureum fuisse eaestate nobilissimum: Sed aibitor apud Asconium legendum esse pro Epicureum, Epicurum dictum, vt haber Strabo, vel hunc ex illo restituēdum: tamen Epicuricuīsdam (quem etiam Gargettum nominat) frequens est mentio apud Stoēbūm. Huius autem Philodemii carmen amatorium ex ceteris lib. 7. Epigrammaton desumptum hic apposui: ἡγεμόνιος μετέπει τοῖσι σοὶ καλά τονοῖς; πῶς οὐ τοῖνιδέν; ὁ θίλεις, δύστρη, ὑδελαδεῖς; πῶς γίγνεται μετά τοῦ πνεύματος ἔχει τοῦ τοξευτή; πῶς ὀγκίσσει λόγος; πῶς πάλιν τοὺς τοῖς σοι προσλόγους; εἰδα πρόλογον τοὺς τοικανέτιγγες. τὸνδὲ γύιαν γύρων. Quod ferē ad verbum sic ver-
timus: Comtula qua? me oportire; tibi quod no-
men honestum? heus ubi te? quod uis, accipe: non
loqueris? Quo vadis? comitem dabo: num quis
habet te? Crudelis, salve: me ecquid auere iubes?
Quin rursus accedam, noui mage dura mouere
pectorā; nunc sana sis mihi mente precor. *hac ubi*
supposuit Codex Tōsanus habet, dextrum corpus
mīhi lāeo; qua lectio conuenit cum simplici fa-
cilique modo concubēdi, quem describit Ouid.
de arte amādi lib. 3. Mille modi Veneris, simplex
minimique laboris. Cūm iacet in dextrum semi-
supinalatus. Et haec lectio videtur esse vera ge-
nuināque, quandoquidē ferē hic enumerat ce-
tera qua coniuncta sunt commode Veneri. *ve-*
parida. ve, hic auger, vt habet Comment. cui con-
sentiv Festus ex aliquorum sententia in voce, ve-
grande, inquiens, vegrande significare alijs aiunt,
male grande, vt vecors, vesanus; mali cordis, ma-
leque sanus; alijs parvum, sive minutum, vt cum
diciimus vegrande frumentum, &c. Quod autem
dicit vegrande, male grande; τὸ male, ex sententia
Sosipati in aduerbiis, interpretor valde ita repal-
lido, non miserē, sed vāde paliida. dōt deprensa.
Nam adulterij coniuncta mulier, dōtis parte mul-

tabantur: Quod etiam ante legem Iul. Valer. Max. lib. 8. cap. 2. seruatum indicat; referens quoddam Marij iudicium: Enim uero adulterij damnat̄ eos non publicabatur, hoc enim quinque legibus tan-
tum scribit Vlpianus sanctum, Malefatis, Iuliz,
vis publicæ, particidij, veneficij, & de scariis. leg.
3. ff. de bon. damn. vt scribit Breslōnius ad L. Iul.
de adulter.

E C L O G A . III.

T I G E L L I U S .

O M N I B U S hoc vitiū est cantorib. inter amicos.
Ut numquam inducāt animum cantare, rogari:
Iniūsi numquam desistant. Sardus babebat.
Ille Tigellus hoc. Casar, qui cogere posset,
Si peterer per amicūm patris, atque suam, non
Quidquā proficeret: si collibuisse, ab ouo
Vt que ad mala cistaret, lō Bacchē, modō summa
Voce, modō hac, resonat̄ qua chordū quartuor
Nil aequalē homini fuit illi: sepe velut, qui (ima
Currebat, fugiens hostem: persepe velut, qui
Iunonis sacræ ferret. babebat lape ducentos,
Sepe decem seruos: modō reges atque terrarchas,
Omnia magna loquens: modō sit mihi mensa
tripes, &

Concha sūlū puri, & togā qua defendere frigus
Quāmū crassa queat, delies centena dediſſes
Huic parco, paucis contento: quinque diebus
Nil erat in loculio: nocte vigilabat ad ipsum
Manē: diem totum sterrebat: nil fuit vñquam
Sic impar sibi. nunc aliquis dicat mihi, quid tu?
Nullāne habes vitta? immo alia baud forsasse
minora.

Manius absentem Noviū cūm carperet: Heus tu,
Quidam ait, ignoras te? an, vt ignorū, dare nobis
Verba putas? egomet misignosco, Manius inquit.
Stultus, ei improb. hic amor est, dignusq; notari.
Cūm tua periudeas oculis mala lippas inunctis,
Cur in antīcorū vitiū eam cernis acutum,

Quām aut aquila, aut serpens Epidaurius? at
tibi contra

Euenis, inquirant̄ vitta ut tra rufas & illi.
Iracundior est paullō minus aptus acutis.
Naribus horum hominum riſeri posse, ed quod
Rusticus tonso roga defluit, & male laxus.

In pe-

- Impede calcem bare: at est bonus, ut melior vir
 Non aliis quisquam: at tibi amicus: at inge-
 nium ingens
 Inculo laser hoc sub corpore. denique te ipsum
 35 Concuse, num qua ribi vitorum infenerit olim
 Natura, aut etiam consuetudo mala. namque
 Neglectu vrenda filii innascitur agris.
 Illuc praeuerterunt, amorem quod amica
 Turpia decipiunt cactum vicia: aut etiam ipsa bac
 40 Delectant: veluti Balbinum polypus Agna.
 Velle in amicitia sic errarem: & isti
 Errori nomen virtus posuisse honestum.
 At pater ut nati, sic nos debemus amici,
 Si quod sit, virtus non fastidire. strabonem
 45 Appellat perum pater: & pullum, male parvus
 Si cui filius est: ut abortiuus fuit olim
 Sisyphus: bunc parvum, distortis cruribus: illum
 Balbus: scurrum, prauisuleum male talus.
 Parcius hic viuis: frugi dicatur. ineptus
 50 Et iactantior hic paullo est: concinnus amicus
 Postulat, ut videatur, at est truculentior, atque
 Plus aquo liber: simplex, fortiusq; habeatur.
 Caldior est: acreu inter numeretur. opinor,
 Hec res & iungit, iunctos & seruat amicos.
 55 At nos virtutes ipsas inuenimus: atque
 Sincerum cupimus vacuocrustare. probus quis
 Nobiscum viuit, malum demissus homo ille.
 Tardo, cognomen pinguis damus. hic fugit omnis
 Insidias: nullusque mulo lotus obdis apertum:
 60 (Cum genus hoc inter vita versetur, ubi acru
 Inaidia, atque rigent vbi crimina) probene sano,
 Ac non incauto, fictum, astutumq; vocamus.
 Simplior quis & est (qualem me sape libenter
 Obstulerim tibi Macenas) ut forte legentem,
 65 Aut sacrum appellem, quo uia sermone molestu:
 Communi sensu planè caret, iniquimus, eheu,
 Quam temere in nosmet lege sanctius iniqua.
 Nam virtus nemo sine noscurit. optimus ille est,
 Quis minimis vegetur. amicus dulcis, ut equus est,
 70 Cum mea compenset via in bona: pluribus hisce,
 (Si modo plura mihi bona sunt) inclinet, amat
 Si volet: hac lege in trutina ponetur eadem.
 Qui, me tuberibus proprio offendat amicum,
 Postulat, ignoscas periclio illius. agnum est
- Peccari veniam poscentem, reddere rufus. 75
 Denique, quatinus excidi penitus vitium ire,
 Ceterat nequeunt stuleū herentia: cur non
 Ponderibus, modulisq; suis ratio vicit? ac, res
 Ut queque est, ut & suppliciis delicta coecepit?
 Si quaecum seruum, paterni qui tollere iussus, 80
 Semes pisces, repidamq; ligurrieritius,
 In cruce fuggit: Labeone infanior, inter
 Sanos dicitur. quanto hoc furiosius, atque
 Maius peccatum est? pullum deliquerit amicus:
 Quod nisi concedas, habere insuauio, acerbis: 85
 Odisti, & fugis, ut Rusonem debitor eris:
 Qui, nisi cam tristes misero vere Kalenda,
 Mercedem, aut nimmos unde vnde exircat:
 amaras,
- Porrecto iugulo, histriosis, capimus ut, audie.
 Commissus lectum potus: mensive catillum 90
 Euandris manibus tritum deicis: ob hanc rem,
 Aut, possim antea mea quia pullum in parte catini,
 Sustulit esuriens; minus hoc iucundus amicus
 Sit mihi? quid faciam, si farrum fecerit? aut se
 Prodiderit commissa fide: sponsumve negarit? 95
 Quem paria esse ferre placuit peccata, laborant
 Cum ventum ad verum est: sensus, moresq; re-
 pugnante,
 Atque ipsa utilitas iusti propè mater, & equi.
 Cum proreperirent primis animalia terræ,
 Musu, et europe pecus, glande, atq; cubilia propter, 100
 Vngibus, & pugnis, dein fustibus, atq; ita porrò
 Pugnabant armi, que post fabricauerat rufus:
 Donec verba, quibus voces, sensusq; notarent,
 Nominaq; inuenire. debinc absistere bello,
 Oppida coepunt munire, & ponere leges, 105
 Ne qui sur effet, ne latro, ne qui adulter.
 Nam fuit ante Helenam cunnus deterrima bellis:
 Causa: sed ignotus perierunt mortibus illis:
 Quos Venerem incertam rapientes more ferat.
 Viribus editior cadebat, ut in grege taurus. 110
 Iuris inuenientia mea iniusti faciat necesse est:
 Tempora si, fassosq; velis evoluere mando:
 Nec natura potest iusto secernere iniquum:
 Disidit ut bona diuersis, fugientia petendit;
 Nec vincere ratio hoc, tantundem ut peccet; idemq; 115
 Qui generor caule alieni frigerit horis:
 Et qui

- Ei qui nocturnus diuūm sacra legerit. adit
Regula, pessatis que pēnas irroget aquas.
Nescutica dignum, horribilis sectore flagello.*
- 120 *Nam, vi ferula cadas meritum maiora subire
Verbera, non vereor: cum dicas esse parei res
Furta lacrimis: & magnis parua, mineriis
Falce recisurum simili te, si tibi regnum
Permitant homines. si diues, qui sapiens est;
125 Et sutor bonus, & solus formosus, & est rex:
Cur optas, quod habes? non nosci, quid pater,
inquit;*
- Chrysippus dicas: sapiens crepidas fibi nūquam,
Nec soleas fecis: sutor tamen est sapiens. quid?
Vt; quāuis taceret Hermogenes: cantor. tamē, atq.
130 Optimus est modulator: vt Alsinius vasest, omni
Ablecto instrumento artis, clausag̃ taberna,
Sutor erat: sapiens operis sic optimus omnis
Est opifex solus: sic rex. vellunt tibi barbam
Lasciu pueri: quos tu nisi fuisse coēceres.
135 Vrgeris turba circum se st̃nes; miserijs
Rumperi: & latras wagnorum maxime regum.
Ne longum faciam: dum tu quadrante lauatum
Rex ibis, neque te quisquam stipator; ineptum
Preter Crispinum, sectabisur: & mibi dulces
140 Ignoscere, si quid peccauerō stultus, amici:
Inq̃, yicem illorum-patiar delicta libenter:
Primūisque magis viuam se rege beatus.*

COMENTATOR.

A R O V I T Stoicos, qui magna sua vita non cernentes, amicorum & aliorum etiam parua nobabant acerrimè, qui que omnia peccata & qualiter punienda dicebant, seqũ solos sapientis. Quare simulat se Stoicum, ut ad eorum reprehensionem commodius accedat, docens quod alter alterius vita debet patienter ferre, aut omnes debere puniri, sed alios alii grauius; nam si in minimis peccatis etiam maximæ peccata consumuntur, restat ut maxima peccata aut maneant impunita, aut noua supplicia adinusniantur. *rogati.* supp. etiam. ut sensus sit, cantores inter amicos, etiam rogatio in unicepare. *Sardus habebat.* ab exemplo cantoris Tigellij, in quem grauitate inuechitur; & Sardum nominat, quod esset in Sardinia natus: Sardienses, secundum veteres grammaticos, dicuntur incolae Sardi-iae. Liciinius autem de Hermagene loquens sic sit, Sardi. Tigelli putidum ca-

put venit. ille. demonstratiuē, quod de nobili caratore loqueretur, per emphalism. *Cesar.* Augustus. patris. C. Iulij Cæsar, patris per adoptionem. proficeret. imperaret, persuaderet. ab uno. ab initio cœne; ouum enim erat. initium cœnor, quippe quod in exitu à balneis statim offerebarat. usque ad mala. usque ad secundas mensas. Nam apud veteres mala inter cetera bellaria secundæ mensæ apponebantur. citaret. clamitaret, aut recitaret aliqua carmina in laudem Bacchi: vel citaret, id est, clara voce inuocaret Bacchum, his verbis, Io Bacche. Nam citari dicuntur, qui clara voce vocantur: hinc precones citare dicuntur. mod̃ summa. voce, acutissima chorda, qua suprema est, & int̃ dicitur. mod̃ hac voce. id est, chorda qua crassa est & imia, quę ināl, nominatur chordis quartuor. sup. in, ut sit, quę est imia, id est, infima in chordis quartuor, hoc est, in tetrachordo musico instrumento, quod quartuor chordis constat. nibequele. medie. cre. sepe velut. aliud Tigellij vitium. currebat. sic Sallustius in Cacilina : citus mod̃, mod̃ tardus incessus erat. fugiens hostem. supp. currit. & oīay. viv figuram. qui Iunonis facia. qui sacra in capite portantes senili incedebant, ac lento gradu, qui ignipoggi apud Atheniensis dicebantur: adeo inæqualis sibi fuit Tigellius, ut interdum tardissimo gradu ambularet, interdum citato. Tetrarchas. Tetrachæ dicuntur, qui quartam partem regni habent. loquens. loquendo inutabatur. magna miranda & magnifica: mod̃ sit mihi. supp. uiebat. mensa triplex. Delphica à tribus pedibus dicta. concha salutē. concha marina linc condimentis. puri. simplicis, non conditi; quia pauperiores in marina concha salem tritum habere solent, quo cum pane vescantur. defendere. depellere. decies centena. decies centum millia. festeriū, id est, mille talenta. huic parco. oido est, si dedilles decies centena huic parco paucis contento, post quinque dies nihil apud illum inuenis. in loculis. deminutuum à locis. nocteis u. accusatiuum pluralem posuit, ut iugem frue continuam vigiliam denotaret, ut, vna cum gente tot annos bella gero. ad ipsum. usque ad ipsum mane. sic impav. sic inconveniens. inad. alia. confiteor me habere virtutia, sed fortasse sciuoria: nec sum similis Mæthio, qui dicebat se ignoscere peccatis suis; & ea tamquam leuiora pro nihilo. ducere. *Menius ab. No.* Menius cū de Nouio male loqueretur, ut ei quidam, dic mihi tu, nescis te? Quis autem de perlonis Horatianis scriperunt, aiunt, Menium scutilitate Roma nobilissimum fuisse. Hic post patrimonium obrosum Calendis Ianuariis in Capitolio clara voce optauit, ut quadriginta nummorum æris alieni haberet, quærente quodam quid subi. ueller, quod tam sollemnat. die 23.

die & salienum optaret, noli mirari, inquit, o Sto-
glora habere debo. Hic fertur domo sua, quam
ad forum habebat, diuendira, vnam columnam
sibi **excepisse**, vnde gladiatores spectaret, que ab
eo columnam Menia nominabatur. Huius memi-
nit Lucilius, Menius columnam peteret cum, &c.
stolae, aperte inuenitur in Stoicos. **hic amor**, quo
sibi quis ignoscit. **cum tua**, sensus est, cum tua mala
inundas oculis, quasi lippus, pernideas, cur ad
antiquorum vitis perspiciendacernedique, tam acu-
te accedit, quam aut aquila aut serpens Epidaurius,
id est, draco. **lippus**, quasi lippus; ut Peccius hos
pueris monitus patres infundere lippos cum vi-
deas, &c. id est, quasi lippos. **aquila**, est enim aquila
visus acutissimi, nam sola avium fertur solent
rectis oculis intueri, idque suos pullos dotere, op-
positis soli oculis; & ex a' latente lepore cō-
spicere. **serpens Epidauri**, periphrasis draconis, qui
vitis est in Epidauro: ex libris Sibyllinis Romanis
moniti pro remedio ciuitatis contra pestem, ut
similacrum Aesculapij in Epidauro peteret, quod
Rednani cum non venissent, & Aesculapium saluta-
rent, in conspectu omnium serpens haec in Ro-
manorum petuit, qui ad urbem delatus, in ipsa seu
insula Tiboris vites, subiecto non comparuit, ubi
eis anguis similacrum posuerunt. **Epidaurius**,
apud Epidaurum Graecie ciuitatem erat Aescula-
pij templum, vbi frequetissime colebatur Aescu-
lapij. **arsibi cont.** sint aliqui eccl: rario, qui velint
inquirere tua vita. **rursum amicem**. **Gilli**, quorum
vita reprehendi, amici tui. **irascundior**, sensus est,
habet aliqua vita, sed paullò fructuosa est, ut non
possit deridentiam urbanitatem, quae tunc maxi-
mè exercetur, sustinere, prestat amorem de se riden-
d' materiali, o' quod rusticus sit tonsus, & roga
ipsius ex humeris defluat, & laxos calcenos habeat,
&c. **mirus aptus**, ineptus, quales sunt, qui sena
apeant moribus hominum, & obsecraue ne sciunt
temporum opportunitatem, quietiam sunt im-
potuniores. **acutus naribus**, hi sunt prioniores ad
ridendum, quia sunt magis ingeniosi. **hoc ut respon-**
deret, dicit à canibus, qui odore invenient cubilia
ferunt. **rusticus**, imperitius adverbialiter. De Vir-
gilio hoc dictum esse volunt, quod fluebat semper
eius toga, non bene composta; & veteretur imperito
tonsore. **male laxum multum laxus**, cui hoc Virgilij
est contrarium, Vno animum alloquitur male fa-
na soro'rem, id est, parv' sana; sed melius dicemus,
male hæret, id est, indecenter, vel non hæret. **acutus**
bonus, his exemplis colligit amicorum vita, si le-
nia sint, ferenda esse. iuxta illud, Amici mores no-
ueris, non oderis. **ai stibiam**, ita pronunciandū est,
ut eius significatio exprimatur. **arrogans tag**, Iterū
hac ad Virgilium referuntur, qui habitus erat in

compositi, hæc autem in inculto corpore c'ntur,
quia non facile putar eum ali' quis c'le aut bonum,
aut sapientem, qui male ve' titur. **te ipsum con-**
excute, c'nsidera, diligenter exquire, num qua' tibi
num aliquia vita tibi natura ingenuit. **aut etiam**
mirè hæc duo coniunxit, virtus enim aut irma con-
tutur, aut mala consuetudine contrahuntur: ex con-
suetudine autem nobis multa insunt virtus, nam si
neglexeris te, virtuosus efficeris, quemadmodum
neglecto agro spinæ innascuntur. **vrendaflix**, her-
ba inutilis & incōmoda: manifesta allegoria, qua
significatur ingenium hominis debere disciplinis
exerceri; vel virtis perire. **illuc prauert**, illuc redē-
mus & prius dicamus, illuc veniamus, ad exempla
scilicet: tale est illud, volucremque fuga prævertit
Hebrum, sensus est, non debemus offendiri virtutis
amicorum, sed ea tolerare, imitando amatores, qui
non solum non offenduntur virtus amicarum, sed
ea s'pē laudant, aut, decepsi amore, non vidēt, aut
videre nolunt, aut doleat, & se fingunt. **Balbinum**,
Luciliana urbanitate visus, in transitu amaritudine
aspergit. **polypus**, virtutum sc̄tidū ipsarum narium.
Agna, Agna nomen meretricis, na'ibus putidis:
quod virtutum singit non offenditse Balbinum. **vel-
lem in a.** vitam eum errorum haberemus erga
amicos, ut aut laudaremus eorum virtus, aut non
videremus, ita fieret, ut er' or ille potius virtus,
quam virtutem diceretur. **ut gnati**, virtutum non fa-
stidit, ostendit à parentibus niorum virtus, aut non
intelligi, aut intellecta dissimilatur, quod præcipit
circa amicos quoque faciendum esse. **Strabonem**
a. Strabo dicitur, qui est distortus oculis. Petrus
autem, qui est oculis leuiter declinatis, cuiusque hue
atque illuc tremuli celeriter voluntur. **male par-**
tuus, valde parvus, exiguis, natus. **ut qualis**, **abor-**
tinus f.o. M. Antonio triumuito pumilio fuisse
dicatur intra bipedalem staturam, quem ipse Si-
syphum appellabat ob ingenij calliditatē: hic ali-
quando in Alexandria mari, cum inspectatibus
Antonio & Cleopatra, in seapha vellicarentur cum
æqualibus, tantu' de exterritate antevertit alios, ut eis
quidem esset delectamento, aliis vero admiratio-
ni' varum, varus appellatur pedibus introrsum
revertis. **balbutit**, balbutiendo blandimur in infantibus.
pater autem balbutit securum, illum imitan-
do. **securum**, securi dicuntur qui talos habent ex-
stantes. Alij dicunt securos esse, qui habent talos
infuscos & tortuosos, fulcum male, quia tali corpus
fulcunt & iustificant, parcus hic virius, nunc ostendit
amicorum vita, nominibus honestioribus esse
commune. **iactans**, naturaliter iactabundum
sequitur stultitia. **conciusus**, bonus, compositus,
suavis. **videatur**, dicatur. **truncul'etior**, iracu'dior, phis
equo, plusquam oportet; nam quod sentit, tacere non
potest.

poteſt. *ſimpliſex*. nō diſſimulaſor aut alſentator, ſed qui, quod ieniciat, dicat. vulgo autem ſimpliſex, trudicetus & manſuetus habetur. *caldior* pro calidicr, feruentior ad iram. *haeres*. quia vitia inſtrigimus, & leuioribus nominiſbus appellamus. *at nos virutes*. adeo maligo ſumus in geſio, vt amicorum vitia non moqđo non tegamus, verum etiam laude digna culpemus, quando ea male interpretamur. *fincerum cup*. virtutem vitio polluere, *amagopis*, hoc eft viro bono detrahere; vas autem inciūſtari dicitur, cum aliquo vitioso ſucco illinitur, atque inquinatur: iuxta illud Lucili, Satyr. 18. Nam mel regionibus illis, iugrufatus calix rucja. Vaſa dicuntur etiam inciūſtari, quando cooperiuntur vel argento vel auro. *probus quis*. ſi quis probus nobis cum viuit, diciſimus eum tritem, humilem, ſycophantam. *illi tardo*. cum qui pinguis eſt, tardum appellamus, naturam vertentes in vitium: pinguedo enim pregrauat, & tardos facit, *tardo*. qui paullò tardius ſentit, id eſt, ſtulto. ordo eſt, illi pingui damns cognomen tardo. *bic fugit i.n.* ſi fit aliquis cauſus qui nō facile ſe iugat in iudicio, huc aſtutum appellamus. *obdit*. obiicit, offert, oponit. *latus apertum*. vulnerabile: id eſt, nulli dat ſe irridendum, idque agit ne lingua maleuola feratur. *cum genus*. inter genus hec minum inſidiosorum. *vbi*. quādo, quo tempore. ac non incauto. quia nemo in omnibus poteſt eſſe cauſus æqua iter. *simpliſior quis*. ordo eſt, ſi quis; ô Maſena, simpliſior eſt, qualem me tibi libenter obtulem, hunc appellant moleſtum & ſtultum. ſenſus autem eſt, ſi quis ita ſit ſimplex, vt non obſeruato reſpo co-pellet, atque ita interpelat amicum, aut agentem aliiquid aut cogitatandum, ſtatim eum ſtultum appellabitur, & carentem ſenſu communi. *quoſus fer*. quod videtur impoſtunitatis. *communiſ ſenſ*. ſapiencia & iudicio. *inquimue*. eſt oī. dicimus. *quām temerē*. quia eadem ab aliis patimur. eidemque condicioni ſubiacemus, atque iſcire debemus vitia amicorum ignoscere, vt & illi nobis ignoscant, ſi à recto erauerimus. *nam vitia*. ideo habent & alij quod in nos iaciant. *vergetur*. grauatur. *amicus d*. verus amicus debet mea vitia penſare cum bonis & virtutibus, & ſi plura bona inueniat, ad ea laudanda debet eſſe propenſior, quām ad vituperanda mala, que ſunt pauciora. *haec lege*. haec condicione. *in trutina*. idem iudicium de ipſo erit & eadem eſtimatio. *alij oī. quōd*: nam qui ignoscit peccatis alterius, mox eadem venlati conſequetur. *ne tuberibus*. ſi quis maioriſbus ſuis vitia poſcit veniam ab amico, illius minoribus debet ignoscere! Tuber autem gibbus eſt, aut alia cutis inflatio. hinc tuberosus, gibbosus. ſed hic tubera pro grauioribus, verruce. pro minoribus

vitiaſ accipiantur. *rurſus in uiuēm quaſi*. quo-niam. Si noui poſſint, inquit, iſe vita penitus abo-leti, nec item alia, ſaltē diſſimulanda ſunt, aut moderatē vituperanda, nec villa malignitate augēda. atque iſe paullatim eō deſcendit, vt conu-a Stoicos diſputet, qui piferunt omnia peccata eſſe equaſia, vbi oſteñdit non peccatum ipſum, ſed pec-cantis animum eſſe ſpectandum. *ponderibus*. equo iudicio, eſtimatione, & mensura conuenienti de-bet vti, & eo modo, prout res vnaquæque eſt, eam punire. *coercet*. lupp. ratio. ſi quis eum. argumen-tum à ſimiſi, quo docet non omnia peccata eſſe ſimiſia, ac per hoc nec ſimiſis poenas. *ligurrierit*. deguſtauerit Labeonin. Martius Amilius Labeo iuriſperitus memorata libertatis, multa liberè cōtra Cæſarem diſiſe & feciſe dicitur, ab eo latas leges contumaciter reprehendens: quare in gra-tiam Auguſti eum hic carpit, & in ſanum nomi-nat. *sanos*. ſapienteſi. quanto hoc. quod faceret do-minus, quām quod ſeruus admiferit. *in ſuauis*. a-marus, *acerbus*. aſper. vt Rufenem. ſignificat hunc Rufenem ſeneratorem fuſile, & eundem hiſto-riographum ineptum, qui loitus erat à debitori-bus ſuis exigere, vt vel ſe legentem audirent, vel debitum ſoluerent, quod eis ſaepē erat ipſa morte durius. *qui debitor, niſi unde unde extircat amar*. id eſt, alicunde, vel vnde cumque colligendo par-ar, & diſſoluit, debet, quali captiuus morti addi-cendus, audire illum reciuantem amaras & ingra-tas historias. *mifero*. debitori. *Calenda*. quādo ſe-nus erat perſoluendum. *mercadem*. vſuras. *nemos*. fortem. *cominxit*. inuitati quendam amicum tuum ad coenam, is potus ſeedauit lectum tuum, aut fregit catinum, iſcireone debes eum odifeſ. *Euandri*. Euandrum ferunt caſatorem ac platen Athenienſem à M. Antonio Alexandriam perdu-ctum, & inde inter captiuos Romam veniſſe, ibi q̄. multa admiratione digna finiſſe. *caſillum*. paruū catinum. *tritum*. perfectum, caſatum. alluſit ad matericis ſpeciem, quod tritum dicit, & fractum. *ob-haparem*. ordo eſt: ob haec rem minuſ iuendus amicus fit mali, quod aut catinum fregit, aut pul-lum ante me poſtum luſtulit? *comiſſa fide*. fide pro fidei. *ſponſuven*. promiſſum, aut ſi neget ve-nire ſponſum pro me. *queiſ paria*. aperte repre-hendit hoc Stoicorum dogma, qui peccata paria eſſe dicunt, cuim de ipſi quidem in ea ſententiā per-maneat niſi verbo tenus. *verum*. ad eſtimationem veri, ad diſiadicandum quod verum eſt. *ſonſus*. al-i-ter ſentiat omnes homines. *mores*. nam coſue-ndo hoc improbat, aliter enim puimus ſurem, ali-ter homicidam; ſenſus enim aliter indigantur & animus cum audiſit homicidium factum, aliter, cum ſurtum. *utilitas iuſti*. iugementū ait iuſtuſ & æquum

& æquum ex utilitate procedere. inter iustum autem & æquum hæc est differentia: iustum ex lege descendit, æquum ex natura. ut Maro, haud vincio & legibus æquam. propè mater. bene dicit propè, est enim alia utilitas vera quæ iusti & æqui mater est, repugnans huic dogmati; alia autem est pecunaria. cum pro pœse. vult ostendere iustitiam non esse naturalem, sed ex utilitate natam. primis animali. hypallage. primis, pro prima animalia, homines intelligendo. prœpœse. prœcesserunt. misericordia. sine eloquio. super. incultum. usus. indigenita. verba. quæ declarant sensus nostros. nominati. rerum. ab sistro. secedere. separari. cœperunt. zeugma. ponere. hic ostendit iusti matrem. esti. vti. iatrem. sed ignorati. ignorantur, quia illos nemo suis scriptis celebravit. incertam. omnibus expositam. non certi mariti, quia non habeant certas virores. viribus edit. hoc èo pertinet, ut probet quod suprà dixerat, nempe homines ab initio cum orti essent, pugnam habuisse inter se, sed primo ferino ritu, deinde ad arma paullatim processisse. iusta invenia. pergit in eo, ut ostendat iustitiam non esse naturalem, sed adiuuētam utilitatis gratia, natura autem scimus, quæ appetenda, quæ fugienda, sed ratio efficit, ut discernamus quid iustum, quid iniustum, quid vtile, quid inutile. tempora si ab hominum memoria velis requirere quid gestum, & quid sit litterarum monumentis proditum. fastosq. dies. libros consulareis. nec natura. hoc est, nouit quidem natura, quid bonum, quid malum, quid dulce, quid amarum; sed quid iustum & iniustum, non item: hoc enim vita nos docet. nec vincet r. nec hoc unquam obtinebit ratio ut paria peccata credenda sint, sacrilegi, & eius qui caulinulos alienos suffuratus est. nocturnus. noctu, de nocte; ut alibi, vos exemplaria Graeca nocturna verare manu, versate diurna. legerit. rapuerit. furans sit: ut poëta, vel quæ sublegi tacitus. vnde & sicut legi dicti. regula. iustitia, moderatio. nec scientia. sensus est: adit moderatio, ne dignum maiore supplicio, officias leuiore, cum minieris pari supplicio omnia peccata te persecutur. si tibi homines permiserint eam auctoritatem. scientia. lotto. Græc. σωνια. δοι. διστρο. quod significat corium, lorum, omnia dicere. cum tu, o Stoicæ, das omnia criminis æqualiter tuis puniendas, non reveror, ne eum torqueas leui pœna, qui dignus est maxima: scilicet cum ex quartis criminibus, nullum tam leue putes, quod ferula sit vindicandum. fallacess, allegoricos, eadem suppliciante puniuntur. si dices q. s. eleganter: Stoicos: id est argumento Stoicos dicunt enim sapientem cuiuslibet, etiam si intendit: nobilem, est si ero karde pulchritudinem, et si sondidissimum sit, & oportet si sapientis est diues,

& tutor bonus, & formosus, & rex, &c. cur opatas, o Stoice, ab hominibus regiam potestatem tibi dari ad sceleram punienda, si rex sis? cur opatas, ait inconsideratè illum optare regnum, cum sapientem, etiam si tutor sit, regem esse dicat. non nosisti. per anthypophoram introducit aduersarium, qui ex sententia Chrysippi respondeat: quod facit Horatius, ut urbanus eos derideat. soleas. galliculas bene incitás. Gall. des broscuine. quòd. quomodo, interrogat. Alfinius v. urbanè iatis Alfinium Varum Cremonensem inducit. sic, inquit, Stoicus, sapiens, & rex, & tutor dici potest, ut Alfinius erat: qui Cremonensis abiecta sutrina, quam in municipio suo exercuerat, Ramam venit; Marcoque Sulpicio iuris consulta vsls, sua scientia ad tantum dignitatis peruenit, ut consulatum gereret, & publico sumere efficeret, usus. astutus, cordatus, antiquitatem præviro probo accipiebat. sapientis opes. gnatus ariis, artifex. laetius pueri. aut Epicureos intelligit, qui Stoicos vehementer oderant, quod se pro infantibus pueris estimarent, aut simpliciter perulanteis pueros. vellunt tibi. vñque adeo non es rex, ut si ad vellestandam barbam tuam pueri venerint, nō nisi baculo illos repellas. atque hoc modo ostendit vanissima persuasione Stoicos sibi vendicare quod non habent. fuisse. clauili, larras. iracudè exclamas, o tu summe regum. dum tu quadrante. per quam urbanè. sensus est, quam diu solus is latutum, quadrante balneatori dato, sine vlo comite alio præter Crispinum, regem te esse probare non poteris, quare nec docere paria esse peccata, si non paria sint supplicia. Crispinum. hic Stoicus fuit, qui multa eorum dogmata versibus scriptit. stultus. imprudens, ridendo Stoicos, qui alias omnes præter se stultos appellant. inq. vicem. tmesis. pro & inuicem. priuatum. non in magistratu aut dignitate existens. magis. beatus. beator quā tu, qui te regem putas.

C R Y Q U I V A .

E X O R D I T U R à cantorum vitiis, qui in ordine mendicorum hominiorum, suam quandam, quali dñe, peculiariter obtinent: tanta namque suorum animi, & quidem arrogantileuitate, ut pro minimo ducent, nulli morem gerere, ne dum gratificari, vel amici simo cuique: quibus hoc malum insuevit. cœsus amor sui; nam ita ad stuporem vñque sibi hoc persuasum habent, ut quodiphs pulchritudinem videant, id est ceteris omnibus dispicere: non posse pœnit, homines esse cœt Philautiscum pœnit, et innumerandi, ab his itaque summis iniustum, quodhanguntur. Tigellu catoris, pharao, et cetera ita ad vngue expositi; ut ex humero proponantur,

etiam, cantorum mores, inconstantiam, levitatem, ceteraque virtus, omnes, quasi in tabulis designata, posunt inueniri. Huic autem continuo subiungit ex collegio baltronum: Menium quedam eocantore non multo probiore hominem, sub cuius persona describendo philiatorum genus & ingenium, agit de amici virtu, id ne distin. uulandum, an in meliorem partem interpretandum sit, poniendumque pro facili magnitudine? atque ita sensim delabitur ad Stoica dogmata, utpura, de sequitatem peccatorum suppliciorumque: de sapiente, an is solus diues, liber, auctor, & rex dici debeat? quod cum facit, e modo Stoicus illudit, ut eos nihil minus quam liberos & reges, sed egregie philautos esse diuidet; adeo namque iij quadam animi propensione correpti in astimandis propriis exercitabant, hallucinabanturque, *οὐτοὶ τοῖς τῷ σῷ ἀνάπολοις οἰκότεροι περιπατοῦσιν τῷ ιερῷ οὐρανῷ αἰχματοδότες, οὐτοὶ τῷ περιπατέντες περιπατοῦσιν.* hoc est, ut, cum in Stoa Diogenem retrorsum ambularem rideant aliqui, non vos, inquit, padet viuendi iter facere retrogradum, quod mihi in deambulando tantum virtus datis? *omnibus hoc verum.* virtus hic est (ut arbitror) id quod Cic. ait lib. 3. De finib. non malitiam esse, quam Graeci *μάρτιον* appellant, sed leuis animi infirmique peccatum. *cantoribus.* non est cantor censendus hoc loco musicæ artis, numquam laudatæ, peritus, sed is qui aut artificiose vocis modulis, aut instrumentis, musicæ famularur, utpote cithareodus, lyricen, tibicen, fidicen; & paucis, iij omnes de quibus hos vulgo iactitatum est prouerbium, Bonus cætor, bonus cypriarius: quod Erasmus in Chiliad. referit dictu esse in vituperium artis Musicæ, quod profecto musicos peritissimos modestissimosque, acq. adeo arte ipsam vulgo tam facit audire male, quam temeritas fortitudinem virosque fortes; & hypocrisis, ipsam virtutem. verum quod ea sit huius loci sententia, demonstrat Hermogenes Tigellij *πράξης,* cantoris facile principis. *inter amicos.* sibi familiaris, bellos homunciones. iniussi. vltro, sponte, non rogati: *μέτρογοθεί;* *αὐτὸν ἀντέρετο:* est enim tunc eis *τούτος ἀντέρετο,* non coactus, sed sponte suscepimus. *Sardus.* per contemptum: quod in homine illo esset prudentia & moderationis vix villa scintilla, sed vanæ cuiusdam persuasionis & stultitiae plurimum: quo nomine erat sua gente, putat, Sardibus hominibus ingenio feruili probe dignus. Quod autem scribit Commentator hunc in Sardinia natum, eaque gratia Sardum cognominatum, non verbeneriter improbarim, cum videam scriptores inter se non consenserit, à Sardi-

bisne, an à Sardinia dicti sint Sardi venales: malum tamen Plutarchus sequi, qui in eam partem videtur inclinari magis, ut Sardos, Sardanos, Sardianos, ad Sardeis referat, olim Lydiæ populum satis peruvicibus moribus & improbis. *habebat hoc.* virtutem hoc cantorum. *τετραχορδούς:* hoc est, laborabat eo virtu, *Casar qui cog. p. exploitio ingenii Tigelliani à maioris;* nam si Cætali roganti voluerit obsecundare, palam est illo nihil fuisse durius. hunc autem cantorem Tigellium ab Horatio hic positum putato unum multorum instar. *ab ea usque ad m. allegorios.* hoc est, finis non fecit in tetrachordio canendi, dum tetram iplam cantionem, vel ad tacitum visque auditorum, personaret, incondito saepe vulnalu in ore, baechantum, dum vocis modulos chordis aptare laboraret. Hanc autem esse sententiam, notari que Tigellium, tamquam fanaticum, vocalitatis immoderate, dilucide licet cognoscere ex ipso verbo, ciarer, hoc est, vocem attolleret virilium: contra antiquum, priscisque hominibus vestrum canendi modum, qui primum quidem cantillabant, & vocem quadam querula (quod etiamnum hodie temporis arbitribus sollemne esse nemini dubium est) sua carmina ad citharam vel lyram modulabantur, quod erat *μετρίζων.* At incalescentibus iam nunc animis, ceperunt nonnumquam contendere vocem, & clarius accinere, quod *μετρίζων,* vocitabatur: sic aut Plutarchus in Lycurgo, *ιερῷ μετρίποντιον,* hoc est, incepit paullatim in crescente pœna, hinc etiam *μετρίζοντας* dicti sunt. Plat. ep. 7. *φίλογοντιον πέπετο τοῖς παισὶ τὰ ἀνέβατα βασιλεὺς πολιτεύεται.* hoc est, efferebant continuo ad manus ipsos clamorem quedam barbarum & bellicum, huiuscmodi clamorem denotat Horatius per supradictum verbum, citare, eique primum accommodat summam chordam ad concitatiorem *κατευθυνόντα* apertissimam, que *πάτερ* dicta à soni grauitate Saturno tribuitur: postea vero, ut ostendat priorem illam concitatiōnem Tigellij paullatim remitti, atenam descendere ad imam chordam, & *μετρίζων,* hoc est, minuere, mitigareque vocis sonum grauem, nec non sedatus aliquanto chordis accinere: nam chorda imma, que *μέτρη* vocatur, acutius quidem, sed exilius tamen intendit vocem. Hac autem mihi vera videtur, propositoque accommoda significatio verbi *μετρίζων,* quod vulgo cantatorum barbarè dicitur, canere in voceto, hoc est, voce summissiore: nam in virilem, & quasi stentorian vocem erumpere, *μετρίζων* propriè nominatur. Quod autem doctissimi quidam iudicent, *μετρίζων* pertinere ad deminutionem, & concisos fractosque modulos, *gringoter,* aut *fringoter* Gallis; milii certè non satius

Satis probatur: quin autumarem potius hoc esse
πριγένειαν, à stepitu cithara, nam & tremula vox
 obstreperaque, suo quodam modo numeros con-
 cedit; ut taceam hoc genus cantionis apertam la-
 sciuiam præ se ferre, qualia sunt *πριγένειαν* Græ-
 cis. Ceterum ne quis hic admiretur me à Com-
 mentatore desicere, qui netem supremam, &
 summam chordam, hyphen autem imam consti-
 tuti; qua causa mibi cum eo iudicet non bene con-
 uenire, & alterutrum in errore esse, nolui hoc ta-
 citum præterire, ne (cùm quasi ex promisso, veteri-
 bus ex scriptis optima quaque colligere studeā,
 quò ex studiorum manibus eiiciam pseudogra-
 pha Porphyronis hæctenus & Actonis nomine
 vulgata) penituidine ductus, videat, quasi deserta
 statione *τόνος κολλάσσης τρόπος τούς ἄκους*, pœnaliq. meæ
 temeritatis omnibus iure lata. Quare ut huius
 rei causam reddam, arbitror perito nemini esse in-
 dubitarum, summum & imum dialectica ratione
 dici ad se, & ita alterum alterius esse gratia, ut vi-
 cissim & subsint sibi, & præsent, alia atque alia in-
 ter se positione habitudinéque, adeo ut idem
 nunc summa, nunc imum dicatur. Quod cùm
 ita sit, nō difficiliter animaduerteret lector, me cum
 Commentatore, neque re ipsa, neque nomine, sed
 consideratione solum dissidere: Nete enim ratio-
 ne lunæ, cui dicata est, in Commentatore summa
 dicitur, eò quod Luna sit in ascensu Planetarum
 primus: Hypate verbè, Saturno consecrata, eisdem
 ima, quia Saturnus, eo concendi numero sit
 ultimus. Ego autem, qui à Saturno summo plane-
 tarum, hanc numerandi seriem sumam delabens
 ad iam vsque lunam, hypaten quidem Saturni,
 etiam in tetrachordo summa, neten verò lunæ,
 imam non dubitavi nominare. Cur autem id ita
 iudicem, causæ non latent in arte musica peritissi-
 mum quemque, quas hic quoque commemo-
 ram libenter, nisi essent ab hoc arguento pro-
 fusi alienæ: nihil enim rei est, Horatium legenti-
 bus, cum monochordo in quinque tetrachorda
 partito, nihil cum numero, situ nominibusque
 chordarum: ut omittam prolixitatem, perplexita-
 tem, difficultatem artis, quæ nauseam potius &
 contemptum pariant, quam voluptatem: *Io Bacche.*
 in vocandi casu singulariter legere potius velim
 cum consensu omnium scriptorum codicū, quæ
 Bacchæ, in numero multitudinis, ita ut per Dia-
 stoles, e prolongetur: non enim hic affectus extra
 cantionem denotatur, ut fieri solet in foliis accla-
 marionibus & congratulationibus. Verum si qui
 cum Turneo rō Bacchæ, vulgate lectioni præ-
 ferant, per me placeat regi sua regina, ut aiunt: *nil
 equalē*. Siquidem, quanto ergo minus potuit
 æqualis esse alij: inveni illud; Conusaict nulli, qui

secum dissidet ipse. hoc autem thema est subse-
 quentis enumerationis: Tigellius, inquit, modò
 præcepis ad cursum, modò tardus in incessu, in co-
 mitatu, pompa, verbis magnificis, cum aliquando
 aut coniulem aut virum consularē dixisset, ali-
 quando ratione diazœ, abiectum hominem, qui se
 nonnumquam parcitate ipse superauit, post paulo
 nepos splendidissimus, nihil erat eo diligentius,
 nihil intemperantius, nihil segnius, nihil turpis:
 ita ut de eo recte dici possit illud Philemonis apud
 Stobaeum: *ἰτάνιον εἴναι οὐ μὲν καθεστωτὸς ποιοί, εὐκαίρως ἀκέντειον εἴδει αὐτῷ, ἀλλ’ ἐγένετο*, quod sic verti. Si quando
 secum mente quis non consonat, audire recte huic
 nil fit, nil cernere: mens enim videt, ait Cercidas, mens audit, *ῥῆσις ὁρᾶται, ἔγχος ῥῆσις ἀκέντειον*. *σαρπεδονεστος*.
 nimtrum patronus ambubaciarum. *ομηρία magna*.
μιγάλη προφῆτης. Hellenismus. *μεγάλα λύτρα*. Ari-
 stoph. in ranis, *ταῦτα μεγάλα λύτρα λύτρα*, hoc est, ne
 magna nimis dixeris. erat enim apud antiquos
 Dea Nemesis vtrix iactantiz, iccirco à magnilo-
 quentia vehementer se temperabant. *modo sit mihi mensa triplex*. nemini dubium est hic signari mé-
 sam plebeiam, villem & abiectam, que vel parcissi-
 mo satis esse possit: verum unde mensa triplex pro-
 talis sit habenda, qua in apparatu quoque splendi-
 do vt non sit indecorum, nemini adhuc satisfactum
 video. An quod uno pede mutila, ut vult Turne-
 bus ex hōc *Martialis*, Ibas triplex grabbatus: cui
 succinit Ovidius, inquietus, erat pes tertius impas-
 testa parem fecit: *an sit μεγαλεπίζειν*, à tenui vi-
 etu profecto hæc nolim adultere; sed ut id quod
 mihi probari videtur, explicem, hæc coniunctum
 sumta, *mensa triplex*, lectorem morantur: at si hoc
 modo separant, triplex (qui & trapezophorus no-
 minatur) sit mihi mensa, id est, loco menœ, sen-
 tentiam habent omnibus obuiam: nam certam vi-
 etus tenuitatem demonstrat tripodis angustia, ut
 cui pauca imponi possint, & iplus vilitatem vsus
 exhibet, ut qui mensæ suppositus, eius splendorem
 suffulciat: raseo tripodes, ablatis mensis, sepe loco
 sellarum suis, *ιφῶντας*, inquit Pollux: quali-
 bus etiamnum hodie in familiari supellebiti, non
 raro vtimur. *concha* s. hæc cum tripode conficiunt
 pauperimam milierimamque supellebiti, ea
 namque nulli non vel egentissimo in littoribus
 collecta domi pro salino haberi potest. *salis puri*.
 hoc est, *concha* salem purum continens: Salis puri
 appellatione, nudum merumque salem, nulli alij
 obsonio condimentoque confunctum denotat:
 quod ita extremitatiorum est, ut in prouerbiale
 sermonem transierint, Salem lingere: Salem
 ac mensam non præterire. *toga quamuis* quantu-
 mis villosa. Hæc à Suetonio in Augusto pin-
 guis dicitur, pro *toga crassæ texture*, aut dupli-
 catæ.

cata. Sic Iuuenali, lacerna pinguis, è crassiore lana filo que contexta. Est ita que togacrassa, toga plebeia & vi i^l cōspicua, euculi. vide Pollucem lib. 3. cuius texturā viderit innuere Hesiod. in operib. & dieb. inquietus, σύνηγροις οὐ πατεῖσθαι, πολλῷ λέγονται. hoc est, stamine subtili- non paucam intexto: ramam. nil fuit v. reperiitio superius positi thematici, quodd velut Horatius Tigeium omnibus in vita & moribus esse quoddā quasi hominum & inconstantiae portentum. nuna aliquis tristis per subiectiōnē ad φιλάρτου imo- alia. quia vitiis nemo sine nascitur. Imo, hic accipi. ur antiquo more pro prorsus. sic Plautus in Amphit. act. 4. sc. 1. Quod apud hanc æde in negotiū ut tibi? S. immo quod tibi. sic in Mostel. In somnis fortasse. A. Imo vijans vigiliantem. & forfasse, sic habent omnes codices manuscr. non. haud. viderit Horatius ex sententia philatorum. respondere, sibique indulgere diuinūcō sua vi- tia; quod certe suo more facit, nimirum ut sibi pa- ret huiuscmodi hominum genus ad audiendum atentius. *Manius abs. Nouum. argumentum à fa- sto hominis φιλάρτου ignoras te. uō nolti, qua- lis tu sis?* dare nobis v. p. dare verba hic non tam eſe faſilex quām latere: perinde aei dicat, aut tua vīta ratio, quasi nobis incognita, latere possit nos; ita ut à nobis reprehēdi non queas? egomet mihi ignosco. faceta antaenacialis, pati ex αὐφέναις quādam paricipij ignorum, quod cūm propriè notet inco- gnitum, rapit *Manius* in aliam partem, pro eo pura, quod est, venia dīa: perinde aei si dicat, si ab aliis mihi non. ignotum, hoc est, data venia, ego met mihi ignosco, nulla aliorum habita cura. *Stul- tus & Imp.* obiurgatio *Manij* ab amore sui stulto. & improbo, qui dicitur φιλάρτia. quia nullum maius ma-um homioi, neque magis exitio sem con-tingere potest, secundum illud Platonis in Cratyllo, τὸ γέ εἰπαντας οὐτούς κατείχαστε. οὐτούς μηδὲ εἰπακρόποτεστε. οὐδὲ εἴτιοι οἱ εἰπα- τίσται, πῶς οὐ διέστοι? hoc est, à ei prodecipi aliquē, res est omnium perfissa; nam quando suisplūs. impost or ne-vel minimum à se discedat, sed ipse- sibi semper adiit, quia non dicat hoc esse moe- stum? διάθεται, οὐφα, εἰπαπον φέλειος γένη τοιούδε φιλάρτος τοιούτου βασιν διάκενοι, μηδικα. αὐχείνει τηλείαν αεράς ποιέμενος, hoc est, Quare (inquit de leg. 5.) necesse est hominem ni- mimum sui amorem fugere, seque ipso meliores se- cūri, nullo verecundiā pudore impeditum. *impro- bus. turpis*, sic apud Virgil 4. Aeu. improbus amor. Luci. apud Non. Omnes formati fortes, vbi ergo improbus est? dignus notari. ignominie nota, qua- Censores eos notabant, qui quid indecentius aut dixerint aut facerent, Hellenismus, pro, dignus

qui moretur. cūm tu p. ab iniquo grauitate exag- gerat dictum *Manij*: cūm tibi tu ignoscis, vt ait, cur tam diligentes inspectores, persecutor, ca- lumniator vīte & morum alterius? Nōnne eadem ille natura lege tecum natus, ei dem tecum vītis, miseriis, calamitatis, ei dem fortunæ ludibriis, ea bus, eventis, ei dem tecum animi perturbatio- nibus, eidem denique impetu, ardori, libidini vi- vir obnoxius, agitat, versatur, concutitur? Quod si ita sit, aut deline tibi dare vītiā molestus alius, aut ex æquo patere notas & fannas aliorum. per- uideas. peruidere propriè videndi diligentiam & continuitatem denotat, sicuti peruigilare, sine in- termissione vigilare: hinc peruigilare apud Charis- sum, continua vigilare. Proprietus, sollicitas per- uigilare moras, ait. Victorinus lib. 2. o. cap. 1. 5. ex Plutarcho, de tranquillitate animi, conicir notare id quod Græcis est μεγάλητος, hoc est, oculis transire, nec attentè contemplari: in qua senten- tia quoque est Nannius lib. 3. itaque peruidere, erit dissimulare se videre, seu retro oculo arque oblique cerere. Quid si peruidere oculis ini- citis, sit videre per inunctos oculos, ita ut præposi- tionis vis transeat in instrumenta videndi, ma- nente verbī proprietate? Henricus Stephanus di- cit Horatium verbo peruidere suam significationem reliquise, sed eos reprehendere voluisse, qui cūm se in cernendis suis ipsorum vītis summa perspicacia vīti simularent, contrā ad ea connive- rēt, & pro perspicacibus & Lynceis oculis (quibus vtebantur in aspiciendis aīorum vītis) lippos & inunctos oculos afferrent &c. cui enarrationi dilu- cide libenter assentior: nos tris enim vītis que no- nūmus optūm, ex cutientes applaudimus, vi epist. 2. lib. 2. vel crassiū ea tardiusq. examinavimus qua- si lippientes propter φιλάρτου, sed aliena confe- sim & acriter sine vīla simulatione cauillamus. mala. quidam codices scripti habent, male, non omnia incepit, vt arbitrator, pro valde. lippus. lippus dicitur, cuius oculi pituitam quandam mordican- tem exudant: Nonio, Gramiosus, à graminis, que est oculorum pituita, vt ait. sed arbitrator apud cum leghedum esse Glamia, & glamioli, δένδροι γλαμιών & γλαμιών lippio. gramioli oculi à lippitudine, vnde qui tristes sunt, in hodiernum quoque diem gra- miosi, inquit, vulgo nominantur. serpens Epidau- rus. cūm omnis serpens acutè videar, Epidaurus de hist. Rom. additum videtur, de quo vide Valer. Max. lib. 1. cap. 8. titulo De pestilentia: vido Sextum Pompeium Felum in ditione, Dracos. Scribit Strabo lib. 8. Epidaurus, prius Epitaurus, inquietus, sita vrbs est in ipso Saronici sinus se- cessu iatimo, stadiorum quindecim circuitum ha- bens, &c. Hæc autē non parūm signis est ciuitas, præser-

præfertim ex Aesculapij claritate nobilitata, quæma
varia morborum genera curasle somniarent ho-
mines. Erat vero templum gyrorantium multitudo
et queque referunt, pendentibusque ta-
bellis, in quibus sanati languores erant inscripti,
&c. Hæc Strabo *Pugnacis Iracundior est p. expolit*
eum versum, *ut in amicorū v. ab iracundia amici,*
& neg. ecto corporis cultu: quod vitium cùm sit le-
uius, & honesto nō aduersariū, vult tegi, & ingenij
bonitate, benignitatēq. excusari: eo enim humore
melancholico laborā, ibus à natura compatiatum
*est, vt ad iras sunt proniiores, & dipterorum scom-
matumque impatiensissimi: ad se datur enim, in-*
*quit Ariot. in libello De virtut. iracundiam no-
rotitas & inconstans, de paruis angi, repenteque*
affici: nec aon per brevem tempus: moribus etiam
melancholici sunt incompositis: in cultu ornatusq.
corporis minus curiosi, at ingeniosi tamen & viri
probi, æquaque bonique obseruantissimi: qua de
cauia non grauatum Commētatori subscriptiū,
qui dicit hic describit Virgilium. Est autem horum
*versuum (vt mihi quidem videtur) ordo & sen-
tentia: Est alius paulo i. acundior: per interrogati-
onem, ergo minus, id est, non est aptus acutis
narib' sho' um hominum, id est, qui conueretur
cum dicacibus & urbanis hominibus huius ætatis.
Nam sideri posse abiūs, tò quod rusticus tonso,
&c. Quid autem hæc interrogatiæ legi debere
existimem, non difficulter quis credat, si cognos-
car subsequentia quoque virtut (expositione con-
trariorum extenuanda) per interrogationem esse
tenda, utpūtā, parcūs hic viuit frugi dicatur, &c.
Iactantior hic paulo est: concinnus amicis, &c.
calidior est: acris inter, &c. atque hæc interpunctio
est in omnibus manuscriptis. *acutus naribus.* nimis
fragriter odorantibus, quod Græcis est *μυρμέχθ.*
conuenit cum eo Perlh: Rides ait & nimis vacis
naribus indulges. sic & Horatius alibi, Naso sus-
pendere aduncit: erat enim nasus antiquis irritio-
ni subdolè dicatus, te te Plin. *rusticus tonso.* quod
capilli essent inæqualiter decurtaui: quemadmo-
dum de se ait Horat. Epist. 1. lib. 1. *toga defuit.*
eadem epistola, si toga dissidet impar, aut defuit, id est, malè ciœcta est: sic enim monebat Sylla Ro-
manos, ut sibi cauerent à puerò male præcincto;
de Iulio Cæfare loquens. De cingendi modo, no-
tauimus ad primam Epodon. *as est bonus.* conces-
sio per correctionem, à bonitate, amicitia, inge-
nio, quibus vult obregi. minora illa virtus: non lo-
lent enim aliquot nævuli de honestate formosam
faciem. *ingenium ingens.* tale est illud Cæci ianum
apud Cic. in Tusc. Sæpe est etiam sub pallio sordi-
do sapientia. *denuo te ipsum.* monet Horatius phi-
laurum, ut scipium noscat: indignum est enim, vt*

ait Plato, *καὶ τὸ μὲν ἀληθινόν αὐτοῦ γέγονε γίνεται, τὸ δὲ ἀλλοτελές κατηγορεῖται.* hoc enim nos pro-
pria quidem virtus defendere & accusare aliena.
Quare hortatur I Socrates Demonium, εἴ τοι γά,
παρεγνωτος εἰς τὸν ἀμφιτάροντα, η τοῖς οι τοὺς
ἄλλους ἔχει ἀγνοήσαι. hoc est, quantum ad iracun-
diām, ita esto affectus in eos qui peccant, quem-
admodum velis alios erga te affici. *num quarebiti*
victiorum. Theages Philosopher apud Stob. per-
pulchrè demonstrat, quo pacto natura nobis infere-
rit virtutiorum semina: tres, inquit, sunt animæ par-
tes, τὸ λοχεῖον, θεῖον, καὶ ἐπιθυμία: λόχειον οὐ μόνον
ἐκερτίστας γνωτος φύος ἐγενετα τῷ μέρει, ἐπι-
θυμία ἡ ἐκερτίστα τῷ ἡγεμονικῷ δέσμῳ. ἕντε δέ εἰστι ἐπι-
τὰ τελετῶν μελῆ μιαν ἐπιδέξαμεν οὐασμόντος,
τόπος δὲ γνωτας ἀρτα καὶ ὄροντας τὸ ψυχᾶς ὅποι
διεστάζεται πάντας τὸν ἀπόστασην, τόπος δὲ γνωτος
καὶ ἡ γενεσίς τοῦ ψυχᾶς. hoc est ratio, ma-
gnanimitas, cupiditas: ratio autem cognitionem
habet; magnanimitas, iracundiam; cupiditas, libe-
rè principatum obtinet. Cum igitur hæc tria con-
uenient, in unam redacta harmoniam, virtus &
consensus sit animæ: veram quando mutua inter-
se contentione diuelluntur, nascitur animæ virtutum
& dissensio. *confuetudo mala.* consuetudo non est
hic censenda conuersatio improba, sed quædam
animi propensio in virtute sub prætextu boni, &
agendi frequentia assiduitasque: Iccico optima
viuendi ratio, inquit Cicero, est eligenda, quam
iucundam consuetudo reddet. sic & diuus Basilius
ait Christum monere, *in διοίσιν μὴ ἀεροποτεῖτε*
*ιερον αετουράδες, οὐδὲ τὸν αετοδεῖν τὸν σωτήρα γα-
νίστε,* in Homilia ad iuvenes de utilitate capien-
da ex gent. scriptorum libris. hoc est, quod oporteat
vitam quidem optimam vnamqueque eli-
gere, expectare vero eam suauem fore consuetu-
dine: ad hoc autem à teneris assidue cere multum
est, inquit poëta; nam adolescentia iuxta viam suam,
etiam cum senuerit, non recedet ab ea, inquit Sa-
piens 22. Prouer. *neglettis urendæ elegantissima*
allegoria. Latius enim ierunt virtutia, hærentque
tenacius in animis, si diligenti cultura prius non
euellantur quam radices egerint, virtutēsque &
mores boni feliciter eis successerint: nam, vt ha-
bet Euzebius, *οὐασμὸν τοῦτο, ψυχὴ δέ, ἀμιλ-*
τρία, hoc est, ouum corpus tabet facit, animum ve-
rò sociam & incuriam: nam vt filii, quasi parum
felix artus, non coercita, longe atque vagatur; at
castigatur exulsione extirpaturque: ic & innatum
nobis vitium vehementer augmentatur, exasperaturque
donec philosophicis præceptis, & honestis
moribus sopitu euaneat. *illuc præuertamus.*
Hæc quædam est correctio iam dicti propositi:
prius enim iudicat disceptradum de humano erga
omnes

omneis officio, quām de vitiis inquirēdis puniendisque; nam quod est honestum & æquum, merito in deliberatione priorem locum tenet, posteriorēm verò, quod cum bono utile est controuersum; qualis ea est consuetudo de extenuandis per virtutis virtutibus. Docet itaq. societatem inter homines amicitiamque trīplici beneficio conciliari, stabiliri & conseruari, puta, amica dissimulatione, benigna interpretatione, & vitiorum cum virtutibus æquali compensatione. præuertamus. præuerto, & præuertor utrumque in agendi significatio. Illuc præuertamur, id est, prius nos eo vertamus, quām de vitiis, aut insitis, aut visu firmatis agamus. *surpia decipiunt.* Hellenismus, decipiunt, *λαος ἄνθρωποι*, latent: aut enim non deprehendunt ea occurrat, & ita *ἄλλοι οὐδεὶς*, aut sic immoderatus amor est, ut virtus vel putidissima, sint quoquis odore gratiora, iuxta id quod dici solet, suus cuique crepitus bene olet. *veluti Balbinum.* hoc autem est: extrema linea amare, ut fertur. De polypo autem vide *I. 2. Epod. vellem in amicit.* transfert se ab iis quæ sunt corporis, *ἔποτος*, ad ea virtus quæ sunt animi, *νῆστος πάθειας*: doléisque in amicitia non inueniri nomen honestum, id est, accommodum virtus amicorum commendandis. Est autem hyperbole, nam mala, et si taceri excusat, tamen commendari non possunt. *nomen virtus.* Alludit autem ad nomen *ἀριστή*, unde ars dicitur, quæ rebus nomina dare visuique confirmare potest. *at pater.* v. n. monet ut in bonam partem faletem virtus interpretetur, si laudare ea erubescimus exemplo parentum, qui liberos quantumvis male formatos non solent fastidire, ut eleganter docet Apologus de simia & suis catulis. *strabonem.* Strabo est, cuius oculi vergunt ad maiorem canthum. *appellat patrem.* deminuit oculi vitium durius, nomine molliori, quin etiam laudi plerumque datum est, patres habere oculos, nam sunt ad lasciviam proprieores: Hinc Venus pæta depingitur. Hic *εὐτυχίας*, adnotare licet olim præclarissimas Romanæ familias ex his notis corporis insignitas fuisse, Strabones, Patros, Varos, Scauros, &c. *balbus scaurum p.* quitalos habent extritos, scauri dicuntur, seu scauropedæ, *εὐτυχίας, εὐπόνηση.* Inueni aliquando in antiquo lexico Latino Græco, à vetere Critico scaurum nominari *εὐτυχίας νέας εὐγένειας εὐτύχειας talis*, quod in hominibus vertali non sint, qui *εὐτυχίας nominantur*, quibus puellas lusitant, sed *εὐπόνηση*, hoc est, quidam malcoli prominentiores in imo pedum flexu; quos Flandricè knoussels appellamus. legendi sunt Aristot. Galenus, Rufus, Plinius, qui quadrupedibus tantum in tibiis posterioribus bisulcis talos inueniri scribunt. *parcim.* hic u. ex longo inter-

valloredit ad expolitionem versus illius, *carr in amicorum, Cœ. oilenditque ut cœperat in eo ver- su, iracundior est p. Cœ. ad imitationem parentum,* qui corporis & formæ virtus amicitias interpretantur, omnes debere vitiosas affectiones amicorum extenuare, excusareque. *ineptus.* Cicer. 2. de orat. multus docet, quis & sit, & merito dicatur ineptus, nimirum, qui neque rei, temporis, personæ, dignitatis, neque locicatione habita, quidvis dicit & facit, ita ut à quoquis reprehendi possit. qualem Plato de Leg. *ἀντιτίθεται εὐτυχίας, ad hu- manam confutudinem inutilem nominat. in-stantior. μεγάλης ἀριστερᾶς, vnde nascitur ἀριστερᾶς*, qui huiuscmodi se quidlibet dicere posse au-tumant. *concinus.* elegans & commodus. *tru- culentior.* asperior visu. *plus aquo l.* *παρηπομπής οὐδὲ τίνος ἀνθρώπου*, libertè veritatem eloquens. *παρηπομπής*, qui ab amicis quidem simplex, sed ab aliis habetur odio, propter apertam minimèq. sicutam animi significationem: huic contrarius est *εἰρήνη*, dissimilator, qualis Socrates cognominatus est. *fortisq.* magno animo. *caldior est.* incita-tior in rebus agendis, perturbatiōque. Quid si hic caldior deducamus à callidus, non etiam à calidus, quandoquidem caldior, à calidus, truculentior, iracundior, idem scilicet animi vitium ab eadem causa caloris profectum denotant; atque hoc modo caloris vitium vix effet diuersum ab iracundia & truculentia: sed callidior, & in virtute est, & eius per acrimoniam extenuatio, non est incommoda: nam ut callidi dicuntur, quorum, tamquam manus opere, sic animus visu conciliuit, Cic. teste 3. de natura Deor. ita in rebus vertendis, astutæque tractandis, non earent mentis aie, quæ prudentiæ nonnulla forma est, adeò ut non infrequenter calidum iudices prudentem esse; tanta est eius vitij cum virtute affinitas. Hieronymus ad Demetria-dem virginem: Quidam superbiam libertatis lo-co ducunt, adulacionem pro humilitate suscipiunt, malitiam prudentiæ vice amplectuntur, & astutie simplicitatis nomen imponunt, & fallaciæ ac pessima similitudine decepti, vitiis pro virtutibus glo-riantur. *hec res Cœ. seruat. clausula expolitionis,* qua liquido manifestat obsequium vincum esse vineulum amicitiae cum aliquo in eundem conseruandæque, ut ait Comicus, Oblsequium amicos, veritas odium parit. *at nos virtutes.* venit ad id quod dicebat se velle præuertere, nimirum declaracionem eius, *neglectus vonda f. in. a.* non enim satis est nos à natura propendere in virtus, nisi posthabitis vera disciplina præceptis, ad eam quoque nequitiam, vitæ consuetudo detestabilis accedit; qua duce, dissimulatio probitatem men-titur: astutia prudentiæ locum vendicat, & verus animi

animi candor pro importunitate habetur, adeò ut rectè dictum sit à Menandro, ἐν πονηρᾷ τιμῇ φίσις αλεπίφα, hoc est, mores mali non raro naturam subvertunt. *sincerum cupi*. in Commentatore carmen Lucilij legitur ex tib: codicibus Bland. hoc modo: Nam mel regionibus illis incrustatus calix rucia. quare non dubito Turnebus ex scriptis viatis in errorem inductum, ita vt pro mel, legerit vel. In nomine autem ruta, libenter ei consentire; verū quia tres dicti codices in exquisitissimis characteribus consonant, ab eis non ausim dissentire; quid tamen sit rucia fateor ingenuè mē latere. *verū* arbitror hoc carmen Lucilij hoc modo legendum: Nam melle in regionibus illis incrustatus calix thussato, ita vt rhussato, sit adiectum à nomine rhus, cuius duæ sunt genera, *μέλισσα* & *βύρρα* διβιτæ, quorum posterius cum melle vel accepto misceri solebat. Vide Ruellium de stirp. lib. 1. cap. 125. & Gabrielem Rumelbergium in Apicium lib. 10. ad finem. Quem autem finem carmini Luciliano apponit Turnebus, putat, cauliue bimet, non inuenio in manuscriptis; & haud scio num sit ab eo extextus implendi carminis gratia. Illud autem Commētatoris, vasa etiam dicuntur incrustata, &c. non est obiter præterendum, sed excutiendum pressius, quid propriè sit incrustare, cuius vim, vt inde ab etymologia petamus, lib. 4. de lingua Latina Varro deducit à corio, vt notamus Satyra 1. ibi *dant-crustula blandi*, &c. adeò ut crustum per crasin dictum sit quali corustum, nimirum ab visto corio, hoc est, (vt ego quidem cōjicio) à pelle vel tergo bouis, alteriusve pecoris ad ictiem vel caldam subacto, firmato induratoque: Nam tametsi non ignorem Varonem (vbi de crusta agit) alio respicere, tamen arbitror maiores tergore parato (quod corium nominant) vel pelle, vascula teneriora contextisse: vel hoc arguento, quod vas pelliculare dicitur Columelæ, hoc est, pelle contextum. Quod etiamnum hodie in vñse esse cernitur, nam aut corio muninunt vitrea, aut contextis ex vñsaine fiscellis, corio contingunt & ornantur volumina, aliquaque innumera. Ab eius autem corij, sive corusti duritie, analogicos, desumta est crusta, quæcumque ad rem aliquam, vel per naturam concreta, indurataque superficies est, vnde crustati pisces, crustata aqua, quæ glacie est coagulata, vel ex putredine, in corruptis, vel ab immundicie, qualis est in poculis Gallicis seculenta ex vino crusta, ita vt ea meritò dici possint incrustata pocula *κρύσταλλα*: aut opere recto-rio subinducta, aut subtilio ipsi Plinio, *lambriſſer Galilis*, aut opere albario, &c. *plasteren* / *plecken*. à crusta verò venit crustare verbum, & incrustare, incrustatio: quæ cum à corio deriuentur, facile

nobis licet assequi cōiectura, veterum vitam fuisse simplicem, minimeque curiosam, qui diuitias suas armentis gregibusque metiti, corio & pelli- bus sua cooperiebant: qui mos apud multos, præcipue Hispanos (licet pro luxu temporis sit diutor) needum exoleuit in corio Marocio, quod *Martutinum* nominatur à Maroc emporio Africæ celebrativo, vnde in Hispaniam nauigio deportarur, ut memoriam mandatum reliquit Ioannes Leo in Africana sua historiæ celeberrima. Ceterum quando auctis opibus (itavt fit) aucti sint & animi, depositum est huiuscmodi corusis (vt utrū integrum) contegi vasa, pocula, parietes, trabes, &c. & ex auro excooperunt homines argentōq. confecta olentare sigilla, alia quidem emblemata, dñi rōl iugānōs nominata, quod ea ornamenta vel apponere liceret, vel auferre pro arbitratu: quia Ciceroni sunt (vt opinor) *χρυσάμαλα*, Mariiali *χειρόδιλα*. Alia vero sunt simulacra ad imaginem vel Dei, vel herois alicuius efficta, *ἀγάλημα*, *ἀγάλημα*, *χρυσὴ ἡλίος*. hinc Cicero sexto in Verrem, scyphi signillati, agalmatis ornati: cælatique opera sculptorum, cælatorum & vasculiorum. *sincerum vas*. iurisconsultis in l. si in rem, supradē feli vindic. sincerum vas, purum, hoc est, non cælatum definitur. Quare non fuerit inutile ad prætensum institutum aduertete, sit ne sincerum vas, allegoricos accipiendum pro sententia iurisconsultorum, pro eo quod est, purum. pūtum, sive lignum, sive vitreum, aureum, argenteumve, quod careat omni dolo & fraude, an pro Lucij iacentia, vas sincerum sit nullo succo imbutum. *vñus codex* Bland. pro incrustare, habet incurtare, cum hac adnotatio, imponere: sed (meo iudicio) parvum conuenit. *probus quis*. expositio eius thematis. *at nos virtutes* &c. per enumerationem. *multum demissus h. demissio*, inquit Cic. 3. Tacul. est animi quædam infractione: quare non minimam partem videtur habere ignauia. Pro Murena autem demissum vocat suppliæ, vnde licet etiam dicere, *rōl demissum* in non omnino detestabili esse virtus, sed tamen non laudabili. vel potest demissus homo hic esse, cui vix tutum est se suaque concedere, qualem delineant versus illi qui vulgo Catoni, ab aliis Ausonio inscribuntur. Demissos animo ac tacitos vitare memento, qua flumen placidum est, forsitan later altius vnda. *illi tardo*. *codex* Bland. vetustiss. haber ille, vt iungatur *rōl probus*: sed & interpretationes aliorum codicium supra *rōl illi*, habent, probo. quæ res facit, vt cum Nanno legam ille. at si qui malint legere illi, quod certè & extortum est, & alienum, necesse erit interpretari infinitè, pro *rōl diuin. tardo cognomen p. d.* hanc lectionem habent omnes codices manu-

manuscripti praeter Tonsa, qui rō pinguis, habet sed littera non ad latus, sed supra notata est. Turnebus rō pinguis, ponendum iudicat cum Lambino. Evidem non video cur vñstataam lectionem magnopere declinemus, quando neque Grammatici capones ea interdicant, neque cuius sit in promptu tardum à pingui clare secessere: adeo vt yiderit posse Horatius suspendere lectorem, eique incertum relinquere, vtrum debeat: in vitio pone: re: nam & tardi stupore non carent, & pinguis venter non generat sensum tenuem, vt habeat Græcus senarius, παχυς γατης λεπτος ἀτικτης ροσ. hebetescit enim mentis acies nimio luxu corporis; namque affligit humo diuinæ particulam aure, ipsomet Horatio auctore, atqui tam in obesu: lis non raro viuidius valet ingenium, quam in tardis, qui non nisi improbo labore, vix tandem naturam edomare possunt: ob hanc causam nou libenter aliqui suaferim, vt veteri lectione negle: sta, sectaretur aliam, nam & durior est, & minus sapit Horatium: at ea tam in lege à me hoc dictum velim, vt nemo arbitretur me libi quicquam præscribere, vt qui ipse nihil hic statuum: fatis enim mihi fuerit lectorem monuisse, ingenij Horatiani, vt is penitulatiu: discuriat hoc problema, vter in vitio sit alteri præferendus, tardusne, an pinguis? Non me fugit D. Nagnium nostrum in pingui plus inuenire vitij, quam in tardo & cunctabundo; verum quando & tardus sit hebes, ea tam brevis dictio mihi fidem non facit. hic fugit o. hic, id est, alias. Adducor in eam sententiam, idque ex multis locis, vt credam ipsum Horatium de se, suaq[ue] vita inter magnates virisque principes agere, vbi regnat infidax, vigint criminis, palli: sit inuidia supra: quam cuicunque est credibile. adeo vt non frustra, nec remere vita hu: iusmodi sit splendida miseria: deinde cum scribat bene sanum, ac non incartum, censei fictum & astutum, hoc ei appositiissime tribui potest: quid enim fuit ipso, in media vitiorum turba (Epicurismum excipio) rectius & purius? vt ex institutione paterna modelestè de se gloriatur Say. 4. & 6. huiuslib. Quid eo quoque inuenire posse callidius vel Persio teste? Omne vafer viuum ridenti Flaccus, amico tangit, & admissus circum præcordia ludit callidus excusso populum suspen: dere naso. Postremò, ne longius digrediamur, hoc nobis sit pro confesso, vt effugiat apud suos calliditatis suspicionem, eum testari Mæcenatem de sua simplicitate: quam, quæso, hoc est Horatianū, ciusque moribus planè natiuum? qui vt eam ver: surici opinionem à se remoueat, qua credebat laborare maximè, omnibus modis lectorem stu: dicit præoccupare. nulliq[ue] malo. sumta metaphora

ab exercitu, ubi & dextrum latus, & sinistrum
equitatu contextum est, ne pateat irruptioni ho-
siū: ita vir sanus & cautus, nē vel dicto vel factio,
sit obnoxius malevolis, vitat eorum consuetudi-
nem, ἔφεντος, ἀπέσιργος, αἰματιφίροις, qui ni-
hil omnino inuidit, aut curiositatis alit, aut queri-
monia, versetur. Blandin. codex antiqu. habet, ver-
semur. & ubi, exponit, in quo tempore: sicut &
Commentator; quam scripturam si probamus,
hic parenthesis includet quādam deplorationem
sui temporis. non incerto, pro cato & prudente.
Simplicior quis & est. sic habent omnes scriptum a ma-
nu. simplex, apertus & alienus ab omni fuso do-
lōque. Simplicitas rectitudini cōiuncta, vera vir-
tus est, τὸ καθήναγος Stoicis. Plato 2. de republ. ἀρχα
τὸν καρδιονούσιον, οὐ δένει, εἰδαντας ἡγεμόνων δι-
καιοντας ταξιδιον impellat. sic habent omnes quos
legi manuscripsi, quare non fui au' us mutare le-
ctionem, præterim, quod in Diu. codice hæc ad-
notata sit interpretatio, impellat adiram. omnes
Bland. habent, impellat, id est, alloquatur. vnum ex
iis præterea sic hunc locum declarat: Si quis libet,
& sive obseruatione temporis appellauerit ami-
cum suum; si quis ita est simplex, ut legentem aut
cogitantem molestus interpellat, statim eum ca-
rere communis sensu dicimus; quemadmodum se-
rit in Commentatore videre est: quare Lambinus
subscribendum certe seq. tacitum. cogitabundum:
quod eius est qui senioribus aut rebus aut stu-
diis implicatur. **quoniam** serm. valde grauis interpellator:
nam importunitas & inhumanitas omni-
erati molesta est. Cic. de senect. Et, nisi qui no-
bis vsu est, molestus est, ait Plaut. in Truculent.
shen quām t. exclamatio pathetica in malitiam
naturæ peruersæ & insipientis, quæ dum nocet
aliis, & iniuriam facit, non cognoscit eidem se ma-
lo obnoxiam, & perire se prius aportere, quām a-
lium perdere, quod malitia est proprium, ut ele-
ganter describit Hierax apud Stobæum, in opere
de iustitia, η κακία, τὸν ἀδεκτὸν μάλλοντα, ἐλαττο-
νόρ βλάπτει, τὸ πῦρ, τὸ ἀδεκτὸν Δερμάδος, hoc est,
malitia ei quidem minus nocet, qui iniuria affi-
cierit, sed plurimum, iniuriam inferre cogitanti.
Quod insigni docet exemplum murænæ, iniquiensi,
τὸ τὴν μυραιην τὰς κόνδυρας, φρεσ εἰς ἄδειαν ὑλῆς γρα-
πταν διπλαῖς, περὶ τῶν ἀκνιστοπειρασίστης κατε-
φραγγεῖς, οἷς τικασθεῖσος οὐ καλοφάνται, καὶ λαχελάσθαι
φυτικὸς ψάρευσι, hoc est, neque muræna prius
aquaticos anguis in alienam pericliem parere
potest, quām prægnantem suum veterum perro-
fent, vt Nicander Colophonius, & Archelaus phy-
sicus de scribit. Ad eum certè modum, iniquiores
nobis, quām iis sumus, quos lædimus ignominia,
quando ita natura comparatum est, vt nemo fit

omnino purus à vitiis: iuxta illud Simonidis quod
hunc expressit Horatius, πάντα δὲ ἀμφορεῖται, ne
mo sine crimen vivit, seu criminacione; nemo
enim, quantumvis bene viuat, videtur ita natus
esse, ut omnium sanitas effugere possit, nam vni-
cuique dedit vitium natura creata, inquit Propertius.
amicus dulcis. hoc argumentum quasi ex dia-
metro pugnat cum philautis, qui sibi quidem in-
dulgunt; sed amicos minus honeste, vel illudūt vel
examnant; at verus amicus non existimat suis vitiis
magis, quam amici condonandum, sed æquati
trutina, vel notanda, vel ignoscenda; vel vitia cum
virtutibus ex æquo penitentia: atque ea ratione, τὸ
καίσαρας τοῦ ἀπαθήτου, matum bono medicatur. *inclusus*, οὐκ εἰς τὰ, acquisitum, faueatque, neglectis
postpositisque vitiis. *trutina p. æquali libra*. acci-
pitur enim trutina pro libra, ut apud Persiū. Exa-
mēne improbum in illa castigis trutina, per alle-
goriam; alioquin trutina est ipsius examēne siue lin-
gula in medio scapo, unde binæ lances suspensæ.
Pompeio *πάντα δύο* dicuntur, ad pendenda ex
æquo pondera. *equum est p. quemadmodum Pers. Sar. 4. cedimus*, inque vicem præberemus crura sagittis. ad Pison. Horat. Hancveniam petimusque
damus: que vicissim. Epist. vlt. lib. 2. Cédimus, &
plagis totidem consumimus hostem. *denique qua-
tinus*. Colligit Horatius, quasi ex conciliis, contra
Stoicos, virtus inesse homini, nec penitus extingui
posse, ut confutet eorum opinionem, qua docere
conabantur, in sapientem non cadere vitiosos af-
fectus, sed stultos eo malo laborare: incircu clare
dicit, stultis hærenzia: ne quis Stoicorum scilicet grā-
tiani indignetur, si hoc taceat, ita ineptire Horatiū,
qui ne! ciat Stoicū non affici: at obtinet Horatiū
antiquum, hac enim via eos attētores habet,
ut admissus acris punget, & vellit eorum do-
gma de æqualitate peccatorum, cui aduersari dicit
Iesus, mores, & vtilitatem. *cur non ponder*. vult
nihil temere decerni de vitiis, sed ea moderamine
rationis æstimari; castigarique; qua monitione
partim reducit in memoriam, in eo pœcile philau-
tos, quos in amicorum virtutis corrigendis ostendit
plus æquio duiores: parum p̄tulit, in eo ge-
nere non esse multō æquiores Stoicos. *cōrctet*. co-
hibeat & regat, ab areo, quod Festus à Græcorum
magistratu venire scribit, quem ἀπόλλην vocant,
in cuius p̄estate est cogere & prohibere. *H. garrorit*. sic habetur in omnibus scriptis. *Egurri-
re* est, quasi furtum *ἀπόλλην* gustando consumere,
à Græco λαζαρό, id est, latrone, ut notit Donatus in
Euauchio. verū quando τὸ λαζαρόν p̄t p̄nicum,
ligurrio vero per rr duplex, in optimis exempla-
ribus scriptū inueniatur vbique, & apud Varro, & Terentium, quod & Lambinus ipse facit, quan-

hīc syncopa, an ibi epenthesis constituenda sit,
τετράχοι. *semesos pisces*. minimum peccauerit. et
namque epitheta, semesus, tepidum, elevant fa-
ctum & extenuant. *sanos cordatos*, & sanas mentis
homines. *quanto furiosi*. Codex Blandin. vetustiss.
ostendit tribus subscriptis punctis τὸ hoc, vulga-
tum, abundare; cui non grauatum subscripti, etiam
neglecto Pſeudacrone, idque propter apertam
sententiam: vult enim multō esse furiosus odī se
amicum & fugere si paullum deliquerit, quam ser-
uum propter liguritionem tollere in crucem:
namque in seruos licebat dominis vel impunè læ-
uire, sed non sine nota tamen insanis: at amico
cui debemus omnem benevolentiam, humanita-
tem & studium, quis non acerbus, intuvius & im-
probus, non condonet, & concedat erratum mini-
mum; nam gratiora si feras, facis tua, inquit Mi-
mus. *paulum deli. cu mægor dñs* proponit paul-
lum delinquere amicum, ad demolitum dogma
illud Stoicum, *quis paria esse fere pl. p. quod his con-
ha. in. ac. hoc parenthesi includendum est. habebare*
in hoc ei opponitur quod paullò supradixit *am-
icus dulcis*. ut Rusonem. sic scripta ferè omnia: qua-
re D litteram arbitror accessisse ex affinitate litera-
re & precedenti, librariumque ex ore legentis
scriptisse Rusonem: quod autem Rusonem quis
aptius legeret debeat, certe præter consentium co-
dicum, mihi argumento sunt tabulæ Romanæ
Martini Smetij nondum euulgata, sed scripto di-
catæ D. Marco Laurino, in quibus offendisse me
recordor M. Occum Rusonem: Quod autem
Pſeudacronem secuti alij, nomindœcti viri, nescio
quid somnij recitent; Rusonem, p̄tā, hunc incon-
ditum fuisse, arq. insulsum historiographū, non pos-
tui præterire, quin εἰς μηδέποτε monerem lectorē, id
mihi videri esse, sincerum vas incrusted, ne lō, ius
hinc abeam, & eius artificij crustam esse nomē hi-
storia: Quali verò auaro scenatoris lucionis tor-
pissimo, per luctum, liceret esse viro bono & hi-
storiographo: & non verius historia hic sit dicenda
Rusonis verbâ contumeliosissima in exigēda for-
te cum fornicatore dūrissimo: quod quidem nisi Cal-
lendis reddatur, quid restat debitori aliud, quām
vt, quasi ad necem porrecto ingulo? ut foliat cap-
tui ad dictum magistratus historiogulum pre-
bere) audiat Rusonis historiam, hoc est; nominā,
netur; minas acerbiores, verbera, puteal, & in-
strumenta cum intolleranda crudelitate alia conuicia
duri, prefecto historiographi, & crudelissimi in
miseris debitorēs *tristis m. v. K. tristes ab effetu,*
quod debitorēm tristem efficiant. sic mors pallida.
Calendas autem solnebantur vñste; hinc apud
Romanos vulgo i. cœta: emi est prouerbium; Ad
Kalendas Graecas. Augustos apud Stetonium cum
aliquis

alios vult significare: numquām soluturos, ait ad Kalendas Græcas soluturos. Græci autem ad suas *reunias*, hoc est, ad sua nouilunia tenuis reddebarūt: apud eos enim ad lunas nouas & dabantur pecuniae & crescebat viura: *porrecto ing* porrigere, extendere iugulum, vel et attenti, vel penas luentis. *captiuus ut. anastrophe*, pro, ut captiuus. *commixxit leēt p. expositi enumerationem delictorum* eius quod dixit, *paulum deliquit*. idq. exaggerat grauioribus peccatis *avz̄os* *m̄ns̄ave* *catill.* vas in mensa escaria (quam cibillam, prius quadratam, postea rotundam à cibo dictam Varro lib. 4. de ling. Lat. memoriae prodidit) ubi pulchrum, aut iurulento quid ponebant, à capiendo catinum nominauerunt; nisi quodd Siculi, inquit, dicunt *catinum* ubi alia ponebant. *catinum Euandri*. *catinū* vel fabrefactum ab artifice Euandro, ut vult Commentator, vel antiquum, ab Euandro Pallantis Arcadiæ regis nepote, vel pretiosum & carum, à persona; susque d' que, ut fertur. *pullum*. vel *jurulenum* pro Catinio Varronis: *vel assūm*, pro *Siculis*. *minus hoc. id eo*, vel, ob hoc. *quid faci*. *avz̄os* *sponsūmve neg*. fiebat autem sponsio interposita stipulatione certæ pecuniae, quam perderet is qui sponsione vinceretur. erat autem decima pars rei controvērsæ in causis priuatis, in publicis autem, quinta; apud Græcos auctore Polluce, erat enim sponsio. genus actionis apud antiquos. itaque negare sponsum, arbitror esse negare sponsionem, seu id quod quis sponsponderat; non enim priuati quid hic notari videtur, quale potest esse promissum, sed iuridicum, quale est furtum, fidei commissum. *qui paria esse ferè p. ad hoc paradoxum Stoicum confutandum hactenus ab initio prælsum est ab Horatio*, nunc id omnibus (ut aiunt) neruis oppugnat. *fere placuit*. ferè, aduerbiū ab omnibus hic neglectum, non minimam vim obtinet, includit enim in se vniuersalitatem, ita ut vel omisso vel apposito vniuersali signo idē subinde significet. ut hæc sit sententia: queis placuit paria esse ferè peccata, hoc est, omnia, sic dicimus, Romani ferè orbe subegerunt, id est, ferè totum. utrū ferè hæc veste, id est, semper, ut horat Vallalib. 2. elegiarum cap. 50. qui ob hanc causam ait hunc in Lælio locum esse deprauatum, Qui tum ferè multis erat in ore, & legendum. Qui tum ferè erat in ore. Quod autem locus iste Horatij ita sit exponentus, res ipsa loquitur: nemini namque dubium est, peccata quædam esse paria, sed ut omnia sint æqualia, vnis Stoicis placuit. In hac etiam significatione accipi debet: rō prop̄ in Satyr. 3. lib. 2. eo loco, Insanis & tu, stultique prop̄ omnes, ut ibi dicetus. D. Arnoldus Vouldardus, acutè admodum & significanter ait

rō ferè, pertinere ad verbum laborant, seruata nimis infinita hac, peccata sunt paria, pro vniuersali, omnia peccata sunt paria. *laborant*, putat, Stoici: nam verius hic dogmaticus, queis paria, &c. periphrasticos eos denotat. in omnibus autē scriptis cod. hæc est interpunctio, laborant cum ventum, &c. quare præter alia putarim sententia esse, Stoici laborant, id est, hærent, dubitant, *ἀμφιστεροί* (nisi quis malit eos hic ex Stoicis factos *ἰστοκτητες ἐπεζητεῖς*) cum ventum est ad verum, id est, veri inquisitionem, quia sensus morēque repugnant, aduersantur & reclamant, hoc est, iudicium omnium & fori consuetudo æquo bono coniuncta. sensus D. Gregorio proprii *ῥήτορες λαγύρων* nominatur. atque ipsa utilitas hic ea centenda est, quæ nō aicit ab honesto ex Stoicorum opinione, non etiam ea quæ turpi conjuncta lucrum querit ex re quilibet. Quonam autem pacto sit mater iusti, & æqui, non facile quis dixerit, nisi ad ea se se conferat, quæ sunt iuriis humani, siue gentium, ut loquuntur legales; ea namque consideratione positit utilitas haberi mater iusti, & iniusti; nam vi ex gente, inquit Iustinianus, & humanis necessitatibus, gentes humanæ iura quædam sibi constituerunt: Nam cum obscurata iam esset in hominibus imago Dei per peccatum, cœperunt omnes ritu fetino sectari quæcumque obnoxia morti caro dicaret, tantisper dum infertus humani generis Deus, sōt itos in mētibus hominum virtutis igniculos in quibusdam viris doctis excitaret, qui per filios di persos memoræ & saltus homines cōsilio prudenterque ad communionem inuitarent, inuitatos, inque coctum coactos doceret, edocetos præceptis salubribus confirmarent, & iam confirmatos in officio contingentes; quod autem cum facere, eis non liceret, propter malorum iniuriam, & inimicas incurssiones (ut est humanus animus semper inclinatior in id quod deterius est) valde se & fossa munire coepérunt, ut & hostem propellent, & vim sibi illatam vicerentur: id autem ut esset perpetuum quoad vires & facultates paternatur, omnium consensu leges late sunt, ad collaudandos quidem & præmiis honorandos bonos forteisque, ad malos vero & ignauos poenis dignisque suppliciis afficiendos. hoc tandem pacto copta est utilitas vita communis, necessitasque haberi mater iusti & iniusti. Sed ea tamen utilitas, cum multo sit natura posterior, aqua iustitiam dimanare contendunt Stoici, nec non etiam certo id statuant melioris nōt Philippi Plato & Xenophon 4. de dictis & factis Socratis, ad convincendum hoc vulgatissimum dogma Stoicorum de vitiiorum paritate, necesse fuit Horatio ab ipsis desiccere ad eos qui ab utili iustum deriuare maluer-

maluerunt: scribit enim, *utilitas iusti propè mater*, id est, sola mater, & aqua, quod & postea dilucidius exprimit, inquiens, *nec natura potest*, &c. Quod quidem eum ad exigitandos Stoicos arbitror non tam ex animo facere, quam ut eos ridendos propinet (quod non obscurè indicat rō propè, vnde non nihil dubitationis subesse licet colligere) ob nimiam, credo, eorum in Epicureos seueritatem, quos disciplina, virte modo, & inutili ad rem publicā conuersatione lasciuire potius, quam viros bonos agere clamitabant, quemadmodum ad finem huius satyra ait, *vollunt tibi barbam laſciui pueri*, &c. Epicureos intelligens. Qua etiam gratia scribir Athen.lib. 12. καὶ λόγος οὐκεῖται παρόποιος, οἱ πάντες ἀρίστοις, Αλεξανδρεῖς φίλοισιν τὸν ιεροῦ τῆς πόλεως λαύριον τὸν οὐρανὸν τὸν διάστημαν ὄδηρας. hoc est, pulchrit̄ itaq. fecere Romani primates, qui Alciū & Philiscum Epicureos ciuitate eiecerunt, quia voluptatem inferabant, Lucio Postumio Consule. At si quis tam ad viuum cum Stoicis illud dogma de peccatis paribus resecet, non proflus absurde (vt existimo) eos sentire comperiet: Nam (vt Cic. argumenta in hoc paradoro præteream) hic Sorites ab eis ad hanc rem confirmandam, coaceruari videtur: Quicquid iustum est, à natura promanat, id autem semper eodem modo se habet; quicquid autem tale est, sibi par esse necesse est; efficitur itaque iustum iusto par, & à contrario, iniustum iniusto: vnde ex ἀκολόθῳ colligitur, vitium x quale esse & peccatum peccato. verūm huius *εὐεργέτης* propositionem dicit Horatius infinitatione, assertens ex quorundā (vt iam dictum est) philosophorum sententia, iustitiam non à natura, sed ab utilitate sumere principium, atque ab ea, rebus ipsis plus minusve communicata, iusti, iniustique nasci incrementum decrementumque. cuius quidem opinionis, vt fidem faciat, iam inde à primis hominibus auspiciatur argumentum, quorum naturam scrutatus extrinsecus, hoc est philosophicos, ab actu ad potentiam, ait in eis ne vel minimā iusti & æqui scintillam emicuisse, sed eos penitus obbruciisse, virtus ratione, virte turpitudine, belligeratione, antris, infantria & inconditis vocibus, donec tandem numine d: uūm, utilitate euide- ei proposita, impetum brutalement ipsi frarent, societas humanae coniunctionem quererent, cōmoda agnoscerent, incommoda deuident, honestique & incolu: mitatis gratia, iura legesque inter se conderent & constituerent ad æqualem inter se tranquillitatem retinendam. *cum prosperssemus*. sic alibi Virg. Terrea progenies duris caput exultit aruis. In vulgatis autem codicib. habetur Ferrea progenies, &c. sed hoc nihil pertinet ad re-

rum primordia. *mutum*. fandi nescium & rude; est enim oratio vox significativa secundum placitum, Aristot. definitore: & interp. Hermogen. ιεροῦ μυστικοῦ οὐρανοῦ τοῦ τύπου, οὐ τοῦ θεοῦ τοῦ τύπου, τοῦ τύπου: hoc est, enunciatio in his duobus consideratur, nempe in electione seu notatioine non minus & compositione. itaque loqui est artis, non etiam naturæ. *turpe*. aptum epitheton verbo proreperior, *glandem* atque. quatuor naturæ cōseruandæ præcipue seruunt, *victus*, *tectum*, *vestes*, *arma*. glans primis hominibus pro viitu fuit; cubilia siue antra, pro tecto: *vngues* & *pugni*, pro armis ad propulsandam iniuriam, ut ait Lucret. Arma antiqua manus, dentes, *vnguēisque* fuerunt; vestium autem hic nulla mentio, cum brutorum instar, sine honesti cognitione, nuditas eis non esset dedecori. *notarent*. sunt enim verba rerum notæ, *τις οὐρανοῦ* Arist. *abstineret*. abstinere, *ἀφίστασθαι πολίτευσθαι*, *τοῦτο οὐτε τοῦ μάχης οὐτε οὐρανοῦ διατάσσεσθαι*. quod etiam Latinis non ratum est, ut bellum pro pugna ponatur. *oppida*. Varro 4. de ling. Lat. maximum adiunctionem est oppidum, ab ope dictum, quod munitur opis caujs, ubi sunt, & quod opus est ad vitam gerendam, ubi habitent turū. Est autem vero consonum, primos illos homines à belluino viitu, cantibus, hoc est, eloquentia virorum doctorum abductos ad humanitatem, primum singulas familias munuisse sepibus, maceris, muris, ad nocturnum propugnaculum potissimum, quod oppidum, ab ope ferenda, nominabant; deinde, quod à vi maiori tuiiores viuerent, plures familias vniis mœcibus se conclusisse, legelque sibi condidisse, ad malos coērendos, & stabilendam tranquilitatem: quod sepimentum maximum & multis cōmune etiam oppidum dictum postea nomen urbis accepi ab orbe figura, vel ab vrvo aratri parte, quo antri designabantur. *ponere leges*. sancire, legibus stabilire, nefarios contineare; ad imitationem Græcorum, *τίθεσθαι τομέα τοῦ αρντέλεως*, hoc est, lege refrenare liberam voluntatem. *ne quis fur*. duo priora, putā furum & latrociniū bene constitutam rem publicam vehementer perturbant: postrem autem eam turpiter labefactaram, bonis omniibus despicabilem facit. *nam fuit*. de bellis ob feminas gestis, quæque bellorum cause fuere, lege Athen. lib. 13. & Herodot. lib. 1. *viribus edit*. superior & robustior cedebat. occidebat, pullabat imperu taurino & fero. *fastosque d. à fide historicis*, quæ debet omnibus est, argumento certissimo. Tempora itaque sunt etates mundi, & quid quibusque ætaribus, aurea, argentea, ænea, ferrea extiterit, ac gestum sit: fasti vero mundi, lūr annales mundi, in quibus ab origine & memoria hominum

minum optima quæque, & scitu memoratique dignissima continentur: quod ab Horatio dictum videtur ad imitationem & morem Romani populi, ex cuius dignitate fuit, res illustres semper annalibus, quotidianas vero diurnis actis, & ephememeridibus inscribere. D. VVoulardus annotavit, hæc tempora fastosque, per epexegesia non male intelligi posse; quid enim, inquit, aliud sunt fasti, quam mundi tempora. nec natura p. ratio à dissimili. desideratur autem rō ita, per ellipsis, hoc modo, natura nō potest ita secernere iustū ab iniquo, vt diuidit, hoc est, diiudicat, bona à diuersis, id est, oppositus malis, fugienda à petendis, incommoda à commodis. Ad huius loci declaracionem pertinent ea Ciceronis de Offic. lib. i. Principiō generi animantium omni à natura attributum est, vt se, vitam, corpūque tueatur, declinetque ea quæ ei nocitura videntur, omnijaque quæ sunt ad viuendū necessaria, inquirat, & parer, vt pastum, vt latibula, vt alia eiusmodi generis, &c. nec vincet. ratiocinatio, seu argumentum vilium fidem non faciet, putā, sacrilegium æquale esse peccatum cuius minimo. *tantundem v. p.* & facti qualitatem & quantitatem paucis complectitur. qui teneros c. Exemplum hoc tei. minimi presij positum est pro quoquis alio generis siuidem; quod poëtis est admodum familiare, nempe certum pro incerto, finitum pro infinito collocare. Non potuisset autem apertius demonstrare Stoicos in errore versari, quām si pro confesso ponat eos contendere neque à sacrilegio distare furtum caulinum, neque grauiori supplicio vindicandum: illius enim causa cognitio, vel infimo cuique ex plebe iudicatu est facilima: nam si res rei, caules sacris, factum facto conferatur, quiuis ē vulgo vel sensu carere, vel discrimen inter ea ponere posse existimabitur. Non temere quidem animaduertit, sed docte admodum Simeo Bosius (vt refert Lambinus) Horatius nulludere ad leges Draconis, etiam fortasse in legibus ferendis, is alio quām ad Stoicoru placita lūz mentis aciem direxerit: refert enim Plutarachus in vita Solonis, vnam ferè omnibus delictis mortem ab illo definitam fuisse, adeò etiam vt qui otij damnavi esent, capite multarentur, & τὸς λάχανα κλίψασε, ἡ ὀπώρη, οὐσίας, ἔφη, καλέζεις τοις ἴσχεούσοις, τοις ἀρδεγόφοις, hoc est, etiam iis qui olera aut maturos fructus surripuerint, simile supplicium statuunt erat, cum sacrilegis & homicidis. *sunt regulas.* suader quasi ex confessio, vt æqualibus delictis æquales irrogentur pœnae, ne grauius eum castigemus, qui minus peccauit. sic & Apoc. & 8. Quatum glorificauit se, & in deliciis fuit, tantum dñe illi tormentum & luctum. nam ut ferula. an-

thypophora, siue subiectio, vt vult Quintil. *vñ.* perfectiua particula, siue absoluenda, vt scribit Linacer, pro, ne non; vt sit sententia, ne non cedas ferula eum qui meretur acerbius corrigi, non reveror, hoc est, mihi certum est te leniter castigaturum cum qui vel maximo supplicio dignus est; itaque apud vos nulla supplicij depreciatione est opus, vt apud quos crimina sine paria, & æqualia supplicia. *ferula cedas.* ferula planta est, *vñ.* Græc. de qua vide Theophr. Dioscor. Plin. sumpta est metaphora à gladiatoriis, quos olim, si non placuerint, ferula cæsos ludorum prefecti solebant efficeri ludo: aut à militibus, qui ferula castigabantur si quid facerent contra artem militarem. & *magnus p. m.* falce simili magnis. Hellenis fauus notabilis, vis enim epitheti, si constructionem spectes, transit in dactuum; si verò significationem, non perinde: sensus autem est, cum mineris te recisum simili falce magna & parua. Similis huic est illa locutio Plutarchi paulo supra, ἐποιεῖται καλά τοις ἵστοις, &c. aut licet subintelligere τὸν κῦμα, hoc modo, & cum mineris te recisum parua cum magnis eadem falce. *si tibi regnum per. h.* scita magnoq[ue] ad illendum decreta tua aliud Stoicum, putā ἐπὶ μίσθιον σφόδρα πλάνη, quod solus sapiens diues sit. hæc autem ex antecedentibus deducta *in dicois*, non caret affectaræ à Stoicis tyrannidis insimulatione, propter inconsultam eorum in puniendo seueritatem: est enim regum νομίμως τὸς ἴδιοι φετάνοις, vt habet Isocrates in Euagora, hoc est, legitimè errantibus punire. *si dices q. s. e. tidae* culè Stoicum facit sui decreti memorem. Hæc autem ad finem usque satyra est facta quedam νομίμως εργα, ad recreandum lectoris animu, cediūque eximendum, quod molestæ illæ, de virtutibus & vitiis, & difficiliore contentiones attulerunt. non nosti q.p. arguit Stoicus Horatium ignorantis, simul & digreditur à proposito ad interpretationem dogmati akerius ex auctoritate Chrysippis philosophi acutissimi, de quo Cic. de natur. Deor. Chrysippus qui Stoicorum somniorum vaferimus fuit interpres. sed de hoc postea. *sapiens crep. s. n.* expositio dogmati ab actu & potentia, nimirum sapientem quidem nosse artem suendæ crepidæ; quo nomine meritò tutor appellari debet, etiam si non exercet artem, cum sit hoc vi- lius, & nimis mercenarium, quām pro philosopho & sapiente. quō. vnu codex Bland. haber qui, sed reliqui omnes, quō, id est, ad quid hoc respōdes? habet cod. Diuæ. Redit Horatius & unde exorsus est, nimirum ad Hermogenem Tigellinum, vt eius vanitatis, inconstantie, & philautie socios faciat Stoicos. quamvis tacer. *concupisces* &c. id est, suo

sicut munere non fungens. cantorum. οὐ δύναμεν.
īst, potest canere & modulari. Alfinius vasus. hoc
epitheton non tā vitium quām spectat ingenium
Alfinij, & in emergendo sagacitatem. Hic autē Alfi-
nus Varus (vt 4. codices Bland. in annotationibus
habent apertissimè) consul fuit anno ab urbe con-
dica Septingentesimo, quinquagesimo quarto cū
P. Vinitio, vt habet Glare. in sua Chronol. vel (vt
Carolus Sigonius legit) Vinitio: qui etiam pro
Alfeno legit, Alfinius Varus: quam lectionem
nobis quoque ad oculum demonstravit Huber-
tus Golzius, antiquitatis indagator nobilissimus,
in numismatis Alfinij Cons. quo etiam nomine
Horatium hic corrugendum curauimus, prōque
Alfenus, substituendum → Alfinius. Ceterum
his valere iussis, quae sunt Chronologorum, in-
stitutum. Commentationis prosequamur. Certè
hic locus nobis argumento esse dēbet. Horatium,
hac scripsisse paullò vel ante, vel post consula-
tum Alfinij: unde non penitus incerta conjectura
animaduertet studiosos. Horatium vixisse an-
num supra sexages. quartum: quo fere tempore
scripsit ea quæ sénium sapient, quæque anno-
rum nomine sibi vel grauia fatetur, vel minus
decora: qualis est 1. Ode lib. 4. & aliquot aliae in
codem libro: deinde prima epist. ad Mæcenat. ita
vt citra omnem dubietatem credere, non sit ab-
furdum eum sine certa epigraphe, pro temporis
& personæ opportunitate, nunc hæc, nū illa poë-
matis ad amicos misisse: cāque postea fortè inuen-
(nam multa interisse rationi non est absolum)
viros doctos in ordinem, & quædam quasi clas-
seis suis adnotatis inscriptiōibus, pro arbitratu
redegisse: quibus autem non omnino amara Sa-
tyra petulantia inerat, ea, seruatis propriorum
nominum epigraphis, epistles nominarunt; alia
inuenimus in omnibus scriptis antiquis Eclogas
inscriptas: Quare otiosa mihi videtur (Odas excip-
to) de inscriptione contentio, quando ea opera
(seruato argumento) cuique sit arbitraria. sed itē
hæc dicta velim. clausaque taberna.
vitrina, haber codex antiquiss. Bland. & in ipso
carmine subsequenti eratis characteribus, tonfor-
erat. quam ego lectionem non prius vulgata pre-
ferendam putavi, quām lectorem doctum eius
monuisse: mihi certè placet mirabiliter: nam
crucis vstulare & ornare tonforis est, κομψότερος
hinc dictus, vel καλλιτέχνης Polluci; ab hoc est
κομψότερος τίχη, qua color conciliatur. asciricius
& fucatus: artificij hoc genus aliquantò nobilius,
& ad insinuandum sc̄e in potentum benevolentiam
accōmodatius, quām sutrina. quare conie-
ctarer vocē, sutor, irreplisse ex superioribus, puta,
& sutor bonus, &c. in hunc locum, vbi prius erat,

tonfor. Quin & Alexander ab Alex. lib. 6. Genial.
dier. Alfenus (vbi legendum est Alfinius) inquit,
ab adolescentia tonstrinam exercuit, mox sub
Sulpicio iuris scientissimus evasit; ita vt Consul
effici, & decedens publico funere effterri merue-
rit. taberna. quod ex tabulis olim fiebat, inquit
Festus, & tabernaculum ἡπερθεραπευτικό. Sapiens ope-
ris. in hunc modum compones hæc verba: sic sapiens
est optimus opifex omnis operis, vt Alfinius
est tonsor, vel sutor, abiecto instrumento
clausaque taberna; vt putat, τὴν δύναμιν, τὴν τῆ-
ρην. sic solus opifex, sic rex, &c. per quandam
enumerationem à simili. Ad hunc autem locum
nihil pertinet illud ἀνθεῖτο Epist. 1. lib. 1.
Ad summam sapiens vno minor est Ioue, diues,
liber, honoratus, pulcher, rex denique regum;
cum nihil habeat Stoicum, vt eo loco dicemus,
si Christus nos seruet incolumeis. vellunt tibi
barbam. ex energia huius illusionis, facile videt
lector, legendum esse, tonsor erat. non etiam,
sutor erat. nam vt tonsoris est comedere, & vstula-
re barbam, sic in contemptum tonsoris Stoici,
aut, vellunt tibi barbam, tanquam stulto & ine-
pto ad eam crispandam & discriminandam. La-
sciui pueri. Epicurei, vt suprà diximus, quos
pro pueris habebant Stoici. nisi fusce coercens, tan-
quam sceptro regio: coercere namque (vt suprà
ex Festo notauimus) est virorum principum:
qualis hic sibi esse Stoicus videtur magnorum
regum maximus scilicet; cui pro sceptro porrigit
baculum, vt Gymnorū more & latet, &
in corona circumstantes se abigat. ne longum.
hoc epilogi concedit Stoico, & habet risu stul-
tum illud de regno somnium, à balneis publicis,
ad quæ nullo comitatu accedere, erat præter re-
giā maiestatem: sibi vero & amicis applau-
dit, à benevolentia mutua, ab estimatione vi-
tiorum virtutumque pro æquitate, à vita priuata
quam multis modis ait regia esse beatorem.
quadrante. foris quadrante lauari populicū erat,
non regium: domi namque regibus sua bal-
nea magno apparatu instruta erant, & seruorum
ministeriis valde commoda. Porro à quadrante,
est quadrangularia balneatrix, qualem arbitror Ce-
cilio esse Clytemnestram apud Quintilia. lib. 8.
vbi describit ænigma esse allegoriam obscurior-
rem. & Seneca ad Lucilium epist. 87. balneum
ipsum, res quadrangularia dicitur. Erat autem qua-
drans numimus exigui pretij, nimirum tercia
pars assis, qui balneariori dabatur ab iis qui lauan-
di causa balneum ingrediebantur: dabatur & por-
tiori ab iis qui ex urbe in Auentinum traiiciebāt:
ab eo dictus quadrans ratitus, quod in altera par-
te ratem habet inclusam: non etiam à vestiture
pretio,

precio, vt scribit Varro ex Lucilio. *prater Crispini-*
num. balneatorem putarim potius notari, quām
Stoicum illum philosophum cuius suprā memi-
nit. Persius: I puer, & strigiles Crispini ad bal-
nea defer.

ECLOGA III.

CRISPINVS.

EVPOLIS, atq[ue] Cratinus, Aristophanesq[ue] poëte,
Atque alijs, quorum comœdia prisca virorum est:
i qui erat dignus describi, quod malis, aut fur;
Quod nichil feret, aut faciat, aut aliquis
amoris: multa cum libertate notabant.
Ainc omnis pender Luciliu, hōste secutus:
Muratis tantum pedibus, numerūq[ue], facetus:
Emunt a noris, durus compondere versus.
Nam fuit hoc viriosus: in hora sape ducentos,
Ut magnum, versus dictabat flans pede in uno:
Cum fluueret luctulentus, erat quod tollere velles:
iarulus, atque piger scribens ferre laborem:
cribendis reticē: nam ut mulcet, nil moror. ecce
Crispinus minimo me prouocat: accipe, si vis,
Accipiam tabulas. detur nobis locus, hora,
Custodes: videamus vix plus scribere posse.
Di bene fecerunt, inopiu me, quodq[ue] pufillo.
Finixerunt animi, rādē & per pauca loquentis.
At tu conclusas bircinii follibus auras
Vsque laboranteis, dum ferrum mollescit ignis,
Ut manis, imitare. beatus Fannius, rādo.
Delatiū capis & imagine: cūn̄ m̄n̄ nemo
Scripta legat, vulgo recitare timet, ob hanc rē.
Quod sunt, quos genus hoc minime iuuat, vi-
pose plureiū
Culpari dignos. quemvis media erat turba:
Iusq[ue] ob avaritiā, aut misera ambitione laborat.
Hic nuptiarum insanit amoribus: hic puerorum:
Tunc capis argenti splendor: stupet Albus ate:
Nic mutat mercedeis surgente à sole, ad eum quo.
Esperitina tepeſ regio: quin per mala precepſ
Seruit, vix puluis collectus turbine, nequid
Summa deperdat metuens, aut ampliæ re rem.
Omnes hi metuant versus: odere poëtas.
anū habet in cornu, longè fuge: dūmodo risum
excitat sibi, non hic cuiquam parcer amico.

Et, quodcumque semel charissimenterit, omnēs
Gestet à furno redeunte sciro, lacūque,
Et pueros, & anū. agedum pauca accipe cōtra.
Primū ego me illorū, dedram quibus esse poëtai,
Excerptā numero. neque enim concludere versum 40
Dixeris esse satiū: neque siquid scribat, vti nos,
Sermoni propiora, putes bunc esse poëtam.
Ingenium cui sit, cui mens diuina, atque os
Magna sonaturum: des nominit buius honorem.
Iccirco quidam, comœdia, nec ne poëma
Effet, quasiuere, quodd acer spiriu, ac vis;
Nec verbi, nec rebus iact: nisi quod pede cerio
Differe sermoni sermo merus. at pater ardens
Saxit, quod nichil meretrice nepos insanus amica
Filius, vxorem grandi cum dote recusat: 45
Ebrius &, magnum quod dedecus, ambulet ante.
Noctem cum facib⁹, numquid Pomponius isti⁹
Audiret leuiora, pater si viueret? ergo
Non satis est pars versum prescribere verbū,
Quem si dissoluas, quiaū stomachetur eodem
Quo personatus patto pater. hū, ego qua nunc,
Olim que scriptis Lucilius, eripiās si.
Tempora certa, modosq[ue], & quod prius ordine
verbū est.
Posterioris facias, proponens vleima primū:
Non, vt si soluas, postquam discordia etra
Bello ferratos post eū, portāque refregit:
Inuenias etiam disiecti membra poëta.
Hactenus bac: alias iustum sit, nēcne, poëma.
Nunc illud tantum queram: merito tibi siue
Suspectum genus hoc scribendi. Sulcius acer
Ambulat, & Caprius, rauca malē, cumq[ue] libellus,
Magnus vix q[ue] timor latronibus: at, bene si quis,
Et pars viuas manibus, contemnat virumque.
Vt sis tu simile Cali, Byrrique larronum:
Non ego sim Capri, neque Sulci: cur mesuas me? 70
Nulla taberna meos habeat, neque pila libellos:
Quieū manus insudes vulgi, Hermogenisq[ue]
Tigelli?
Non recito cuiquam, nisi amiciū, idque coactus.
Non vbiū, corām re quibuslibet. in medio qui
Scripta foro recitent, sunt multi: quiq[ue] lauentes.
Suame locus vocis resonat conclusus. inaneis
Hoc iuuat, haud illud querentē, num sine sensu,
Tempore

Tēmportē num faciant alieno. ledere gāudes,
Inquiū: & hoc studio prauis facis. unde peritum
80 Hoc in me iacuī est auctor quis denique eorum,
Vixi cum quibus? absentem qui rodit amicum?
Qn̄i non defendit alio culpante: solutos
Qui captat risus hominum. famāque dicatis:
Fingere qui non visa potest: commissa tacere
85 Qui nequis: hic niger est: hūc tu Romane caneto.
Sape tribus lectū videas carnare quaternos:
Et quib⁹ vnuſ anet quauis aspergere cunctos,
Praser eum, qui prabes aquam: pōst, bunc quo-
que posui,
Comedita cūm verax aperit præcordia Liber.
90 Hic tibi comis, & urbanus, liber q̄, videatur
Infecto nigru⁹. ego, si rīſi, quodd ineptus
Pastilles Rūſillus olet, Gorgonius hircum:
Liadus, & mordax videor tibi? mentio fiqua
De Capitoliis furtis iniecta Petilli
95 Te coram fueris: defendas, vt tuus est mos:
Me Capitoliū convictore rīſi, amicō-
que à puerō est: causaq; mea permulta regatas
Fecis: & incolumis latet quodd viuit in vrbe.
Sed tamen admīrator, quo pacto iudicium illud
100 Fugeris. hic nigra succus loliginis, hac est
Aerugo meta: quod vitium procul aſore chartū,
Atque animo prius, vt, siquid promittere de me
Poſſum aliud: vere promitto. liberius ſi
Dixeris quid, ſi forte iocofius: hoc mihi iuris
105 Cū venia debitis. inſuevit pater optimus hoc me,
Viſugere, exempli viſitorum queque norando.
Cūm me hortaretur, parce, frugaliter, atque
Viñerem vtiſentus eo, quod mi ipſe parasset:
Nonne vides, Albi vt male viuat filiu⁹? viq;
110 Barbus inops? magnū documentū, ne patria rem
Perdere quis velit. à turpi mereetricis amore
Cūm deterrerer: Sectari diſſimilis ſis:
Ne ſequerer marchas, confeſſa cūm Venere vti
Poſſem: deprenſi non bella eſt fama Treboni,
115 Aiebat. sapiens vici atu⁹, quidq; petiū:
Sit melius, cauſas reddet tibi: miſatu eſt, ſi
Tradidum ab antiquis morem ſeruare, tuamq;
Dum cuſtodiſ eges, vitam, famamq; tueri
Incolumentem poſſum. ſimul ſe durauerit atas
120 Mēbra, animūq; tuū: habis ſine coriſce. ſic re-

Formabat puerum dictū: &, ſue imbobat,
Vt facerem quid: habes auctorem, quo facias hoc:
Vnum ex iudicibus ſelectū obiiciebat:
Siue verabat: an hoc imboneſtū & inutile factū,
Nōcneſit, addubites: flaget rumore malo cūm 125
Hic, atque ille? audios vicinum funis vi agros
Exanimat, mortuq; metu ſibi parcere cogū:
Sic teneros animos aliena opprobria ſape
Abſterrēs virtutē. ex hoc ego ſanuſ ab illis,
Pernicie quacūq; ferunt, mediocribus, &, queū 130
Ignoscas; virtus ſeneſt. fortatuſ & iſtinc
Larguer abſtulerit longa atas, liber amicus,
Confiliū propriū. neq; enim, cūm leſtulus, aut me
Porticus exceperis, deſum mibi. rectius hoc eſt:
Hoc faciens, viuam molitus: ſic dulcius amicus 135
Occurrā. hoc quidā non bellē: num quid ego illi
Imprudens olim faciam ſimile? hac ego tecum.
Compreſſu agit o labris. vbi quid datur otī,
Illudo chartū. hoc eſt mediocribus illius
Ex virtute vnum: cui ſi concedere nolis, 140
Multa poētarum veniat manus, auxilio que
Sit mihi: nam multo plures ſumus: ac veluti, ſe,
Iudicis, cogemus in hanc concedere turbam.

COMENTATOR.

E T P O E I S atque Cratinus. Inuenitur in Ro-
mānos, quod suas reprehensiones nimis indignè
ferrent, cūm tamen Lucili⁹ & aliorum liberiora
scripta, quibus neque ſcribendo, neque auctoritate
dignitatē que multò eſſet inferior, tanta lau-
de eſſerent. Hi primi Archæas Comœdias ſcri-
pferunt, in quibus ſuorum ciuium vitia ſtyli ama-
ritudine valde proſciderunt. atque alij, alij viro-
rum, per partitionem. vel alij viri, per ſubintelle-
ctionem, qui antiquam Comœdiā ſcripferunt.
ſi quicq; d. mirè per hoc ostenditur origo Satyræ,
& qualis eſſe debeat. deſcribi notari. quod, eō
quod. ſicarius. ſica gladius eſt permodicūs, quem
ſolebant malefici in baculis geſtare, vt ex inſidiis
aliquem interſicerent, inde dicti ſunt ſicarii. ~~aut~~
alioqui. alio modo, aut ob aliam rem. multa cum
li. etiam nominati. hinc o. p. ab illis ſuprā dictis
poētis. hoſce ſecu⁹. Græcos poētas ipſe Romanus.
marcas t. p. n. alio metro viſi ſunt antiquorilli poē-
tæ, qui Comœdias ſcripferunt, alio vero Lucilius,
ſcilicet Heroico, qui Satyras compoſuit. facinus.
urbanus, peritus, mouendo riſum, vitiosos notan-
do. emunctorius. detersæ, mundæ, elegantiſ; hoc
x. 3 est,

est, allegoricōs, callidus derisor. sic à cōtrario; stu-
pidum, mucolum nominamus, quia nō citrō vitia
odoratur. *durus com. v.* asper fuit in cōponēdis
versibus. *hoc viciōsus.* in hoc non carebat vitio.
in hora. brevissimo tempore. *vt magnū.* tan-
quam rem magnam, & laude dignā fe facere pu-
tabat, si multos versus quasi momentū temporis
dictaret, cūm contrā, sit laudabilius multo tem-
pore paucos & bonos scribere. *lūtulentus.* non li-
quida & pura copia, sordidus: cui contrarium est
luculentius, à luce splendidus. *allegoria autē sum-*
ta est à flumine turbido. *erat quod toll. supp. ta-*
mē. hoc est, quamvis multa inordinatē, & sordi-
dē scriberet, tamen erat in illius versibus nonnulla,
quae tollere, id est, imitari & pro tuis haberi vel-
les. *garrulus.* ineptus, in multis superfluu. *piger*
scribendi. id est, ad scribendum: figura Græca: non
laborabat, inquit, vt recte scriberet, sed vt multa:
quod non nego, neque diffiteor faciem fuisse, sed
non probbo. *non moror.* non recuso. Virg. non do-
na moror, id est, non recuso, *ecce Crisp.* scilicet di-
gito. sensus ex proverbiali schemate ductus est:
solemus enim dicere, minimo me digito prouo-
cat, cūm volumus aliquem tātum valere minimo
digito, quantum alius toto corpore. Appositē in-
troducit Crispinus, nam is, vt Lucilius, libenter
multos versus, sed malos dictabat. eius & suprà
meminit ratione verbum, dicens: *Nc. me Crispini*
scenit. Lippi compilasse putes, &c. *accipe iam.*
muñtrix autem charactere prouocantem se ad
scribendum Crispinum ostendit. *cus bodes.* vt pro-
pria dicamus. *syops.* quia careo inuentione, & ic-
circo non noui multa scribere. *animi.* ingenij.
per pauca loquentis. taciturni, noui gattuli. *at tu*
concl. ordo est, at tu, ô Crispine, vt manis, imitare
auras conclusas follibus, &c. hortatur Crispinum,
vt suo more inflata & turgida scribat: sumta est
allegoria à fabris. Hircinis autem follibus com-
parat pectus Crispini: & auris follibus conclusas,
turgidis suis & insulsis cogitationibus. sic & Perf.
Tu neque anhelanti coquitor dum massa cami-
no. *hircinis foll.* ex hircino corio factis, qui mul-
tum aëris emittunt, donec ignis molliat ferrum.
sic vult Crispium non cessare, sed multa verba
fundere, donec auditorem contundat, & nimia tā-
dem satiēte conficiat. *v̄sque labor.* tam diu o-
perantes. *ferrum.* sensum. *molliat.* proferat, expli-
cit, maturat. *ignis.* cura & diligētia. *beatus Fan-*
niius. Fannius quadratus poēta. loquacissimus &
ineptissimus fuit, cui Senatus audiendi fastidio,
vl̄tro capsas & imaginem obtulit, vt libros suos
mitteret, & in auctoritatem reciperetur, tāquām
optimus poēta: vel, vt alij referunt, Fannius poēta
malus, cum liberos non haberet, hæredipet sine

eius cura & studio, libros eius, & imaginem in
publicas bibliothecas referebant, nullo tamē me-
rito scriptoris. *delatis.* ad bibliothecam. *imagine.*
qui erat in auctoritatem receptus, eius imago po-
nebatur inter poētas. *volg.* passim aut palam, *re-*
citatē timentis. quia is qui mores carpit, in publico
non audet recitare sua *carpina.* *quos genus hoc.*
hoc genus Satyræ: nam qui suprum scelerum sibi
sunt conscij, non delectantur hoc poēmatē quo
vitia notantur. *media elige sur.* de medio populo
in medium producito, *minimū inuas.* non recreat.
ambitione. superbia, honoris cupidine. *nuptiarum*
in. a. adulter. *hic puerorum.* corruptor. *argenti*
ſpl. vasa argentea delectant, stupet *Alar.* ar. Corinthio;
hoce est, Albius tenetur cupiditate vasculo-
rum ex aere Corinthio. *hic mias.* alijs lucri causa
& mercium nauigat ab oriente ad occidentem.
Maro, Cedet & ipse mari vector, nec nautica pi-
nus mutabit merceis. *quo.* sole. *vesper. r.* ad oc-
cidentem. *repet.* comparatione orientis, vbi sol
seruet actius. *quin.* supp. etiam. *turbine.* ventis.
nequid. ne aliquid perdas de summa. propterea se
periculis committit, vt aut nihil decedat summa
sua, hoc est, bonis suis, aut certe vgaueatur. *om-*
nes hi m. qui huiusmodi vitiiis sunt dediti. *poētas.*
Satyricos. *ſanum habet.* sumta translatio à boue
cornupeta, cuius cornibus in modum ansulæ fore-
num alligari solet, in signum, vt qui ei fieret ob-
uiam, eius vitaret occursum. sic fingit Horatius si-
bi consulere mutuō, qui malè sibi conscij sunt, &
procul ab eo fugiant qui vitia reprehēdit. *charis.*
scriplerit. *furno.* pistrio redeunteis seruos. *la-*
cuq. à lymphâ hauienda. *primum ego.* ordo est,
primum ego excipiam me numero eorum qui-
bus dederim esse poētas, id est, concesserim vt sine
poēta, quippe qui sermoni quotidiano propiora
scribo, diuinor. diuina. *neque os mag. os eloquēs.*
magra. spes magnas & sublimces. *nominis.* poē-
tici. *scribat v̄i nos.* extenuat se. *iccirco quidam.*
quia verba Comœdia prop̄ sunt oratio soluta.
quaſiſuere. dubitauerunt an Comœdia esset poē-
ma. *acer ſpi.* vehementia & maiestas. *rebus.* ſen-
tentia, differt. distat, *ſermone.* à ſermone Comœdo.
ſermo merus. proſla dictio. hoc est, in Comœdia
neque verba ſunt magnifica, neque ſententia gra-
uis. Itaque hoc ſolo differt ab oratione, quod eius
ſermonem metrum contingatur. *at patr. ſubiectio.* quo-
niā dixit in Comœdia noīa esse verba ſeria &
ſensum vehementem, & iccirco non videri poē-
ma; fingit aduersariū ostendere ei non inesse
ſpiritum acrem, ſiquidem patrem introducit, vt
pote Menedemum apud Terentium, vehementer & acriter ſeuire in filium ſuū luxu perditum.
yeſos. tacita & egregia ſignificatio filij luxuriosi.
numquid

nemquid Pomp. confutat obiectionem ab exemplo, scilicet Comœdiam videri acrem habere spiritū; hoc modo: si pater Pomponij viueret, num quid leuiora verba audiret Pómpónius à patre, quād audit filius luxuriosus à patre Comico? Quād est hæc Horatiana, & tacita obiurgatio Pomponij luxuriosè viuentis? ergo non satis non sufficiunt verba pura, id est, non figurata dicta, neque sonora, ut aliquem poëtam nomines, metro concludere, sed oportet ea esse formata & grauia. **personatus.** venustè & iucundè dicit patrem personarum pro patre Comico, hoc est, qui patris persona accipit in Comœdia. **his ego qua.** per svālq; subauditur scribo, ordo autem est, si eripias his qua nanc scribo, & qua Lucilius olim scriptit, &c. sensus est, si dissoluas versus vel meos vel Luciliij, non inuenies in verbis candem grauitatem, qua est in Ennianis versibus, qui magno scilicet spiritu, & verbis altioribus sunt compositi: quales sunt isti, postquam discordia terra bellum ferratos postea portiisque refregit. **tempora.** quantitatē syllabarum. **modosq;** pedes & sonum. **disecti.** vestigia dissoluti & lacerati poëta, id est, versus Enniani. **haec tuas.** huc vsque dixerim, an Satyra & Comœdia poëmata sint, an nō? **alios.** traetabimus alio tempore, alio loco. Terent. Quin alias malim quād hodie has fieri nuptias. **nunc illud.** nunc illud à te quāram ḥ Romane, vtrum iure oderis genū hoc Comœdiæ vel Satyræ, an merito metuas? **Sulcius acer.** Sulcius & Caprius nominis sunt delatorum: alij volunt eos actores fuisse caſuarum, vnde etiam rauci dicuntur affiditave agendi: alij amaros fuisse Satyricos aiunt, qui ad rauim vsque suas Satyras recitabant, carpendo latrones, id est, vitiosos & male viuenteis. **male.** valde. **cūq; libellis.** in quibus vitia describit. **vtrūq; Sulciū & Caprium.** Cali Byrrhiq; l. Calius & Byrrbius fuerunt adolescentes perditæ, subiectio à dissimili. Si tu sis similis improbè & turpiter videntibus, & ego nō sim similis accusatoribus, vel reprehensoribus, cur vis metuere me? **nulla taber.** supp. cum. **taberna.** Sosiorū hoc ideo scriptit, quoniam bibliopolæ stationes, vel armaria circa pilas seu columnas habebant: ac pē hoc ostendit se non temere cuiquā libellos suos edere, sed tantum certus & electis personis, ne incident in manus imperitorū hominum, qualis erat Hermogenes Tigellius. **in medio.** hypophora aduersarij. quasi dicat, multi nō indigniores te, in medio foro sua scripta recitare. **quiq; lauantur.** respōdet Horat. satis verbæ: scilicet, hoc non esse mirum, cūm & multi in balneis hoc erit faciant, cuius causam apponit ironicos, quod in balneis pētæ vox clarius resonet, que res versus gratiosiores facit, **in aneis h.i.** decla-

rat quales poëtae sint, qui in foro & balneis versus suos recitent: hoc, inquit, delectat vanos & insipientes poëtas. **siris sensu.** stulte. **tempore alit.** importunè. **ludere gaudet.** subiectio, hoc fortasse dicit, ḥ Horati, quoniam Satyram scribis, quæ valde notat homines, & ideo clam recitas. **vnde pet. auditū,** acceptū, à quo didicisti me esse prauum. **hoc in mei.** hoc, quasi telum, quo me vulneras, à quo accepisti? quis tibi id suppeditavit? **auctor quis?** quis me deculit, aut quibus coieaturis colligis criminis tali me esse dignum? **absentem q. r. a.** nunc describit qualis sit qui studio lædit aliquem. **redit.** mordet, lacera, fluit enim aliqui, qui dum volunt se vrbanos haberet, quasi per facetas lacerant alios, sicut superius, dūmodo risum excutiat sibi, nō hic cuiquā parcit amico. **salutes qui captat.** qui meram putant vrbanitatem carpendis aliis mouere cachinnos. **famagq; d.** faceti, iocosi, dicaces hic sunt, qui risum mouent dicēdo male & iocis mordaci bus. **ingersi.** ex cogitare. **commissa t.** ex credita sibi cōfilia. **hic niger.** maledicus, malignus, liuidus, obscetus & latens. sic nigru air malum & venenatum Virg. Nigri cum lacte veneni. **hunc tu Rom.** hunc opus est metuere, non me. **sepe tribus l.** duodecim homines in triclinio, nam inde tricliniū dictū est, scilicet à tribus lectis. **quauius asper.** quauius ratio ne, quocumque modo, vt poëta, Qua facere id possis, nostram nunc accipe mentem. **aspergera.** norare sermonibus & dictenis sallis. **prater eum.** præter coniuatoꝝ, qui præbet coniuuiū, qui paſcit, post hunc. postea. **hunc.** coniuatoꝝ eriam carpit. **poter.** ebrios. **verax.** mirè verax, & ideo liber. **cōdita prac.** quæ sunt recondita in p̄cordiis, & penitioribus mētiis recessibus prodit ac publīcat. **hic.** qui sic detrahit. **comis.** venustus. **tibi infestation.** qui simulās te infestū & inimicū malis & vitiosis. **ego si r.** si delectat te in cōuiuio, qui male dicit omnibus, me, si aliquē suo merito reprehendero, non feres? **mentio si qua.** vt alibi, Spartacum, si qua potuit vagantem fallere testa. **de Capitolini furis.** fingit se loqui cū amico Petillij Capitolini, qui cū præfesset Capitolio (vnđe Capitolinus dictus est) accusatus est quod coronam Iouis Capitolini rapuisset; quare ipse sublatæ coronæ causam dixit, & absolutus est a iudicibus in gratiā Augus̄tī cuius amicus erat. **furia.** sacrilegiis. **vt tuus est.** alloquitur Petillij anicum, in amici defensio ne parum candidum. **me Capitolini.** verba dēfen ſoris Petillij, qui cū defendere eum & excusare deberet, magis lædit. **iudiciū ill.** capitalem sententiā. Hæc vbi dixisti, grauissimo præfudicio con demnas amicū tuum (vt aīs) Petillium. **nigra loliginis.** Loligo genus est pisces marini, succū habens nigrum, & armamento simile, ex loliginis autem succo,

succo, liuore mentis vult intelligi; & ex æruginæ, malitiam: malos enim homines atros ac venenatos dicere solemus. *sucus lolig.* metaphoricos, pro mentis liuore, & noxia malignitate. *ærgo mea.* venenum purum, vera malitia. *quod vitium p.* abfuturum meis scriptis. ordo est, si quid de me promittere possum, hoc verè polliceor, non furrum in scriptis meis hoc vitium, id est, talem malignitatem loquendi, quæ amicis nocere potest. *hoc mihi iuri.* vt liberiùs loquar quæ sentiam. *insuenit p. o.* pater meus, inquit, eam disciplinam mihi dedit, atque in eam confusq;udinem induxit, ut neque cogitarem quid malignè, neque dicerem: deinde mira urbanitate viritur, dum ostendit quomodo cum pater suus moneret solitus, ut virtus fugeret in notandis quibusdam Romanis. *cum me bortas.* cum me moneret rectam viam insisteret, virtutesque amplecti. *wonne vides Albi.* ab exemplo Albij filij, mirè docet filium pater, ut viuas sobriè. *ut maled.* quomodo. & est *Liūy,* in verbo aiebat. *Barris inops.* magnum documētum, id est, qui est magno documento per suam inopiam, ne tu confumas hereditatem paternam, sicut ipse fecit. *Setiani dis.* cum reuocare me vellet ab amore meretricio, proponebat exemplum Setiani mœchi. *Treboni.* hic in adulterio deprehensus fuit. *sapiens vit.* philosophus tibi rationē redet, quare quid peti debet, aut vitari. mihi, inquit pater, satis est, si te exemplis instruā, quid sit turpe & decorū, ad eum modū quo ego sum à maiori bus meis educatus & eductus. *cum deterret.* dehortaretur. *dum custodis.* pædagogi: ut, imberbis iuuenis tandem custode remoto gaudet equis, &c. *dorauerit.* firmauerit. *nabis sine cortice.* allegoria à natatoribus: hoc est, viues pro tuo arbitrio, non egens admonitione aliena, quando ætas tua fese corroborauerit. Discunt autē pueri natare suppositis ventri corticibus. *auctorem.* ducem, quem sequi debes. *unum ex iud.* proferebat in exemplum virum aliquem illustrē ex Senatorio vel equestri ordine, qui aliquando propter æquitatem & iustitiam fuerat selectus in iudicem. *auidos vici f.* sensus est, ut intemperantes ægri, si forte audierat aliquem effiri, mortis admoniti, obseruantius secum agunt; ita tenebre montes à virtutis submouentur, quando opprobria aliorum audiunt. *exanimat.* stupefacit, conturbat, tremefacit, atque abstinere facit. *auidos.* edaces, & cibi impatientiores. *teneores.* infirmos, inconstanteis. *ex hoc.* patre his, inquit, præceptis patriæ mei effectum est, ut à perniciois virtutis temperarem. *& istinc.* ab his virtutis mediocribus. *largier.* multum. *liber amicus.* qui me liberè potest increpare. *nec enim cum.* se tractare secū ait semper, cum aut lonus deabulat, aut in

lecto decumbens vigilat, de officio boni viri, aque extrinsecus singulos sibi proponentem querere, quid ipse lequi, imitarique, & quid fugere debeat. *rectius.* exprimit verbis quæ secum cogitat, hoc magis expediat, hoc mihi est utilius. *olim.* aliquando. *haec ego m.* Sermones duo sunt *codicis 186 & 209.* *codicis 186,* quo utimur nobiscum: *codicis 209,* quo cum aliis: prior, inclusus; posterior, prolatus. *ubi quid d.* hoc est, ex mediocribus virtutis vnum. Iterum urbanissime ponit in virtute scribere poëmatā; sed & cetera quæ subiecta sunt, eadem energia coniduntur. *intudo chor.* bas cogitationes meas scribendo, chartas perdo. *hoc est.* scilicet chartas perdere illis incluendo. *auxilio q.s.m.* hæc dicendo, ostendit se bene scribere, neque enim omnes poëtae malè sunt. *multo pl.* valdè multi. *ac veluti, te.* ordo est, ac, veluti Iudei, cogemus te concedere in hanc turbam, id est, in nostram sententiam transire, ita ut contentias nobis, non esse virtutem scribere: cogemus te fieri poëtam, aut nobis fauere.

C R V Q V I V S.

IMpatientius accipit Horatius, & nō nihil subi- ralicitur Romanis, qui tantum gratia & auctoritatis in vnum Lucilium congerant, ut eius Sary- ze vel Archilochicam magnitudinem multis qui- dem præconiar, se, contrà, suaque scripta censeat, non solum non mediocri commendatione, sed ne lectione quidem digna: quæ tamen ait abesse tantum ab intemperantia maledicentiaz, ut præter urbanitatem molestæ nihil amaritudinis intentent alicui. verum enim uero huius offensi- onis causam transiit in eius temporis virtutia, & omnis generis improbissima sceleria, quibus paullum omnes ita turpiter laborare demonstrat, ut eidem quasi culps obnoxij, nihil aequæ exhiborescent quam poëtarum chartis illiniri, vulgoque fieri fabula: quo metu ut eos liberet, dèque se bene sperare iubeat, primum declarat non habendum se in poëtarum numero, ut qui versus dictaret mero sermoi simillimos, minimisque petulan- tis sycophantiaz. deinde cùm dicat aſſeueraſtius, non eo stultiz genere se tantum ineptire, ut sua carmina patiatur aut in publico decantari, aut imperiæ multitudinis manibus contrectari, faris pollicetur iis qui sibi male metuunt, nihil istinc quicquam suis capitibus impendre periculi: verum eos moneret, & hortatur exemplo amici Petilliani (qui huius Eclogæ scopus est) ut eis curæ sit execrari, publiceque detestari id genus obrectatores, tranquillitati Reipubl. pestilen- tiſſimos, qui insonoris iuxrà ac sonoris sub præ- textu virtutis suæ linguae virulentia penitus con- taminant:

taminat: A quo inhumanitatis vitio ita se se à pueris scribit alienum, ut sine villa vel iniuria, vel amici calumnia, nihil quām facere risu possit ea notata **vitia**, quæ vel lippis (vt aiunt) & tonsoribus nota sunt; vt mali quidem resipiscant, boni vero magno animo virtutem amplexentur. Atqui tanta industria decurrit ad exitum huius **Satyre**, tantumque artifici per paternam hanc **musarę**, quasi aliud agens, eam describit instituēd̄ ornandaque Reipubl. formam, quam nemo bonus summis votis non exoptet se deorum immortaliū beneficio aliquando cernere posse. **Eupolis arg.** **Cras.** Exorditur ab antiqua Comœdia icriptoriis, vt sibi quidem nonnihil apud Romanos benevolentia, Lucilio vero plus comparet iniuriae; vt qui ad illorum imitationem, nouo quodā modo suam Satyram, satis quidē acutę, sed diurię, & in ciueis mordacius scripsisset, & quasi ex professo, nouam poēsin fecisset: se vero nihil tale meditari, neq; suggestilare, neq; virulentis blateramentis ait se quemquā velle perstringere; sed urbana tanum, & faceta morū castigatione ciuicis à vitiis detergere. **Eupolis.** Quintilianus lib. 10. Instr. Orat. Antiqua, inquit, illa Comœdia, tūm fracentram illam sermonis Attici gratiam prop̄ sola retinet, tūm secundissimam libertatis: etiā est in instantiis vitiis præcipua, plurimū tamen virium etiam in ceteris partibus habet; nam & grandis, & elegans, & venusta, & nescio, an villa, post Homerum tamen, quem, vt Achillem, semper excipi par est, aut similius sit oratoribus, ant ad oratores faciendo aptior, plureis eius auctores, Aristoph. tamen & Eupolis Cratinusque præcipui, &c. Hæc ea illa. Vixit autem Eupolis Cratino posterior, eiūsque in stylo præcipuus imitator, Olympiade 88. vt scribit Eusebius in Chron. **Cratinus.** Persius hūc audacē nominat, quod maxima libertate carpserit, & acerbitate mira prosciderit Atheniensium vitiā, hic etiam φιλοτεχνης dictus est. sed de eo plura Epist. 19. lib. 1. ad Mæcenatem. **Comœdia p.** v. tres erat Comœdiarum differentiæ, θεαται, μέτων καὶ τέλος: quatum unaquaque peculiarem quandam vim obtinet. de his autem in epistola ad Pisones. si quis erat d. Origo & argumentum Comœdia fuit, malos corrigerre, fures punire, mœchos continere, &c. sine vilo capitali supplicio; quod ostendit Comœdie definitio: ρυμαδιαίστις ιδεπνός καὶ πολιτῶν. πρωγύματος αἰνιδνώς περισσόν: quā παραφερετικός vertit Donatus, inquiens, Comœdia est fabula, diuersa constituta continens, affectuum civilium ac priuatuum, qua discitur quid sit in vita vīla; quid contrā cuitandum. **dignus.** ciusemodi namque vitorū publica exprobatio quoddam erat quasi

malorum remedium: at tandem petulantia quadam licentia etiam in viros bonos & innocentis indecenter leuitum est, quo tempore à Romanis leges latæ sunt contra libellos famosos. **describi.** καλλιγράφιας καὶ διαγράφιας, descriptio namque, teste Cicerone in Topicis, est qualis sit aurarus, qualis assentator, ceteraque eiusdem generis, in quibus natura & vita declarantur. **mæchus.** adulterer, μοιχεῖα, adulterium. λήψις μὲν καὶ πρὸς παρθένον & καὶ εἰς πλευρὰν τοῦ ἀνάρχειος, φθορὴ, οὐδὲ παρθένον καὶ κῆρας τοῦτον τόπον, hoc est, dicitur quidem & in virginem & viduam stuprum, sed propriè eius est quæ maritum haberet stuprum vero, virginis & viduæ illegitimum. de supplicio mœchorum apud Atheniensis, vide Satyra 2. huius lib. **famosos.** nō multæ, sed malæ famæ: infamis, cuius fama vulgo laborat. **multa** cum iniquitatibus rūtu dñstib; veritatem libetè prohibebantur. **bincornus p.** L horū priscam Comœdiām, Latinam fecit Satyram, mutato quidem genere carminis, sed seruato maledicti vitiō. **facetus.** cum acuēo & maledicto: etenim de eo locandi genere agitur hic, quod profusam est, & immodestum, non etiam ingenuum & lepidum. **enunciare naris.** acri exactoque iudicio, quasi purgatis naribus, muccoque emunctis. ve ait Eral. non est dubium quin ea paremia ad imitationem Græcorum sit usurpata, qui stupidum & tardum rūtu ēīna καρκίνος μετός, id est, nareis aiunt habere mucco plenas. **durus compo.** Hellenismus. **εὐληγες εὐληδίναις εὐγέρειας.** sicuti paullo pōst, piger ferre laborem. hoc est, ad feren-dum, vel in ferendo labore. Sed hæc duritas, in verborum in consecutione incomposita, inordinataque, & numeris parum concinnis: an & in rerum sententiārumq; virulenta duraque & aspera mordacitate? nam fuit hoc v. hysterion proteron: ad hunc enim modum sunt hæc ordinanda, nam fuit in hoc vitiōsus, quod durus versus compone-ret, vel quod durus esset in scribendis versibus. **et magnum.** ceu rem magnā, sive magni momenti. **sapo ducentos.** multis. finitus pro infinito. **stans pede.** nullo, vel exiguo labore: huic contrarium est ὅλη ποδί, omni vel toto pede, pro summo annisu & coarctine. **cum flueret.** cum carmina scriberet cōspurcata cōno malevolentia: vel poterit ad genus carminis inuenisti id pertinere, quod effusum potius, & vocibus quibusvis sine delectu perturbatū, obscurumq; quām debita forma elegantiq; elaboratum fuit. Sumta est trāslatio à flumine rapido, quod omne genus fordium secum rapit in præcep. tollere. dignum imitatione. Quintilianus autem videtur, tollere, interpretari, auferre & remouere ut superuacaneū, yrait Turnebus, li. 15. cap.

cap.9. contra Comment. cui scribit Lamb. à quo non dissentior verum hac de re latius in Satyra ultimaeo loco, *sepe ferentem plura quidem tollenda r. Ecce Crispinus.* digreditur à Lucilio ad Crispinum Stoicum (fortasse Lu. Plotium Crispinum) multò in versibus scribindis, ipso Lucilio vaniorē magisque garrulum; Quod quidem eo consilio facere videtur, vt viter iuividiam eorum qui gaudebant Luciliana lectione; simul etiam quō, mutato Scriptore, non continuo odorentur nimium eius fastum & sententiarum affectationem notari, *minimo me prouo.* supp. digito. Minimo autem prouocare, et contemna (inquit Erasmus) ad certamen prouocare: sumtum à gestu prouocantium ad pugnā, minimo porrecto digito: Atqui, si liceat tamen ab Erasmo dissentire, vulgo ei minimū digitū porrigitus, vel ostendimus, cui vel minimum concedimus, vel cum nostri æqualem esse iudicamus, idque in malum potius quam in bonū: vt putā, si Horatius exprobrebat Crispino se nihil morari, siue magni eum pendere, quod vel momēto temporis multa carmina scriptiter, quasi insulissimus quisque idetiam prestatre posuit, eiq; Crispinus minimum porrigit, vulgo intelligimus Crispinum quidem non prouocare Horatium, verū ei, velut incitāt socio, candem notam inure pro neglectu suorum carnidum, quæ orationi simillima, effundere potius quam elaborare videtur. Qua de causa citius ego crediderim hanc parceriā, minimo prouocare, traductam à sponsonē Iurisconsultorum, quæ siebat (vt notat Budaeus) interposita stipulatione certæ pecunia, quam perderet is qui sponsonē vinceretur: iecrīco Crispinus causæ Lucilij vt patrocineatur cūmque conuincat non minima laude dignum esse, breui tempore multis versis scribere, provocat Horatium minimo, supp. pretio, seu stipulatione aliquantulæ pecunia; Accipe, si vis, inquiens, ego accipiam tabulas, pretiūque sponsonis notabo, &c. Nam qui sponsonē prouocabat, ita dicebat, & in tabulis publicis pretium scribebat, nimis, spondeo me tantam pecuniam daturum ni, &c. prouocatus autem contrā, restipulabatur. Lacessit itaque Crispinus, & acrius virget Horatium sponsonē, sed is non percellitur, neque restipulatur, verū diis gratias agit, quod sit animo sedatiore, & minus temerario, quam qui velit cum garrulis, & miranda de se pollicentibus, serio contendere. accipiam tabulas sic habent scripti omnes præter Tonf. & Busli. qui vulgaris contentiunt. *Dij bene fecerunt.* sermo est gratias agentis, & euentum rei approbantis, Græcis quam Latinis visitatior, καλῶς ποιῶν, καλῶς φεγγίων. sic Gregor. *οὐστὴν οὐσιαν, ὅπερ ἔννοι καλῶς*

καλῶς καὶ σωμάτης. Luc. 6. cap. καλῶς ἐναντιεσθε, merito vos laudauerint. Demost. 4. Philipp. εἰ τόχη καλῶς ποιῶσι πολλὰ πονήσατε τὰ κοινὰ, id est, merito fortuna auxit. Reipubl. redditus annuos. Aristoph. in. Pluto. καλῶς τοίους ποιῶν ἐπέδειξε, merito itaque periit. Ita hoc loco, Dij bene fecerunt, id est, o factum bene, me natura esse pusilli animi & raro loquentis. oratio est modestè de sentientiis, εἰς ἀλύτην & Crispini audaculi & garruli. raro & per pauca loquentis. sic habent omnes & scripti & vulgati codices, quos vidi; & eandem actionem non iniiciatur Lambinus se offendisse in omnibus codicibus, præter unum Faertrum; qui loquentes, babebat, sed 6. alia manu, inquit, & in litura: At omnino tamen sentit mendum esse, scribendumque, *per pauca loquentem.* cui meherculè non grauatum subscripterim, sed vereat ἐρωλεγία veterum scriptorū; nec video quoque, cur non dicamus (tametsi fortasse durius) vel esse syue dochēn partis pro toto, vel enallagen partis, putā, raro & per pauca loquentis, id est, raro & per pauca loquelæ, αὐτοὶ λογοῦντος, προ-αυτοὶ λογοῦντος, quæ cōmutatio Græcis familiaris est, atq; adeò existimo, Horatium pro suo more, hic expressissime dictum alicuius poëta ex veteribus. *αὐτὸν conclusus.* cōcessio per apostrophēn, qua Crispino liberum permittit, vt suo more versus leuis, ventōq. similes cōponat, sed puridos & mordaceis, quorū sententia putido prauōq; peccatore de promita, nō magis grata sit auribus, nisi sui similibus, quam sit flatus follibus hircinis emissus cū ingenti fōctore: videatur enim alludere ad hircinā maleolentiā. *beatus Fannius.* exclamatio, qua gratularus Fannio publicam felicitatem ob capsas delatas & imaginem in signum honoris ei vltro exhibiti, conqueritur sua scriptra haberit neglectui, & à nemine logi, cūm *caenam neq;* Lutelij mordacitatem referant, neque Fannij inceptias; quem cur beatum nominet vltro delatis capsis & imagine, non satia assequor, idne pompæ eius funerali debeat acceptum ferri, putā, cadaueri cum capsis seu scripiis & imagine ad rogum vltro, hoc est, sine extremo iussu seu testamento, elato, an quod à senatu beatus effectus sit, qui ad eum capsas & imaginem deferri curauit vltro, hoc est, nullo quidem tuo merito, vt qui suos versus non recitasset aut euulgasset; sed vt ciuius familiam nobilem illustraret, poëtæque insigniis decoraret: Sed de hoc aliis plura. *capsis.* talia erant narthecia capsulis eburneis inclusa, quorum meminit Martial. lib. 14. in Apophor. artis ebū medice nartheciacernis habere munera quæ cuperet Pacius esse sua. *vulgo recitare sim.* de hac structura, mea timensis, consulendi sunt Grammatici: In primis Valla elegant.

elegant. lib. 2. cap. 1. ob bene rem. rationem reddit, ob quam vulgo sua scripta non ameatur; nemo enim ferre potest aequo animo id grauitatē damnari, cuius ipse studio multum affectur, etiam si non sit ne scius, id ab omni virio non esse alienum: At nullum tamen ad corrigenad flagitia praesentius est remedium, quam urbana reprehensio, teste Pythagorarū & apud eū quae τὸν λόγον ἐπικαλύπτει, καὶ διεγνωσθεὶς ἀληγονεῖ, id est, virtus velis non obregere multis verbis, sed emendare reprobationibus. media erat. tres Bland. cod. Eripe, quartus cum Toni, Busl. Nan. & Piūz. Martinique codice habet, elige: misera ambia, ab effectu, quia ambitiosi sunt miseri, οὐδὲν αἰτῶν, οὐδὲν πράττων, inquit Herodotus. hic nuptiarum in. a. periphrasis adulteri, qui nihil quam matronas sectatur, ut abunde satis ostensum est Satyra 2. aut ob amar. i. μήτρα ἐστὶ κατέτερης απάντης, inquit Phocylides. hic mutat m. negotiatur, emit, vendit, mercium commutationem exercet, à qua credit Plin. dicta commercia, surgente a so. non me latet à doctis hunc locum sic exponi, ut pertineat ad negotiationem, quae sit peregrinæ, de qua quodque loquitur Epist. 1. lib. 1. Impiger extremos currit mercator ad Indos, &c. ut hæc sit sententia. Hic exponit sepe periculis, & profectionum variis laborebus, ut ex omni latere mundi contractis coacceruatisque mercibus lucrum faciat, ad rem suam augendam, aut certè, non diminuendam: verum non absurdum videri poterit, si priorem quidem horum versuum interpolationem negotiationi domesticæ donemus, posteriorem verò concedamus mercibus exoticis aduebendis, hac ratione; hic mutat mercis, parat, emit, distrahit à surgente sole, id est, ab ortu solis, à summo mane, ad eum usque solem, quo regio vespertina tepet, hoc est, ad solis usque occasum, ita ut solidum eum diem, ei rei quasi sit assiduus: ad hunc enim modum Epist. 6. lib. 1. ad Numicium, hortatur patronum quandam, ut causis agendis in foro det operam, Nauis mane forum, & vespertinus pete rectum: quod etiam Persius respexisse videtur Satyra 5. Mercibus hic Italus mutat subsole recenti rugosum piper & pallentis grana cumini: deinde cum animaduerit, ne hunc quidem queratur vel amplissimum eiusmodi luciferpe (ut sic loquar) explore mentem, eius auditatom amplius exaggerat, inquiens, Quia per mala præcepis fertur, &c. hoc est, obiicit te mille calamitatibus & incommodis, agitatus vnde marinis, perinde ac puluis rapitur vento, nulla salutis & vita cura, nullo mortis metu; adeò ut lucri amore vel animam vendat, apud Persium Satyr.

6. hortante avaritia, meretur, atque sollers excutiat omne latus mundi ne sit præstantior alter. omnes hi met. clausula rationis. Iccirco omnes oderunt poëtas, & versus mordaciores, quia male sibi consilij, notari & ludicro esse formidant. fenum habet in c. suppli: aiunt enim inter le virtuos, aut quid simile, fenum habet hic poëta in cornu, &c. & est iniquitas, communis inter eos consilij de vitandis id genus poëtis, quibus ferunt esse volupe omnibus ex aequo sua maledicēta vellent: fenum autem in cornu habere dicuntur feroce ac maledici, qui vel dicto vel facto quosquis impetrare gaudent: quam insolentiā tam brutis quam hominibus ait Plutarhus in problemate 71. efficerre repletionem ac satietatem. unde est & illud Sophoclis in præsumidet quendam: Tu vero serues quasi pullus cibi copia, huic astipulatur Solon apud Laertiū, τὸν κόρην ὅτι τὸ πλάστρα γυναικός, τὸν δὲ τὸν ιτανόν τὸν τὸν κόρην, hoc est, satietatem nasci ex opulentia, ex satietate verò ferociam, siue contumeliam, ut ea non immerito saturitatis filia dicatur. nō hinc enīquam. opportunè dictum ab aduersario, nimis ut amici carpēndi nomine, poëta grauerit inuidia. chartis ille. lumta metaphorā à pictoribus. omnes gestis. cupiet omnibus hoc innotescere, in ora vulgi abiit: huic affine est, lippis & tonsoribus notum fieri: id enim omne geous hominū, lippi, tonsores, antis, pueri, loquacissimum est & garrulitate nobile. A furno redeuntes. fortasse ad eam pistillā alludit, cuius meminit Terent. in Adelphis act. 4. Sce. 2. quæ erat apud lacum; priuſquā ad portam venias: inquit, apud ipsum lacum est pistilla: ea autem est pistorum taberna. lacum autem hic accipio Seruiliū, quem Hadrianus Iunius noster ex sententia Morillonii scribit fuisse forum hoc nomine, quem Sext. Pompeius ab auctore nominatum reserat, in principio vici Iugarij apud Basilicam Iuliam, ubi hydræ effigies extiterit à M. Agrippa posita. Vide animaduert. Iunij lib. 2. ca. 7. Ab hac interpretatione nō dissenit Plauti locus Gurgulione: In foro insimil boni homines atq; dites ambulant, in medio propter canalem ibi ostiatores meri, cōfidentes, gartulive, & maleuoli supra lacū, &c. primū ego m. hæc confutatio duabus partibus nititur, altera quidē extenuatione sui, & veri poëtē definitione: nō enim scribere se versus inficiatur, sed nō eo ingenio & gratia, non eo sententiā pondere & maiestate, ut promereatur decet. ut poëta: qua gratia quoq; a nōnullis de Comedia dubitatū afferit, an poëma cēseri possit, quod & humilior inuentio & dispositio rotundior sit, mihiusq; tornata, quā ut virtudā poëtæ faciē osteneret; quod quidē ait occasione præsentis thematis; nā in

alia est sententia in epist. ad Pisones. Altera verò, cùm ait, *nunc illud tantum, &c.* tota de pendet ex confessione eius, quē nō citra latentē mordacitatē inducit concedere se non esse planè dissimilem Cęlij Byrrisque sceleratorū, cuius gratia vitetur hac ratiocinatione: *Quisquis malis gaudet alienis, nō iniuria timet Sulciū, Capriū, hisque simileis accusatores; verum cùm mea vīte ratio sit alia, neq; criminacionibus gaudet, cur me odisti & fugis?* assumptionē autē, sēque eis minimē esse simile, liberius astruit à dissimili: nam illi cum libellis in publico ambulante, inquit, crimina recitant, reos agunt: meos verò libellos nulla taberna, nulla pila ostērat; nemo ex vulgo, ne Hellenogenes quidem ille Tigellius, homo vanissimus, iis legendis insudat, &c. *neg, enim con. certis & præscriptis pedum numeris finire verūt nō fatis est, nam & modulis est opas. dixeris. modi potentialis, dicere debes aut potes. sermoni prop. hoc est, quo quis modoversum cōcludat, seruato solum numero pedum pro genere carminis. ingenium cui s. hæc sunt inuētio- nis & dispositionis. atq; os mag. in quibus est elocutio: inuentioni naniq; debent & idonea verba, & sententiae accōmodari. magna so. Hellenismus: vt in Ecloga præcedēt, omnia magna loquens. vtrū autē rectius dicatur, sonatūr an tonitru, consule Priscianum lib. 2. des nominis h. b. dare debes honorē, dignitatem huius nominis, vt poëta nominetur, qui versu quidē astrictior, oratoris virtutes persequitur. acer spiritus. ardens & cōcittatus, alacer & vehemens. differt. Hellenismus. differt cum datino pro, diffidet, alijs est: Latina namque oratio postular ablatiuū cum præpositione à, vel ab, differt à sermone, id est, ab oratione soluta, nullisq; certis pedibus alicta. sermo merus. qui verbis puris perscriptus est, & , vt ait paullo post, sermo verus. merum autem, solum, dixerunt antiqui, teste Festo: hinc merula avis dicta, quod ea sit soliuaga, & solitaria pascatur. at pater ardens. & lator. φορητος, ad conuincendū superius argumentū eorū qui negant Comediam inesse acré ipsitum. Nā pater in Comediā sequit ardes quod meretrice nepos, &c. Quis autē extra Comediā cū patrem non ardore, incandescere, cōcitaridixerit, nisi si sit ignavus, abiectus, insulsus? nepos. heluo, gurges patrimonij, &c. luxu perditus. insanus. sic habet omnes manus scripti codices. magnum quod d. verecunda significatio φαλλοφορησιν, sacri ipsius Bacchi, in quo φαλλοι circuferabantur, οἱ θεάλλαι, οἱ θεάρχαι, οἱ θεάρχαι τῶν οἰκάρχων, inquit Gregor. Nazianz. in oratione secunda Epiphani. huic autē nepotē filiū indicat fuissē λαμπτόρχος, qui claro die in hac pompa lampada præferebat. Venit cùm hoc Bacchi sacrum sit abominanda*

fœdatis, satius arbitr' omnia eius mysteria honesto silentio præterire, quāt vel paucissima eius obſcena garrulitate ac petulati latcūia cōmemorare: at si quis eius originē nosse desideret, is legat Arnobiu contra gentiles lib. 5. si quis pompam, euoluat Plutar̄ch in Commentario πολεμών φαλλοφορησις; videat in Chiliad. φαλλοφορησις; & φαλλοφορησις; meminit & Herodotus lib. 2. de Phallis; & Theodoritus lib. 3. Licer etiam hunc locum interpretari de facibus, cū quibus amatores inuisebant amasias suas, vt Phædromus Plautinus qui sibi lucebat cereū. numquid Pem. Solutio ἀθετοφορησις cum tacita & urbana reprehensione Pomponij. ergenom. clausula prioris partis ratiocinationis. puris per s. v. suprā dixit, sermoni proprio, & sermo merus, quæ inter se consonant omnia. si tempora certa modosq; certa, nimurūm pro ratione & poēmais genere, que pro longitudine & breuitate vocalium, certis dimensionum seu pedū nominibus à prosodiographis definita sunt: alia namq; est heroica dimensione, alia elegiaca, iambica & hendecasyllaba alia, &c. Sunt & orationi certa sua tempora & modi, sed legibus & modulis non perinde astricta. battemus bac. transit ad aliam partē confutationis. nunc illud. attentio cum alterius partis preparatione. Sulcius acer amb & Caprius rauca m. duplex figura, Syllepsis & Zeugma. At Glareanus tamen ab Eratino monitus (vr air) arbitratur ita legendum, vt propriis sua dentur epitheta, hoc modo, Sulcius acer ambulat, & Caprius rauca male. verū quia nulli manu scripsi libri huiuscmodi quid ostentent, non libenter ei subscripti serim: est autem Zeugma locutionis, Sulcius acer ambulat, & Caprius supp. ambulat; sic enim verbum expressum non differt ab intellecto. tale est illud Iuuenal. nil rhombus, nil dama sapit. est autē Syllepsis, Sulcius & Caprius rauci ambulant, &c. vterq; magnus timor latronibus, &c. magnus: multū timendus, formidabilis. latronibus. maleficiis, graffitoribus, sceleratis. latrones, inquit Varro de lingua Latin. lib. 6. dicti à latere, qui circū latera erant regi, atque ad latera habebant serum, quos postea à stipatione stipatores appellabāt, &c. Festus autem latrones, inquit, eos antiqui dicebant, qui mercede conducti militabant (quod & Varro notat) ἀπὸ τῆς λαργίας: at nunc viarum obfessores dicuntur, quod à latere adorintur, vel quod latenter insidiātur. at bene si q. correctio. sic Epist. 1. lib. 1. His murus aeneus etio nil conscripsi, nulla pallidere culpa. Dixerit Bias ignorans: hoc est, iccirco Bias interrogatus, quænam res in vita meru careret, bona conscientia respondit. con- censu. contemnere debet & potest. ut. sus. con- cesso.

cessio amarulentia. Hæc autem ratiocinatio est altera pars confutationis, ut supra notatum est. **pila:** pila, inquit Festus, quæ parietem sustentat, ab opponendo dicta est. **conclusus:** amicorum gratia & benevolentia, inuitus, nō libenter, non, ut aliorum instar, capitem applausum; aut quæstum faciam: **non ubi.** à loco & personis depellit à se malevolentiam calumniam. **suaue locus.** **scutula**, pro suauiter. **locus v. re. c.** locus conclusus, hoc est, forniciatus, concameratusque & concauus, ubi iucunda est vocis repercussio; ubi reparabilis affonat echo, ut ait Pers. Satyr. I. **in annis h. t. usus d'egre,** quibus pulchrum est digito monstrari, & dicier, hic est. **usus d'egre te opa, tu mei regi ianui,** ut habet Chrysost. mag. 3rd iugur. fine sensu. **ardu xeb-** **osus,** **arxata laderu gaudes.** hactenus in id annulus est, ut à scriptis suis amoliretur Satyricæ mordacitatis amarulentiam; hic idem reiterat argumentum, quod ad Eclogæ usque finem persequitur, à sua natura & educatione institutioneque, declarans sè quidem iocis & salibus urbanis gaudere, sed auerſari penitus dicacarem, & obirestatio- nem; cuius rei ut fidem faciat certiorem; ab adiunctis signis ostendit, quasi ad oculum, quid sit aperte maledicere, quid sub specie eiusdem amicitiae mordere clanculum, quid iocose ridere. **studio.** consulto, data opera, de industria, **ixtus in-** **dit.** **studiorum præmissis.** i. **xix. xviii. xvi. v.** ad cognoscendum rumoris huius aut opinionis auctorem. **vixi cum qu.** à consuetudine familiaris. **absentem qui.** ab adiunctis & concomitantibus signis confutat eam maledicēdi suspicionē. **redit.** metaphora à canibus. hinc Epigrammatarius: Quid dentem denite iuuabit rodere, carne opus est qui satur esse velit. **solutes.** immoderates, inurbanos & effusos, qualem risum captant scurra, **quidam rōtor.** hic niger est, infelix & fugiendus: veteres enim quod inauspicatum volebant haberi, atrum aut nigrum vocabant; quod felix & fortunatum, album. hinc suar illa, albo, & nigro lapillo notare. **Quin & Græcis adiuncti-** **gr. et. et.** dicitur, aut **μιλάνης,** qui rem aliquam aut clarissim, aut obscurius explicat. vide adagia, Cœta notare, carbone notare. Deinde quo pacto affectus animi interius pro bonitate martræ aut prauitate redunderet in cutē corporis, aut nigra aut candidam, legitio Cosmographica Gulielmi Pottelli, ubi de Chamesia disputat. **septibus l.** à maiori expostular cum aduersario de mera calūnia, ut, eis cōmis quide videtur & urbantis, qui in omniis sine discrimine socios, familiareis, conniues, atque adeo in ipsum cōvulsorem post polula pater omniem humitatem, nī nisi mera coquacia effundit, ipse vero liuidus & mordax ha-

betur, si quem ineptū meritò rideat, quod vel pastillos olet vel hircū. **septibus l.** de triclinio, de lectis discubitoris, de quæ cœnandi more maiorū, disputabimus opportunius alio loco. **vnus auet.** vnus codex Bland. legit, amet; qui idem habet rō quamuis, sed cū litura m. **qui præbet aqua.** conuiuatoris est præbere aquam a soluendi conuiuio. hæc itaque periphralis est conuiuatoris, cuius, pro antiquo more, ante cenam erat curare non minus, ut aqua præberetur, quam cibus ministraretur à pueris. **Quod autem potius dixerit,** qui præbet aquam, quam, qui præbet cenam, in causa est verbum aspergere, quò allusit propriè; namque aqua aspergimus, metaphoricōs autem, dictenis & salibus. **hunc quoque p.** pro beneficio reponens maleficium. **aperit præcor.** Li. iuxta illud, rō cū τὴ καρδία ὑπότος, iwi τὸ γλώσσης τὸ μεθόντος, hoc est, quod est in corde sobrij, hoc est in lingua e- brij, qui nō solum effusit arcana sua, verum etiam in alios audacius loquitur. **hic.** qui auet aspergere cunctos. **comis:** benignus & facilis, qui alij non grauare inferuit, teste Valla lib. 4. **υγράσιας,** fa- cetus. **urbanus.** lepidus, οὐρῆς, ἀστερις. **si risi quid** inep. hic versus nobis arguento esse potest, hanc Eclogā subsecutam est cā quā huius libri altera numeratur; in ea enim idē ponitur. **liuidus.** ma- lignus, malevolus. **si qua de Capit.** hæc est obre- catoris pestilentissimi, maximēque ab omnibus execrandi vera & viua imago, persona hominis, potius quam homo, λέγεται δηλο: nam detrahere aliquid alteri, & hominis incommode auge- re, magis est contra naturam quam mors, quam patupertas, quam dolor, quam cetera quæ possunt aut corpori accidere, aut rebus externis: nā prin- cipio tolit coniunctum hominum & societatem, &c. inquit Cie. in offic. vi. **tus est m.** protu mo- re, & omnibus detrahendi consuetudine. **me Capitolinus.** describit detractoris consuetudinem, qui quodam simulata amicitia fuso concepiam- malitiam, quam retinere non potest, adumbrare conatur: insinuat enim se in animos audiolorum benigna quadam commemoratione corum quæ nihil ad rem faciunt, quos ubi parauit attentos, in fixo suæ malevolentiae aculeo, statim subducit se- se, ne vel tueri cogatur quod dixerit, aut ne mu- tuuum recipiat. **sed ramen ad.** hic est aculeus liu- ris, hic succus loliginis: exorsus enim ab amicitia & couersationis commendatione, definit in sen- teniæ & iudicij calumniam, qua & iudices corru- pros, & Petiliū reum agit. **nigra sue.** l. loligo quasi voligo, ut habet Varr. lib. 4. pilicis genus, effert e- nitii se extra aquam & subiolar tantum multū uide- re, naues mergantur, teste Plin. lib. 32. cap. 2. Loligo autem externè quidem est alba, sed nigra dicitur

dicitur ob succum nigrum, est enim ex sepiarum genere: talis est detractor foris quidem blandus, sed intrinsecus nigro maledicentia succo plenus. *erugo*. æris vitium, sicuti ferrugo, vitium ferri. ex erugine autem conficitur futorium atramentum, quod *χάλκιον*. Græcis nominatur, quali flos æris: & quia hoc ita inficit corium, & alia quoque ea macula, quam numquam vel ægræ admodum possit eluere, appositiæ maledicentia vitio hic confertur ab Horatio. *procul a fore*. sic inuenio in omnibus manuscriptis, præterquam Mart. in quo a fore ponitur. Ita autem procul a fore suis scriptis hanc sufficiatnam sycophantiam pollicetur, vt ne vel levissimum in eis velit apparere eius vestigium. *atque animopr.* nam qualis vir, talis oratio. *liberius si quid.* precatur veniam sua libertati, ea lege, vt si quid urbanus, si iocosius, & minus amarulentum dixerit, nemo grauius offendatur. *insuevit pater optimus hoc me.* in hac lectione cōsentientiæ omnes scripti codices tā mei quām iij quos Lambinus ait se legisse: at is emendat tamen & contendit ita legendum; *insuevit pater optimus hoc mi.* quæ castigatio etiam si non sit penitenda, iuxta id quod ode 4. lib. 4. scriptum est, forces creatur fortibus, & bonis est in iuencis, est in equis patrū virtus, &c. tamen quia hæc precepta patris, sunt institutionis potius & doctrinæ, quam naturæ, vt patet ad oculū, malim sequi & scripta &c. adhuc vulgata. Quod autē ad verborum structuram attinet, fateor quidem nunc eam nemini impunè posse donari, nisi velit *ιδενίζεται* more Horatij, qui hic expressit, *οὐ ιδενίζει* pro instituo: nemo enim doctus ita dixerit, assueco, siue assuefacio te mores, nisi ad verbū reddat id Platonis de legibus *θέσης οὐ ιδενίζεται*, sed assuefacio te moribus, siue instituo te mores bonos & honestos. hinc *ιδενίζεται*, instituta, cōsuetudines. Sed & Terentius ita græcisat in Adel. act. 3. lce. 4. Deos quæso, vt vobis decet, *αὐτὸς πρέπει*. Sic & illud iuuenal. Satyr. 14. mité animū & mores spodicis erroribus, quos precipit atq. animos seruorū, id est, præcipiendo docet: ita, *insuevit*. id est, insuecendo docet me hoc. D. Arnoldus V. Voulardus, cur, inquit, nō hoc modo, pater optimus insuevit, seu assuefecit, instituitve me ut fugerem hoc? quæ etiā expositio satis est apposita, ita vt r̄ hoc, non demonstret certum aliquod, sed indefinitè, quævis vitia. *exemplis vit.* q. n. propositio future distributionis. *cum me horretatur*. horretatur ad frugalitatem ab incommodo & malo prodigalitatis, quo miserè afflictari demonstrat Albij filiū: quod urbanè facit quidem, sed nō sine nota Satyrica: hunc autē Albium esse Tibullum apud me nō est controversum; eum enim solari, & ad animum recreādum iauitare certum

estepist. 4. lib. 1. ad Albium Tibullū, vt eo loco dicemus. *malè vivas*. in egestate & penuria. *Baues inops*. sic cum vulgato codice habent lib. Mar. Diuæ. Tons. at. 4. Bland. Busl. Baius. Nannij vero, Varus. est autē epexegesis, pro eo quod est, qui est magno documento alii ne patriam rem, &c. *à turpi meretr. a. consuli invētendum moderata venerare*. *Sectani*. cod. Bland. 3. & Mart. *Sectani*. Tons. Cetani. Diuæ. *Setani*. vnuis Bland. habet *Sectani*. *concessiū ven.* v. dehortatur filiū ab illicita vene- re, nempe matronarum, ab exēplo Trebenij, infan- tis. *ſapiens uirtus*. hic ex Grāmaticorum cano- nibus: adnotatq; est, comparatiuū gradus recipi- re casus suarum positionum diuerſe scilicet per- sonæ, vt dignum, laude, dignius laude. Sallust. nul- la arte cuiquam inferior. vt hoc loco, bonū vitatu, nuelius vitatu. *tradidit* ab an. à majoribus, à pa- tribus. ab auctoritate namq; majorū quæ honesto cōiuncta est & æquitati, tisi sceleratissimus quic- que facilè recedet nemo, non quod cani, non rugē repente auctoritatem afferre possunt, inquit Ca- to senior, sed honestè acta superior æras, fructus capit auctoritatis extremos: Quare Horatius pa- ter vt filius *πάτερ οὐκ εὐλόγητος*, paternāsq; can- tiones canat, eum monet, vt pro exemplis propo- sitis vitia fugiat, suorūmque. maiorum vestigiius inhæreat; decet enim nō degenerem filiū ex mo- re patris viuere. *includūm possum*. sic habent om- nes manuscripti, & rectiū quā possim, teste Dio- snede, quem legit, nec non Linacru, vt scire pos- sis quando r̄ si, finitiuī iungitur, quādo subiun- ctuīs. *nabis sine cortice*. sine cortice dicuntur nare, ait Erasmus, qui iam per setatem nō egent custo- de morum, aut qui eō doctrinæ processeruot, vt iam præceptorum opera non habeant opus: Itaq; ait Horat. nabis sine cortice, id est, citra custodem ac pædagogum ipse te reges ac moderaberis. sine cortice, *πάτερ φαῦλος*, de subere, qui & cortex peran- tonomias dicitur. vide Plin. lib. 16. cap. 8. *for- manas*. eruditæ, mores componebat. summa me- taphora, à figuris, qui argilla quanuis formam imprimiunt digitis. *sine iubebat*. quod legibus in politia proptrium est, hoc parentum munus priua- tum est, nimirum iubere quod honestum & lau- dabile est; vetare, quod cum decoro pugnat; per- missere, quæ tranquillitatem non perturbant, pu- nire seclus & impietatem. Iccirco dicebat Pytha- goricus ille Aristoxenus *μὴ τὸ δέος καὶ διαμόνος, πλάνης πανεύξης τὸ γενέσιον λόγος, τι ἐργάσεται*, hoc est, post Deos & dæmones plurimi fieri oportere pa- rentes, & leges. *hac. dæmones. unum ex selectis*. id est, ex equestris ordine, qui *τετταράρχοι*, vel ad verbum *τετταράρχες* dicebantur. vide Budæum de selectis iudicibus, *obscibas*. cuius vita rationem quasi ob- oculos

œculos ponebat. *inutile factum*. sic habetur in omnibus scriptis antiquis, atque ita legendum puto; ostendit enim factum ipsum alterius inhonestum, ut deteritus ipsius turpitudine, simile quid se perpetret; additique causam, cur id vitare debat, putat, ne laboret publica nota & infamia, ad instar illius Romani, cuius consulto nomen conticet. *avidos vicimus f.* Lambinus ait se in libris aliquot scriptis offendisse hanc lectionem. Hic atque ille: *vides vicinum funus, &c. sed ea (vt mihi videtur) omnino mendosa est, atque ab ignaro sententiaz Horatianæ supposita, vt qui r̄ avidos puratis non posse attribui t̄ ægros, quibus fastidire potius cibos est proprium quam auere: verum minus considerate aduertit hic Horatium non de cōmuni aliquo morbo agere rerum omniū naufragium adserente, sed de peculari aliquā symptomatis specie, qualis est βαλωτις, famēs intolerabilis, seu *βαλωτις*, adeò vt qui eo malo laborant, ab edendo vir alio quam mortis metu horrortq. fere continant: Huic itaq. rei significandæ seruit appositissimè id epithetō *avidos*, nihil enim is morbus est aliud, quam edendi cupiditas aviditatisque quæ nascitur (vt D. Gulielmi Pantini in Cor. Celsi lib. 1. verba referam) ex nutritiis in habitu corporis assidua indigētia, vanæcum stomachi imbecillitate ac frigore coniuncta; cām scilicet in ambientem aërem plurimè stomachas cōmodè sarcire queat, dissipatur, vnde & animi deliquia nascuntur, & perniciose ægri affliguntur. hēc Pāntinus. Sed & Galetus lib. 1. ad Glaucōne vbi agit de animi defectionibus, *βάλωτος οὐ καλός*, inquit, *τὸν ἀπὸ λαθεδυματίου*, hoc est, bulimus dicit, nihil aliud est, quam animi defecatio: vide Gellium lib. 16. cap. 3. Possunt & audi ægri hic nominari, qui sine discriminâ quoquis cibos vorant etiā mortuos, vnde & *τεργεφασκόν* apud Martialem, vt notauit VVouillardus noster. *perniciens qm. f.* infamiam quæ generosis animis & magnois est ipsa morte formidabilior. *quies ign. ignorare, & veniam dare debes.* potentialiter. *teneor.* sum obnoxius & obuinctus. metaph. *etas longa.* tria sunt quæ vitæ mores & corporis affectiones efficiunt temperatores, vtputa, longas & tas, liberamias, & propriū consilium: etate namq. prudentiores redditum, adeò vt nobis iam natu grandioribus ea probetur, quasi quondam ob eis in seculi innimicē placuerūt. sic Odyssæ lib. B. Telemachus ad procos, *τοῦ δὲ τὸν πατέρα μην τὸν αἴτην ποιεῖν*, *καὶ τὸν αἴτην τὸν οὐρανὸν*, id est, eram adhuc puer, ast vbi iam sum grandior, & reddit mē aliorum oratio doctum, ipseque grandescit mihi animus, &c. sic & Paulus, cum crā parvulus sapientia, vt parvulus, &c. Liber autē*

amicus est, cuius vulnera (inquit Augustinus ad Donatistam) meliora sunt, quam voluntaria iniunctio oculū: melius est enim cum seueritate diligere, quam cum lenitate & obsequio decipere: obsequium enim illud inoleustum est, quod peccatis indulgens, præcipitem amicum ferri finit. *Ιερίκιον πρέπει τὸν χρὴν λέγειν εἰς αὐτὸν*, id est, amicum oportet alloqui liberè virum, inquit. Euripides in Alcesti. Consilium proprium in deliberatione situm est; ne statim ad primos animi impetus quicquam à nobis fiat, sed vt in animo semper id Sophoclis obuersetur, *εἰς τὸ βαλῆν τοῦ δέρματος τὸν θάνατον*, id est, cursus enim haud est finis idem & consilij: siquidē in cursu vincit, qui celerius sit; in consultando, contatio est tutior, periculosa celeritas. *καὶ λέκτυλος*, hoc est, quando non est vacandum amicis, neque in turba luctandum, vt ait alibi: *λέκτυλος* quidem ad quietem acommodus est, porticus vero ad deambulationem, & vabanam cum aliis bellis hominibus animi recreationem, vt solent qui grauioribus valere iussis, gaudent vti familiaribus. *desum:* is autem nodus esse sibi dicitur, qui secum quid sui sit officij, quid maturè factō opus sit, cogitare. *νοτίτιον* hoc est. Plutarchus (vt hocadiaciam Commentatori) ait *τὸν λέγοντα τὸν τεργεφασκόν*, *τὸν δέρματος*, *τὸν πατέρα*, *Εργάς δέρματος*, *εἰς τὸν φρεγάνην διατελεῖταις* & *εἰργανίας*, & paulo post: *τὸν τεργεφασκόν λόγον*, *τὸν τεργεφασκόν φρεγάνην* isti, *τὸν πατέρα*, *τὸν δέρματος*, *τὸν πατέρα*, *τὸν πατέρα*, hoc est, sermons duos sunt, hic quidem internus, seu mente conceptus, principis Mæsureij donum; alius vero in essendo positus, enunciator & instrumentalis. deinde, & vtriusque tam interni quam internūcijs seu organici amicitia finis est, hūius quidē erga seipsum, illius vero erga alium. Quare cum dicit Horatius, *Rectius hoc est: secutus loquitor*, *τὸν τεργεφασκόν*, *ιερὸν λέγεις τὸν λαθεδυματίου*, hoc est, fine aliqua enunciatione, est enim sermo in animo conceptus. *hoc faciens*, deliberatio vita honestioris. *sic tacita διδεῖται*: quasi dicat, si illud faciam, gratius ero amicis: aut potest referri ad id quod præstedit. *hoc quidā non: propulsitia ab exemplo facti: aliqui viri turpis, à qua sibi caendum cogitat, compressis, ne motis quidē, est enim δέρματος λέγον, mentis conceptus, hoc ego meū.* Clauſula sermonis taciti & interni. *vbi quidatur o.* hec est altera sermonis species, qui *τεργεφασκόν*, *ιερὸν λαθεδυματίου* dicitur, quo alii comunicamus, cum diis conferimus & *εἰδέχονται* est, interna cogitationem, & mentis conceptu, & ob hinc dicti se aptū plerosq; non bene audire. *caūsi concedi*: hic est epilogus huius Satyrae, & festiuus quam præcedens esat, concedere: ignorare, fauere, cognoscere, etc. *sc̄iencias*, *venias manuach hot est, indecū*.

innumerā poētarū multitudo venire debet nobis auxilio, quā te nolentem cogat nobiscum sentire & dicere. nam multo pl. valde multi, iu maiori numero. ac velut s. l. faceta & lepida allusio, cum satyrica reprehensione, aut in Proseuchas Iudeorum, quarum frequens mentio apud Philonem Iudeum in Flaccum, apud Epiphaniū *Ιεροσαλημών*, in h̄esi 6. & Actoriū 16. cap. aut, quod magis mihi probatur, ad proselytos, qui diuerterē factōnis ac lectōe natī, in ius Moīsiae legis recipiebantur: Hebræis Gerim dicebantur; & propriè ij qui ex Ethnacis legib⁹ Moysi & ceremoniis initiati Iudaismū profitebantur, non illi quidem gente, sed adoptione Iudei; vnde in actis Apostol. dictum est, Iudei quoque & proselyti, ad hunc modum minutar. Horatius ad uerfario, nisi *απόγολος* velit subscrībere suę sententię, asseratque illudere chartis mentis conceptum, esse ex mediocribus vitiis vnum, alios multos poētas venturos secū, & instar Iudeorum, persuasōnib⁹ multis eum inducturos, vt in poētarū turbam concedat, hoc est, sinat se poētaū legib⁹ decreti q. initiatum *τοιντὸν γένετος*, hoc est, in numerū poētarū adoptari.

E C L O G A V. oð orstogindv.

E G R E S S U M magna, me accepit Aricia, Roma
Hospitio modico: rhetor comes Heliodorus,
Gra. orum longe doctissimus: inde Forum Appl
Differtum nauis, cauponibus atque malignis.
5 Hoc iter ignari diuisimus, altius ac nos,
Præcinctu vnum, minus est grauis Appia tardis.
Hic ego, propter aquā, quā d̄ erat deterrima, vētri
Indico bellum, cœnapteu haud animo equo
Exspectans comites, iam nox inducere terris
Vmbras, & calo diffundere signa parabat:
10 Tum pueris nauis, pueris consuicia nauis
Ingerere. buc appelle, trecentos inseru: obe
Iam satis est, dum es exiguit: dum mula ligatur,
Tota abit hora. mali culices, ranaq, palustres
15 Auertunt somnos. absentem cantat amicam
Multa prolitus rappanauta, atque viator
Ceratim. tandem fessus dormire viator
Incipit: ac missa pastum retinacule mala.
Nauta piger saxo religat: steritq, supinus.
20 Iam q̄ dies aderat, cum nil procedere lntrem
Sentimus: donec cerebroſus proſilis vnuis:
Ac mula, nauis q̄ caput, lumbosque saligno
Fuisse dotat. quanta vix demū exponimur hora:

Ora, manus q̄ eu laudamus Feronia lympha.
Millia sum pransi tria repimus: atque subimus 25
Impositum saxis latè candens ibi Anxur.
Huc venturus erae Macenas optauit, atque
Cocceius, mis̄i magnu de rebus uterque
Legati, auersos soliti compонere amicos.
Hic oculus ego nigra meū collyria lippus
Illunere. interea Macenas aduenit, atque
Cocceius, Capitoq, simul Fonteius, ad vnguentum.
Factus homo, Antoni, nō vt magis alter, amicus.
Fundos Aufidio Luso pratorē libenter
Linquimus, insani ridentes premia scribe,
Prætextam, & lacum clauū, prunaq, batillum. 35
In Mamurram laeti deinde urbe manemus,
Murena præbente domum, Capitone culinam.
Postera lux oritur multo gratissima, namque
Plotius, & Varus Sinuessa, Virgiliusq;
Occurrunt: anima, qualeu neque candidiores
Terra ruit; neque quois me sit deuinctor aler.
O, qui complexus, & gaudia quanta fuerunt!
Nil ego contulerim iucundo sanus amico.
Proxima Campano pontis que villula, rectum 45
Prabuit: & parochi, qua debent, ligna, salemq;
Hinc muli Capua elicellas tempore ponunt.
Lusum it Macenas: dormitum ego, Virgiliusq;
Namque pilalippis imitum, & ludere crudis.
Hinc nos Cocceij recipit plenissima villa:
Qua super est Claudi caponas. nūc mibi paucis
Sarmeni scurre pugnam, Messi, Cicerris
Musa velim memores: & quo patre natus uterq;
Contulerit litue. Messi clarum genus Oscis:
Sarmeni domina extat. ob hi majoribus orti
Ad pugnam venere. prior Sarmenus: Equi te
Esse ferisimilem dico. ridemus: & ipse
Messis, accipio: caput & mons. o, tua cornu
Ni foret exsector frons, inquit: quid faceres, cum
Sic mutilus minicaris? at illi feda cicatrix
Setosam leui frontem turpauerat gris.
Campani in morbi, in faciem permulta iocatus,
Pastorem saltaret vti Cyclopa, rogabat:
Nil illi larua, aut tragicu opus: esse cothurnis.
Multæ Cicerrus ad bac: donasset, iámne catenam 65
Ex voto laribus, querebat: scriba quid esset,
Deterins nihil dominus esso. rogabat
Denique,

Denique, cui vnguere fugisset: cui saiu rna
 Fari libra foret, gracilis, tamq; pufillo.
 70 Profsus iucundè cænam produximus illam.
 Tendimus hinc rectâ Beneuentum: rbi sedu-
 lus bospes
 1 Panes macros arsit, dum turdos versat in igne:
 Nam vagâ per veterem dilapsò flamma culinam
 Vulcano, summum properabat lambere rectum.
 75 Conuicias auidos cænam, seruosq; timenteis
 Tū rapere, atq; omneis restinguere velle videres.
 Incipit ex illo monte Apulia notos
 Ostante mibi: quos torres Atabulus: & quos
 Numquam erespemus, nisi nos vicina Triuici
 80 Villa receperissem lacrymoso non sine fumo,
 Vdos cum foliis ramos vrente camino.
 Hic ego mendacem stultiissimus vsque pueram
 Ad mediam nocte expecto. somnus tamen auferet
 Intensum Veneri, tum immundo somnia visu
 85 Nocturnâ vestem maculant, ventremq; supinū.
 Quatuor hinc rapimur, viginti & millia rhedū,
 Mansuri oppidulo, quod versus dicere non est:
 Signis perfacile est. vñem vilissima verum
 Hic aqua: sed panis longè pulcherrimus, vlera
 90 Callidus vt saleat humeris portare viator:
 Nam Canus Lepidofus: aqua non dulcior verna
 Qui locus à forti Diomede est conditus olim.
 Flentibus hinc Varius discedis mastu amicu.
 Inde Rubos fessi peruenimus: vt potè longum
 95 Carpenses ier, & factum corruptius imbri.
 Postera tempestas melior: vris peior, adusq;
 Barri mania piscofi. debinc Gnatia lymphis
 Itatis exstructa dedit risuq; iocoq;:
 Dum flamma sine, tura liquefcere lumine sacro,
 100 Persuadere cupit. credat Iudeus apella,
 Non ego. nainque deos dadi i securu agere eum:
 Nec, si quid mirificias natura, deos id
 Tristeis ex alto calis demittere recto.
 Brundisium longa fini chartaq; viaq;

C O M M E N T A T O R.

E G R E S S Y M magna. Lucilius lib. 3. descri-
 pit iter suum quod Roma fecit Capuan, & inde
 ad fretum vsque Siciliense. hunc imitatus Horati-
 us iter suum ab urbe Roma descriptus Brudisium
 vsque, commemorans eius itineris incommoda, si-

mul & faciem contentionem Sarmenti securu &
 Messij Cicerri. rhetor so. mihi suit. egressus. dici-
 mus egressus Romam vel Roma. Aricia. ciuitas
 in via Appia abest ab urbe virginimilia passuum.
 inde for Ap. venimus. forum autem Appij nomen
 est oppidi. differtum nau. plenū his nautis qui in
 Pomtinis paludibus nauigant. hoc iter ign. Roma
 ad forum Appij. ignau tardii. diuisimus. partiti
 sumus in duos dies, hoc est, biduo consecimus. ali-
 sius prædictio. succinctis. hoc est, velocioribus,
 magis expeditis, ac validioribus. vnum. id est, vnius
 diei. minus est gr. Appia via non est molesta tar-
 dioribus, quia diuersoriis est frequens, rbi posunt
 manere viatores, quo cumque peruerterint. hic a-
 pud forum Appij. propter aquam. aquæ causa,
 quod ea esset intalubris, ac non apta palato. ven-
 tri ind. id est, fastem, non coeno, iubeo esurire,
 nego alimentum. expectans. vt nauigaremus. iam
 nox ind. aspergere umbras terris. ingerere. pro in-
 gerezant, sibi inuicem conuiciabantur. huc appelle.
 huc applica nauem: ab Appij foro ad Feroniam
 per paludes nauigabatur, quia via erat durior &
 difficilior, quam vt eò vehiculis ire licaret. huc
 appelle. verba sunt alicuius ex seruis ad nautam.
 trecentos infer. verba serui vetantis, ne tam multos
 nauim imponeret ipse nauta vt locus non esset om-
 nium capax. dum as. sculum petitur. mula l. mu-
 la autem iungenda erauigatio, vt per paludes id
 chorda traheret quo vehebantur viatores. tota
 abit hora. maior pars noctis absunta est. mc' i cu-
 li. hos tintinnias vocant plebeij, à sonitu alarum
 ficto vocabulo: raneg pal. in paludibus Pomtinis,
 quas Caesar ad mare deriuauit. proluens. satiatus,
 pleaus, ebrios. Virg. hausit spumanter pateram,
 & pleno se proliuit auro. vappa. vino malo & eu-
 nido. missa pastum r. ordo est, nauta piger religat
 retinacula mulæ missæ pastum, faxo, &c. nam po-
 stequam obdormierunt viatores, vt simul cum
 eis dormiret nauta, dimittit mulam pastum, &
 chordis, quibus mula traxerat, nauem alligat faxo,
 ne per paludes vagaretur. beritq; sup. iuxta mu-
 lam. cerebrofus. ἀρύπλωτος, iracundus. profilis. citò
 surgit. unus. aut de locis suis, aut de iis qui cum
 Horatio nauigabant. mula narr. id est, & mulæ
 lumbos & nautes caput ferire ceperit dolat. ferit &
 grauitate verberat; metaph. quia dolare est fabro-
 rum ligniariorum. expominut. transportamur. ora
 manusq;. apostrophe ad Feroniam deam, ex cuius
 fonte summa aqua manus & ora abluebant sum-
 pturni prandium. fauum autem Feronia in tertio
 erat miliario à Tarracina. Imoverò Feronia Iouis
 Anxuris vxor ibi colebatur: quemadmodum Iup-
 piter Anxur Tarracinæ. Meminit huius Feronie
 Virg. lib. 7. inquiens, Circæumque iugum queis
 z Luppi.

Iuppiter Anxuris aruis præsidet, & viridi gaudens
Feronia duco. *repimus*. tardè procedimus, & con-
scendimus Tarracinam, dictum Anxur à Ioue
Anxure, qui ibi colebatur imberbis: siccirco nomi-
natur Anxurus, quasi *āxūs*, id est, sine nouacula,
quia nondum barbam rasiulet. *mīsi magnus de-*
r. de reconciliatione Augusti & Antonij. *legati*.
ab Antonio missus fuerat Fonteius Capito lega-
tus, ab Augusto Mæcenas intercedente Cocco-
tio Nerua proauo Nerua Imperatoris (qui & Augu-
sto & Antonio gratus era) cum Agrippa: ea autem
condicione conuererant legati, ut de summa re-
rum tractarent, exortamque dissensionem inter
duos hos Imperatores componerent; quod & fe-
cerunt, & vtrumque exercitum iuxta Brundisium
in una castracum magna latitia coegerunt, ut re-
fert Liu. lib. 127. *auerōs f. c.* Augustum & Anto-
niūm, qui inter se dissidentes corporaut. *hic apud*
Anxur. inlinabim, vngebam. *Cocceius*.
Nerua, proauo Nerua Imperatoris, Coniul Romanus. *ad vnguem f. b.* elegans, vrbanus, facundus.
translatio sumta à marmoratis, qui vngibus
iuncturas & levitatem explorant. Pers. vt per leue
seueros effundat iunctura vngueis, &c. Virgil. in
vnguem arboribus positis secto via limite qua-
diat. *Antony ut non. hoc est, ita amicus Antonij*,
vt nemo alias magis. *Fundos*. Fundi nomine opidi
in via Appia. *prætor*, qui ex scriba prætor factus e-
rat. *insani*, qui inanem honorem magni pende-
bat. *premis*, insignia dignitatum. *scriba*, qui de
decuria scribarum fuerat, & hoc pro præmio fue-
rat consecutus, ut præturam gereret; quem risisse
se ait, quod maximi faceret, sicut que ostentaret ob-
latum clavum & prætextam, quæ insignia erant
Senatorialium & magistratum. Latus clavis colo-
bion Græcæ, dicebatur vestis quæ ad pectus magi-
stratum extendebatur in formam lati clavi. *pru-*
neq; vatillum, vatillum diminutiuum à vase, est
vas paruum, in quo pro felici hospitum aduentu
incensis adoribus Ioui hospitali sacra siebat: quod
cum ex cupro esset, ita tollebat & ostendebat ho-
spitibus, quasi esset aureum: & ob hanc causam
vocatur ab Horatio insanus, et & vatillum in quo
ponuntur prunæ in hieme super mensam, ne coe-
na frigescat. *in Mamurrarum*. Mamurra Senator
fuit Romanus, qui maximâ partem ciuitatis For-
mianæ possidebat, unde dicta est Mamurrana ci-
uitas: vel quod familia Mamurrarum illinc fuerit
oriunda, designat itaque se Formis propter lassi-
tudinem manuississe, in alterum diem. *Murenæ p. d.*
hospitio quidem apud Murenam accepit sumus,
sed coenam usus apud Capitone. *Capitone culinam*.
id est, coenam. Culina autem dicta est, quasi coena,
qua ibi lare, colantur, vel quod carbonæ cultillat.

Sinuessa, nomen oppidi in agro Capuano, nō pro-
cul à Minturnis. *candidotes*, humaniores, melio-
res, dulciores. *fanus*, quamdiu sana mente sum, ni-
hil arbitror elie conferendum tuavi & amico-
caro. *proxima Campa*, ordo est, villula quæ est pro-
xima ponti Campano, id est, Capuenis, præbuit
teatum: ea autem villula est intra 16. miliarium à
Capua, vbi se pernoctasse dicit. *parochi*, supp. præ-
buerunt, per Zeugma, parochi, *διοτις ταρπησκόν*, id
est, præbere, erant qui legatis reipublicæ cauta iter
facientibus neesse faria prebebant, publici mulieres.
hinc, ab hac villula, *clivellas*, *laginas*, siue sellas, qui-
bus strati muli sarcinas & onera gestant vñcinis li-
gneis hinc inde dependentibus. *tempore tempori*,
tempestiuē, *namque pilo l.* scat lippum, Virgil. sunt
autem crudum, laborabat enim stomachi crudita-
te, quod cibum ingestum difficulter conceque-
ret. *hinc*, à Capuana villula. *Coccei*. *N. crux. ple-*
nissima, copiissima, quæ est supia Claudiij cuius-
diam cauponas. *Claudi c.* Claudijs caupona, siue
taberna oppidum est Samuij, non procul à Bene-
uento. Lucan. *vitra* Claudijs cauponas speravit
ponere furcas, *pugnam*, item, contentionem. *mu-*
sa velim, de re dicturus ridicula' mu'lam invocat,
vt attentum faciat auditorem, idque ad imitatio-
nem operis Heroici, vt, nunc age, qui reges Era-
to. &: Pandite nunc Helicona Deꝝ. &: Quis mi-
hi nunc acerba Deus, &c. *litteris contulerint*, litiga-
runt, se verbis iuriis fatigarint. *Messi c. g. O.*
Mælius Cicerrus Olæclarum genus, id est, clari-
ro genere oriundus, figurata locutio, qualis haec
est, Crella genus Pholoë. &: Qui genu, vnde do-
mo? est autem Ironia, nam Olæ olim nihil erat
ignobilis, & magis infame: hinc enim obsce-
num deriuari voluit, quasi osceenum, erat Olæ
olim Campania populi. *Sarmeni d. e.* ostendit
hunc fuisse libertum, licet postea de decuria scri-
barum fuerit, *biamazoribus*. Ironicos, erant enim
obscuri & ignorantes, *feri. g. andis. & duri*, quia pro-
cerus erat Messius. *Eripse Meſſi inquit. accipio*, op-
probrium quod in me iacis. *caput & m. agitat mi-*
nitabundus. à tua cor. Sarmenitum iterum deridet
acerbius Messium. *ex seſto*, supp. sic, propter cicat-
ricem in sinistra parte frontis ipsius Messij. *mar-*
mus, mutilatus, quasi amputato cornu. *Quid face-*
res si cornu bonis instar haberes, quando nunc
demp:o cornu tam iracudē minitatis agitato capi-
te. at illi. Meſſi. ſetosam, setis opertam, pro capili-
bus frontem l. o. notanda locutio, pro leua siue fini-
stra parte faciei. *Campansum in m.* hoc enim quasi
à natura Campani, ferè omnibus inest, ut capitilis
temporibus magnæ verrucæ innascantur, in modum
cornuum, quos cum incidi faciunt, cicatrices
in fronte mauent, quasi noſe extorū cornu.
in hunc

In hunc ergo morbum, id est, facie vitium (quo Campani laborant) iocatur Sarmentus. *in faciem p. in foedam faciem, rara èrō*, quia Campanus morbus est facies foedata verrucis. *saltaret Cyclo.* id est, saltando exhiberet. *nil illi larva.* quia ore erat deformata supra modum. *coturnis.* quia longus erat. *ad hac iracundè locutus. donasset iam ne.* urbanus hæc dicta sunt in Sarmentum, qui seruilibus erat natalibus: sumata translatione à generis pueris, qui egestis annos pueritæ, iam sumta roga Diis penitentibus buñas suas conserabant; & ut pueræ pupas ad hunc modum ridendo interrogat Sarmentum, catenam ne suam & compedes Diis suspenderet, quibus ipse seruus fuisset concatenatus. *quarebat.* interrogabat quod, cò quod non, inquit, quia factus es scriba, amisisti conditionem servitij, nec iccirco dominus immixtum est ius imperandi. *tamquam p̄f.* quia erat breui statura. *bina.* à villa Cocceij. *sedulus.* diligens, officiosus. *penè arsif.* combustus est. *nam vaga.* mira energia hic scalus est explicitus. *dilapsus vul.* disperso igni. *lambere.* coningere, vt, tactuque innoxia molli lambere flamma comas, & circum tempora pasti. ex illo. Benevento. *notos mibi.* quia Horatius erat Venusinus. *sorres.* nimio calore exsiccat Apulie regionem, pestemque adducit. *At abulus.* ventus infestus. Apulie, dñi & r̄v. vñs pñx, hoc est, ab eo quod pestis immittat, vulgo dicitur atabo. *eropsemus.* syncope, proterephismus, transiustemus. *nonquād.* difficulter, non sine magna fatigacione. *villa Triuici.* oppidum in finibus Campaniæ, quod vehicula accedere nequeunt, & iccirco Horatius ad villam diuertit. *villa recip.* ea villa nos accepit hospitio, sed fumolo, properea quod ignis structus esset ex vdis, hoc est, viridibus & humidis ramis. *lacrymoſo.* ab effectu, quod lacrymas excutias. *ſtultissimus.* qui ei credidi. *intenſum ven.* supp. me; hoc est, dum eam expecto, in somnum incido. *hinc rap.* à villa Triuici celeriter vehimur. *quod ver. d.* hoc est, quod in hexametro versu ponni non potest. hoc autem dicitur Equotrium. sic Lucil. Satyr. 7. Seruorum est festus dies hic, quem planè hexametro versu non dicere possis. *venit.* venditur, distrahitur, à verbo veneo, quod est vendor. *nam Canus.* sententia est: apud Canum Apulie oppidum lapidosum est panis, hac de causa ab Equotrium viator emtum panem fert Canum; ubi & aqua deest, sicut & in Equotrium. *calidus.* prouidus, prudens. *mæſtus.* mæſtum dicit propter mutuum desiderium inter amicos. *inde.* à Canusio. *Rubus f. p.* hi Rubi, oppidum. hinc putant aliqui dixisse Virgil. *Nunc facilis rubea texatur hiscina virga.* corruptus. difficilius nobis & modestius. *postera temp.* postera dies, hoc est, postridie

cælum erat serenum; & status aëris temperatior. *via peior.* iter incommodius propter pluviam. *Bari mæſia.* Barium ciuitas est Apulia, alia autem est quæ Grammatico Theotisto dicta est Baris. *Gnatia lymph.* vel quia eget aquis, vel quod eas salinas habet & amaras; vel quod in pede montis sita est; ei iccireo videntur aquæ irasci, cum torrentes de montibus impetu magno decurrentes sepe magnas urbis partem dirunt. *dedis r̄iſusq; iocoſq; riſimus,* inquit, quod apud Gnatiam audiimus in aristura sine flamnis consumi. *liqueſcere.* incendi. *limine ſacro.* in templo. *persuaderē cupit.* Gnatia scilicet, hoc est, sacerdos templi, vel populus ipse, ut sit continens protontento. *spella.* nomen fictum, quasi sine pelle: aut certè apella, circuncisus, quia prepucium non habet. *namq; Deos.* hoc ait ex opinione Epicureorum, qui Deos aut non aliter posse esse immortalis nisi quietos, & ab omni cura separatis. *tristis.* sollicitos. Hinc est illud potestate: Nec curare Deum credis mortalia quemquam. sic & Lucretius de Deo: Nec bene pro meritis capit, nec agitur ira. *ex alto.* ita Plautus in Amph. in superiori qui habito cenaculo. verba sunt Iouis. *Brundisium.* hoc est, & profectionis meæ finis fuit Brundisium, & huius quoque carminis.

C A V Q V I V E.

MA C F N A S & L. Cocceius à Cæsarianis legari sunt delecti, ut cum Pollio & aliis Antonijs amicis pacem inter Cæsarem & Antonium componerent: nam Antonius tunc temporis Octavianum praesidium & ciueis ipsos Brundisi graui premebat obsidione, ut postea dicemus. Mæcenazem autem comitatus est Horatius officij caufa, ut qui nihil habebar antiquius, (vel se teste in prima Epodo) quam ab eius latere nondiscendere. Is itaque in hoc itinere (vt solent dignauit) dum singula, quæ adiut ipse, viz. Appia loca describit, plus *proportionis* agit quam *conspicere*: idque (ut vero est contentasum) consulto facit: nam ut profectio omnis multa secundum trahit incommoda, quibus opus est afflictari miserè viatorē, prius quam difficultates viarum superere; ita profectio secundum aliquem comitem desiderat, qui primam grata aliqua commemoratione lassitudinem & itineris tedium subleuet, deinde lepidis quibusdam & facetus iocis animum recreatum condat: quod ut si aliter, nulla seria, aut de rebus arduis narratio ei qui est accommoda, sed aut fabulosa veendum est, aut ea que fabulosæ sit quam simillima. Talis hæc est itineris Horatiani expeditio, quæ non minus reficit lectoris animum, quam si ei sit ex itinere defatigato comes facetus: in qua r̄ilum

risum capitat, partim ab ineptis nautarum & inconditis moribus, partim a faceta contentione Sarmenti scurræ, & Ciceris Osci, partim dum infestatur naturæ in locis aliquibus malignitatem, cum ob aquæ vitium stomacho noxiun, cum propter panis Canusini aux duriorem aut nigrem, quem lapidum nominat: Postremò ita iucundè concludit & lepidè iocatur in illud mysteriū Gnatia Deæ, ylector cum viasste, si nihil quicquam hic cum lepido comite ex itinere molestia, certè ille ex lectione rædij nihil persentiscere possit. **egressum magna succincta periodus gravis & longi itineris: distatenim Aricia, Strabone teste lib. 5. à Roma centrum & sexaginta stadia in Appia via, cōtinuò post Albam sita Tarracinam proficiscen- tibus. Hunc autem cursum citius perficisse cre- diderim Horatium, propter Albani montis anfractus sinuosos, cuiuscmodi vias non raro solent obsidere, & periculis infameis reddere latrones. Sribit Blondus in Latina sua regione illustrata, Appia via primam urbem Albam 16. ab urbe di- stare, eique in eadem via proximam sexto milia- riu abesse Ariciam, olim ciuitatem nobilem: de qua Liuius in octavo. Hanc ait Seruius nomen accepisse à morbis quos gigneret, quia vicina eset Pomtinæ paludi: Est autem Solinus auctor cap. 8. eam esse conditam ab Archilocho Sieulo: hoc in loco, inquit, Orestes oraculo monitus simulacrum Scythica Diana, quod de Taurica extulerat; priusquam Argos peteret, consecrauit. Quod & Strabo induit lib. 5. sed obscurius. **me ac- cepit.** hanc lectioñem habet vñis cod. Bland. tres alij, excepit. Buslid. autem, Nan. Tonf. Mart. copit. **baffito mod.** iucunda antithesis, per comparatio- nem Aricie, modici hospitij, ad Romanam magnam. Aricia namque Roma collata, fuit admodum exiguæ, vt ait Lucan. lib. 6. parua Misenæ quantum sacrata Diana distat ab excelsa nemoralis Aricia Roma. **Gracorum longe.** tres cod. Bland. Diu. Mart. habent, lingue. alij autem, longe, quæ posteriori- mah probatur magisteri namque linguarum pe- ritum deceat esse Rhetorem, nihil tamen hoc im- pedit, quod minus sit & disciplinaru doctissimus: ut omittam hunc eum esse. Heliodorum (nisi mo- fallat opinio) cuius iussecundo de Anid. Galenus honorific meminit, cuius & carmen & medicæ artis cognitionem facit maximo: inde forum App. Blondus in Latina regione. Deinceps, ait, eadom via secus Storacem, sive Nymphaeum amnem, ubi olim sive forum Appij vetus oppidum, nunc est monasterium fossa noua appellatum, &c. Hunc Storacem puto à Strabone lib. 5. nominari Storam fluvium: ait enim: In medioque Storas est flu- vius, & prope illum Hyphormus: dehinc conti-**

guum hucus portibus destitutum, &c. meminit & Plin. Foro appij lib. 3. cap. 5. ab hoc Appij foro soluit navis Tarracinam versus Brundisium iter fa- cientibus: & cōtrà, Tarracina Romam versus sol- uentibus, ad hoc Appij forum appellit, Scrabone- teste, cuius verba ex lib. 5. hic apponere est opera- pretiam ad elucidationem huius loci: Prope Tar- racinam vero, inquit, Romam iter facienti fossa ad Appiam viam apponitur, & quidem multis in locis, quam & palustres & fluviatiles implent a- quæ: per eam nocturna maxime fit nauigatio, vt qui primis condescendant tenebris oriente sole egre- si, via Appiae reliquum euadant, & interdiu tra- hentibus mulis remuleo perambulent. **cavemen- bus aequæ m.** sic Satyra huius lib. 1. perfidus hic- capo, &c. Malignus est, qui difficultatem sui ostendit, inquit Donatus, asper, difficilis, avarus, **raegiūs, raegiūs.**: nam qua ratione perfidus, eadem etiam malignus dici potest, quod nemini det quod suum est. **præcinctus expeditis viatoribus** à Roma ad Appij viaque forum iter est vnius diei. **minus est g.** necio an ea lectio melior sit propter plura eius viæ pericula & incommoda, quam of- fendi in codice Fons: pura, **nimirum est gravis,** &c. quam vulgata: sed dispiciat lector. minus autem gravis, id est, non gravis, facilis & iucunda cuncta- toribus. propter aquam, habet Blondus in Latina re- gione: à Velitri (cuius ciuitatis vetustæ Liuius meminit lib. 8. vnde Velitri ciues) recto itinere instituto distat 14. oppidum Satmineta; & tertio absunt aquæ scridæ, ad quas palus incipit Tarraci- nam viaque non minus nunc, quam Strabonis etat cōsuererit, nauigabilis. propter huius aquæ deterrium odorem dicit Horatius hic se nō cœ- nasse. **hac animo aquo.** iniquo animo, grauare, moleste, **ex p. comites.** qui vñā erant consensi- ri nauem. **iam nox inid.** **χρονιαφια** noctis aduen- tantis. sic Virgil. iam nox humida cælo precipitat. **calo diff. s.p.** vndequaq. exhibere mortalibus signa- celestia, stellas & sidera, præ sagium serenitatis no- cturnæ. **tum pueri.** con- censu rauem serui cum nauis, petulantibus conuiciis contendebant. Pueri dixit ad imitationem Gracorum, quibus **ταῦτα** sunt quorum opera vñimur, sive in iti- nere faciendo, sive aliis in rebus: nam Erasmus teste cap. 14. Marthæ, hac vox **ταῦτα** cōpletetur & ser- uos & ancillas & libertos, omnes denique dome- sticos præter patrem & matrem familiæ. **huc appelle,** **ταῦτα.** verba sunt ad nauem eius viatoris, quem post paullò ait cerebrosum profiluisse, ac saligno fuste dedolasse lumbos & trunks naute, vt faci- lis est coniectura: ea namque verba satis indicant animum ad iram proniorem & precipitem. **treces- tos inforis.** nimis multos. finitum pro infinito. **obe-** **iam.**

sator satis est. ohe, ut ait Donatus, vox est satietatis. quod & asserit Luuenalis Satyra 7. Sator est cum dicit Horatius ohe. Sic & Mart. ohe iam satis est, ohe libelle. *mali culicis*, molesti alarum strepitu, & sua promiscide infesti. *rancū pal.* odiosam illā cantionem sine fine iterando, *spassus nīz, usq; rancū, auerstionē*, depellunt, impediunt, cantant ad itineris tedium subleuādum, & horrorem nocturni silentio. *certatio*, contētōse, ita ut alter alteri p̄tere niteatur in amica laudibus decantandis. *dormire viator*, qui nauigio nobiscū vēstabatur. *fornicū sup.* iners, negligens & otiosus. *cerebosus pro.* *amp; x̄dō rāgōdō v̄p̄o*. qui Virg. dicitur præceps animi, & ira impatiens: qualem se Horatius esse non difficitur, vlt. Epist. lib. 1. Irascer facilem tamen vē placabiliē esse, significat enim se esse *quāxores*, tales & irām coligunt & ponunt temere, quos ait Aristoteles non esse metuendos. *saligno*, pro opportunitate loci: gaudent enim salites palubritus & tertis aquofis. *quārū a. d.* conqueritur sibi negligētia haute tertiam diei partem & deperire. *Feronia lymphā*. Feronia locus nomine accepit (ut scribit Dionys. Halicar. Antiqui. Rom. lib. 2.) à ferendo: Nam plerique Lacedæmonij pertuli seu iactatē legum Lycurgi, fecerunt votū, ut enauigato longo mari stractū, quocumque primum appelleret, id postea sibi domicilium fore: Qui cū iān delati essent ad Pometinos campos (à quibus certum est dictas esse Pomtinas palides, quasi Pometinas, non etiam Pohtinas, ut vulgo ferrur) Italiz, cū agrum Feroniam appellauerunt: non int̄memores, quod eos hoc illuc per mare ferri contigerat, vbi & templum quoque factis votis Dux Feronia considerauit. Ceterū teñtorem monitum volui, ne ad hos Circas scopulos perpetuò fluctuet, aliam quoque suisce Feroniam vrbem & Deam: cum suo lucō celebratissimam sub Soracte monte in Tuscia seu Faliscis, nunc sancti Silvestri oppidū, cuius ad miraculum usque meminat Strabo lib. 5. Geogr. inq̄uiens: Sub monte autem Soracte vrb̄ est Ferottia, quo nomine & Dea quādam nuncupatur, quam finitimi miro dignantur honore: eodem in loco ipsius templum est, mirificum sacri genus habens, nam quā eius numine afflantur, nudis pedibus prunas, & copiosum inambulant sub hac demone nulla lēsione cinerem: eo ingens mortalium multitudine conuenit, & celebritatis ipsius, quā quotannis celebratur, gratia pariter & spectaculi huius quod dixi, &c. Sed demirari satis nequeo nullam à Strabone fieri mentionem huius Horatianæ Feroniae, modō ea vera sint quā à Seruio commemorantur ad finem lib. 7 Aen. Virg. Et viridi gaudens Feronia luce. Non vacat, inquit, varijs, nam cū ali-

quando huius fontis lucus fortuito arsisset incendio, & incolæ vel ent trans ferre simulacrum, subito reuertit. Quam ob rem crediderim ea verba Seruji, aut esse iuppositicia, aut certè pertinere ad lucum Feroniae in Tuscia, propter illud ignis miraculum: non enim adduci potum in eam tententiam, ut existimet Strabonem tam celebrem locum silencio dignum iudicasse, præsertim cum nō omiserit in sua Appia via descriptione Ariciam, Pomtinam paludem, & Tarracinam. *rep̄imus* metaphoricos; testudineo quodam grau procedimus: propter acclitatem loci, vbi vel minima defatigatio corpori, ventriculo iam opp̄eto fuisse grauissima. *rep̄imus*, habent codice Blandin. Busl. Mart. reliqui *rep̄imus*. *Impostum saxis*. Quidam Bland. cod. & Busl. habent, *lae saxis condens.* erat enim vrb̄ prouia in pauides, telte Liu. 4. ab vrbe prominens in mare, non minus quam solent candidissimi scopuli. *Anxur*. Plin. lib. 3. c. 5. Deinde humen Vetus, supra quod Tarracina opidum lingua Volscorum Anxur dictum: quod ego sanè (Seruji pace dixerim) vocabulum potius ab *ān̄xū p̄ā* seu *ān̄xū* deduci crederem, quod abradere, levigare, expolire denotat, quā ab *ān̄xū p̄ā* id est, sine nouacula: nam adiectentū est (quam singithic Seruji Iouem Axurum) barbam radere, quod facies ipsa in primis anni delicatior catidiorque mollius infantar, taceo hanc etymologiam propriissime couenire ipsi etiam loco secundum naturā situm, qui cū esset editior, & tempestatis aëris non minus expositus, frequētibus pluviis & imbris densioribus; consentaneum est eum *ān̄xū* abrasum fuisse atque expolitum, ut non iniuria dicat Horatius carentibus saxis impositum. *buc venturus erat Ma.* ad hunc locum elucidandum, qui torus pendet ab historia, statui in studiosorum gratiam in pauca contrabere quæ ab uno Appiano Aléxand. lib. 5. bellorum ciuilium, pluribus commemorata sunt, cū ut itineris Horatiani causam cognoscat lector, tum ut res inter Antonium & Cæsarem controversas à Mæcenate & Cocceio compositas clarius intelligat. Itaque post interfectos in campis Philippicis Cassium & Brûrum, cū iam Antonius transmarinas provincias peteret collecturus pecunias, ad promissa militibus honoraria peroluenda: Cæsar vero in Italiam rediret ad agros assignandos veteranis, tunc Lucius Antonius Mârci frater Consul Rômatius bene affectus erga Rempubl. Triumvitorumque potentia vehementer insensus, ultra præfinitū temp̄ū (ut videbatur) mansuræ: Cæsarem nonnumquam offendebat ad contentiones usque, dum veteres agrorum possessores, qui ad optimates suppliciter auxilijs causa confugiebant, bene

bene sperare iubebat. Is aliquid vano quodam metu Cæsar simulato, collectoque satellitio. Præneste secessit, missis haec de re ad Antonium litteris. Cæsar autem videns huius consilium ad bellum spectare, se quoque parabat. Lucio erant sex legiones ex delecta quem Consul creatus habuit, & undecim alia Antonianæ sub Caleno duce in Italia: Cæsar Gapuæ quatuor legiones habebat, & circa se cohortes prætorias. Sex alias legiones Saluidienus adducebat ex Hispania. Persuasus à Lutio Bocchus Rex Maurorum Carinatì Hispaniam pro Cæsare curasti bellum intulit. Aenobarbus autem cum septuaginta nauibus, & duabus legionibus, adiuncta etiam sagittariorum & funditorum manu, & nonnullis velitibus, gladiatorib[us]q[ue] vagando per mare Ionium cùm appulisset Brunditium, triremes Cæsarianas partim cepit, partim crevauit, & Brundisini intra mœnia compulsis agros deprædatus est: eò Cæsar legionem unam misit, & Saluidienum properare iussit ex Hispania. Iam certatum delectus agebantur per totam Italiam, hinc à Cæsarianis, illinc ab Antonianis. Lucij ducibus. Incuriam pugnatum est inter utrosque, nunc minoribus, nunc maioribus prælijs. In eorum statu Cæsar equitibus in curiam concuatis præstans est, se necde Antonio queri, nec contra illum facere quicquam, sed coargendum Lucium censet cum suis instigatoribus, seq[ue]illi reconciliandum non iustile iudicat: quod vt sacerent aliquot ex equestri ordine legati delecti, ad Lucium Præneste aduolant: sed is respondit, utrumque iam vatum ad manus præproperè, Cæsarem ficte agere omnia, qui iam Brundisium legiōnem miserit, quæ Antonium areat ab Italia. Legati itaque rebus infectis Romanam reueci sunt, nulla hac de re Cæsari facta significacione: Cæsar in expeditionem præfectus est, præfecto vrb[is] Lepido, cum duarum legionum præsidio. Nobilium autem multi ad Lucium se conferebant, vt quibus displiceret triumvirorum potentia. Quare Lucius Romanum properans, tribus eius agminibus præmissis, vrbemque noctu ingressis, ipse cum exercitu subsequens, exceptus est à Nonio porta custode. Lepidus autem relicta Roma, eusafit ad Cæsarem. Lucius populo spem fecit, fore vt Cæsar & Lepidus mox poenas dent eorum quæ in magistratu violenter egerant, frater vero deponat sponte potestatem illegitimam. Quare à populo Imperator salutatus contra Cæsarem præfectus est. Qui cùm Saluidieum circumuenire captaret, ab Agrippa prohibitus est: à quibus vbi insidiæ sibi parari cognovit, ad Perusiam se rocepit vrbem munitam, vbi & castrametatus est expectaturus Vendidium & Aliniū, cum suis co-

piis. At hic præter omnem opinionem ab Agrippa, Saluidieno & Cæsare tribus exercitibus est obsecus tam arcet, vt tādem propter fatem coactus sit sese dedere Cæsari cum suis copiis. Hunc extitum habuit bellum gestum contra Lucium, quod videbatur diu vexaturum Italiam: nam Alinius, Plancus, Vendidius, Crassus, Attius cum maximis exercitibus equitum & peditum, rati caput belli fore Lucium, post hanc deditio[n]em alii, aliò cum suis copiis se contulerunt. Alinius autem Aenobarbum pertraxit in amicitiam Antonij; datis ea de re ad Antonium litteris. Ineunte autem vere Antonius: Alexandria profectus in Asiam peruenit, vbi de Perusia obſidionis euentu cognovit, fratremque incusavit, & vxorem suam Fulviam, quam Athenis inuenit profugā è Brundisio. Pompeius è Sicilia Iuliam matrem Antonij, quò fugerat cum L. Libono & Sturnino milite ad Antonium; qui Pompeio gratias agens, eius se vnum societas dixit, si bellum contra Cæsarem gerēdum sit. Ceterum ipse Sicyoni Fulvia relicta languida, cùm audiret Aenobarbum sibi cū classe & magno exercitu venire obuiā, cum quinq[ue] optimes nauibus, reliquisq[ue] subsequi iussis, pergebat ad Aenobarbum. Qui cùm iam in conspectu esset cū omnibus copiis, ad signum darū à primario lictori Antonij, in prora conficiti, Aenobarbus detractis insigniis, appulit ad latus nauis Antonij. Qui recepero in suam nauem Aenobarbo, ad Poloentia appulit, vbi exiit Aenobarbi terrefrētes copiæ: ibi Aenobarbus Imperatori cessit suo tentorio. Inde Brundisium nauigatum est; vbi quinque cohortes Cæsarianæ prædiariæ cum Brundisini portas clauerūt: Aenobarbo quidem vt hosti veteri, Antonio vero, vt hostem adduceti. Sed is ratus à Cæsarianis se excludi ex sententia Cæsaris, ceruicem qua vrb[is] continentia iungitur, fossa muroq[ue] intersepiuit, clivumque ipsum-crebris castellis obſedid: hortatus Pompeium. vt è Sicilia classe quantum posset Italiam inuaderet. Is continuò Thurios & Consentiam obſedit. Antoniani Siguntum oppidum Ausoniæ ceperunt. Cæsar nihil minus cum exercitu Brundisium præfectus, cùm videret vallo interclusum, tārum admotis eò castris hostem obſeruat ex iustis. Antonius inspectante Cæsare machinis oppugnare parabat Brundisium magno dolore Cæsaris, qui opem obſessis ferre non poterat. Tandem Cæsariani post multas exprobrationes cum Prætorianis Antonij mentem suam aperteuerunt, nempe se cupidos esse reducēdorum imperatorum in mutuam gratiam: aut si Antonius electi se non patiatur, vim vi repulsiuros. Erat tuac temporis L. Cocceius vtrique Imperatori amicissimus in castris Cæsari: ei iam è castris discedenti multi

multi Centuriones aperuerant mentem exercitus qui eam quoque indicauit Antonio, ut scire bellum imminere abiis, niz edeat in gratiam. Antonius itaque hortatu Coccoeij & precibus matris Iulię Pompeium in Siciliam reuocauit. Aenobarbum misericordia potestate in Bithyniam. id vbi cognouit exercitus Caesaris, legatos delegit qui vtrumque imperatorem adirent. Hi cohibitis eorum querelis; quippe qui non ad iudicandum electi, sed ad pacem faciendā, adhibitoque Coccoeij, vt communis amborum amico, & ex Antonianis Pollio, & Caſtarianis Mæcenate decreuerūt præteritarum offensarum obliuionem mutuari, & amicitiam in posterum. Et, quia Marcellus maritus Octaviae sororis Caſtatis nuper obierat, postulauerunt pacis auctores, vt frater eam collocaret Antonio (cuius vxor etiam iam fato concesserat) mōrē de ponsa dictum est, feliciter, consequētibus faustis aeternationibus totius exercitus, vtrique bene precati: atque ita auersi amici compoſiti sunt à legalis, Mæcenate, Coccoejo, Pollio, & (quem præter Liuum & Appianum ponit hic Horatius) Fontejo Capitone. *collyria*: collyria seu colyriū linimentum est contra oculorum lippitudinem, de morbis & curationibus oculorum tū colyriū scribit C. Celsus lib. 6. cap. 6. *ad vnguem* f. b. hoc est, absolutus & perfectus, quem Graci dīvīx̄, nominant. hinc ἵκονχίζει, ἀκεβάς θερέται. Quod autem habet Commentarium ex Virg. 2. Geo. g. in vnguem arboribus positis, &c. ad hinc locum non petrinet: etiamsi Seruus, in vnguem, exponat, ad perfectionem, præferens hunc locum Horatij: Nam in vnguem eo loco, sanguis ita in ordinem: sicut & alio ioco dicit, In verum distilat vinos, hoc est, in ordiaem. *Fundos* Fundi oppidum decimo à Farricina milario abest, sed dextrorēm in via Appia. hinc vina Fundana optimæ, sed quam non ferunt, iuxta illud Martialis, coqui. Hac Fundana tulit felix autumnus opima, expressissimum Contul & ipse bibet. *Aufidio Lusco*. in antiquissimo codice impreso me mini me legit̄ Fu:co. *prætore*. nota: io: actorum Fundanorum fatis ridicula à pictura Aufidij. *in fami*. in sole cœtis ob nouum magistratum. Est omnino vero consonum eum fuisse scribam quæstoriū, idque muneric etiam cum prætoram gereret apud Fundos obiisse pro quæstoriō. Romanos quo nomine & magis ridiculus fuis, & abieciō, quā qui prætoria insignia ostentaret, quas scribam non decerent præsorū quæstoriū: alio, qui prætoris nomen & munus non Romæ tātum sed etiam apud Latinos, Siculos, & Campanos exterasque genteis præcipuum fuit: adeo vt apud Achæos bini prætores longo rēpore impeccari.

prætextam & *l. cl.* per ep̄egeſia distributuam. Praenīa namque seu insignia hæc tria sunt Aufidij, p̄ætexta, latus clavius, & prunæ vatillum. *prætexta*, toga prætexta, quæ purpureæ oræ ambitum habebat, eratque honestorum puerorum & particiorum ad annum v̄isque decimum septimum, nec non magistratum. *πρεστόφυρο* P utarcho. erat p̄æterea toga prætexta contuaria & prioria, quam etiam in coloniis & municipijs, cuicunq; magistratus de ferie ius erat. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 18. *latus clavius*. latus clavius erat in signe ordinis Senatorij, vt equestris, tunica angustiæ ati. latus clavius Straboni nominatur *πρεστόφυρον πρεστόφυρον*. ego certè haud grauatim Commentatoriū obſcriperim, qui *πρεστόφυρον*, vel, vt inueni in antiquissimis annotationibus, *πρεστόφυρον* nuncupat, amiculum sine manicis, quod a tergo & praetore per caput supra togam in formam v̄tīmo. lati clavi at humeri demittit ad vmbilicū v̄ique, quale puer inmini gestasse partes nostros nobiliores, quod & testantur antiquissime pictiū & quali cū iānum hodie vtuntur monachai & eremita, sed addito cucullo, quō tarebat Senatorium. Qued autē habet Sofipater Charisius, clavius imp̄i purata & inclauata vestis. *πρεστόφυρον* id est *πρεστόφυρον*, non multū aduerſatur huic lenitatiæ, si primū etymon consideres; poruerunt enim postea vel ornatus, vel alterius significacionis gratia ex putpura astui, vel ex auro affigi capita clavorum vel laitorū vel angustiora. *prunæ vatillum*. sic habeat codices omnes præter Mart. & Diu. qui habent batillum: verū ea est affinitas literarum B & V, vt altera in alterius locum non ratiō succedat. Existimō autē vatillum hic esse fœculum in cœnatione aut cubili à laquearibus aut contignatione suspēsum, in quo sub aduentum hospitum aut coniuicium prunis positis suffitū fiat & adoletur in odore gratiarum & suauem: quali hodie quoque & Italcs & Anglos nobiliores delicatiōēsque, vt constat, batillorum in Biblio Numer. cap. quarto mentio est cum igniū receptaculis, fuscinalis & vñcinis, sed nescio an eo quoque loci legi debent vatilia. Lambinus non admittit bacillum. ego certè puto ita legendum ex his verbis Cic. in altera oratione contra Rullum, deinde anteibant lictores (de prætoribus agit Capuz) non cum bacillis, sed vt hie prætoribus antecebat cum fascibus duobus, &c. Itaque rideat Luscum fortasse ob vñum lictorem, cum bacillo præsuntēm quem vult dignum esso quo pruna moneretur. iudicet lector. in *Mamurārum*. periphrasis urbis Formiarum, à familia Mamurrae Romanis equitis nobiliissimi Formiinati, vt tradit Cornelius Nepos. hinc & Lamianū familiā à Lamo Antiphauis patre & Lestrygonum regē.

rege qui Formis regnauit: ab hoc descendit Aeliorum Roma nobilis familia, vel Horatio teste lib. Od. 3. od. 17. Aeli vetusto nobili ab Lamo, &c. Sineesse. oppidum ad Lirim flumen, sive Gauriani osia clarum propter vinicopiam in Serano finit. Sc ibi etiā Pin. lib. 3. c. 2. Sinus sanam aquam feminis quidem sterilitatem, viris autem adimere in' animam. *anima. εὐτελος καρκίνος*, pro toto nomine. quales. Enallage accusatiui pro ablativo casu, quilibet, inquit Linacer lib. 6. de structura, ex Princiano: ponitur enim relatiuum in eo caū in quo demonstratium, talis, poneretur. Ego certè (pace Grammaticorum) dixerim nullam hic esse transitionem, sed cōcordiam, hoc modo, quales animas candidiores terra non tulit, hoc est, candidissimas: nisi quis malit rō quales, hic vetustē ponit, vt in sequenti versu rō quies, pro qualibus. Arnoldus Wou'ardus iu annotationibus ait omnē difficultatem tolli si per admirationem proferatur, quales animas: nempe quibus terra non tulit candidiores. *sanus*. valido, integro & bene habito corpore. ad Epicuri d. gma hoc pertinet de summo bono. proxima Camp. arbitror hic significari Fregellas, qui, omni Coruus nunc dicitur, ait enim Liu. lib. 6. Hannibal infestius depopulato Fregellano agro propter incisos pōteis, &c. Qod & Strabo, lib. 5. indicare videtur, sunt & Fregella: quas & præterfluit Liris, qui ad Minturnas erūpīt, qui hoc quidem tempore vicus est, &c. Et parochi. non potui celare lectorum mihi non conuenire cum iis qui hacte quas omnes huius compositi nominis *πάροχος* etymon à verbo *παρέχω* deducunt tamquam à vero fonte, secuti (vt arbitror) Pseudactonē. Apud me certè maioris ponderis est hac in re Nonius Marcellus, qui de proprietate sermonum dedit à *πάροχος*, inquiens *πάροχος* à Græco tractum est nomen quod vehiculo præterat: ἐξηγεῖται enim Græcē, Latīnē vehicula appellantur: & est officij genus quod magistratis appareret. Quid quælo his verbis dilucidius? Quin & Suidas à Nonio nō dissentit, *πάροχος*, inquiens, οἱ αὐτοῖς εἰς τὸ ἄρμα τὸ ζεύγος, hoc est, parochus qui concordit in bi-jugum currum, prefectus nimurū & gubernator currus, verum nō standum est, quod *ἐπόχεις* & *παρεχόμενος* ad mulos (icecirco in Commentatore parochi etiam publici myliones nominantur) quoq. & equos pertinet. οὐδέ τινι τὸν τίτανον, hoc est, equis vehicis & Plutarchus alibi. buc quoque pertinet illud Auli Gellij. vel (vt volunt quidam) Agellij lib. 15. cap. 4. de Ventidio Basso parochi, quem ait, cum adoleuisse, victimū sibi ægrē quæsse, eumque lordidē inuenisse comparadis mulis & vehiculis & magistratis, qui sortiti prouincias forent, præbenda publicē conduxisse: atque iu-

isto quæstu notum esse cōpisse C. Cesari, & eum eo profectum esse in Gallias. Itaque si conjecture aliquid tribui possit, existimarem nō omnino esse absurdum ad huius nominis *πάροχος*, ratione pertinere, quo nūc vulgō vniūr, eoquē corrupto & barbaro vocabulo, posta, cuius munus parochi officio in plurimis recipiōdet cūm in transuendis magistratis publicis, tum in præben-dis apparādi que equis & iis quæ ad iter sunt necessaria. Quare parochus iuxta eius etymon est verbedus, quod veheret ihedas, id est, ducere, teste Festo; non etiam præbitor, nisi *παρεχόμενος*, ea nimis ratione qua sunt Dialectis sua vocabula. Qod autem præterea scribit Suidas, *πάροχος λίγος τετραπάτης, οὐδὲ μεταπάτης*, τοποθet παροχειοδη τοις νυμφίοις, ιπ' ὁχειοδη γό τοις νυμφασ *πάροχος*, hoc est, parochi etiam dictuntur paronymphi, propterea quod vnā cum sponsis vehabentur, nam in curru sponsas ferebant; accipiedus est metaphoricos, puta, quod paronymphi, parochorum instar, in primo confidentes curru equos regebant moderabanturque, *πάροχος*, id est, etiam vnā vehebantur: Qod & indicat Eustathius τι. λ. ut potest treis in curru nuptiali vehi solidos, Paronymphum, qui in prima currus parte equos gubernabat, sponsam medium, postremum autem sponsum. Qui plura nosse desiderat, quæ ad hanc disputationem facere possunt, legat apud Budæum in Pandect. quid sit *πάροχος*, verbedus, &c. *lusum. ερπία. namque pila l. i.* nihil enim aut pransis aut cœnatis ad concoctionem minus conuenit, quam vehementius exercitatio corporis: iis præcipue teste C. Celso lib. 1. cap. 2. qui sunt imbecillo stomacho: quo in numero pene omnes sunt literarum cupidi. Est autem hoc loco Synchysis figura, duarum enim clausularum distinctiones miscentur. *pila lippis*. pila hic (vt arbitror) accipitur tam pro ea quam palmariam nominamus, ea enim vehementius exerceat & mouet superiore partem corporis; quam pro globo, qui & cœnatis nocentior est: Nam secundum Galenū. 5. Val. quoscumque leui de causa vertigines, epilepsia, ophthalmia, aurum dolores, gingivatum, dentum, aut capitisi infestare solent, iij exercitatione non sufficiunt quæ caput impletat: cuiuscemodi est, quæ inclinato vel capite, vel dorso, vel humi voluntatis geritut. crudus. ait enim Celsus lib. 1. cap. 2. Qui non concoxit, ex toto conquiescere, ac neque labori se, neque exercitationi, neque negotio credere debet: *hinc nos Cocceij*. fortasse de villa quadam supra Cumas ad fossam subterraneam: quam Serabo Cocceium condidisse memorie proditum scribit lib. 5. *qua superstis Claudi*. Claudi habent omnes manuscripta: & quidam ex iis

ex iis hanc adnotationem, Claudijs Neronis; quæ mihi non placet, sed omnino existimo (modò eam lectionem admittamus) subintelligi debere Appijs, nimirum ab Appio Claudio cōditi, nam Strabo lib. 6. scribit ē Brundisio quibus propositum est iter Romanum duas esse vias; alteram per Peucetios, Daunios, & Samnites vñque Beneuentum, in qua est Egnatia, Celia, Netium, & Canusium; alteram per Tarentum paulisper ad Ieuanum; & facta circuitione vnius diei, via Appia offertur, plaustris commodior. Ambè autem coēunt ad Beneuentum: hinc iam vñque Romanam via vocatur Appia, per Claternum, Galiciam, Capuam, Casilinum vñque Venusiam, &c. Ptolemaeus cum Lucano & Silio Ital. Caudium legit: hinc sunt Caudine furcæ memorabiles, & Caudine fauces. At qui videat lector utrum sibi proberet magis. *Sarmenſi ſcarra pag.* iucunda admodum commemoratio contentio fæ cuiusdam & ſcurtilis rixæ inter Sarmentum & Messium Cicerrum, ad ſubleuandum cum itineris in via tedium, tum lectionis molestiam: Quam ut faciorem faciat, deſcripturus quasi rem arduam & magni alicuius momenti, inuocat Musam nobiliorum Epicorumq. poëtarum more. *Sarmenſi ſcar.* Plutarchus in vita Antonij scribit Dellium historicum à Cleopatra ad coenam inuitatum dixisse, αὐτοῖς μὴ ὅθις λαγχάδις, τάραχθεὶς πάντοις οὐ πότερ φύλασσεν. ὁ δὲ σάρ-ραπτος οὐ τὸν πρώτον οὐ τητάρτον παραγένεται, ἀλλὰ τὸν πορεγένεται: hoc est, ipſis quidem vinum acidiū infundit, Sarmētum autem Romæ Falernum potare: hic autem Sarmenus erat vnuſ ex festis & lepidis pueris quas delicias suas Romani appellant. Is autem libertate & scribat à Caſlare donatus, quem eius dominā, turpi fortasse de cauſa, nuncupat, erat hic in comitatu Horatii, vt est veriſimile. *quid faceres.* ſumta metaphoræ à pecoribus, quæ cornibus oppofitis minantur. Sic in Epodis: Parata tollo cornua. & cornua ſumere apud Ouid. pro eo quod est, animo efferri, & ſe ad defensionem parare. *Campanum morbum.* huius loci interpretationem, cum nemo ex neotericis mihi faceret ſatis, tanta cura & ſedulitate perquisiti, eruique ex lacunis veterum scriptorum, vt non iniuria ea in meis laboribus aſtribere mihi integrum fuifet, ſi non maluifsem hic ab auctoritate veterum locum plus habere momenti; & pondetis ad fidem faciendam, quam ea quæ nunc à me vel à doctissimo in arguento famili excogitari posuerit: Nam Blandini codices omnes morbum Campanum, os ſordidum, faciem ſordam, &c. expouſunt insignem arrogantiā & oris impuritatē immunditatemque: verū codex Tonfanus ad oram paginæ habet hanc adnotationem breuiuscu-

lam, ſed vñ & maculat tantum non deletam, putat In Campania ſolet quidam morbus, ferruca ſcilet, afficere homines in facie. In Diuæ codice etiam adnotatum eſt, quod vix tandem quoque aſſectus ſum: Campania eſt regio, & illi genti Campaniæ ſolent in aſci magnæ verrucæ in fronte, quas faciunti incidi. Siluij codex habet, Campanum in morbum, in varices, vnde olim Campani dicti ſunt varicosi, verū alia ad noēatio dicta, vifa eſt mihi ad rem præſentem magis facere; nō quod inſtitar temporibus capitis aliquādo innasci varices, ſed quod opinor varicosos potius ex tibiatum varicibus diectos, verrucosos vero ex faciei verrucis; quarum aliae dicuntur acrochordones, aliae myrmeciz, vide Pantinum lib. 2. cap. 1. in Celsius. vnde & Fabius Mar. verrucosus nominatus eſt, quod haberet ἄρρενα μυρμήγα τετράντα τῆς γα-λακτικῆς, hoc eſt, paruæ carniſ elationē in superioris labri extremitate enatam, vt habeſt Plutarch. in Fabio. Quod autem dicit, ὁ ſua cornu n̄ fore ex ſexto frons, notat veſtigium ex lecta verruce, ſua & radicis amplitudine & altitudine rotunditatēque reſerfe ſignum cornu cuiusdam euelfi. Quod autem Pſeudacro Campanum morbum interpretetur inſignem arrogantiā, hoc arbitrot eum dicere ex Acione doctissimo, qui fortaffe in ſuis Commentariis verrucam nominavit Graecē θήμα. Quam dictionem non aduerit pro accentu acuto in priori ſyllaba norare verrucam fabæ Aegyptiæ magnitudine, vt eſt apud Ruellium; pro accentu vero graui in ultima ſignare arrogantiā, &c. vti Cyclopæ. καλαντίς, ritu Cyclopum. Cyclopæ ludi erant ſcenici, in quibus Polymētus in ſcena in gyrum inconditè admodum ſaltans introducebatur. meminait Pollio in Galieno, & Flavius Vopiscus in Carino Imperatoribus. tra- gicis opus e.c. κόροποι ργῆ εἰσάδει ταῦτα καταγέ-γεται. Pollux lib. 4. erant enim apti tripli. pedi. ob hanc cauſam nescio an alludat Horatius ad in- conſtantiam Ciceri, quod is eſſet incerta & anticipis factionis, num Augusti partibus adhærens, nunc favens Antonio: Nam quod Commētator habet, Ciceron opus eſſe cothurnis, quia longus e- rat, mihi appetet hoc dictum eſſe frigidius. cate- nam. ſatis amarē notat Sarmenſi ſeruum fugi- tiuum, qui compedes ferre ſolebat: quos Sarmenſi nunc libertate donatus, rogar num à foco ſuspendiffet dii. Latibus facro; quemadmodum Veianium ſcribit epift. 1. lib. 1. rude donatum tua arma poſti Herculis adfixiſſe. nihil deterit: ſic habent Blandini. 4. Tonſ. Baſil. ac Dīn. deterius nihil. Mart. autem nullum de terius. Seruabat autem domini in ſeruis manu missis, hoc eſt, liber- tis ſuis, ius operarum, ominus in calcis ſuendis

& vestibus, &c. Ius muneris dandi, in festis nuptialibus & nataliis. hinc illud est Terentij in Phormione, Porro autem Geta serierit alio mune-
re, vbi hera pepererit. Ius testamenti condendi, putat, vt testamento domitis suis legarent dimi-
diatam suorum honorum partem. Porro de pa-
tronorum iure in libertos, & clientes, lege Alex.
ab Alex. lib. 3. cap. 20. cur unquam aliquando, sic
habent omnes manucripti. *farrus lib. f.* quantum
scilicet ad demensum diurnum: aliud enim erat
menstruum, quatuor modij in mensis singulos,
vt adnotat Donatus in Phor. Terent. *gracilis sic et*
agorizas, perinde ac si dicat, eius fugae cautam
fuisse dominum suum parcimoniam, qui pro vastitate
corporis, & sua voracitate diurna, plurimis farris
libras exigeret. Est autem gula exprobratio dura
per inueritionem obiectonis de proceritate Ci-
cerra: est enim non sani hominis in alio calumnia-
ri, cuius ipse criminationem effugere non valet.
profusus incundet clausula commemorationis. Be-
nuenientum. vix in agro Samnitum, quæ ab incolis
Græcis prius *μελαχτες* nuncupata erat, quam à
Romanis colonia deduceretur, à quibus boni o-
minis causa Beneuentum appellatum est. *sedulus.*
έγγυος οὐ, diligens quidem, sed parum cau-
tus, simplex, imprudens. captaritum ab incuria
hospitis, virtus seu apparatus tenuitate, obsoleto,
humili & paupere recto, coniuarum & seruo-
rum cura sollicitudinēque; prius quidem in conseruanda
œcna, posterius autem in restituenda
flamma, rectōque ab incendio defensando. *pene*
macros arsit. sic habent omnes scripti quos imi-
tor, nec quicquam censio immunitandum; est enim
aperta *οὐρανός*, quæ figura videtur Horatius dele-
ctari. *culinam*, *colinam* habet Diu. cod. *lacrymoso-*
ν. f. fortasse ex ramis hincutis, & enim fumus o-
culis est acerimus, attestante Theophrasto, *δει-*
πειρος οὐρανός ενώς. idem assertit Arist. in pro-
blemati. Aristoph. in vespis, *πόσες φύλας φ. οὐράνια.*
Cd. η τέσσαρις οὐρανός είσι δε πάντες οὐρανοί. cami-
no. pro igni, metaphor. nam *κάμηνος* fornaceum
notat & fumarium, sunt & viridia ligna fumosa,
contraria, secca & arida fumosa, quæ lenia ligna
dicuntur Catoni in reristica, lenibus lignis facito
calefac. & Plin. lib. 3. 6. lenibus autem aridis que
lignis coquuntur, quæ Græcis sunt *έγγυα*. Homero
κάμηνα: Inter se autem pugnant lene & *δέμην*,
μηδαμην. *έγγυας*, *κατακλισθέναι*, ut inquit,
Odys. 5. quæ subdola & fallacia dixit, quæ pro-
missus non stetit. sic Epist. 1. lib. 1. vt nox longa
quibus mentitur amica, &c. *intensum* cogitatēm,
expestantem, & sperantem illam venturam, me
auffert, hoc est, inuidit, occupat, opprimit, & aliud
quodammodo me facit, atque à mente alienat,

somnia. insomnia: quoties cura & sollicitudo op-
pressi animi vel corporis aucta fortunæ, qualis vigi-
lantem fatigauerit, tales se ingerit dormienti.
Iuxta illud Claudiani, *Omnia que sensu volun-*
tur visa diurno, pectore lopito reddit amica quies.
De insomniis & eorum formis. Macrobi. lib. 1.
cap. 3. Inter cetera hoc unum ad hunc locum per-
tinet. Insomnium aniani, inquit, si amat oracula suis
aut frumentem se videat aue caretum. *oppidu-*
lo. Equotutio. Memoiri Plinius lib. 3. cap. 11.
Tutinorum. Ptolem. in tabulis Geograph. ponit
τίλην, sub Pelignis & Caracenis. *Canusii Lap.* Su-
perius paellò facta est mentio Canusij ex Strabo-
ne, qui eodem ferè loco ait: E. Bario ad amorem
Aufidum ad quem Canusiorum est emporium,
stad. sunt 400. Ibidem scriptum reliquit Canu-
sium & Argyrippam duas Italicarum. vbi
quondam maximas in piano sitas fuissent. *aqua non*
dulcior urma sic habet codex Buslid. quam ego-
ctionem seruavi, & prætuli antiquæ tamquam
genuinam; nam vt *viliissima* putidissimaque fuit
Equotutio, ita Canusij non erat dulcior, palatique
gratior: Non enim agit Horatius de copia que
vel inopia, sed bonitate & sapore, aut de ea que
aut salsugine, aut alio virtute corpori hausta non sit
infesta aut noxia. *qui locus.* Strabo lib. 6. Canu-
sium & Argyrippam, utræque in praesentia sanè de-
letæ, à Diomedæ conditæ dicuntur. *Varius discord.*
fortassis vñā cum Mæcenate & Cœco ad castra
Cæsaris, ad res inter vtrumque Imperatorem
componendas, Horatio & ceteris rectâ iter Brun-
disium facientibus. *Bari mænia p.* Strabo lib. 6. È
Brundisio verò litus Adriaticum prætervagati,
Egnatia occurrit ciuitas, commuue & nauigantibus
& terrestrē iter facientibus ad Barium diuer-
sorum. Deinde post paullo: è Brundisio Barium
700. stadiorum spatium est. P. Meli lib. 2. cap. 4.
post Barium Egnatia, & Ennio ciue nobiles Ru-
dia (Rhodœs nominat Strabo) & Calabria Brun-
disium. Plin. lib. 3. cap. 11. Pedicu'orum oppida,
Rhodia Egnatia, Barion. & lib. 2. c. 107. In Saléti-
no apido Egnatia imposito ligno in forū quad-
dam ibi sacrum, protinusflammam existere. *et*
dat Iudeus a. Epilogus à credulitate Iudeorum,
omnibus Ethnicis ridicula, præcertim Epicureis,
qui irreligiosi, audebant *διογοτίζεν* deos nihil cu-
rare, non ita commoueri, non gratia tangi: Quæ
decausla Iudeos ridebant & superstitiosos clam-
tabant, quod certis & statis temporibus sibi impe-
rata à Deo summo (quem ignorauit Gentilitas)
summa religione sacra seruarent & facerent: Deū
vnici, sine vlla visibili forma aut imagine, vene-
rarentur, coierent, & adorarent: cuius verbo crea-
ta esicut omnia, stabilita, aucta, immixta, con-
seruata:

seruata: denique sine quo nihil est, fuit, aut erit: eos autem, cum rem nullam sensibus obiectam adorare, sed ad celos oculos tollere intuerentur, nubicolas esse calumniabantur; ut scribit Iuvenalis Saty. 14. nil praeter nubeis & celo lumen adorant. *spelle*. Quod volunt aliqui se appelladi cum esse quasi sine pelle, mihi planè videtur ridiculum; sed hoc inde natum opinor propter circumflexionem & decurcationem præputij ex mandato Domini; unde & circumflexi & curvi dicuntur Horatio, & recutiti; quasi nova cute restituti, & verpi à verrendo sanguine podicis, quo morbo peculiariiter ipsi laborant, ut non immerito *myrmidones* dici possint. de apella autē nomine, scribit Lambinus cū Scaligero, alicuius Iudæi esse proprium. Equidem si quod scatia candidè abscribam, velim lector resuumet me hoc facere, vt alii auctor sim diligenter etymā excutiendi: Itaque dixerim potius esse appellatiuum; nam teste Hesych. ἀπολέλησται sunt certus, cognitiose, & ἀπολέλησται appellat iſpō agoraias. Sed & Platarchus in Lycurgo Laconicōs ait ἀπολέλησται, εἰσαγοραῖς, hoc est concionati: Icō circa quando nemo ignoret, quanto studio semper, & qua cura, quibus denique persuasionibus Iudei omnes amplerint, circumfluerint, vt ad se traherent (vt notatum est ad finem præcedentis Eclogæ) non iniuria crediderim Iudæum nuncupatum esse appellam, hoc est, in docenda sua alios religione concionatorem & quodammodo oratorem. nec si quid miri. huic contrarium est illud Socratis apud Σοκράτης πάρα τὸν πόνον τὸν τοῦ πάρεργον οὐδὲν γέγενεν: hoc est, omnia namque vbique diis suis obnoxia, & æquali potentia reguntur ab iis omnia vbius gentium. Brundisium longe. Strabo lib. 6. in hanc ferè sententiam scribit Latinè redditus (quo compendij causa libentius vitimus) Quibus è Brundisio propofitum est iter Romanum, duę vię sunt, una quidē mulis veſtabilis per Peucetios, &c. vsque Beneuentum, altera per Tarentum, &c. tota verò ex Roma Brundisium 360. miliaria continet. Ceterum portus ipse cum vrbe certuino capiti maximè est comparandus: & lingua Messapiorum Brundisium certi caput nominatur.

E C L O G A VI.

T U L L I V S.

NON, quia, Mæcenas, Lydorū quicquid Etruscos
Incoluit sineis, nemo generosior est te:
Nec, quod a uis tibi maternus fuit, atque pater-
Olim qui magnis legionibus imperitaxit: (nus,

Ut plerique solent, naso suspendis adunco
Ignatos, ut mo libertino patre natum. 5
Cum reſette negas, qualis fit quisque parente
Natus, dum ingenuus: persuades hoc ssibi verè,
Ante potestatem Tulli, atque ignobile regnum,
Multos ſepe viros nullis maioribus oreos, 10
Et vixiſſe probos, ampliſſe & honoribus auctos:
Contra Latium Valerī genus, unde superbis
Tarquinii regnopusſus fuit; vnius aſſu
Non vñquam pretio pluris huiusſe, norante
Iudice; quo, noſti? populo: qui ſtudiuſi bonores 15
Sepe dat indignis: & fama ſeruſi ineptis:
Qui ſtupet in titulis & imaginibus, quid oportet
Nos facere à vulgo longè, longeque, remotos?
Namque eſto: populus Lenino mallei honorem,
Quā Décio mandare nouo: censōrque muueret. 20
Appius, ingenuo ſi non eſſem patrem tuus:
Vel merito, quoniam in propria non pelle quieſsem.
Sed fulgentē trahit conſtrictos gloria currū
Non minus ignotis generofis, quid tibi Tulli
Sumere depositum clauum, fierique tribuno? 25
Inuidit accredit: priuato qua minor eſſet.
Nam, ut quisque inſanus migris medium impe-
diuſ crus
Pellibus, & laſum demisit pectore clauum:
Audis continuo, qui homo hic eſt? quo patre na-
Viſi, ſiqui agrotet, quo morbo Barrus, haberi (tus 30
Et cupias formosus: eat quacumque, puellis
Iniiciat curam querendi singula: quāli
Sit facie, ſura quali, pede, dente, capillo:
Sic, qui promittit, ciueſi, rebem ſibi cura,
Imperium fore, & Italianam, & delubra deorum: 35
Quo patre fit natus, num ignota marre inho-
nestus.
Omniū mortaleū curare, & querere cogis.
Tūne Syri, Dame, aut Dionysii filius, audes
Delicere ex ſaxo ciueſi, aut tradere Cadmo?
At Nouius collega gradu poſt me ſedet vno. 40
Namque eſſi ille, pater quod erat meus, hoc ſi-
bi Paullus,
Et Meſſalla videris, at bic ſi ploſtra ducenta,
Concurrenti, ſoro tria funera: magna ſenabitis,
Cornua quidē, vincātiq. tubas. ſaltē tenet hoc nos.
Nunc ad me redeo libertina patre natum: 45
Quem

- Quem rodunt omnes libertino patre natum:**
Nunc, quia Macenas tibi sim consuetor: at olim,
Quod mibi pareret legio Romana tribuno.
Dissimile hoc illi est: quia non, ve forsitanorem
50 Iure mibi inuidat quiu: ita te quoque amicum:
Prasertim causum dignos assumere, prava
Ambitione procul felicem dicere non hoc.
Me possum: casu quod te sortitum amicum.
Nulla etenim mibi te fors abutit. optimus olim
55 Virgilius, post hunc Varius dixere quid esset.
Vi veni coram, singulis pauca locutus,
(Infans namq. pudor prohibebat plura profari.)
Non ego me claram natum patre, non ego circum
Me saturiamo vectari rura caballo:
60 Sed, quod eram, narrare responde: ut tuus es mos)
Pauca: abeo: & renucas nono post mense: iubesq.
Esse in amicorum numero, magnū hoc ego duco.
Quod placuit tibi, qui turpi secessum honestum,
Non patre praetulero, sed vita, & pessore puto.
65 Atqui si virtus mediocribus, ac mea paucis
Mendoza est natura, alioqui recta: reluis si
Egregio in persos reprendas corpore nauos:
Si neque auxilium, neq. fordeu, nec mala lucta.
Obiiciet verè quisquam mibi: purus, & insens
70 (Vi me collaudem) si viuo, & carus amicus:
Causa fuit pater hic: qui macro pauper agello.
Noluit in Flavil ludum me misere: magni
Quod pueri magnū è centurionibus orti,
Lauro suspensi loculos, tabulamque lacerto,
75 Ibanी ocloni referentes idib[us] era.
Sed puerum est ausus Romanum portare, docēdum
Arteis, quas doceat quinius eques, atque senator.
Semes prognatos: vestem, seruosq. sequentem
In magnavit populo siqui vidisset, auita
80 Ex re praberis sumus mibi crederet illos.
Ipse mibi custos inscorrupitissimus omneiu
Circum doctores aderat, quid multa pudicum,
Qui primus virentu bonos, feruauit ab omni
Non salutem facto, verūm opprobrio quoque surpir,
85 Nec timue, fibi ne virio quiu verteret, olim
Si preceprias, aut, vt fui ipse, coactor
Mercedes sequerer: neque ego essest questus, ob
hot nunc
Lau illi debetur, & à me gratia maior.

Nil me paeniteat sumum patrib[us] iuvit: eoque
Non, vt magna dolofactum negat esse suo pars, 90
Quod non ingenuos habeat, clarosq. parentes:
Sic me defendam. longe mea discrepat isti
Et vox, & ratio: nam, si natura iubet
A certi annis auum remeare per auctam:
Atque alios legere ad fastū quoscumq. parentes: 95
Opiaret sibi quisque: mea contentus, honestus
Fascibus, & sella, nolle mihi sumere, demens
Iudicio vulgi, sanus fortasse suo: quod (leftum).
Nolle mihi onus, haud inquam solitus, portare mo-
Nam mihi continuo maior querenda fuerit res: 100
Atque salutandi plures: ducendus, & vnu,
Et comes alter: vii ne solus, & peregrine-
re exire: plures calones, atque caballi
Pascendi: ducenda per territa, nunc mihi caro
Ire licet mula, vel, si libet, vsque Tarentum: 105
Manica cui lumbos onere viceret, atque eques-
armos.
Obiiciet nemo sordeles mibi, quas tibi Tulli,
Cām Tiburio via praetorem quinque sequuntur
Tepueri lafunum portantes, anopborumq.
Hoc ego commodius, quam tu preclare senator,
Maleis atque alio viuo, quacumque libido est,
Intendo soku: percunctor quanti olus, ac far:
Fallacem Circum, vesperinumque peretro
Sæpe forum: assilio dñinius: inde domum me-
Ad porri, & ciceru refiero, laganique catinum. 115
Cæna ministratur pueris tribus: & lapis albus
Pocula cum cyatho duo sustinet: ast at echinus
Viliu, cum parera guttis, Campana sapellex.
Deinde eo dormitū, non sollicitus, mibi quod cras
Surgendum sit mand: obeundus Marfyia, qui se
Vulcum ferre negat. Noviorum posse minoris.
Ad quartam iaceo: post hanc vigor, aut ego lecto,
Aut scripto, quod me tacitum iunet, vngor olio,
Non, quo fraudulis immundus Narrat lucernis.
Ast, vbi me fessum sol acrior ire lauatum
125 Admonsuit fugio rabiōsi tempora signi.
Pransus non audiē, quantum interpellat inani
Ventre diem durare, domesticus orior. hec est
Vita solutorum misera ambitione, grauique:
Hū me consolor, victurus suauius, ac si (sent. 130
Quæ illorū avus, pater atq. mens, patruusq. suis-
Com-

C O M M E N T A T O R .

NO N' *quia Macenas*. Macenatem alloquitur, cunctorem & benignitatem animi eius commemorans, qui generosus atque humileis abesse discrimine accipiat: irridens populum Romanum, qui cum solam nobilitatem admiraretur extorsem, ignobileis omnes habuit despiciui, & nobilis ferè solos honore dignos iudicauit. *Lydorum quicquid*, hoc est, quicunque Lydi incoluerunt Etruscos fineis, nemo eorum est generosior te. Lydia quondam profecti (qui & Tyrrheni) Tusciam sive Etriam incoluerunt. *Quod & Virg.* testatur, cum dicit, ubi Lydius arua inter opima virum leni fluit agmine Thybris. Ab his autem Macenas trahebat originem. Sensus hic est, Non te extollit generis nobilitas, ut despicias eos qui ex insimis nati sunt, sciens quod non genus, sed virtus in homine est querenda: neque quia nobilissimus es & potestissimus, ideo derides & contemnis ignobileis & melioritatem. *nō satis* spernis, fastidis, irades, subsannas: est enim sanna risus solitus eorum qui detortis haribus sonitum emittunt in alienius fastidium. *ignotos*. ignobileis. *cum referre*. intresce. *dum ingenium*. honestis moribus. Ingenius hic ad morum probitatem pertinet. *perfida* hoc & recte sentis à Macenas, quod ante regnum Servij Tullij regis Romanorum alii multi ignobiles quidem, sed viri boni & vite optimae extiterunt. *poteſtatem*. regnum. *ignobile regnum*. quia Sevius Tullius rex Romanorum fuerat Tarquinij Prisci Lucumonis seruus ex captiva Narus. *nullius maioribus*. ignobilibus. *coſtra*. hoc est, multi etiam nobiles fuerunt, sed respecti- & nullo loco habiti, quia virtute carerent: qualis fuit Valerius Lætinus, à Valerio Publicola; qui cum Iunio Bruto Tarquinium superbium expulit, genus trahens. *Valeri*: per apocopen, sicut apud Lucilium, Valeri sententia dia. *vnde*. à quo. vt, genus unde Latinum. Terent. à predonibus, unde emerat, se audire. *inius affi*. hic IV. Valerius Lætinus adeò fecerit ac proiectis in omnem tuteitudinem moribus vixit, ut prouochi non posuerit ultra. *Quæſtu* dignitatem. ergo sensus est: quamvis populus asuerit honores dare indignis, dum titulis atque imaginibus mouetur, tamen ille vilis apud eundem fuit, noratusque ab eo est. *licuſſa*. à licitatio-ne vendentis, hoc est, aestimasse valuisse, supp. *re*-*ta* *ri* *ri*, persuades tibi verè. *noſante* iudicante, iudice, quia. supp. tamē. *fame*. propter nobilis. *in*-*titulus*. maiorum. dum virtuti præfert nobilitatem. *quid opor*. n. f. si populus recte iudicat, qui frequenter errat, quid nos, qui non vulgariter sapimus, minus estiamus ignobileis viros bonos, quam

nobileis flagitosos? *narquoſſo*. cœcessio per subiectionem, quasi dicat, potius debuit honorem accipere Légitimus homo nobilissimus, quam vel Decius, vel aliis ignobilis. *noſo*. ex ignobili familia natō, nam primi ad honores vocati dicebantur homines noui; qualis fuit hic P. Decius. *ingenuoſi*. vel si populus me ad honores eucheret, & censor Appius, qui primus libertinos in urbanas classes seu tribus rediget, me moueret ordine, recte facerit: quia nō essem natus ex ingenuo patre, sed libertino. *vel valde*. *in propria quo* *βιωφιλας*. docet vnumquemque debere torte lea contentum vivere. In propria pelle non quiescere dicuntur, qui mediocritatis suæ obliiti, maiora scipis appetunt: & hoc ita sumrum est, quod ductores in pellibus dormissent: vel ab asino Cumano, qui induit pellem leonis, cum tamen non haberet tale cor. Ita aliquis ignobilis propriam exuit pellem, abcius dignitatis habitum assument. *sed fulgen*-*ze*. hoc est, sed in fulgence currū gloria illicit ad esse tam ignobileis quam nobileis, & post se trahit, illektos quasi fure ligatos. *fulgence currū*. triumphali, qui quatuorequis albis trahebatur. *conſtri*-*ctor*. cupiditate gloriæ plenos, & quasi vinctos. *quo* *tibi* *Tulli*. sensus est, quid iuuat ipsos henotes affectare, cùm ex iis magna nascatur inuidia. Tullius hic Senatus motus est à Cælare quasi Pompeianus: occiso vero Cælare, recepit lacum iterum claustrum, hoc est, Senatoriam dignitatem, & tribunus militum factus est. Tibi Tribuno dixi eleganter, & figuratè, ut suprà, dederim quibus esse potius. *priuato quo*. hoc est, qua inuidia minor es, sit priuato tibi, id est, nullam dignitatem habent. *nārūt quīſque*. sensus est, nam postquam vnuquisque intipiens, nouus, ignobilis, cupiens est Sehatorie dignitatis, si petit libi rem valde incommodam, scilicet materiam intidiaz & obtrectationis. Notat autem eos qui appetunt honores, quos non gesserunt sui maiores. *impedit crux*. hoc est, dignitatis calciamentis alioribus vinixerit. *nigra* *pellibus*. zangis. *demijſt* *peccore*. ad medianamque partem corporis, ante pectus. *audit*. à populo, quis homo. interrogatio exprobrantis aliquid. *ut ſi* *qui* *agrotet*. à simili. *agritudo* hic est animi libido, & mœchandi studium, morbus interior. *quo* *morbe* *Barrus*. Barrus mœchus fuit, propter incestum Aemiliae virginis Vestalis condemnatus: eius auctem morbus fuit adulterandi studium, qui bona forma corporis, ut pueris amorem sui iniiceret, obambulando dedit occasionem de sua pulchritudine interrogandi. *ſic* *qui* *promittit*. reddit comparationem, nam qui promittit ciues & urbem sibi fore cura, cogit omneis homines curiose per concordie ſe, & suis natalibus. *tu nē Syri Dame*.

hęc obiciuntur ei iudici, ac principi qui est ignobilis. Tu qui es igit̄ etiis & libertinis parentibus, aedes tristunatu plebis funē? Nah! Tribuni plebis, damnatos de se ex Capitellino precipitari iubebant, aut carnicici tredi: Syrus, Damas, Dionysius, genitilia, & ignobilis in heminum nomina. detinere è falso. nam capite damnati de falso Tarpeio precipitabantur: de quo traditur p̄ceptus & dectus lugurtha. Cadmo. in exilium mitteat. Cadmus dicitur eo tempore fuisse carnis sex nostra crudelitas, at Nouius coll. subiectio seu anthypophora ex persona. Syri filii. Damæ. Cur non appetam senatoriam dignitatem, cum habeam collegam in ordine equestri libertum? gradu post me: hoc est, in quatuordecim gradibus equestris dignitatis, sedet uno gradu post me, id est, inferiori. namq. pro & pater quod er. m. libertus, qualis erat pater meus Damas. hoc tibi. ideōne tu videris tibi Paullus & Messalla, qui nobilissimi fuere, quia Nouium uno gradu precedis? at hic si plastrum. hic. Nouius. reddit populus causam, cur Nouius sedat in quatuordecim ordinibus, scilicet quod sibi placet eius vox clara in loquendo & sonora. plastrum. plaustra. magna. vt Virgil. infanda furentem. cornua q. ordo est, quod vincat cornua & tubas. saltem tēnet. hoc est, hic cohibet indignationem nostram, ut sustineamus eum libertū in equestri ordine sedere, quod sit facundus & eloquens. rodunt. lacerant, mordent. conuidor. familiaris, domesticus. at olim quod. dicit libi inuideri, primūn quod viuat cum Mæcenate; deinde quod aliquando, scilicet sub Bruto, tribunis militum fuerat, quia non ut forsit b. prudenter ostendit, dissimilitudinem inter honores & amicitiam, inter fortunam bona, & virtutis meritum; nam honoribus publicis inuidere quis potest, quia plerumque temere & sine iudicio populi decerpuntur, ita ut indigni sapientia ad honores perueniant. At quod virtute & vero iudicio quis assequitur, hoc ei nemo inuidere debet: qualis est, o Mæcenas, tua amicitia, qui neminem admittitis nisi perspectum, & tuo iudicio comprobatum. forsit. forsitan. cautus dignos assūm, qui cautus & prudens es in amicis te dignis, & qui non sunt ambitionis diligendis & asseverandis. non hoc me pos, hoc est, non iccirco me felicem nominare debent, quod casu aliquo, aut fortunae beneficio tibi sim factus amicus, cum nulla fors me tibi obulerit, sed amicorum & virorum bonorum commendatio qui me poverunt: quae cum mea virtute & tuo iudicio me tibi amicum reddiderunt. singultum. per intervalla, interrupisti verbis, propter verecundiam. infans namq. p. qui fari prohibet. hęc enim natura ferè inept om̄ibus, ut qd

sublimioris dignitatis viros, cùm adhuc ignoti accedimus, verēcūdia nos elingueat faciat. Satyriano. Satyriani fundi in Apulia temporibus aliis fuisse dicuntur fatis arapli ac nobiles; per quos Apulum equum significat. Apulum autem equum pro optimo utique accipere debemus. sensus est: non reser me tibi esse nobilior aut diuitem. non potest mente. vt, longo post tempore venit. hoc autem dicit, ut appareat se diu exploratum & tandem in amicitiam admissum postea dispicere non posse. magnum hoc. gratum mihi & gloriosum hoc existimo, quod placuit ibi, non propter nobilitatem parentum, sed propter honestam meam conuerationem. vita. extrinsecus. pectorē p. bonis moribus, intrinsecus. asque fr̄ vis. hyperbaton. etiamq. de mediocribus & pauci. vita mea vita est reprehendenda, tamen laudanda est, quod maioribus non sit iniquinata. velut si. cogit vitam suam egregie & formose faciei natus asper: : nam ut nulla forma est, quae natus omnibus saret, ita nemo nos in aliquo virio est constitutus, sed frequenter cui ignosci possit. sordeis. libidinum. malala lustra. lustra non tantum ferarum sunt cubilia, sed & lupanaria & popinae. vt Plaut. in Casina, ubi in lustra iacuit ma. a. Mala lustra dixit perpetuo epitheto, nec enim sunt bona, ut ad eorum discretiōem mala dixerit. Sic & à Plaut. Athenæ Atticæ. & à Lucilio Campana Capua. In lustris itaque scorsa sunt & illecebra libidinum. obiciunt verē. bene additum verē, illud enim nobis curandum est, ut probra quae in nos dicuntur, verē ne dicantur; nam ut non dicantur, in nostra no[n] est potestate. si & viuo. ordo est, si neque auaritiam, neque sordeis, &c. in me deprehenderis, si sim insons. & innocens. & carus amicis (vt n̄e laudem) harum rerum, harum virtutum pater mihi causa fuit, & quem alij, mihi pro ignobili obiciunt, is in me hęc bona contulit, ita ut autem ad id pertinet, quod paullò suprà dixit, se quidem non esse natum p̄claro, hoc est, nobili patre, sed vita & pectorē puro. Flavius. Flavius quidam illis temporibus docuit artem numerandi, & calculos pondendi. magni quo p. u. biles, lauo suspensi. l. ewu. sed. xi. hoc est, habeat loculos, scilicet calcularum, suspensos à levo lacerto. tabulamq. in qua & characteres arithmeticos notabant, & calculos ordinare dicebant. octonis referent. i. et. ad. a. hoc est, singulis idibus referebant octonus asles zris prometende scholastica. puerum. me. a. usus. pater meus. quod quidem dicit propter egitatem patris, qui animo quidem erat magno, sed retenui. docendum artes. quas doceat, id est, doceſti faciat. tale est. Quos illi Dædala Circe supposita de matre satos furata creavit, id est, curauit. creandos. femet

*fines progi. à senatos filios. vestem scrubsa. sensus est: Ita me honeste aluit pater, ut si quis in magno populo vidi sit vestitum, & seruos sublequentes me ad ludum, crederet me à maioribus ortum nobilis & diuitem. *autem ex re p. f.* hoc est, ex possessione & hereditate ab auctis & maioribus mihi relata: *custos incorrupti s.* hoc in eis dictum est, qui interdum ut luxuriantur pueri, donis student corrumperem suos padi gogos *pudicam.* quia pudicitia primus gradus est ad virtutem. *non solum facto.* praeclate dictum est: forsitan enim parum sit ita vivere, ne probrosi aliqui in te admittas, nisi etiam suspicione omniem amores & vites. *necessaria s. n. v.* nec verebatur, inquit, ne sibi pro vitio quis obliqueret, si me ad hoc instituisset, ut praece essem aut coactor, qualis ipse fuit. Precones dicebantur qui stabant ad hastam, & enunciabant pretia allata: Coactores autem mercenarii erant eorum qui habebant argenteriam: Argentarii, qui habent summam rerum venationis. Coactores etiam dicuntur argentarii in auctionibus, quia pecunias cogant, qui & collectorii nominantur. Argentarium etiam dicimus, qui summam habet oliuarum & rerum similium, à quo accipiunt foranei. Coactor, qui exigit numeros à circumforaneis *mercedes* se querer, pretia atcipit. *neque ego es. q. si me feciller preconem aut coactorem. neque non ut me.* ordo est, eoque non sic me defendam, ut magna pars hominum, &c. sensus est, plerique cum humilitate grauitate expobratur, sic se solent defendere, ut non suam culpari dicantesse, quod de talibus parentibus nati sunt: rego autem, inquit, non tantum non dicam, hoc verum esse, sed contraria talibus me parentibus natus gloriabor: nam si natura permitteret me renasci, & eligere parentes ex quibus nascerer, ego non malleus ex honestis tibus munis functis nasci, quam quibus natus sum. *patris huius.* Sic et fuit libertinus & coactor. *dolo.* vito suo & culpa. *ratio.* sententia. *nam s. n. s.* hoc est, si natura concederet ut homines aliquando reuinissent. *legere.* eligere. *ad fastum.* ad superbiam & nobilitatem. *beneficos f. e. f.* curulibus honoratos, id est, consulaireis & praetorios. *sanus fortiss.* Zengma. *suo.* morte hoc dixit, quia *Mæcenæs* & quies permanebat, contumex senatorij ordinem. *omnes.* nobilitatis, togam, nam tenuera molestiam habet de nobilibus nasci. *domens in v. v. apigus.* enim magni facie nobilitatem generis nam mihi si adebras esse maiorem dignitatem, myhamini esse et necessaria. *petoris* & *peitorium* genus est. *Osticci* vehiovi, alia sunt carmenta, alia carucæ. *curro.* cuncta curta. *mantisca.* pecta, aucta, vulgo bistraciæ. *aleenes.* majorib; onore. *eques.* scilicet. *Mantisca**

dum, pronatura philautorum, qui se sedicendi sūnem facere nesciunt, Horatius ridiculè δωτή τοι εργάσις παρεβάσιν προστὰ πράμνα, hoc est ab aliis digreditur ad cepas, nimirū ab infaceta laude garruli, ad interrogationē stulto homine dignā. *queis te se sit*. codex vnuus Bland. habet quibus est te faluo opus. *omneus composui*. sc̄peliu. sic Tacitus alibi: Piñouem Vrania vxor, ac frater Scribonianus, Tic. Iunium Crispina filia composuere. *felices*. felices beati sunt, iuxta i. lūd, diciq. beatus ante obitū nemo supremāq. funera debet. aut felices, quod à tua insulissime garrulitate iam sunt liberati mortis beneficio. *diuina mora anus vrna*. aut hic est Synchysis, aut hoc hemistichium hoc modo legendum est, *mora diuina anus vrna*: namq. vrna noa nisi inimproperiæ diuina dici potest, anus verò propriissimè à diuinatione. sic Ecloga sexta, assisto diuinis, præterea in scriptis cod. Blād. inuenio supra τὴ diuina, scriptum, sortilega, quod haud dubie nō vrna, sed auii cōuenit, curius est & vrnam mouere, & sorteis educere. sic ait lib. 2. ode 3. *omnia* verfatur vrna, serius, ocyus fors exitura, Iterum ode 1: lib. 3. omne capax mouet vrna nomē. Virg. lib. Aeneid 6. Quæstor Minos vrnam mouet. *aut rufis*: hinc promanae Celsi tertia tabis species longè periculissima, quæ φθίσις nominatur, oriturq; ex perpetua distillatione in pulmonem, vnde nascitur eius exulceratio curata difficultima. legitio C. Celsū lib. 3. cap. 2 3. quando cōsumet cumq. vera tmesis est, vt habet Comment. dictio[n]is quandoq. hoc est, aliquando, sed per epenthesis τὸν τοῦ, merri causa, meo quidē iudicio: si quis autem quid nouit rectius i. tis, cādīdus imperiatur, aut nobiscū sentiat. ad Vestę. adēm, quæ erat ad clivum Capitolinum, vt scribit Varroli. s. inter Palarium & Capitolium, teste Felt, non etiam ad templū Vestę, quod extra Romanum quadratam ad Tiberim à Numma dicebatur exædificatum. legitio Marlianū de situ urbis Romæ, lib. 3. ca. 1 6. *quarta iam p.d.p.* hoc est, hora diei tercia, quia in foro causæ agi cōperat, iuxta illud Epigrammatophori, Prima salutanteis atq; altera detinet hora, exercet rauocostertia caudicis, in quintam varios exercet Roma labores, Sexta quies lassis, septima finis erit, &c. *vadato*. ei quem vadimonio obstrinxerat: est autem vadimonium sponsio sistendi in iudicio: vas dictus est qui pro altero vadimonium promitterebat. Vide adnotationes Budj in Pandectas. *si me amas, inquit*. codex Diuci, sine villa litura habet, si tu me inquit, amas. Verū an ea lectio suppositicia sit, nō ausim dicere; certè alia videtur Horæiana ad imitationē Græcorum, quibus frequens est vocalem naturā longā, vel diphthongō ante aliam corrīpere etiam nō clīsam: cuius rei apud Poëtas Græcos exempla paucim.

passim sunt obvia. aut valeat stare. supp. pro aliquo, id est, alicui patrociniari, eau amq. eius tutari in star causidici. Comment. & alij interpretantur stare, validis pedibus esse, ad diu coram praetore standum: quod quidem per me licet, nec ineptū iudico: sic enim & Lampridius in Alexádro, Postmeridianis horis subscriptioni & lectio epistolarū semper dedit operam, ita ut ab epistolis, à libellis, à memoria semper assilenter, nonnumquam etiam si stare per valetudinem non possent, federent, &c. sequor. nouo concerto, οὐαφεγματάτην, οὐαχρηστήν, alienior, concedo, simul eo, patior me ab eo vinci, non repugno. *Macenas quomodo.* haec tenus nugatus est garrulus, & inepti, ambagibus vñsus, honoris que causa visus agere cū Horatio; nunc qua gratia id fecerit aperte fateri incipit; putā, vt per Horatium fiat Mæcenati familiarior. *Macenas quomodo tecum.* agit, vivit? *Pascorum hominum.* est supp. hoc est, paucos admittit, paucis virtut familianter, nec alijs quam mentis bene sanæ, hoc est, viris bonis, per amicū, non: eum namq; sanæ mentis appellamus qui sapiens est, nam lauitatem animorum cœfuerunt Philosophi posita esse in tranquillitate & constantia; in saniam autem in perturbationibus: qui morbi sunt animi. Illiataq; sunt mentis sanæ, quorum mens nullo motu, quasi morbo quadam perturbata fuit, cui regnum totius animi à natura tributū est, teste Cic. in Tusc. 3. hunc locū in euulgatis aliquando aliter exposui, sed monitus à Stephano nimia subtilitatis, malui clarior haberi quam subtilior. *nemo dexterius fortuna est.* Hæc verba locutulei nihil ad personam Horatij (vt volunt alij) videtur pertinere, verū continere in se cum præcedentibus laudem Mæcenatis valde memorabilem, vt qui nulla infania, nullis contentiōibus ciuilibus supra modum, nullis denique bellicis æstibus vehementer implicitus, se laudabiliter vbiique gesserit, cum bona gratia cum omnium aliorum principum virorum, tūm Cæsaris Auḡsti præcipue: hoc enim est dextrè fortuna vti, rebus suis moderatè consukere, nemini inuidere, omnibus gratificari. Dominus VVoulardus adnotat Poëtæ verba nō malè videri esse laudantis modestiā Mæcenatis, qui cùm fortunæ beneficio potuisse longè maior esse, polvit; nam contemto Senatorio ordine, mansit in equestri, quod etiā in eo laudat Propert. *haberes m. a.* suppl. me. verba garruli ad Horatij vanitatis inepta, & philautia plenissima, posse qui ferre. præoccupat Horatium ne quid metuat incommodi: plerumq. enim ita contingere pro cōperto est, vt quē cōmendaueris atq. ad honores euerteris, is te cōtempi postea habeat, quam vilissimum quemq.; quod quidem ne male forsnidet Horatius, ait se eo esse ingenio & tam mo-

derato, vt altero post Horatij loco in amicitia Mæcenatis contentus esse possit. *hunc hominē v. si tra.* sic habet omnes scripti cod. ita vt rō si, postponatur verbo, velle; demonstrat autem garrulus scipsum. *trazere.* Mæcenati, ejq. familiarem reddere. *summos.* summouiles, summuere posses, *cōdārē* tempori plusquā perf. pro imperfecto in potentiali modo. quale illud est Cic. ad Atticū, fit senatusconsultū, vt Veclius quod cōfessus esset se cum telo fuisse, in vincula coniūceretur, qui emisisset cōtra rempubl. esse facturū, pro, qui emitteret. Pollicetur autē Horatio mutui beneficiū, si Mæcenati se commendet, se, putā, auctore futurū, ceteris vi- liis habitis vt primo loco sit apud Mæcenatem. nō isto viuimus. indignatur Horatius temerarijs vñniloqui pollicitationibus, & ab æqualitate, modestia, vitāq; & moribus honestis omniū, stomacho confutat eius insulfam persuasionē, de ambitione apud Mæcenatem inter familiareis amicitia. nec magis al. ab his malis, quænam ea sint, continuo per expolitionem subnecit. *nil mi officit.* hoc vitiū sitū est in æmulatione, & inuidia diuinitiarum doctrinæq. Diu. codex consentit lectio vulgare. Bland. 4. cū Tens. habent, nihil officit, inquam, est locus vnicuiq. suis. mesis. id virtū est ambitionis contendere de loco & honore. *magnū narras.* rem magnā & incredibilem. *cupiā.* cupere debeo: in modo potentiali. sic &, *velū tantummodo,* hoc est, tantum velle debes. *qua tua virtus.* huiuscmodi parentheses referendae sunt, attestante Linacro, li. 6. de figuris, ad *τίτλων* figurā, exponunturq. variè, vt scribit Laurentius, putā, *qua tua virtus, qua virtute es, cuius virtutis es. &, ea tua virtus est, vel eius virtutis es, vel ea virtute es, &c.* lege Laurent. Vall. & Linacrum. *οὐδὲ διfficileū aditus.* hoc est, nō quemuis sine delectu itatum adscilicet in amicitia, est enim enētis bene sanæ; sed eū quē multis priūs argumentis didicit esse viē bonū *baud mihi aero.* hoc est, nullū studiū, nullos labores, nullas deniq; molestias defugero, vt Mæcas pro sua erga bonus humanitate, me inter suos connumeret. *mame-ribus seruos c. enumeratio formularū maximē idonea, quibus vtantur ij qui sua virtute diffisi, ho-* nō res in foro & magistratus ambiant, amicitiāq; potestum. *nil fine mag. v.d.* Epiphonemate cōcludit hic garrulus sūi in ambiendo Mæcenate consiliū. Præclaræ est hæc *γένους*, scriptisq; celebratissima, quā videtur Horat. reddidisse Latinè ex hoc Epicharmi, *τὸν τολμέαν πού πάλε τὸ ἀρσόν τὸ γράμ-* hoc est, laboribus vendunt nobis omnia bona diuī. cui respōdet illud Euripidis, *εἴ τὸν τολμέα τὸ ἀρσόν τὸ γράμ-* hoc est, ex laboribus augentur hominibus bona. Idē: *τὸ εὐπόρειον τὸν τολμέαν πού πάλε τὸ γράμ-* hoc est, interprete Virg. Labor improbus omnia DD 2

omnia vincit *hec dum agit*. sic habent omnes cod. scripti, nullus rō ait, est autē transitio, vellere cœpi, prehendere, māz̄en. *prensare* ma. preflare legit. Lambinus ex antiquis scriptis, ita ut pressare sit, artificius cōprimere, ne scilicet elaberetur, sed me eriperet iam stulta loquacitate propē enectū. verū quos legi cod. scripti omnes habēt *prensare*. Quod verbū nō temere mouendū suo loco putau, ut quod hīc nō ineptā habet sententiā: quos enim nobis adesse gaudemus, libenter & sēpius manus eorum & brachia *prensamus*, idq; præcipue vbi angimur, nec aperte conqueri licet. Qui si aut nolint aut nō ausint obsequi nobis, sua brachia & manus sēpius retrahunt nostrisq; eripiunt. Ita lentissima brachia, id est, mollia, flexibilia, lubricaq; merito dicuntur, quæ propter assiduum motū rerineri nequeunt; sed quò magis presseris, eo magis anguililarum more elabuntur. *naturas dis sociū*, oculis obliquis & nutantibus significans, ut me eriperet: *mīs ḥyppocri dñs iūnū*; & *πνευμάτων τούτων*. malafalsus. importunè & sinistrè lassus erga aincū, putat laborantem, vnde improbū postea vocat, *vvere*, vrebatur, per enallagmō modi infiniti pro indicatiōnō, hoc est, supra modū excandescēbā. *tricesima sabbata*, arbitror tricesima sabbata dici, ex more ludorum (quem subsannat Horatius) Calendas mensis Nīān, qui primus in Aequinoctio verno-dies habebat triginta: menses enim Lunares duodecim apud Iudeos alternām, alij triginta, alij viginti nouem dies habebat propter Embolismū. Aut tricesima sabbata, à magno illo Iudeorum Sabbatō, quod Phāse nominabant. Aut tricesima Sabbata, hoc est, Neomeniæ; nā Hebræi nō alia mensium exordia quām Neomenias norunt, quas Calendas Latini nominabant, quæ Iudeis in primis erāt religiosa, iuxta illud Numerorū. In Calendis officiis holocausta Domino. & Psalm. 80. Buccinate in Neomenia tuba; in insigni die sollemnitatis vestrae. Sed hac de re legitō Bedā de temporū ratione: & Albertū Pighium de ratione Paschalis celebrationis & restitutione Kalendarij Ecclesiastici. currit. decurtatis recutitisq; propter præputiū, oppedere, pedere, oppedere. verba sunt ridicula, cōtemtu seruientia: sic & ecloga præcedente, pepeditidis fissa nate fucus, inquit Priapus, in contemtu veneficarū. Quod autē Aristius interroget Horatiumnum velit Iudeis oppedere, par. im quidē sacroru Iudeicoru viuperium signat, propter præsentiam garruli, à quo metuebat traduci, partim verò religionis metum. Multi namq; Romani nō alieni à sacris Iudeicis, velui professi, ut haberet Tranquillus, Iudeicam intra vr̄bem vitam viuebant: Qua gratia nō semel edictis Aedilicis cautū est, ut Iudeorum Aegyptiorumq; sacra, ritus & ceremoniæ,

ex vrbe pellerentur & exularent, quod turpium religionū (quare etiam nū videtur dicere oppedere, propter eorum sacroru cōtinuum otium, & ab rebus agendis vacationē, Iuuinali teste Satyr. 14. cui septima quæq; sicut lux ignaua, & partem virgē nō attigit villam) & nouarū superstitionum causæ forent, nec nō quasi seminaria quædā contemnendi ritus Romani. In hanc autem sententiam me impellunt verba Horatij, *nalla mihi, inquam, religio* est. quæ verba nullam omnino contentionem, sed potius in religione Iudaica consensum postulant; quem vt subterfugiat, nulli religioni se dicit additum: Namq; Epicureorum dogma, vt prædicabat deos non curare mortalia, ita non minus quām athei nō modò superstitionē, in qua inest (inquit Cic.) timor inanis deorum, sed etiam religionem, (quæ deorum cultu pō continetur) alpernabatur. *atmi sum p. in*: vel Ironicōs hæc Fulci verba suntagcipienda; vel fatendum est ei, tanquam profelyto, persuasum fuisse Iudaismum, sed id dissimulare apud hunc garrulum, à quo, ne proditus, maleaudiat apud Romanos. *ignores. ovyyvñb̄. μη*. formula valedicendi per deprecationem: fatis enim videbat Horatium nō æquo laturum animo, se ab eo deseriri necandū odiosi hominis molestia. *huncine solem*, exclamatio tacita cum vehementi indignatione. *fugit*, auersatur me, & abit. *improbus*, durus, fæsus, malè fatus, ut suprà. *sub cultro linquit*, in præstante peccato deserit, inquit Erasmus. Sumta metaphora à victimis iam iam cultro feriendis. *huc pertinent id genus adagia*, inter sacram & laxum, inter malleum & incudem. In acie nouacula, &c. quibus vti conuenit in periculis extremis & anxietatibus. *aduersarius*, quem garrulus vadatus fuerat, *quo tu turpiss.* iniquissime, improbissime, *adversarius*, licet antestari. De in ius vocando, & de antestando memoria prodidit cap. 5 ad leges 12. tabularum libro singulari. Jacobus Rævardus in elucidandis legibus nouū nuper lumen exortum, sed iam prō dolor, ante tempus extinctum; ex quo, quæ ad hunc locū facere possunt, pauca hæc desumimus: Qui ius suum volebant persequi, in ius aduersarium vocabāt; quem sequi nolentem, antestationis medio ducebant, & relutantem trahebant; siquæ opus esset, rapiebant, &c. ex eodem quoq; libuit hic adscribere eius legis interpretationem, quam Commiss. adserit. Si vis vocationi fuat: testimoni; Igitur em. capitulo antestari, hoc est, antestando, ad imitationem Græcorum, *ταρπηθος*, inquit ex Barnaba Brissonio. igitur em capitulo, id est, tunc eum capitulo, siue eum manu prehendito, rō igitur, nuac quidem, ait Festus, pro completionis significatione valer ergo; sed apud antiquos ponebatur pro inde, postea, tum. *rapit in ius*.

in iis. Licebat autem vadato aduersariū renitētū vi ducere, ex lege decemviralī; cuius hæc sunt verba apud Festum in verbo struere. Si caluitur, pedem ve struit, manū endoiacito. si caluitur, hoc est, si risu, vel technā quadam tonatur euadere, si te frustratur. Pedem struere, est vix pedē pedi præferre, otiosè ire, remorari, gradum minuere, vel augere, vt habet Festus. Ego certè putarim summum esse à luctatoribus, qui, vt euadat aduersarios, oppositis pedibus humili prouoluunt, *het voerken maken* Flandricè, quale est apud Pollucem lib. 3. in Gymnicis supplantare, subuertere, &c. manum endoiacito, hoc est, manum iniicito, rapito, ad pre-torem trahito, vt habet Plautus in Pœnulo. Ad huius autem verbi formam, endoiacito, habet Festus endoitiū, id est, initium, endoploratio, pro implorato; endoprocinctu, pro in procinctu. *sic me seruas Apollo*, ab eburnea Apollinis statua, cui suā vitam fert acceptam, designat Augusti forum, vbi vadatus garrulo factus obuiam has turbas dedit. Huius statuæ meminit Plin. lib. 7. cap. 5. Iuuenalis Satyr. 1. Sportula deinde forum, iurisq; peritus Apollo.

E C L O G A X.

L V C I L L I V S.

N E M P E incomposito dixi pede currere versus
Lucill. quis tam Lucill. fautor inepit è est,
Vi non hoc fateatur? at idem, quod sale multo
Vrbem defrictuit, charta laudatur eadem.
5 Nec tamè hoc tribuens, dederim quoq; cetera. nā
Et Laber! mimos, & pulchra poëmatā, miser. (sic)
Ergo non sat is est risu diducere riūtum
Auditoris: & est quedā tamen hic quoq. virtus.
Est breuitate opus, vt currat sententia, neuf se
10 Impediat verbis lassas onerantibus aureū.
Et sermone opus est modò tristis, sapè iocoſo,
Defendere vicem modò rhetoris, atque Poëta,
Interdūm urbani parentis viribus, atque
Extenuantu eas consuſtō. ridiculum acri
15 Fortius: & melius magnas plerumq; ſecat res.
Illi, ſcripta quibus comædia priſca viri est,
Hoc slabant: hoc ſunt imitādi: quos neq; pulcher
Hermogenes inquam legit, neque ſimiū iſte,
Nil præter Calum, & doctus cantare Catullū.
20 At magnum fecit, quod verbis Greca Latinis
Mifcuit. ò ſeri ſtudiorum, qui ne puterū,

Difficile, & mirum, Rhodio quod Pitheonii
Contigit: at ſermo lingua concinnus utraque
Suauor: vt Chio nota ſi commifta Falerni eſt.
Cùm versus facias, teipſum percontor: an, & cū 25
Dura tibi peragenda rei ſit cauſa Petilli:
Scilicet oblitus patriaq; , patrisque, Latinè
Cùm Pedius cauſas exſudet Poplicola, atque
Coruinus: patriū intermisſere petita
Verba forū malis, Canusini more bilinguis? 30
Atqui ego, cùm Gracos facere, natuſ mare citra,
Verſiculos, petuit me tali voce Quirinū,
Post mediam noctem viſus, cùm ſomnia vera:
In ſiluam non ligna ferias inſanius, ac ſi
Magnas Gracorum malis implore catervas. 35
Turgidus Alpinus, iugulat dū Memnona, dumq;
Defingit Rheni lutum caput, haec ego ludo:
Qua nec in ade ſonent certantia iudice Tarpa:
Nec redeant iterum, atq; iterū ſpectāda theatru.
Arguta mereirice potes, Dauoque Chremeta 40
Eludente ſenem, comis garrire libellos
Vnus virorum Fundans. Pollio regum
Facta canis pede ter percusſo, forte epoſ acer,
Ut nemo, Varius. duclu molle atque facetum
Virgilio annuerunt gaudentes rure tamœna. 45
Hoc erat, experto fruſtrā Varrone Aracino,
Atq; quibusdā alijs, melius quod ſcribere poſſem,
Inuentore minor: neque ego illi deſrabere auſim
Harentem capit̄ multa cum laude coronam.
At dixi fluere bunc lutulentum. ſepe ferentem
Plura quidem tollenda relinquendu. age, quafe,
Tu nibil in magno doctus reprendis Homero?
Nil comū Tragici mutat Lucilius Attil?
Non rideſ versu Enni grauitate minores,
Cūm de ſe loquitur, non vt maiore repreñſis? 55
Quid vetat, & noſme Lucill ſcrip̄a legenteis
Quarere, num illis, num rerum dura negariſ
Verſiculos natura magis factos, & euntis
Mollius? ac ſiquis pedibus quid claudere ſenū
Hoc tantūm contentus: amet ſcripſiſſe ducentos 60
Ante cibum versus, totidem canatus: Etruscis
Quale ſuis Caſti rapido feruentius amni
Ingentium: capſis quem fama eſt eſſe, libriq;
Ambuſtum proprijis: fuerit Lucilius, inquam,
Comis & urbanus: fuerit lümajor idem,
D-D' 3 65 Quām

- Quā in rūdi, & Grecis intēcti carminis auctō,
 Quām q̄ Poētarum seniorum turbā: sed ille,
 Si jores hoc nostrum fato dilat̄e in equū:
 Detereret sibi multa: recideret omne, quōd p̄lra
 70 Perfectum traheret: & in versu faciendo
 Sepe caput sc̄aberet: viuos & roderet vngueis.
 Sepe stylum vertas, iterum qua digna legi sint,
 Scripturus: neque, te vt miretur turbā, labores,
 Contentus paucū lectoribus. an tua demens
 75 Vilibus in ludis dictari carmina malis?
 Non ego. nā satis est equitē mibi plaudere: vt au-
 Contentis alio, explosa Arbuscula dixit. (dax,
 Men' moueat cimex Panilius? aut crucier, quōd
 Vellices absētem Demetrius? aut quōd ineptus
 80 Fannius Hermogenis latae coniua Tigelli?
 Plotius, & Varius, Macenas, Virgiliusq.,
 Valgius, & probet hac Octavius optimus, atque
 Fuscus: & hac vīnam Viscorum laudes, p̄terq.
 Ambitione relegata te dicere possum
 85 Pollio, te Messilla tuo cum fratre, simulq.,
 Vos Bibuli, & Serui. simul hu te candide Furni;
 Complureis alios, doct̄os ego quos, & amicos
 Prudens pr̄stereo: quibus hac, sint qualiacunque,
 Arridere velim, doliturus, si placeant spe
 90 Deterius nostra. Demetri, tēque Tigelli
 Discipularum inter iubea plorare cathedras:
 I. puer, atque meo ciuis hac subscribe libello.

C O M M E N T A T O R .

R E S P O N D E T ijs à quibus culpatuſ ſue-
 rat, quōd Luciliuſ verſus damaſſet in ea Satyra quę
 ſic incipit, Eupolis atque Cratinus, Aristophanē-
 que Poētae &c. Nam ibi dixit eum duros compo-
 nere verſus. Nam fuit hoc vitiosus, &c. nūc autem
 dicit non ſe Poētam improbaſe, ſed verſus eius,
 quos non ſuo, ſed ciuiſ ſculi vitio duros feciſſet.
 tempeſt. cōcedentis, quāsi diceret, fateor me dixiſſe,
 quōd asperos Luciliuſ & incompositos verſus ſcri-
 pſerit. inept. ſulte: inept̄ fauemus alicui, quan-
 do aperta eius vitia negamus. ut non hoc f. quōd fit
 asperior & incompoſitus. p̄ idem quod. id eſt, ſed
 in multo principes ciuitatis, multa venustē & io-
 cosē dixit. Allegoria eſt, multo ſale deſtricuit, pro
 plo urbanitate singulariter, ut eſſet perpetua metaphor-
 a in his tribus, ſale, deſtricuit, vrbem. pro eo quod
 eſt, mordaci urbanitate perſequetur ciueis Ro-
 manos, Mucium & Lupū: nā pro urbanitate plu-

raliter ſales proprie dicuntur, hoc modo, ſciamus
 autem Luciliuſ urbani ſalibus multos carpifūſe,
 deſtricuit. vehemēter affl. xii. & exacerbauit. charto
 eadem. in eodem Poēmate. nec tamen h. negat Lu-
 ciliuſ verſus magnopere mirandos eſt, quam uis io-
 cis & amaritudine abundant, nam ſunt nimis hu-
 miles in verbis & ſententiis. nam & Laberi m. hoc
 eſt, ſi propter facetas ſit admirandus Luciliuſ, idē
 ſentiendum erit de Laberio Mimographo, qui
 etiam facetus eſt in verbiſ, ſed caret tamē ijs quę
 ſunt perfecti operis. hoc argumentū eſt à compa-
 ratione. ergo non ſatis eſt. non ſatis eſt, inquit, au-
 diotori mouere riſum: quamuis non negauerim in
 hiſ etiam nonnullam, eſſe virtutem. Diducere riſu-
 tum eſt apto ore ridere, & riſum efficer. Riſus
 incerti generis eſt; nam & hic riſus dicitur, & hoc
 riſtum, mensura oris. eſt breuitate opus. breuitate
 orationis vtendum eſt ait, vt citò ſententia finiat-
 tur, ne defatigetur audiutor. Eloquentia namque
 virtus eſt, non tantum in eo, ut pauca copioſe, ſed
 etiam vt breuitate multa dicantur. ſic & M. Cato,
 & Sallustius laudantur multa paucis abſoluſſe. eſt
 sermoni op. id eſt, eo ſermone, qui modo triftis
 efficiat audiotores, modò latoſ, qui nunc defendat
 vicem, hoc eſt, partis oratoris, nunc Poēta, nunc
 urbani hominis, qui ſibi parcit & ſuis virbiſ non
 vicit, etiam ſi quid ingenij habeat & induſtria;
 vult consulto, id eſt, data opera minuſ poſſe videri,
 ridiculum acri for. interdum, inquit, venuste & ri-
 diculæ dicta magis mordent, quam quę acti & ora-
 tione turbulenta prolata ſunt. ſecat. mordet, lace-
 rat. illi ſcripta. antiqui Comediographi, ſcilicet
 Eupolis, Aristoph. Cratinus, hoc ſtabant. Abſolu-
 tè, id eſt, hac re conſtabant, placebant, quōd modò
 trifti ſermone vtebantur, modò iocoſo, ſuasq; fa-
 bulas temperabant. pulcher. Ironieōs, Hermogenes
 &c. Hermogenes modulator eſt, obtreſtator
 Horati. ſimiſ iſſe. notat M. quendā Demetriū
 quem ſimium nominat propter deformitatem &
 breuem ſtaturam: erat autem d̄magno ſolito, hoc
 eſt, modulator, hiftrio, actor fabularum, ad nihil
 aliud doct̄os, quām ad carmina Lucij Calui, & Va-
 lerij Catulli decantanda; quare fastidit eorum iu-
 dicium: quemadmodū in ſine huius sermonis ait,
 Demetri, tēque Tigelli ſcipularum inter iubeo
 plorare cathedras. doct̄us cantare. figura Gr̄eca, hoc
 eſt, doct̄us ad cantandum & imitandum. at magnū fe-
 cit. obiecio eius qui defendit Luciliuſ. O ſeriſtu-
 diorum. ὁμογένης, qui ſerò ſtudiis vacare ceppi-
 ſtis, qui ſeri eſtiſ ad ſtudia admittiſ. Caſtigat eos qui
 propterea mirantur Luciliuſ, quōd inſeruerit ver-
 ba Gr̄eca Latino carmini, quāſi non quiuiſ alius
 poſſit hoc facere, cūm Pitholeon Rhodius, ineptus
 aliquis Poēta, in ſuis Epigrammatiſ etiam Latinis
 Gr̄eca

Graeca immiscuerit. qui ne puteris. ne syllaba abūdat in sententiā. **et sermo concinnus.** altera obiectio. **concinnus.** compositus, ornatus, coniunctus. **ut Chio nota si com:** hoc est, si dulce sit commixtū auſteris. Nam Chium vinū dulce est, & Falernū auſterum. sic à ſcoparatione vult aduersarius Graeca verba Latinisimamixa orationē reddere concinnā. **nota sic.** Solebat Romani certis notis signare la- genas, amphoras & cados ad vina cognoscenda, ne à ſeruis fraſs fieret aut corrumperentur. **cum versus facias.** cum qui versus Lucilianos laudauerat, propterea quod Graeca Latinis admixta habeant, reprehendens interrogat, utru tunc ſolum hoc fa- caat cum versus ſcribit, an etiā quando cauſam di- fificillimā Petilli de ſurto Capitolino perorat con- tra Pedium Publicolam & Mellallam Coruinum, qui à Grēcīs vocibus ira abhorruerunt, vt Mellalla **genitivū,** Latinē funambulū reddiderit ex Te- rentio in Hecyra; vbi ait, Funambuli eodē accessit exspectatio, fuerunt hi duo Pediū Publicola & Mellalla Coruinus oratores Romē valde inſignes. Petilli autē genitiuus eft pro Petilli. **enodus.** cum ſudo, e agat, hoc eft, Latini pronunciet magno stu- dio & conſtantia. **ſcilicet oblitus.** Ordo eft, teipſum percontor, id eft, ex te quāro, cum dura, id eft, di- fificilis cauſa Petilli tibi ſit peragēda, an oblitus pa- trii patriſq; id eft, Latini ſermonis, malis inter- miſcere foris verba petita, id eft, Graeca, quām vti patrijs? **Canusini more b.** Canusini oppidū in Apulia conditū à Diomedē, à quo Canusini Graeca lingua accepérunt, quare dicebantur bilingues, quia vtebātur Graeco & Latino ſermonē, vnde tor- tus eius regionis traxtus olim magna Graecia dicta eft. **cum Gracos.** facere vellem, vt, Cum canerē re- ges & p̄cilia. **natus mare ci.** In mediterranea Italiz, nō in ipla Attica regione. **verus metalu.** Qui. Eleganter à Quirino ſe prohibuit ait Graeca mi- ſcere Latinę lingue, quoniā vtiq; Remulius vt no- minis ira etiā lingue Romānū auctor videtur eſſe. **poſt medianū n.** tūc enim liberior animus vera ſom- niat, quando pituita concocta eft, & ſenſus purga- ti à vinolentia & crapula. **in filiam non l. f.** quia Graeci auctoress ſuor plurimi: ergo Graecos verſuſ ſcribere ſi viſ, tu perdiſ operam, inquit Quirinus. **turgidus Alpi.** riualement quendam Poētam Gallum tangit, qui dum pugnam deſcrit inter Achillem & Memnonē, ita hoc facit, vt iterū videatur Memnona iugulare ſuis carminib⁹. **turgidus.** inflatus. **defingit.** male ſingit & format, male deſcrit. **lu-** **scum caput.** lutolum, quiaſ ipsuſ Rhēni fontem li- mpidum, deſcribendo faciat ſordidū & lutulen- tum. vt, muſco circumdata amara corticis. **hac ego lu-** **do.** Dum Alpinum Poētam ait ſuor verſuſ facere, ſc. dicit ludere, id eft, id genus carminis ſcribere,

quod Metij Tarpa iudicio nō ſubſiſciatur. **in ade.** Apollinis, vbi Poēta ſua carmina recitatant. cer- tanta, quaſi in certamen & prouocationem ve- nientia. **indice Tarpa.** Metius Tarpa fuit iudex criticus, auditor aliud Poēmatum & Poētarum in æde Apollinis ſeu Mularū, quō conuenire Poē- ta ſolebant, ſuāq; ſcripta recitare; quæ niſi à Tar- pa, aut alio critico, qui numero erant quinq; , pro- parentur, in ſcenam nō deferebantur; itcirco illud ait, **indice Tarpa:** hoc eft ſcripta mea criticū iudi- cem non exſpectant, quæ ſepiuſ audita, & populo ſpectata vileſcant. **arguta.** callida. **Cbremeta ſe- nom.** declinatione Graeca. **comis.** ſuavis. **garrire.** nugari. propter personarum humilitatem, quæ in Comœdia loquuntur. **vnuſ viuorū Fun.** Vnum Fundanum dicit illis temporibus Comedias be- ne ſcribere. **vnuſ viuorū.** vnuſ inter omnes vi- uos. **Pollio regum f.** Pollio eft optimus Tragedio- graphus. **pede ter percuso.** id eft, ter dimenſo; nara Tragedia trimetris verſib⁹ ſerē texitur. **forte epos** - **aver.** id eft, Varius aer ſeu vehemēs vt nemo aliud, hoc eft, optimè canit forte epos, hoc eft, epicū car- men validum, & gratiiter, ſeu magno ſpiritu pro- nanciantum, eft enim longum. **ductu molle.** hoc eft, verſum molle & aequalē facetumq; Muſe concesſerunt Virgilio. vnde appetat illo tem- pore Virgilium Buco, i.ca & Georgicatantū ſcri- pſiſſe, quia dicit Camoenz, id eft, Muſe gaudentes rure, agris & paſciuſ. **hoc erat expoſto.** ordo eft, hoc erat quod ego melius poſtem ſcribere, quām Varro Atacinus & alij multi, qui conati ſunt ſcribere Sa- tyras, quas non ſatis laudabiliter ediderant. **Varro Atacino.** Varro Atacinus dictus eft, ab Atace flu- uio Narbonensi. **inuentore minor.** id eft, Lucilio, quem ſibi p̄fexit, tanquam Satyræ inuentorem. **dixi fluere.** In Satyrā quarta, ſepe ducentos, inquit, vt magnum verſus diſcretabat ſtan's pede iu vno, cum fuerit lutulentus, &c. **plura quidem toll. r. tolle- da.** id eft, laudanda; non contemnda, ſed imita- tionē digna. **age queso tu.** interrogatio Ironica, quaſi dicat, non miruſi cum reprobandi, & mino- rem tamē eo me dicam, tu ḡge, id eft, dic obſcero, nōne aliquando reprehendis Homerum, nec ra- men p̄fert te illi? **gravitate minores.** minus gra- uis quām oportet. **nil comis.** elegans. nunquid Lucilius ipſe mutat; id eft, emendat, reprehendit, corrigit, vituperat aliquid in Atrio Tragediogra- pho? **non ut maiore.** non tanquam maior ſit his quos reprehendit. **quid voras.** quid prohibet me quie- re, num illius natura; an magis earum rerū quas ſcripſit, diſcultas negaret ei verſus molliores? **ma- gis factos.** perfectiores & magis politos. **eunteſe** **mollius.** metaphorā, quia ſuis quāli pedibus currit yersificuli, leniūs & non aſperius fluentes. **ar ſi quie** **pedibus.**

pedibus. sensus est, si quis inueniatur hoc tantum
Contentus claudere, id est, ut claudat aliquid, con-
cludat & finiat sensus pedibus. i. hexametris versi-
bus, quod fecisse videtur Lucilius, numerum ver-
suum potius amans, quam ornatum & molliet.
Etruscis Parmensis, quia de Parma fuit, que est
Etroriz ciuitas; cuius Tragedia Thyestes extat,
rapido seruentius. Cassium Poëtam comparat amni
rapido, qui multa purgamenta secum trahit; ita
Cassius multos versus parui momenti scribebat;
ideo post eius mortem decrevit Senatus, vt libri
cum caduere exurerentur. *cessis.* in quibus sua
Poëmata conclusa erant. *limator.* politior, emen-
dator. sensus est, sit Lucilius limator quam ruditis
auktor carminis & intacti Græcis, id est, non visitati
& usurpati à Græcis scriptoribus: Nam Lucilius
primus inuenit Satyram. *Gracis intatti.* nulli enim
Græcorum hexametris versibus hoc genus operis
scriperunt. *quamq; Poëtarū.* hoc est, Lucilius fer-
pserit Satyram politius & ornatus quam omnes
priores Poëtae Latini, & omnibus illis præferatur.
si foret hoc. si hoc tempore natus esset Lucilius, mul-
ta sibi detraheret, multa adderet, ut placeret audi-
toribus: quia nunc student omnes lenitati: per hoc
ostendit eum satiris incuriosè scripsisse. *deterret.*
auferter, detraheret, demeret. *recidet.* amputaret
quicquid redundaret. *quod ultrap. s.* superflua, &
non necessaria. *vivis & roderet.* vivos, id est, carnii
adhærenteis, integros. Pers. nec pluteum cedat, nec
demorsos sapit vngueis. Sæpe enim hoc faciunt
qui volunt inuenire quæ placent. *sæpe stylum v.*
vt deelas & emendas verso stylo, ut legi mereantur
tua scripta. *contentus paucis.* noli laborare ut pla-
ceas multis, sed paucis & doctis esto cōtentus tan-
quam melioribus. *an tua demens.* hoc est, an malis
placere pluribus quam melioribus, ut etiam libra-
rij in ludis litterariis dicitent pueris adhuc rudi-
bus tua carmina? *non ego.* supp. malo placere plu-
ribus quam melioribus. *equitem nibi pl.* Roma-
num, scilicet, sapientem & doctum. *audax Ar-
buscula.* Arbuscula mima fuisse traditur, quæ cum
ab irato populo exploderetur, id est, strepitu &
plausu ejiceretur, ab equite autem laudaretur, aie-
bat se contentam esse virorum honestorum testi-
monio. Arbuscula erat meretrix fuit, quales secum
fuerit Licoris & Origo, *explosa.* improbata, ciecta.
cimex. iniuriosè. *cimex,* id est, sordidus, foetidus, pu-
tidus, abiectus. *Pantilius.* nomen est vilis Poëtae
& malevolentis. *volvist absentem.* me, supp. laceret.
Demetrius. quem supra simium nominavit. *Furni-
sus Hermo.* id est, scurræ me vituperent. *Viscorum
laudes v.* Visci duo fratres fuerunt optimi Poëtae,
& iudices critici. quoru pater Vlbius Viscus quam-
uis diuinitus, & amicitia Augusti clatus esset, in e-

questri tamen ordine permanebit cum filios suos
Senatores fecisset. *ambitione relegata.* remota
gratificatione, repudiata auctoritate: tangit eos
qui parcebat viciolis carminibus amicoru. *Fusci.*
Aristius. *eno cum fratre.* Publicola. *vos Bibuli &*
Serui. familie sunt Romanoru. *simul hū.* pro eo
quod est, cum his. *Furni.* Furnius historiarum fide
& elegancia claruit. *complurcias alios.* ordo est, dice-
re post illum complurcias alios, quos ego prudens, id
est, sciens doctos & amicos, prætero, quibus hæc
Poëmata mea, qualiacumque sint, velim arridere,
id est, probari, placere; doliturus si placeant dete-
rius nostra spe, id est, minus quam speramus. *dis-
cipularum.* in schola mimarum. Vituperat eos Poë-
tas, qui pro discipulis habuerunt in scholis mimar-
um cœtum & histriionum. *I puer atque meo,* vult
videri Horatius, *au^bg^cdiat;* hoc est, ex tempore
venisse sibi in mentem hos versus.

C R V Q V I V S.

CV M videret Horatius Luciliij scripta præ-
ter meritum tanti à Romanis plenisq; fieri,
quātī alicuius alius nulla, suprà Ecloga quarta sto-
machosis in eum inuenitus, durum, purā, nomi-
nans in suo carmine compانendo, lutulentumq;
& garrulum, qua gratia ab eius fautoribus nō par-
ua malevolentia, nota aspersus, hic multis argu-
mentis non dubitat ijs respondere id à se iure fa-
ctum esse. In primis de compositionis asperitate,
statuit eos arbitros, num recte senserit. Quantum
ad garrilitatē spectat, quæ hic præcipi co^mpōdū,
ad breuiter urbanèque dicendum ostendunt mani-
festò, eum futili dicacitate, dum risum captat, pæ-
nè scurriliter auditoribus fuisse grauem. Græci-
tatis autem studium, quo concinnus habebatur, re-
prehendit in eo, ab vsu forensi, & decoro Latini
sermonis. Porro in eo, quodd dixerat Luciliij versus
lutulentos fluere, demonstrando, tam varius est,
hic amphibolia, illic ironia, ut nō immixtò de eo
dici possit, si laxes, ereptis si stringas, euadit: nam-
que aduteriatis concedendo eum comem fuisse &
urbanum, hoc ita facit, dum de moribus eius æui
dubitat & ingenio Luciliij, ut vel inuiti fateri cog-
antur eum in scribendo fuisse scabrosum & hor-
ridum: & quam virorum doctorū plus turbæ, in-
ceptorumque laudē, nec nō applausum ambiuisse.
nempe incomposito. Nempe, aduerbum est assen-
tientis, ut scribunt Valla, Linacer, & alij Grammati-
ci; quo libenter vitetur Horatius ad interrogatio-
nē, ut Saty. 7. li. 1. tibi quid sum ego? nempe, supp.
cōseruus es, ut ibi docebim⁹. Deinde epist. 16. li. 1.
Respondēsne tuo, dic sodes, nomine? nempe. ad
hunc modum respondeat hic Horatius interrogati-
onē tacita; & more Comico sumit exordium ex
abrupta

abrupta confessione: atque hoc argumento necesse est eos versus assicitionis esse, qui in aliquibus manuscriptis codicibus huic Eclogae prepositi leguntur, ut omittat in eis nihil quam simum quedam apparere Horatianum, nam & dictio parum conuenit, & argumentum Satyræ non in Lucilium, sed eius fautores diriguntur. Ad hæc quis non aduertat combinationem eorum versuum cum verbis Horatianis planè esse adulterinam? quos lumen hic adscribere ex vno tantum Martinio cod. Lucili, quamvis mendosus, teste Catone defensore tuo, pervincit: qui malè factos emendare parat versus: hoc lenius, ille quo melior vir hic est, longè ac subtilior illo, qui multum puer & loris, & funibus vobis exhortatus ut esset, opem qui ferre poëtis antiquis posset. contra fastidia nostra Grammaticorum equitum doctissimum: ut redeat illuc: nempē incomposito dixi: pēde currere versus Lucili, &c. quod sale multo. late multo defricare, est acrius mordaciusq. aliquem notare: sumta metaphora ab vsu salis, teste Plin. lib. 31. cap. 7. In omnibus enim cibus est condimenti vice, & auiditatem inuitat: ergo hercle, inquit, vita humanior sine sale nequit degere, adeoque necessarium elementum est, ut transierit intellectus ad voluptates animi quoq; nam ita sales appellatur, omnisque vita lepos, & summa hilaritas, laborumque requies non alio magis vocabulo constat. In hanc sententiam suprà Ecloga 7. dixit perfundere accepto. charta laudatur endem. laudatur, iugans accepientum est, quemadmodū paullò post ait, nil comis tragicis mutat, &c. nihil enim quān fautores Lucilius nōo suspendit adunco, & in hac, & in Ecloga suprà. dederim quoq; est. dare seu faceti debo in Lucilio esse quæcumque in bono poëta desiderantur. nam sic & Labori m. argumentum à pari. Hic Decius Laberius eques Romanus fuit, in fine suorum ludorum, in quibus certaverat cum Publio μυσθόν, donatus à Cæsarē Iulio annulo aureo, & quingentis sestertiis, Publio palam ferente, ut referunt Suetonius & Macrobius. Is etiam Ciceroni, aliquando dicenti, recipere mente, nisi angustè sedemus, respondisse fertur, at qui solebas duabus sellis sedere: notans eius levitatem in ciuiili tumultu & inconstantiam. mimos. pūlos sunt scenici versus: sed nō numquam & ipsi mimographi, & histriones qui pronunciant, censentur hoc nomine, ἀπὸ τῶν μίμων: diducere ritum risu. est restrictis labris nudatisque dentibus ut rideant præsentes efficere, ut ait Appuleius, restrictis fortes si labellis riferis: Ducta metaphora est à canibus, qui iratim ringunt, & rictum difendent. huic contrarium est contrahere rictum, de mestis & meditabundis. Et est quādam tamen.

tmesis. Et tamen, pro attamen; per Enallagen conjunctionis virtus. vis & facultas pulchri poëmatis, est breuitatis opus. ex ἀντώνῳ subindicit Lucilium suisse garulum & hiulcum, ut cuius sententia & inæqualis, & nimietate verborum delafaret auditores: hæc namque breuitatis partes sunt, ut æqualiter sententia decurrat ad exitum & tantum sit verborum, ut ait Cicero 2. de oratore, quantum necesse est. Et sermonis opus est. varietas distinctionis que est in affectibus mouendis pro ratione temporis, loci & personæ, satis arguit Lucilium nimisquam pro officio suis propensum in male dicentiam, ut qui neque rhetoris in appositiō dīcendo, affectibusque concitandis, neque urbani parteis exequatur in simulando, nulla vel argumenti vel stylī cura. interdum urbani. urbanus pro vafro & callido, qui parcit viribus ingeni, & eas extenuat: hoc est, qui dulcis est & facetus, festiuq. sermonis, atque in omni oratione simulator: qualē Socratem accepimus, quem ἤγρα Graeci nominauerunt, ut ait Cic. ridiculum. hoc est, sales non dentati, ut ait Seneca: Nam salsum, inquit Quintilianus de risu lib. 6. in consuetudine pro ridiculo tantū accepimus, natura non viisque: hoc est, quamq; àm & ridicula oporteat esse falsa. hæc Quintil. cuius alia scripta huc pertinentia prolixitatis causa omisimus. ridiculum itaque hīc iocus est lepidus, qui serio est contrarius. magnus plorūnque f. r. Risus enim rerum maximarum momenta vertit, inquit Quintil. dum odium iramq; frequentissime frangat: documento sunt iuuenes Tarentini, qui multa de Pyrrho-rege securius inter cœnam locuti, cum rationem facti reposcerentur, & neque negari res, neque defendi posset, risu sunt & opportuno ioco elapsi: namq; vñus ex iis, imo, inquit; nisi lagena defecisset, occidissent nos te: eaque urbanitate tota est inuidia criminis dissoluta. nil praeter Caluī. hoc est, qui nihil quam in scena decantabant carmina C. Licinij Caluī, & C. Valerij Catulli: quorum vitas legitio apud L. Gregoriū Gyraldum lib. 10. Histor. poët. at magnum f. rem magnam & admiratione dignam. οὐ ποτέ f. fautoris Lucilij per ἑρμηνειαν. Graeca autē miseric Latino sermoni, numerat alibi Cic. inter vitia orationis, ut qui non nisi in argumentis minus seruis id facere voluerit. Quod offedit Tusculana prima. imo quām ferat ægrè Latinos viros Graecē differere, cum aliis multis in locis, rūm præcipue id in confessio est ab initio lib. 1. de finib. bon. & malorum. ὅστις studiorum. exclamatio in reprehensionem tam insulsi iudicij. Seros studiorum Graeci vna composita voce exprimunt ὁψιφόρος: ὁψιφόρος enim est sero discere, hoc est, ὁψιφόρος ιδιοτελεῖς, estate iam vergente: cui contrarium

est *παιδογέθης*, à puerō discere, & primis annis, qui ne parentu. Hac adiectione syllabica videtur gaudere Ho: at nā præterea semel aq; iterum ea vñus est. videtur autē mibi esse Atticissimus quidā, pro oīs, qui vtique, qui certè, &c., nam ea particula yī familiaris est Demostheni in ea significacione, & optimis quibusque scriptoribus. Hanc lectionem, qui ne parentu, habent omnes scripti codices. Rhodio quod Pitholeontie. Ex Pseudacrone hoc loco præter viginti Demetrios à Diogene Laëtio in vita Demetrij Phalerrei enumeratos, Gyraldus lib. 3. Histor. Poēt. adsingit vigesimum primū Latinū, cùm alij omnes Graci fuerint, 14. philosophi, & lex poēta: Hunc autem simiū scribit ab Horatio cognominatū, quod aliena carmina vel cantaret, vel æmularetur, insuper perhibetur, inquit, à Grammaticis fuisse *ἰερωνύμος*, hoc est, qui amatorios versus ficeret. An autem sint alij præter Pseudacronem, quos perlustrari Gyraldus, qui Demetrij cuiuldā Latinī meminerint, me profectò latet: Ego hunc non *ἴερωνύμον*, sed *δευτερόνιον* video a Pseudacrone vocitatum: vel potius, vt habent adnotationes Blandiniæ venerandæ antiquitatis, *δευτερόνιον*. Quo argumento non omnino certe futili (vt mihi quidam videtur) facilè adducor, ut credam hunc non Latinum aliquem, sed eum esse Demetrium, quem Laëtius memorie prodidit Comœdiām lcripsisse, cūmque Rhodium natione, quem, quod odio-sius vellicaret absentem, Horatius primū simium, quod ad imitationem Lucilij Græca Latinis immiticeret, nominat, non eriam ab imperitia, cùm sit relatus à Laëtio in doctorum catalogum.. Deinde Pitholeontem vocabulo mordaciū efficto, ἀπὸ τοῦ πιθοῦ λέσχης, hoc est, quod in imitando scribendōque minus obseruaret decorum, sed crudelius insultaret in alios: est enim *πιθολέσχης*, simiuulpa. Nisi quis malit Pitholeonta interpretari simium bistrionicum. nam *λέσχης*, *στροφής*, etiam erat genus saltationis horridulum apud Pollucem & Athenæum. Postremo modestius cum compellat nomine proprio Demetrium, inquiens, aut crucier quod vellicet absentē Demetrius: Cui, quod Græcus inter Latinos Romæ versaretur, contigit, vt Græcis suis scriptis quibuldam Latinas voces insereret; quemadmodū Lucilius Latinas satyras nonnumquam juberet Græcissare. Quē fortasse tutatur iecirco aduersus Horatium, vt libi quoque patrocinium querat. *at sermo lingua con-* Altera anthypophora à compositione penitus insipida, quasi vitraq. lingua non sit ex æquo per se concinna, lepida, faceta, iucunda, & elegans, sed ad maiorem gratiam, altera alterius indigeat. *cum versus*

fac. Anastrophe aduerbij interrogati; an, quod in ordine præponi debet hoo modo, an, cūm vertus facias, & cūm dura causa Petiliij, & c. tu oblitus sapientis patrisque, & magis intermixtū Graeca Latinius, quām purè & clare Latianeque eloqui: &c. Hoc autem confutatio est ab vñsu forensi, auctoritate clarissimorum oratorum, & decoro sermonis patrīj. Tons. codex hic habet, teipsum percontor, & an cum. sed omnes ad vnum codices scripti habent, patrīq. patrīque Latinī, verū adnotatiōnes Bland. codicis vetustissimi sunt hæ:cūm exsudet, id est, cūm sudore, & omni instantia Latinā recitet, Latinā ptoferat. Quæ veram & antiquam lectionem corruptam esse demonstrant quasi ad oculum, quemadmodum notavit quoque Lambinus ex scriptis legendū esse, Latinā. *Canusini mare bilinguis*. habet Pseudoporphyrīo hoc loco hūc versum ex antiquo aliquo poēta in Canusinū (vt appetat) aliquem detortum, purā, ideo ergo Bruniūs brichace bilingui: qui versus ita vacillat, vt neque mens, neque pes suum officium faciat. atqui poterit hoc fortasse modo sanari: Brutius ergo ideo *σίγην Σεύχαν* bilingui: ita vt hæc ciumententia sit, Brutius, id est, Canusinus, nam Brutij populi supra Lucaniam incoluerunt, teste Strabone lib. 6. Apulis proximi, vt videre est in tabulis Ptolemaei. Ergo ideo, id est, tum, vt habet Festus in dictione, igitur. *σίγην Σεύχαν*, pro *ἴσφων*, per aphæren augmenti, hoc est, ore infremituit bilingui, hoc est, Græco & Latino, seu Osti, vt habet Festus in dictione bilingues. Si quis autem plura huiuscmodi carmina Græcolatina desideret, legat Noniū in dictione Cōpernes. *atqui ego*. argumentum poēticum elegans & facetum, quo quasi oraculo monitus suader Romanis viris, vt, suo exemplo, ne aut Græcos versus insani faciant, aut Græca Latinis interteuant. *mare citra*. Anastrophe, pro, citra mare, nimis rū Tyrthenum, in Apulia, non in Sicilia, non Achaia, & c. *cū somnia vera*. sunt de somniis moderatis, veris, ferinis, Plato in principio lib. 9. de republica. Ouid. in Episto. Heroid. Tibull. lib. 3. Hippocrates, &c. *in siluam non lig. f.* hæc verba sunt Quirini seu Romuli ad Horatium *surgidus Alpinus*. Hic non minus ab impurissimo Pseudacrone vanissimq.; quam in Demetrio Latino sucus factus est viro doctissimo L. Gregorio Gyraldo, qui lib. 4. Histor. Poēt. inter poētas recenset Cornelium Alpinum: & nescio cur eum potius ex Pseudacrone non appellari *Vianum Gallum*, nisi ob cā forsitan causam, quod Pseudoporphyrīo sua quadam Latinitate dexterius viris doctis novit imponere: Nam Pseudacron tā est in multiplici commento multus, confusus, ineptus & plane barbarus, vt ei *sepe*.

Sæpè, vel iurato nemo facile credat. Pseudoporphyr. hoc modo paucis & aperte scribit: Cornelius Alpinus Memnona hexametris versibus nimirū descripsit. At Pseudacron suo more varius & antea quidam Polypus sic habet: Alpinus hic Memnonis bella descripsit, &c. vel: Vzialium (in scriptis adnotationibus legitur Vzialum) quandam poëtam Gallum tangit, &c. Verum ut Gyraldo cum multis viris eruditissimis veniam demus, & ad institutum tenet tamen, nostram hic opellam benignus lector boni consulat. In Commentatore pro Vzialio, probabili conjectura (ut arbitror) legitimus, riualem quandam, &c. Deinde pro Cornelio Alpino (qui quod rituus esset apud Augustum, satis inuidiosè sic agnominatus est ab Horatio) restituimus ex Seruio & Eusebii Chronicis. Cornelium Gallum Foroiulensem, poetam præclarum, & Virgilio amicissimum: Qui anno ab urbe condita 741. primus Aegyptum nomine Cæsaris prouinciam tenuit interfecto Antonio, natu Foroiulij (qua gratia Alpinus est Horatio) anno ab urbe condita 681. anni 4. Virgilio, nouem vero senior Horatio, aut circiter: In primis Augusto carus, sed cum veniret in suspicione coniurationis in Cæsarem, aut occisus est, teste Seruio, aut propria manu se interfecit anno etatis sua 43. ut refert Eusebius. iugular dñm M. in hoc verbo iugular, & eplheto turgidus, aperè sumtas elucescit inter Horatium & Gallum, nam eum fuisse melioris nota poëtam in confessio est ex Sileno Virgilij, Qui canit errantem Permessi ad flumina Gallum Aonas in monteis reduxerit una sororum, utque viro Phœbi chorus asurrexit omnis, &c. Quinimo Gallo inscripta decima Ecloga non obscurè contestatur quanto honore Gallum sit dignatus Virgilius, ubi & amori suorum cuī Cytheride libros & Euphorionem Latinè à se redditum donavit immortalitate sub eius persona inquiens, Ibo & Chalcidico quæ sunt mihi condita versu carmina pastoris Siculi modulabor auena, &c. Porro de amoribus suis cum Cytheride, quæ eo deserto Antonium ad Alpeis usque fecuta est, ita conqueritur: Tu procul à patria (nec sit mihi credere tantum) Alpinas, ah dura, niueis, & frigora Rheni me sine sola vides, ah te ne frigora lœdant, ah tibi ne eneritas glaciec secerat aspera plantas, &c. iugular dñm Memnona. Iugulatum ab Achille commemorat, quod ideo tam mordaciter eloquitur, quia duriusculè fortassis in Latinū ferritionem transstulerat scripta Euphorionis de pugna Memnonis & Achillis, de promoto ex Homeris monumentis argumento. Ne quis autem me in hac interpretatione nugas agere dicteret, pro me huius oleorum loci abunde satis

faciet, frustra namq; & inscritè meminerit hic Horatius Alpinus, si es nullā Græcis scriptis operam dederit quæ pro argumēto præsentis non sint obnoxia calumnias: prætereat quod hic Alpinus sit Gallus poëta, id infrias ire nemo facile poterit, qui subseq[ue]nter versum, pura, dumq; defingit Rhe[ni] luteū caput, &c. cū supra dictis Virgilij cōferat, nimirū Alpinas, ah dura, niueis & frigora Rheni me sine sola vides, &c. Nā verisimile est omnino in suis quatuor Amorum libris, ut habeat in Gallo Virgiliano Seruius, eū & Alpeis descripsisse, & Rheni caput luteū definxisse, nō quod luteū sonum habeat, sed quod luteum faciat ipse describēdo male, sic & luteū de vili toremate dixit Cicero. Veri, hæc ego hudo. huiusmodi poëmatia meditor & illudo chartis, quæ vulgata nolim decantari, vel in theatris exhibita imperitæ multitudinis appetitum captare, vel Metij Tarpæ alteriusve critici subire cœsuram. his verbis ex obliquo Gallum præcipuè rapit in intidiam; perinde ac si vel publicè exhiberi curaset à se versum Euphorionem, vel in æde Apollinis recitari. in eadem. Apollinis & Musarum, quod poëtæ Latini sua carmina cerebant recitabantque, quemadmodum Græci in Atheneo-Minervæ templo. arguta more tritico p. digressio ab instituta reprehensione Lucilianorum ad amicos suos & factores, quibus ab inïdo, studio & diuinitate naturæ facultatibus obiter collaudatis, venit ad suos ludos poëticos, quibus se, duce natura, non mediocriter delectari fatetur. comicæ garrirre. comis, id est, suavis, habent tres codices Blandi. cum Marr, sed Tonf. habet comeis, id est, comicos. Diuæ. habet comeis, ornatos vel curialis. Interim mihi, comis magis probatur, hoc modo, tu unus viuorū comis, id est, facetus, elegans & urbanus, ô Fundani, potes garriri libellos, &c. id est, comedìa argutam scribere. sic in vita Terentij, quicquid come loquens, &c. Garriri autem est argutè & dicaciter effundere & eloqui, ut dicimus ludere poëma, γερῶν διθλα. Pollio-regum. quemadmodum Fuldano tribuit posse garriri, propter personas Comicas, in quibus inest actionis magna lenitas, ita dicit Pollionem tanere facta regum-pede ter percussio: alludens per Senarij trimetri trianam dimensionem ad personarum Tragicarum grauitatem, quæ magno sæpe fastu in scenis inter agendum pœdibus tabulata pulsant, forte epos acer. Ita tribus codicibus Blandiniis & Buſl. hi-versus ad hunc modum leguntur, forte epos acer: ut nemo, Varius, ductus molle atque factum Virgilio annuerunt gaudentes rure Camænæ. quæ lectio cum mihi magnopere probaretur, nolui cōmittere in utilitatè publicâ tantu[m] facinus, ut ea posteritati nō traduceretur. Si quis autem

autem ex me sciscitur, quo id argumento tanto-
pere aſſuerem, dicam planè quod ſentio: nimi-
tum meo animo videri penitus absurdum, ut acer
Varius ducat forte epos, nam ducere mollioris eſt
carminis & facilioris, quām ut versibus epicis
meiſtate & auctoritate refertis, conuenire poſ-
ſit. at id ut canatur, recte requirere alacritatem,
ingentēque ſpiritu, atque vim quandam ani-
mi pŕſentem propter grauitatem & pondus epi-
ci carminis: Mollia verò faceta & mediocria duci
poſſe, & facili moderamine decantari, ſine ma-
ggo verborum rerumque ſtrepitū, ut quæ ferè yl-
trō ſequuntur; qualia lunt, *πάντα ἡ βρυχόμενα τούτα*
πάντα ἡ γέγονα, Virgilii, adquæ non incertum eſt alluſi-
ſe Horatium. *forte epos*, carmen robustum Persio,
epos enim, ut ſcribit Diomedes, carmen eſt hexa-
metron, diuinarum rerum, & heroicarum huma-
narumque comprehenſio. *πάντα ἡ βρυχόμενα τούτα*
πάντα ἡ γέγονα πάντα μάλιστα, *πάντα ἡ διθύραμβος μά-
λιστα πάντα*, hoc eſt, in
epico quidem carmine Homerum maximè ſum-
admiratus, in dithyrambo Menalippidē, ſed in tra-
gedia Sophoclem: hinc dicti ſunt Epicī poētis,
Heroici, *καὶ τὸ κλεψύδρην*. *dactylo malleo atque f. V. facie-*
tum, inquit Quintilianus, lib. 6. cap. 4. non rātum
circa ridicula opinor conſistere, neque enim dice-
ret Horatius facetū carminis genus natura con-
cēſſum eſſe Virgilio, decoris hanc magis & excui-
ta cuiuſdam elegançie appellationem puto: Ideo-
que in epistolis Cicerō hæc Brutis verba referit, ne
vlli ſunt pedes faceti, ac deliciis ingredientes mol-
lius: quod conuenit cum illo Horatiano, Molle
atque facetum Virgilio, hæc Quintil. *boceras, ex-*
perto. regreſſio ad id quod propoſaerat, ut pote ad
diuendam inuidiam aduersariorū: ſimil & ex
ἀκολούθῳ declarat ſe gaudere molli & faceto car-
mine: quod Varro Atacino & quibusdam aliis
(quorum nomina conſulto ſubtinet) natura nega-
tum dicit. Varro Atacinus cognominatus eſt à vi-
co vel fluvio Galliz Narbonensis. Eusebius in
Chronicis, P. Terentius Varro in viro Ataco, in-
quit, in Provincia Narbonensi naſcitur Olympiade 175. qui poſtea trigesimum quintū annum
agens Græcas litteras ſummo ſtudio didicit. Vide
Quintil. lib. 10. *inventore minor*. Hæc ironicos
intelligenda nemo inficiabitur, ſi cognouerit hic
antithetis eſſe tacitam, ſe, putā, molli carmine de-
lectari, Luciliu verò durius ſcribere quod ſub
reprehensionem cadit: quo ergo pacta verè quis
afferat Horatium eſſe Lucilio inferiorē? Si verò
quis rō minor, exiſtāmet ad ætatem, non etiam ad
carmen eſſe referendum, ut ita res ſele habeat
(natus eſt enim Lucilius Olympiade 158. Horatius autē Olympiade 179.) tamen nō crediderim
de annis eſſe contentionem, ſed ſcribendi carmi-

nis ratione; quo nomine & quæ ſequuntur rīſi
ſubſeruiuntian non eſt id Lucilio coronam detra-
here, eum incompositū, garrulum & lurulentum
notare: *cum laude coronam*. videtur alludere ad il-
luſ Lucretij lib. 4. iuārque nouos decerpere flo-
res, inſignēmq; meo capiti petere īndo coronam.
as dixi fluere L. Saryra 4. cūm fluere lurul. luru-
lentus autem propriè eſt luto & coeno plenus, *πλάνας πλάνας πλάνας* at hic pro vitioso ponitur me-
taphoricōs. fluere lurulentum Luciliū, allego-
riōs eſt cum ſcateri vitiis & inepta garrilitate.
ſapientem plura q.s.r. notabilis *αὐγήσθαι* in hiſ
duobus verbalibus, tollenda, relinquentis; que vel
in bona partem vel malam accipi poſſunt: nam
ſpectes eum fluere lurulentum, id eſt, vitiis re-
dundantem, ſenſus erit, plura in eo tollenda eſſe,
hoc eſt, excipienda, rēſcindenda, damnandāque
relinquentis, hoc eſt, quām que relinquantur &
probentur; in qua ſententia videtur eſſe Quintili-
anus: ſin autem examines que continuo ſubſe-
quuntur, videberis aduersari debere priori ſenten-
tia, ita ut tollenda probentur, & damnantur relin-
quenda, hoc eſt, plura ſunt imitatione digna: in
qua opinione ſunt alij propter dictionum verba-
lium proprietatem & viſum: ſed ea ratio infirmior
eſt. malim ſic à minore colligere: ſi quid in ma-
gno reprehendas Homero, cur mihi non licebit
in aliquibus docere incompolitum ſuile Luciliū?
dōctus ēρωτης. *comis*. urbanus, facetus, ſed que
urbanitas quæſo in gartulare, & nimis mordaci
dicacitate, cuius vbiq; inſimilat Luciliū. *νερον* *dura*. plerumque enim ornari res ipſa ne-
gar, contenta doceri; iuxta Maniliū. *ac si quis pedi-
bus quid claudere*. hanc lectionem habent omnes
scripti codices quos ſecutus ſum, ut hæc ſit ſen-
tentia, perinde ac ſi ſatis hoc ſit ad commendatio-
nem nominis, ſi quis amet ſcripſiſſe ducentos ante
cibum vers. &c. hoc vno ſit contentus, ut aliquid
verſibus Heroicis poſſit diſcribere, ita ut interro-
gationis continuauita vſque ad vñ fuerit, perduret.
Lambinus legendum cenſet hoc modo, *ac ſit quae*
pedibus quid c. f. ſed neſcio an id aſſerat ex ſcripſiſſe
codicibus. Duo codices Bland. Dīn. Būſi. habēt,
ac ſi quae pedibus qui. z. f. &c. Claudere verbum
pertinet ad rationem & numerum carmina hexa-
metri, quod ſenſis pedibus clauditur, finiſtur &
conſtar. *ſcripſiſſe*. Enallage temporis plusquam
perf. pro pŕſentis ſcribere. *ducentos*. multos; fini-
tum pro infinito. *Etenim quale fuic*. C. hæc tacita
quædam nota eſt Caiſij Seueri Parmensis, ab in-
genio nimis quām ſatis luxurianti, ſed ea non
multū abſet à laude, erat enīma Caiſius poēta nō
ignobilis; quod ſubindicat hoc ad Tibullum lib. 1.
Scribere quod Caiſi Parmensis opuſcula vinceat.
capit. quem fama eſt. de genere mortis ipſius Ca-
ſij diſſentit.

sij diffentit ab Horatio Valerius Maximus lib. 2. cap. 7. de somniis. Præterea Orosius lib. 6. cap. 19. Et Cassius Parmensis, inquit, ultima violata pars Cæsaris victima, &c. fuerat enim securus partis Cassij & Bruticonta Antonium & Cæarem, ut videre est apud Appianum Alexand. bellorum Ciuit. lib. 5. *ambos sunt propriis*. occasionem sumisse. videretur quod tot scriplerit libros, ut facilè nella alia materia adhibita ex iis rogos construi potuerit, inquit Wouardus. fuerit *Lucilius in.* Concessio ad euineçendā vel in uiris aduerfariis asperam Lucilij garrulitatem, fuerit *limatior idem quam rus*. ordo verborum talis est, fuerit idem *Lucilius* auctor carminis Satyrici intacti Græcis, limatior quam rudit, &c. ita ut rō quam, medium locum teneat inter comparatiuum & positivum eiusdem casus, non satis visitata (fateor) structura; visitatus namque dixisset limatior quam rudit: verū ut auctores extra inuidiam collocati, consulrō sepe negligunt superstitiones grammaticos, ita nihil opus est ornationis dictoris gratia, obsecutus & perturbatus interpretari sententiam, quam clariss & commodiūs. Quia ad hanc quoq. loquendi formam Columella lib. vlt. sic scribit: icorco reddit timidiorem quam virilem pluribus. *Graci intacti carminis*. carminis, pura, Satyrici, quod genus poëmatis Græci non tractauit, nam Satyra, inquit Quintilia. lib. 10. tota nostra est. *paktarum sc̄i turbæ*. contentim sc̄niores Latinos poëtas turbam nominat, propter carminis ruditatem. *dilatus in eum*. unus codex Bland. habet, dilatus; tres reliqui cum Mart. delapsus: Busl. Nan. Diuæ. & Tonf. defatur. sepe caput scab. caput scabere; vnguis arrodere, gestus hominis sunt cogitabundi, & de mutando, cuius ponuntur, agitantis intra se. Quintil. lib. 11. In hac cunctatione, inquit, sunt quedam non indecomites (ut appellant Scenici) mors, caput miscere, manum intueri, infingere articulos, &c. sepe stylum ver. præceptum de cura iudicioque in scriptis prius adhibendo quam euulgentur. stylum autem vertere, est mutare quod scripseris: sumta metaphora à stylo graphiariorum maiorum, qui in tabulis ceratis, quod acutiore stylī parte inarassent, inuersa stylī latiore, aquor ceream, litteris obliteratis iterū complanabat. Hinc et illud Cic. Ver. 3. titulat aliquādo & cōmotus est, vertit stylū in eabulis suis, quo factō causam omnē euerit suam. *vilibus in ludis*. Cōmentator hæc verba refert ad ludos litterarios; quod sare ut nō penitus improbē, ita malim pertinere ad ludos Scenicos, quos vilcis appellat à vili & cōtempta plebecula. non ego. supp. vota seruire Scenæ, seu mea carmina in Scenam produci, vult itaq. Horatius vnūquemq. suū noscere ingeniū, ac tēmq. se & bonoru & vitorū suorū

iudicē præbere, ne Scenicis plus tribuant prudenter iudiciiq. quam sibimetip̄is. *equisetum*. vel M̄cenatē, vel optimū & doctissimum quemq. *explosa Arb.* præter corruptores Horatij opinor esse neminiē, qui Arbusculā scribat mimā fuisse aliam à meretrice, cuius & Seruus meminit in Gallo, & alij. cur autē id censeā, mihi auctor est ipse Horatius suprà Ecloga 2. in Orig. meretrice, quā mimā quoq. nominat, inquiens, Ut quondā Marsæus amator Originis ille qui patriū mimā donat fundūmq. larēmq. *Pantilius*. è Græco effictū vocabulū, significat omnino vile aliquē poëtam, *marr̄nūs*, omnino multilus, & vilis. cundē quoq. cimicē cognominat, ab oris fortasse fortida maledicta, aut pēdore corporis, instar cimicis putidisimi. *Fannius*. Non est hic C. Fannius à quo lex Fannia lata est, qui fuit ante tertium bellū Punicū, gener Lælij; verū eum fuisse autumo, quē Appianus lib. 5. bellorū Ciuit. scripto tradidit Sexto Po- peto fuisse carissimum, quēmq. Velleius Paternulus scribit bellis omnibus spotis, odiisse statū Rē pub. felicissimum, inquiēs, crā tamē qui hūc felicissimum statū odissent: Quippe L. Murena & Fannius Cepio; diuersis moribus: nā Murena sine hoc facinorō potuit videri bonus, Cepio & hoc antē erat pes simus; cū inissent occidendi Cæsaris cōsilia, oppressi auctoritate publica, quod vi facere voluerāt, iure passi sunt. Ei iā mortuo sepeliendōq. fortassis honoris ergō, & familiæ eius cōsolandæ, à Senatu delataz capite sunt & imagines, tamquā bono poëtz, vt habet Horatius Ecloga 4. suprà. *Plotius*. Tacea vñā cū Varo Aeneidos emēdator. *Mæcenas*. C. Mæcenas Cilnius, ut adnotavit Onofrius Pau- niinus. *Valgus*. Titus Valgus, à Tibullo laudatus. Sc̄rius referit hæc Valgij carmina, Sed nos ante easam tepidi mulgaria lac̄tis, & sinū vini cel-samus fundere Baēcho. *Ostiautus opt.* P. Viñtot. variarū lect. lib. 14. cap. 7. hūc vult cū esse qui in Epigrāmate quodā celebratur Rōmanæ scriptor hi- storiæ: Ego certē propter epithetō optimus, potius iudicārim hic signari Ostiautū Augustū, qui manu suetudine & morū facilitate mirabiliter ab omnibus cōmendatur, & poëta fuit nō incelebris. *simul bus*. hellenisthus, ἡμα τετταν: sic ἄκρη ipsa, mecum cōplurais alios. per enumerationem colligit amicos suos viros bonos & doctos, quibus si placere se intellegat, pro nihilo habet reliquā turbā imperitorū hominū, qualeis singit Demetriū, & Tigellium, quibus mandat & precatur ὀπούσαι; hoc est, plora-re, lugere int̄ cathedras, in conuersatione, cōfessu & familiaritate mimarū & histrionū, quos edocent gesticulari, & recitare sua carmina in vilibus ludis. *I puer*: abrupta apostrophe cum indigitatione. *citus*. ἀντηγία nominis pro aduerbio. Virg. nec gregibüs nocturnus obambulat, id est, noctū.

E E :

Q. HO-

Q. HORATII FLACCI
SATYRARVM LIBER I.

E C L O G A P R I M A.
T R E B A T I V S.

SVNT quibus in Satyra videar nimis acer, & ultra
Legem tendere opus: sine nervis altera, quicquid
Composita pars esse patet: similesque meorum
Mille die versus deduciposse. Trebatu.
5 Quid faciam, prescribe. Quiescas. Ne fastiam, inqui,
Omnino versus? aio. Peream male, si non
Optimum erat. verum nequeo dormire. Ter pndi
Transnato Tiberim, somno quibus est opus alto:
Irriguimque mero sub noctem corpus habeo.
10 Aut, si tantus amor scribendi te rapit, aude
Cesari inuitires dicere, malis laborum
Præmia laturus. Cupidum, pater optime, vites
Deficiunt. neque enim quisvis borrenia pilis
Agmina, nec fracta pereunteis cuspidi Gallos,
15 Aut labentis equo describas vulnera Parthi.
Attamen & iustum poteras, & scribere fortem,
Scipiadum ut sibiens Lucilius. Haud mihi deero,
Cum res ipsa faret. nisi dextro tempore, Flacci
Verba per, attentam non ibunt Cesari aurem:
20 Cui male si palpere, recalcitat undique tatus.
Quando rectius hoc, quam tristiladere versu
Pantolibū scurram, Nomen autemq; nepotem:
Cum sibi quisque timet, quamquam est insa
Eus, & odit?
Quid faciam? saltat Milonius, ut semel illo
25 Accedit seruor capiti, numerusque lucernis.
Castor gaudet equi: ovo prognatus eodem,
Pugnis. Q uot capitu viuit, toride studiorum
Millia. me pedibus delectat claudere verba
Lucili tenui, nostrum melioris veroque.
30 Ille velut fidu arcana sodalibus, olim
Credebat libris: neque, si male gesserat usquam

Decurrentis alio, neque si bene. quo sit, ut omnis
Votiu paceas veluti de scripta tabella,
Vita seni. sequor hunc. Lucanus, an Aprilus,
anceps:
Nam Venusinus atque finem sub verumq; colamus, 35
Missus ad hoc, pulsus (verus est vs fama) Sabellus:
Quo ne per vacum Romano incurvare bostrum:
Sine quod Apulagens, seu quod Lucania bellum
Incurvetur violencia. sed hic stylus haud petet vltro
Quemquam animantem: & me, velut in custo- 40
dies ensis
Vagina rectus: quem cur destringere coner
Turw ab infestis latronibus: b; pater, & rex
Iuppiter, ut pereat positum rubigine telum:
Nec quisquam noceat cupido mibi pacis. ac ille,
Qui me commorier, (melius non sangere, clamio)
Flebit: & insignis rota cantabitur urbe.
Seruus iratus leges minitatur, & vnam:
Canidia Albuci, quibus est inimica, venenosa:
Grande malum Turius, si quis se iudice certet.
Ut, quo quisque valer, suspectos terreat: vi q;
Imperet hoc natura potens, sic collige mecum. 50
Dente lupus, cornu rarus petit. unde, nisi intus
Monstratum? Scena viuacem crede nepoti
Matrem: nil facies sceleri pia dexteram mirum:
Ut neque calce lupus quemquam, neque dente 55
petit bos.
Sed mala toller anum viuato melle cicuta.
Ne longum faciam: seu me tranquilla senectus
Expectat, seu mors atris circumuolas alii:
Diues, inops, Roma, seu fors ita iussit, exul,
Quisquis erit vita, scribam, color. b; puer, ut sis. 60
Vitalis metuo, & maiorum ne quis amicus
Frigore te ferias. quid cum est Lucilius ausus
Primus in hinc operis cōponere carmina morem,
Detrahere & pellem, nesciis, qua quisq; per ora
Cederet, incorsum turpi? num Lubus, aut, qui
Duxit ab oppressa merism Karthaginē nomen, 65
Inge-

Ingenio offendit aut laeso doluere Metello?
Famosusque Lupo cooperio versibus? at qui
Primitores populi arripuit, populumq; tributum,
 70 *Scilicet Vni aquis virtuti, atque eius amicu.*
Quin, vlti se à vulgo, & scena, in secreta re-
moran.
Virtus Scipiade, & mitu sapientia Lalli:
Nugari cum illo, & discincti ludere, donec
Decoqueretur olus., solisi. quicquid sum ego,
quamvis
 75 *Infra Lucili censam, ingeniumque, tamen me*
Cum magnis ussisse inuicta fasobitur vsque
Inuidia: & fragili querens illudere dentem,
Offendit solidu. nisi quid tu, docte Trebatu,
Dissentiu. equidem nibil hic diffindere possum.
 80 *Sed tamen ut monitus caueas, ne forte negoti*
Incurias tibi quid sanctarum inscrita legum:
Si mala considerit in quem quis carmina ius est,
Indiciumque esto, si quis mala: sed bona si qui
Indice considerit laudatur Cesare. si quis
 85 *Oprobriu dignum latrauerit, inseger ipse?*
Solueretur risu tabula: tu missus abibis.

COMMENTATOR.

A d Aulum Trebatium scribit: iurisperitum, quem consulti quidnam faciat, quoniam quibusdam nimis acriter videbatur in mores Romanorum insurgere, aliis autem nimis erat remissus & leuis. Hic autem Trebatius eques Romanus iurisperitus fuit, qui & aliquot libros de iure ciui- li, & de religionibus novem composuit. Quoniam autem hie quid Ecloga sit queri solet, sciendum est quod Ecloga haec nomina sub se continet: si ad Iouem, prosodia dicuntur; si ad Apollinem, Dianam aut Latonam, Pæanes; si ad Liberum aut Semelam, dithyrambi; si ad ceteros deos, hymni: si ad homines laudatos, vituperatos, reprehendentes, lugendos, odios sum & Eclogæ, sunt enim brevia poëmatia. *nimirum acer.* maledicis, mordax ultra modum, & plusquam oportet, aut me lacerare, & inuichi in mores aliorum. *ultra legem.* Satyræ. lex autem Satyra; ea tantummodo reprehendit quæ digna sunt reprehensione. Et mirè legem dicit, quia ad iurisperitū scribebat. *tendore opus.* sanguine maledicendo. *sine nemis.* aiunt esse nimis lenem, & parere indignis: vel dicunt versus meos nullius esse momeri, & carere viribus ingenij. deduci. scribi, componi. *prescribe.* statue tanquam ex lege quid

debeam facere: iucundè ad iurisperitum, cuius era dubia interpretari & exponere; vnde sunt in iure ciuili responsa prudentum. *quiescas.* respon- det Trebatius. *ne facias.* Horatius. *aso.* Trebatius. *per eam male.* Horat. *ter vñcti t.* T. hoc est, qui fa- cilè dormire nequeunt, per Tiberim translatentes, & fatigati multis se potionibus impleant, quo somnus facilis accedit, hoc enim melius est, quam aliquem suo periculo lacestere: tunc etiam sub no- tem exercere in consuetudine fuisse veteribus etiā alio loco significat, dicens, te per gramina Martij campi, te per aquas, dure, volubiles. alto multo. *irriguum m. c.* plenum, madidum, perfusum. sub noctem: paullo ante noctem, vespere scilicet aduentante. *habento.* habeant. vide, ut directis iu- risconsultorum verbis vitur ad Trebatium iuri-consultum. *aude.* propter difficultatem & graui- tam carnis Heroici, inquit, aude. *cupidum pater.* eleganter his paucis verbis ostendit te pre- stare posse quod negavit. *deficiunt.* destruunt. *fra-cta cuspide.* qua vulneratus erat hostis. vi Virg. Et venit aduersus in ternum Sulmonis, ibique frangitur. Ex historia de Mario hoc sumtu est, nam Ma- rius aduersus Santona talia tela commentus est, ut fracta mitterentur, ne remitti abs hostibus pos- sent. *actarem & i. p. c.* si non potes gesta Cælatis scribere, at potes iuuentiam & fortitudinem, ut Lu- cilius Scipioni fecit, qui vitam eius priuatam de- scriptis, Ennius vero bella. *Scipiadam.* Dicit non Scipionem, quod notandum est: hic autem An- nibalem, ex Italia reuocatum, vicit, vnde Africinus dictus est. *cum res ipsa f.* cum fuerit opportunum tempus: sibi autem deest, qui non facit quo sibi opus est, & quod oportet. *nisi dextro t.* ordo est: verba Flaci non ibunt per arcuentam aurem Cæsaris, ni- si dextro tempore, hoc est, non audientur à Cæsare, nisi opportuno tempore. *cui si palpere.* metaphoræ, cui si adulteris & assentis, offenditur. Palpari propriè est manib; mulcere. palpere dixit à verbo deponenti palpor palparis; dicitur & actiue pal- po, as; vel palpor, id est, blandior, assensor. *re- calcitrat.* translatio ab equis. sensus est, si quis fi- cta adulazione aggrediaratur Cæarem, repugnat, contemnit & respuit, nec se decipi patitur. *vndi- questrus.* in omnibus suis rebus inaccessibilis; vt Virg. Tuta lacu nigro. & est sensus, sapientia un- diq; munitur, & omniū rerum cognitione. *qua- to rectius hoc.* nimirum vt Cæarem laudes, quām Satyrico carmine securam describas. *tristi.* mor- daci & Satyrico. *cum sibi quisque.* hoc est, qui eo- dem vitio laborant, etiam te tacetem metuunt & oderunt. *quamquam est intactus.* exemplo nos terri significat, etiam si non laedamur: nā quod in alios scrici videmus, id etiam in nos futurum ti- memus.

memus, *intervis*. nec dum notatus & carmine la-
ceratus. *quid faciam*. quid nūcvis me facere? nam
à scribendo non magis abstinere possum, quām
Milonius ebrius à saltando. *saltus Milonius*. (cur-
ra erat illorum temporum, qui cū semel esset e-
brius, statim saltare incipiebat, *itē cap.* vinolen-
tia capite perturbato. *feror*. vini. *numerū* gl. ad
opinionē ebrij accrescit numerus lucernarū, ita vt
non vnam lucernam aut lunam, sed plures arbit-
ratur aspicere se. Sic Lucretius: Bina lucernarum
flagrantia lumina flammis, & duplices hominum
facies, & corpora bina. Iuuenal. & geminis exsur-
git mensa lucernis. *Castor gaud.* Duo fratres ex
eodem ovo nati sectantur diuersa studia. *equū*, ex
questri certamine. *pugnū*, cestibus, pugillaq. & est
Zeugma, *quot capitum*. Terentianum illud: *quot*
homines, tot sententiae. suuē cuique mos est. *sin-
guli homines singula studia captant.* *nostrum me-
liorū*. v. hoc est, qui melior fuit & te & me ô Tre-
bati, censu & natalibus, fuit enim vir bonus & val-
de nobilis, vt pote Magni Pompeij avus. *Luciliū*
ritu, more Satyrico, *ille velut fidis*, hoc Lucilius ex
Anacreonte traxit & Alceo Sapphōq. Gracis ly-
ricis, quos ait Aristoxenes libris propriis. amicoru
loco vlos fuisse. *fidis*. non prodiuturis. *sodalibis*. a-
amicis, *decorrens alia*, ad aliud vitæ genus, quām ad
libros suos. *quo sit*. vnde fit. *vt omnis*. ordo est,
omnis vita senis. *votiu*. votiu tabula est, quē ex
voto posita est in templo aut aliquo loco publico,
in qua descripta, hoc est, depicta est fortuna ali-
cuius. Ita solent naufragi, suū naufragiū in tabella
depictū, circumferre, & in templis alicui Deo
consecratū suspendere. ad hunc Modū Luciliij se-
nis vita tam clara est in suis libris, quasi esset de-
picta in aliqua tabula. *Lucanus an Apulu*. id est,
ego dubius sum & incertus: nam Venusini Luca-
ni sunt affines & Apulis. nā *Venusinus*. quoniā
oppidū Venusinum in confinio Lucanī & Apu-
lis positū, habitatur à Romanis colonis, eo missis
ob hanc rem, vt siue Apuli, siue Lucani bellū Ro-
manis mouerent, per Venusinos prohiberentur.
Venusiū autem oppidum est vbi natus est Horati-
us, *finem sub*. prope, iuxta. *missus ad hoc*, eo quod
missus erat Romanus colonus, eo tempore quo & Ro-
manis Sabini vieti sunt. *quo ne per vacuum*. vt ne
per vacuū locum Sabellis expulsi, iter Lucanis ad
Romanos esset perium. *vacuū*. cultoribus, siue
incolis, id est, nullis obstantibus. *incutere bellum*.
moueret, *violenta*. bellicosa, *sed hic stylus*. ego ne-
minē lacestam vltro, sed utrā lingua mea tāquam
gladio, magis ad tutandū me, quām alium irritā-
dum. *quemque animant*. Viuū hominē & animā
habentē. *quem cur distinx*. cur gladium velim di-
stringere, nō nemo maledicus me persequatur? la-

tremibus. maledicis, ô pater. optantis est, vt, ô falsa
poēs formidine ludat, *vt pereat*. vtinam pereat,
vtinam omnes sint insontes, vt nulla sit causa, cur
vtat hoc scribēdi stylo. *qui me cōmorit*. cōmouerit,
laceſſuerit, prouocauerit. *molius non tang*. paren-
thesis, quā consulit maledicis, ne de ipso malē lo-
quātur. *flabit dolebit*, Gracismus. *iniquis insignis*.
notatus. *cancabunt*. diuulgabitur meis carminib.
Cerius irat. Cerius Ascānij libertus, calumnia-
tor accusauit Cn. Caluinū lege de sicariis. *verū*.
reorū, id est, damnatioē, quia pro sorte quē acci-
derat, dampnabatur vel absolvetur reus. vel *er-
nā*. ad reiectionem iudicium; quia vt iudices sorte
eliebantur, ita & sorte reiebātur. *Canidia Al-
bus*. supp. filia. vt Virg. Deiphobe Glauci. Canidia
autē poēta est p̄p̄ Gratidia. *grande mulū Turias*.
supp. minatur. C. Martium Turium significat iu-
dicem corruptissimū, qui accepta pecunia pro reis
pronunciare sit solitus, qui fidem suam corrup-
ravit: hic etiam quo tempore Veres reus erat, di-
uersi coloris tabulas fertur dedisse cera notatas, vt
sciret qui pro sua volūtate indicasset, nam sua no-
mina centumuirij nō adiiciunt, *ut quo quisq.* quo-
modo vnuſquisq. terreat, & vlciscatur se de inimi-
cis suis, & quo pacto hoc sit omnibus à natura da-
tū, audi & cognoscere mecum, & intellige. *nisi intru-
m.* à natura infistum. *Scaea viuacem*. i.e. *vitae* hoc
totū dictū est, credi huic longæuz matriſ ſuē vitā,
eius pia dextera (ironicōs) nihil faciet ſceleris, hoc
est, vt eam perimat, nullo gladio, ſed veneno vte-
tur. *Sexua luxuriosus* quidam fuit, qui matrem
dato veneno necauit, propterea quod ei nimis dia
viueret; *etas enim parentum longæua luxuriosis*
& perditis ſemper eft moleſta. ſic Cic. pro Scaeo:
Libertus patroum non occidit, ſed duobus digi-
tulis gulam oblitif. *vitiato*. corrumpo, hoc eft, no-
xia potione, *ne longum*. ne multa dicam. *quiſque*
erit v. hoc eft, quicunque me vitæ exitus manet,
quicunque ſtatus aut modus vitæ meꝝ fuerit,
non definam aliquid ſcribere. *fors*. fortuna. *color*.
qualitas, ſtatus, condicio, modus. *O puer*, *ut ſis* v.
verba Trebatij ad Horatiū: ô Horati, ne non ſis
vitalis, metuo, id eft, ne citō pereas, nam poteſt ee
quiuis ex potentioribus, à te laceſſus, occidere.
ne quiſ amicu. pro inimicus per antiphraſim. *fri-
gereſte* f. morte te afficiat, quē frigida eft, vt Virg.
frigida mors. *quid cū Lucilius*. rogar Horatius,
quid paſſus eft Lucilius, cū in multos dirixet
principes ciuitatis? *morem*. Satyricum. *detrabere*
& poll. *detrabere* pelleſan, eft reuelare vitam, de-
tracto vitij velamento, nempe, hypocriſi, quē ho-
nestatis & probitatis opinionem in animis mukto-
rū generare ſollet. *mitidus*. bonus & honestus ciuīs.
cederes. incederet & lateret. *introrsum* t. male-
mentis.

mentis. *num Lætina.* Lælius hic soecr Scipionis fuit. *& qui duxit.* Scipionem Africanum putat qui Africam subegit, vnde Africanus; Numantianaque fuditus delevit, vnde Numantinus dictus est. *ingenuo.* carminis itati, tanquam lexi à Lucilio, fuere. *Metello.* Macedonici filio. Q. Cæcilius Metellus consularis, filios consularces vidit, & ab illis elatus est: hic potens fuit tempore Scipionis Africani; & cum in concione quedam contra se decreta declamaret, Scipio ait, hi sunt quos Annibali eripui, patere ergo, inquit, nos liberos esse. ob hæc & alia Lucilius, in gratiam Scipionis, eum carpit, quamvis amicum. *famosissimè Lupo.* criminosis, maledicis. P. Ruclius Lupus consul fuit cum L. Iulio Cæsare, anno ab urbe condita 664: *cooperio v.* compresso & increpatu. *arripite.* culpauit, lacerauit, secuit, persecutus est. *tributum.* per tribus. *equus.* amicus, vnicam diligens virtutem. *amicis.* virtutis. ostendit nulla malevolentia Lucilium persecutum esse multos, sed amore virtutis. *quis.* supp. etiam id est, insuper. à vulgo & s. à publico conspectu. *secretæ.* loca, intra suos patrietes, removantur, remouerantur, per synopen. sic Terent. commorat ibi omnes nos. *virtus Scipio.* periphrasis, id est, Scipio & Lælius. *Læli.* per apocope, pro Lælio. *nugari cum i.* locari solebant cum ipso Lucilio. *& distincti ludere.* non vestem, sed expediti maioribus negotiis & depositis scripsi. Scipio Africanus & Lælius feruntur tam fuisse familiares & amici Lucilio, vt quodam tempore Lælio circum lectos triclinij fugienti Lucilius superveniens, eum obtorta mappa quasi feriturus sequeretur. *decoquenter olus.* donee cena pararetur. ostendit per herbas eos fuisse sobrios. *infra.* *Lucili c.* hoc est; etsi non sum eorum nataliū quozam Lucilius fuit: constat enim Lucilium maiorem auunculum Pompej fuisse, etenim auia Pöpej soror Lucilij fuerat. *cum magnis.* Augusto, Polione, Mæcenate, & aliis. *muita.* nolens. *fratili gñores.* id est, volens inuidia me fragilem lèdere, impingeat in solidum, & inueniet me talem qui possim resistere mordacibus & maledicis. Illidere dentem, dixit metaphoricos. *nisi quid tu d. T.* nisi tu fortasse refutas quæ dixi. *nihil hinc diffidere.* ait Trebatius, infirmare, mutare, diffidere: vertitur Trebatius iurius antiqui verbo: Prætor enim solebat dicere, hic dies diffidus es. *sed tamen vt m. c. supp. fac.* id est, consentio tibi, te solidum & sonum esse, sed tamen fac ut caueas admonitus, ne ignorantia legis venias in discrimen & periculum. *sancctorum.* aut participium est à sancio, id est, firmitatum: aut non, & significat imiulatorum: aut sanctarum, id est, sacrarum, ut scđus sanctum dicitur & sacrum. *infidus l.* ignorantia legum;

quibus cautum erat, ne quis in quenquam maleficum carmen scriberet, eleganter iuri peritus de legibus loquitur. *si mala con.* maledica & contumeliosa. *ius est.* lex 12 tabularū. *iudiciumq.* actio ex lege. *efso.* Horatius loquitur. *si quis mala incepit,* ridicula amphibolia est in dictione, mala, nā semel significat, famosa; & semel, incepta. *lacraverit.* aillatrauerit, lacrauerit, persecutus fuerit. *soluuentur risus.* vel subfelliā, vel leges 12. tabul. vel iudices non erunt in eum severi. *tu missus abibis.* dimissus absoluendis, impunitus & securus dimittēris, nihil periculi patieris. hæc verba sunt Trebatii, soluentur risus t. c. m. a. hoc est, si debet leges, & veniam merebitur à iudicibus, si a iisque, triple extra noxam positus, iure lacrauerit.

C R V Q V I V S.

INQUÈ ferens Horatius suos versus ab aduersariis in calumniam rapit, scribit ad Trebatium iurisconsultum, tamquam de iure calumnia cum consultatur, quid sibi faciendum suadeat. Cui Trebatius cum persuaderet nequiret ut otium ageret, scribendique finem saceret, propterea quod hoc ei à natura comparatum esset ut versus scriberet, amicè monere videtur, vt Cæsar's vitam, mores & res egregie gestas ab obliuione hominum & silentio potius vindicaret, quam ut vilem a iisque securam suis coloribus depingere: nimis quod hoc carminis genns omnibus ex æquo, mali metu, effrorio sum: verum quando nec hoc imperatae ab eo potest, propterea quod Lucilius numeris & carpendi ritu gauderet, tandem hoc agit Trebatius, ut id saltē caueat, no iuris ignoratione incurrit maledicendo in legem & actionem de famosis libellis. *sunt quibus.* *litteris vīs.* Hellenismus per ellipsis. exordiū ab inæqualitate censura popularis de iis suis scriptis diuidendis, quibus mores in lectorum & Romanorum vitia, quæ aliis quidem acriora nimisque mordacia, aliis verò remissiora, & minus habere atrimonie videbantur. Hic autem versus: *Sunt quibus in Satyra v. n. a. &c. (v. etiā diximus) in causa est,* eurhi serio sine inscripti libri Satyram; verum quam id factum non sit ex sententia Horatij, facile is deprehendet cui cum viris aliquot doctissimis persuasum fuerit, nulla vnumquam Horatij ab initio Satyram numerofa volumina extitisse, sed succincta quedam, lepidaque sigillatim ad amicos missa poëmatia; quæ viri postea leprosa Horatiani amictus selecta digestaque, Eclogas inscriperunt: Quod etiamnum ex Satyra vlt. lib. 1. non obscurè licet conicere, Horatium, putà, non populo, sed amicis scriptisse, vbi ait, hæc egoludo, quæ nec in ade sonente certantia

cessantia iudice Tarpa, nec redēant iterum atque iterum spectanda theatris. Deinde Satyr. 4. nullataberna meos habeat, neque pila libellos quaeis manus insudet vulgi, Hermogenisque Tigelli, non reciro cuiquam nisi amicis, &c. ultra legem. non Satyr vel Satyram, ut habet Pseudacrus & alij, qna lex est multis alijs conferta legibus, teste Festo Pompeio, sed ultra legem, hoc est, ultra modum, & visitaram in norandis vitiis consueudinem; perinde ac si sine personæ delectu, ferocius. quosuis laceraret. rendere opus. intendere, exacerbare, moliri criminacionem mordaciorem. sineruus, adiug, iurisvagans, metaphoricos. nam vt in corporibus ossa nervis compacta libra aque firmatur validiusque subfistum, ita oratione ruosa est, quæ suis rebus & sententiis appositè conexa, verborum eleganti maiestate & pondere sufficitur, elucidatq; sua claritate discutit lectio, nis omne tedium. prescribe. responde. ex more prudentum, quorum responsa pro legibus habita sunt. ne faciam, in. lepida responsi interpretatio, nam pro auctoritate iuris consulti Trebatij, inducit Horatius eum uno verbo responsa dare, nimis, qui scias, aio. Quæ res videtur arguere Trebatium sati animi, cumque callide Horatius naso aduenio suspendere, fortasse propriea quod ex iis. esset qui versus Horatianos tanquam nimis enerueis calumniabantur (erat enim Epicurus poëta non inter postueros, ut haberet Alexander ab Alexandro lib. 6. cap. 2, 3. ad finem) & ictico. eos se timere latenter innuit, inquiens, cito si bi quisque timeret, &c. Quo nomine quoque si non abstinat à maledicendo, videtur Trebatius ei mortem minari, inquiens, o puer ut sis vitalis me tu, &c. verum hæc dixerit luduntur ab Horatio, ut nihil minus quam ridere videatur. Nō me clā est ab aliis hic me dissentire, quare cū eo quoque non pugnabo qui à me dissentieret. porosus, male, assentitus, quidem, sed planè ridiculē, nā causam subdit risu dignam, quæ se vel nolentem cogit versus dictare, utpote, quod nō possit dormire. ter vnde s. r. Cogiliū iure consulti, forma quadam, antiquo iuri respondendi propria, datum de somni causis, quod cum sit mediu, non etiā iuri, non carer tacita sua energia. Tres autem somni conciliādi causas responderet, vñctionem, narratio, exercitium, & portationē. Dē exercitamētis salubribus, legiū enarrationem Pantini in caput 1. lib. 1. C. Celsi. aut si fransus amor. post ludicra Trebatius nunc serio respondere videtur, sed nō multo rectius tamen consulere. nam qui pro arbitriu, ita leuius aut mediocria describere nequit ut place re possit, qua is ratione commendabit ea quæ in sublimi versanti, qualia sunt g. st. Cæsar. mul-

talborum. suadet ab utili, ut describat fortia fa cta Cæsaris. cupidum patet op. Honestā sententia est: non vult enim Horatius maiora conari quam pro facultate & viribus ingenij. atque hoc est quod alibi dicit, suo se metiri modulo. neque enim quisvis h. p. hi versus sumti videntur aut ex metris Trebatij de bello Parthico, Gallicō, vel alterius poëtz. horrentia. amplexus, pro horrida, ab effec tu, quod horrorem incutiant hostibus. desribat: sic habet codex Mart. ceteri, aut describit, aut de scribet. assamen & iustum. correctio, qua Trebatius hortatur Horatium, ut Cæsarem præconis illustret à iustitia & fortitudine, si non omnia eius gesta decantare valeat, idque ut faciat exemplo Lucilij, qui Scipionem dignis encomiis celebrauit. baud mihi deero. faciam quod in me erit. nisi dextero tempore. rati, excipientis est & metuētis ne aliquando tēpus opprēmētū nō habeat adeundi Cæsaris, suaq; ei scripta exhibendi. subauditur autem rō nā, ut hic sit ordo, nam verba Flacci nō ibat per acentam Cæsaris autē, nisi dextro tēpore, hoc est, cū vacat à rebus tam ciuiilibus quā in bellicis gerendis. acenta suris hic est prudens que audira discernit, vera ne sint an falsa. In uno ex codicibus Bland. habetur hęc lectio, aut mihi deero cum res ipsa feret, aut dextro tempore Flacci verba per acentam, &c. quam lectio nem propter claritatem facilē censeo vulgatae præferendam. cui malē s. p. male palpari, est valde acentari, & moduan excedere; quod qui facit Cæsari, is sibi doct̄ & roget, ad ea namque Cæsar recalcitrat (metaphoricos) vndique turus, ἀσφαλής, non enim fallitur. quan dō redditus. ab honesto & decoro Trebatius nictur inducere Horatium, ut hoc amet, & Cæsarē laudib⁹ efficerat, dissuadens Satyram ab in honesto & periculo, odiōque. quid faciam. huiuscmodi interrogatio ferē vnum in contentione, ubi nos aut aliud sentire, aut non ita facte opus esse, clādō domus. tale est illud in Tityro, Quid facerem? neque servitio nō exire licet. saltus Milonius. ab inductione huius generis. Quot capitum vñnt. &c. colligunt sibi à natura esse inutū, ut versus scribat Luciliū ritu, hoc est, Saryrico carmine via carpat. saltus Milonius. quasi aliud agens taxat Mikanum, quod is in saltum propensus esset si quando vino incalesceret, quando scilicet quod in animo occulatum est, profertur in apertum. ait itaq; se scribendo nō magis abstinere posse, quāta Milonium ebrium à saltando. accessit feruer cap. hoc est, ut ait Anacharsis apud Athenæ. lib. 1. o. 37. Vnde dicit d'Egyptis milibus vii mille, quando falsas opiniones accidunt temulentis: & quando ea quæ simplicia sunt, apparēt multiplicia. Rerum autem Athenæus eodem loco non infactum Anachare fidis...

Sedis responsum: οὐκέτης ϕύσις ἀλλὰ φύσις τοῦ εἰδοῦ γυναικὸς τοῦ συμποσίου, ἐφεντεῖ οὐκέτης αὐχεῖν, καὶ οὐκέτης πάντων κάποιος ἄλλος μεταγγίζειν, οὐ πάντες αὐχεῖντες, ὅπερες ἔτοις τοῦ πολέμου πάντα πάντα. hoc est, cūm quidam ē conuiuis viduisse ipsius vixit in consilio, inquit, O Anacharsis, vixeris in uxore in deformem. Et ille, Prorsus, inquit, idem mibi videtur. sed heus puer porrigit poculum moracis, ut illa formosam faciat, nam ebrio τάχη ταλαι, ταλαι τιθεται, ut habet Theocritus, hoc est, deformia pulchra videatur. **Quo capitulo.** γνωμή celebratissima: Quot homines, tot tentatiae, inquit Terent. Mille hominum species, & rerum discoler v̄sus, ait Pers. velle serum cuique est, nec voto viuitur uno. Hanc sententiam expolim⁹ prima de lib. 1. & Satyra 1. lib. 1. **nostrum militare.** Laus Lucilij ab exequitate, constantia, & vite probitate; cum enim ne fibi quidem plus pepercisse ait, si quandoā recto discederet, quam alij cuius: eōque dicto tacitè Trebatium insimulat arrogantioris animi: quod ne ia peiore partem accipiat, se ipse suo more socium ei virtio adiungit, nam Lucilius & sc & Trebatius factur fuisse meliorem. **ille velut fidis.** expolitio eius dicti; nostrum mel. vtro. Erat, inquit, tata fide & sinceritate. Lucilius, vt nihil omnino silentio transendum, sed scriptis mandandum putarit, quicquid v̄ quam domi, fossis; bene maleve gestis; hinc tota seculis vita ex actis, ex scriptis non minus à quo quis cognoscere potest, quam si in tabella aliqua ad viuum delineata fuisset. **fidis ar.** Libri sunt fidi sodales aranorum. **neque si male gesse.** sic habent omnes scripti codices, & exitimo non esse inferiorem altera lectione, quæ haberet, cesserat; nam ex eo quod quis bene vel male gestat; eius vita laude vel virtutate digna censenda est, non item si quid cui vel bene vel male cedat, quod fortunæ portius quam personæ ascribi debet, vt omittant r̄ cesserat, non satis aptè posse accommodari r̄ arcana, quæ bene gesta vitam conseruant, contraria, si male. **v̄quam.** sic habeat omnes codices præter Diuæ: & vnum Blond. qui habet vñquam. verum in eius mutatione non magna via est > de rebus autem gestis à Lucilio, sic obiser scribit Vellelius Paternulus, lib. posteriore, Celebre & Lucilius nomen fuit, qui sub P. Africano, Numantine bello eques militauerat. **decurrentis aliud.** aliud quād ad libros s̄tos, non deflectens ab instituto vite curiculo ad virtusdi aliud genus. Laus à constentia. **vine senis.** cur senis? Nā si fides adhibēda est. **Eusebio in Chronicis,** mottois est Lucilius anno ætatis sua quadragesimo sexto. An quād multe annis præcessisset Horatium? **An ex cornu**

sententia, qui indignè cerebant eum quāfī senem apprehendi ab Horatio iuniore? Evidem hisia medio reliq̄is, fortasse coniectem Lucilium hic senem denominari ad eā Seruij Tullij annorum rationē, qua scribit Gellius lib. 10. cap. 2. ex Tuberone, euan iuniores ad annum visque 46. sup̄aq; cum annū seniores appellasse: hoc quoque modo interpretatur Seruius hunc versum Virg. Aeneid. 6. Nam senior, sed cruda Deo viridisque senectus. senior, inquietus, est virens senex, vt iunior est intra iuuenem, &c. eāque senectus vere eruda dicitur, qua non est matura & plena: cuiuscomodi describit in Epist. ad Pisones, inquietus, Maturusve senex, an adhuc florente iuuentu ferdidus, &c. Virg. euan maturus Aleres. **sequor bone.** **L. et Ap.** propter confinae terminos Lucaniz & Apuliz. **Sabellis.** de Sabellis, οὐποστολογεῖον, à Sabiniis, legito Strabonem lib. 5. **sad bic stylus.** post egressionem compendiosam de agris Lucaniz & Apuliz, expulsiōēmque Sabinorum, pro veteri quadā historia, déque Venusia in expulsorum agros in coloniam deductis, per quos inhabentur Lucani vel Apuli, ne in Romanos agros inexpectari facerent impetum: teuertitur ad prius institutum de carmine scribendo. Luciliij nru seu stylo, quo se adeò moderatè pollicetur vñrum, vt neminem impetere velit acrūs, nisi à quo prius sit lacessitus. **animantem.** ισχυρον. aciem. viuentem, quantumvis abiectæ fortis & humilem. **vñstis custodiet ensis.** per pulchra collatio stylī in animo conditi, quo veram vitam, hoc est, honestum nomen propugnamus; & ensis vagina recti, quem nō distingimus euaginamulq;, nū dum vitam caducam morri canamus eripere, vñm om̄e & iniuriā impulsando; quod homini enī ceteris animalibus à natura imperatum est. **carus ab infestis laro.** cui cautum est devi, nihil ei necesse est distingere gladium, cuius vñs est ad propellendam, nō ad inferendā iniuriā, nam vñ vi depellere licet. **O pater. & rex.** Operat à Ioue malevolis cædarī mentis quietudinem; vpp̄er coribâ hœc pacatam vitā peragere, neque opus esse. maledicentia maledicentia mündescit. **vt pergit.** Vñceptans est aducēbi, vt pergit, vñnam perget. **Terent.** in Eunucho > vt illum dij deinceps seculū perdant, quime hodie remorantur. Item in Adelp. vt Syre te cum tua monstratiōne magnus perdat Lupiter. **ratum telum pre gladio.** Virg. q. Aeneid. At non hoc relatum in ea quod vñ deinceps versat, effugies. Adiuvii teis, teste Festo, propriè dici videntur quæ missilia sunt è Greco videlicet: eorū nomine, quia illi, λαθον, missa dicit, quæ nos eminus: hic autē metaphoricōs capitur pro Satyrica maledicentia. **at il. q. me r. videtur ex obliquo**

nōnihil respicere Trebatium. *Cernit uiratam.* Quē admodum superius intulit enumeratione in suo quēq. sensu abundare (vt Apostoli verbis viar) ita humili hic argumento inducit vnicuique à natura & vim & rationem sui vlciscendi esse ingenitam: quod eo consilio facit, ne videatur *9.14.4.6.6.*, *ū pā mīlāt̄ wāt̄lāt̄ iż rāgūt̄*; hoc est, nisi Paxillum Paxillo (vt est in proverbio) depellar. *Ceruius ir.* Ceruius per C. habent omnes eod. prater Mart. qui habet, Coruius: Lambinus videtur legere. Ceruius, per S. verū nescio: an ex scriptis codic. Ceruius autē à Ceruo geniticiū est, de quo vide Comment. Cie. in Verr. 7. moninit cuiusdam P. Ceruij iudicis, inquiens, P. Ceruiū talera virtus legatum, qui, quia legatus isto prætore in Sicilia fuit, primus ab iusto iudex reiectus est, &c. Sed & Horat. lib. 2. 6. Satyras scribit de Ceruo vicino. *leges.* condemnationem ex latis legibus & prædicis in rebus & causis certis. *vrna.* sortitionem in dubiis rebus: quod *vrnumque* Virg. breuiter, uno item carmine complexus est, inquiens, partibus æquabat iustis; aut forte trahebat. *Vrna autem triplex erat,* ut patet ex illo ad Q. fratrem, de Sex. Cælio. Senatorum eum. *vrna copiosè* absoluunt: Equitum adæquauit: tribuni ærarij cōdernauertunt. Quo autem pacto ea à Prætore, & in qua causa adhiberi solita sit, ad sortitionem iudicium, substitutionēmque, post factam ab accusatore & reo iudicom reiectionem, vide apud Budæum in Pandect. ex Asconio Pediano. *Turris.* arbitror legendum esse ex Cicerone in Verr. & aliis multis in locis, Furius. *sic colligere mecum.* Apostrophe ad Trebatium, quem monet ut fecum diligenterius perpendar, num sit naturæ aduersari, se non tun- tari, acceptānque iniuriā non vlcisci: quod vt si- evidentius, ratiocinatur à brutis, quibus in equa cum hominibus portio à natura est indita; *rlw ἡράλω ἐγκλωτὸς ζεὺς ἐπὶ τῷ τηνὶ, ιατρὸς ὀστεο-* *με αὐτῷ τὸν φύτον αὐτὸν ἀπέξει,* ut aiebant Stoici: id est, nosmetiplos commendatos esse nobis, primāmq. ex natura hanc habere appetiōnē, ut cōseruemus nosmetiplos, interprete Cie. 4. de fin. *Importes hoīne, potest potens,* id est potest, ad id ut ea vis animi, nimurum. *το γνώμα τὴν διάθεψιν,* id est, propensio vltionis non sit in hominis potestate, nisi accedat ratio. *dene latr.* Inductio enumeratione quidem partiū imperfecta, sed perfēcta sensu, vel auctore Brasida, ut refert Plutar. Nam si quando magnum in casas temerē miseret- set, & à mure, ibi forū laceante, morderetur; Pape, inquit, ut nullum est animet tam pusillum; neque tam inualidum, quod lacestum non cu- piat vlcisci sese. *Scaeva viuacem c. n. m. i. m. u. g. il-* ludent *Scaevam* quendam de veneficio, materno;

facit Trebatium, more iureconsultorum, adduce- re exceptionem de ea naturæ lege qua dictū est vnicuique animata esse ingenitū iniuriam illa- tam propellere. *Scaeva nepos,* inquit Trebatius, viuacitatem maris, graui iniuria (vt credere) affec- tus, non vlciscit se de mare, neque sceleris quicquam sua dextera molitur in matrem; falso ergo colligis, Horati, se ipsum vindicare, ad vniuersa pertinere. *mīlāt̄ v. n. c. l.* Dilui Horatius hanc ratiocinationem initiatione à simili: Nam ut neque lupo calce, neque boui dente quēquam lēdere à natura datum est, ita Scæva ignavus non ferro, sed veneno plurimum valet, quasi hoc ille à natura accepit: *ve.ū* veneno tollere aliquem, non est se vlcisci? & vim depellere vir ita- ne. certis quibusdam limitibus circumscriptum est, ut excluso veneficio; ad solam viri dexteram, aut ea arma pertineat quæ à natura aliqui coesa- sunt: *nelongam* f. particula traditionis & docili- tatis. Paucis colligit ad extreum vi que viræ spi- ritū, se nullis malis, nullis infortuniis, nullis con- minationibus, nullis desiq. pœnis, ne mortis quidem meru, abduci posse à scriptione. Lucij nra. *tranquilla.* natura & composta, quam comitari solet mors naturalis, quæ est lenissima, iuxta illud. Plato. in Timæo, ὁ ἥ μῆγας λίτεται τὰς καὶ φέ- ειν ἀποτέλεσθαι τὸν πόνον, τὸν μᾶλλον πολὺ ἔδειν γρη- μάτους, οὐ λύτους, id est, quæ mors sensu ad exitum deducente per naturā obrepit, est om- nianum facillima, atque adeo eum voluptare potius quām eū dolore cōiuncta. *sex morsuaria.* hoc est, siue ante tēpū à natura præfinitum moriendum mihi sit, immatura & violenta morte, quæ ἀτά- της ἀλλαγῆς, mors est aœsta, Platone teste, eodem loco. *dine, mops.* fortuna commoda & incômodo, dimissio, inopia, patria, exilium. *o puer.* resper- teretur ad tē pacem, in initio huius positum. *ut si* *vitalis* n. verba hæc tacita significacione videntur innuere. Trebatium nonabil minati Horatio, ut suprà. *qui me commorit.* diximus Horatiū ex obliquo recipiens Trebatium. *ut si.* ut, prone abe- ut Terente, sed vim pati's'nt quæs ferre, &c. idem, ut vide, ut fabias: modò contemplauerit, id est, ne nos satias, *ταῦτα μετατρέπειν* vitalis hic accipit etiam- co modo quo apud Cibin Lazio, cui potest esse vita vitalis (ut inquit Ennius) qui non amici mul- tua benevolentia conquiescat. sic, ut sis vitalis, hoc est, ne sibi vivere non sit vitalis, metuo, ne non sis vivax; ne aliquor annos superesse non possit; vitale autem propriæ est, ad vsum viræ pertinens. Plato in Apolog. ὁ ἥ ἀγήματος διοῖ, *τὰς καὶ* *Σց̄ων,* hoc est, vitam explorata, non est homini vitalis, id est, acerba est. illud autē Satyra 7. huius lib. *ut vitale pures,* longè aliter est accipendum, *ut sibi*

ut ibi dicemus. frigore: effectus pro sua causa: mors enim horrorem & frigus inducit hominis cadaveri. Virg. 4. Aeneid. Et cum frigida mors anima seduxerit artus, omnibus umbras locis ade- ro, &c. quid cum est L. respondet Horatius sibi non plus imminere periculi, quam olim Lucilio, qui non timuit insectari Romanos etiam nobilissimos quoq; derubare &c: videtur hoc sum- tum esse ex Apologo. caderet. incidere, per Aphæresin, obambularet. famosissimus Lupus ostendit Horatius viros bonos nulla affici contumelia, si quis in improbos & iniquos vehementer existat; qualis hic erat Rutilus Lupus, cuius insimulans Læcilius rapacitatem scripsit hos versus quos apud Varronem mendosissimos eleganter emendauit Iosephus Scaliger diuinum profecto ingenium, Tunnos captato, cordulum exclude, minores occidunt, Lupe, saperda te: hæc iura, Silurum suadere te, atque Amiā: Monet enim Lucilius Lupum, ut definat insectari pisces minores, ut sunt cordylæ & saperdæ, qui eum occideret, ipsi rōtūs, sed capiet maiores, putat Tunnos, Siluros, & Amias, à quibus nihil scilicet ei sit periculi. primores populi arr. Pers. Satyra 1: Secutus Lucilius urbem, te Lupe, te Muti, & genuinū frexit in illis. *populumq; tribarium*, sic habent omnes codices scrip, nec mutandum censeo, etiā si vir doctissimus quidam scribat se offendisse in scripto aliquo codices. *tribus*: Idq; affirmor auctoritate Porphyr. quam nō inuenio. Non autem dubito quin ea sit hic Horati sententia quam aliter expressit Pers. inquiens, Secutus Lucilius urbem, hoc est, omne in tribus, quæ fuere quinq; & triginta urbis antiquæ, ut constat ex Cic. in Verrem & Rullum, ex lib. 1. Appia de bell. Ciui lib. ex Valerio Max. scilicet *urbs q; virtutis*, assertit non alia de causa Lucilius mordaciū in Romanos ex æquo omne inuestit, nisi solius virtutis amore: sequens autem is est virtuti, qui bonis omnibus parcendum iudicat; malo que male puniendos. quis ubi sed u. ostendit *urbs q; virtutis*. Scipionem Læciliūmque non tantum non fuisse Lucilio offendens post increpationem Metelli & Lupi, sed optimè etiā eum affectos, eoque familiarius vobis: *excedat foro, ubi his- gistratus, nequaque in scena, suam personam agit*: perspicula, mehercule, fori metaphorā ab actionibus scenicis. Liceret hinc egredi in campum amoenissimūde vita humana, quæ nihil est quam fabula: & ratiōneque ia hoc mundo tāquam theatro amplissimo suarē pectus agere, superdis nos & stras actiones in spectantibus, remunerantibusq; pro merito actionis, unicuique: sed non libet, in alieno foro rhetorici, & vetuit VVoulardus nobis, iudicinas, Spartam quam nactus, hanc ad-

orna. *nugari cum illo*, animum à rebus graibus re- mittere, *ταχεῖς δὲ θάσις καὶ πολέμη, ταῦτα Ανάχαρεν, ἀπόθεταις οἰκους δικαιού*, ut refert Aristot. hoc est, ludere namque ut agas feria, iuxta Anacharsidis senten- tiā, eorum esse viderunt. *doco quod retinetur olus*, deco- queretur, omnino coqueretur. De præpolitis au- gmentari. His vide herbaceam & frugalē cœnam, *τὸν οὐδὲν τέλειον ή καρπούς αγρούς*, dicere solebat Epaminondas, hoc est, tale prandium non recipit proditionem. & Amphis apud Athene. lib. 1. *οὐ δύοτερος δὲ οὐταίς τε πεινὴν παρεγίνεται*, hoc est, nam cœna frigi nulla debacchatio. *quicquid ego sum*, Quod subindicauit non nihil fuisse simultatis inter Trebatium & Horatium, ex hoc quoque loco sa- tis aperte cognoscere licet; non enim tantopere genus suum & ingenium facultatesque inculta- ret, nisi se ab eo lœsum sentiret, non familiarita- tem cum viris magnis coimperaret, nisi hoc nomine si se in usum deprehenderet, non dētem solidum minaretur, nisi eum fragilem laxumque rūsset: Si quis autem velit Trebatio narrari ab Horatio obrectationis alicuius querelam, profe- ctō tam acris querela, tacita est accusatio, quam tuus Horatius *īgānūsmi*. *quicquid ego sum* genus loquendi satis familiare Horatio, pro qui- cuimque ego sum, cuiuscumque conditionis, for- tis, generis. tale est illud exordium Epop. 5. At è deorum quicquid in celo regit terras. *Lucilien- sum*. ex censu honores, dignitatem, nobilita- temque intelligimus; erat enim Lucilius eques- stris ordinis: An autem avus Pompej Magni, an auunculus fuerit, inter se dissident Pseudacte & Pseudop. *fragili quarens ill d.* Illidere dentem fragili, est in rem fragilem dentibus incidere, eamque dentibus permolare. Metaphoricōs an- tem est aliecum nomen & famam maledictitia vellicare, laederēque & perdere: Nam ut dens, ita & mordacius morsusq; pro amarulentā obrectatione metaph. usurpantur. Illidere autē & offendere hic *rwōrōrgō* fuit, sed fragilis & solidus in qualitate contraria, alterū *dawāpus*, alterū *āduwa- pius* φρεστός. Se itaque solidū pollicetur, hoc est, firmū & integrū, aduersariisque resistere poten- tem: *nisi quid*, quid ad inscriptionem lingua Gra- ca, et, et, pro L, et, per ellipsis: Ita, quid, lecans dum quid; pro, in quo. Quintilia. Quid tibi eas- tum malifeci? quid offendit? Terent. in Eunach, homini homo quid præstat? Cic. hoc præstat amicitia propinquati. Terent. hoc patet & dominus interest. *dōste T.* aut agit hic Horat. *īgāsa So- etatēnum*, ut mihi quidem viderit, aut modestiam ostendit nō nūmīum rudicio suo tribuendo, ut vult V. Voulardus. *vērum enim verò si nōlīus Horatiū* in hac Satyra clanculū mordicat Trebatius,

cōtra Nigidūm (cuius auctoritate nititur Plin.) non esse natatilis natura, habere situm squammārum ad caput obuersarum; atque hunc acipensem non esse elopem, aut glanum, sed Circassis & ceteris Mætidis accolis ἔγειρος, & Gothis Sturionem, quibus vñā cum Oceani accolis etiamnū hodie hic pescis stetur nominatur. Vide Scaligerum in exercit. 218. cap. 3. hūc Iosephus Scaliger Silurum Ausonij esse contendit. *Quid: sic rhombos minus equor alebat?* sic habent omnes libri scripti, præter Mart. & vnum Bland. qui habent, æquora alebant. *tutus erat rhom.* Ironicōs hoc dictum videtur, nam & rhombus ante in honore fuerat, & edulis ciconia ante prætorium: scribit enim Plin. lib. 10. cap. 13. Cornelius Nepos, inquiens, qui D. Augusti principatu obiit, cum scriberet turdos paullo ante cœptos saginari, addidit, ciconias magis placere quam grues, cum hæc nunc ales inter piimas expetatur, illam nemo velet attigisse. hæc Plin. Quare non est à vero alienum hic ludere. Horatiū: nec alio fortasse nomine Prætoriū A'ellium (vt in Bland. adnotatio-nibus) velle auctorem ciconiæ coquendæ, quam quod de ea laudem quādam & nouam ἔνθετο, adinuenisset. cui argumento est quod subsequitur de mergis assis, cum elixi fuissent prius in lauditiis. Habet Pseudoporp. nō ineleganteis in Prætorium versiculos, sed suis pedibus claudicanteis. eos autem sic firmabis: Ciconiarum Rufus iste conditor Plancis duobus est hic elegans, suffragiorum puncta septem non tulit, ciconiarum populus mortem vltus est. ergo si quis ostendit à simili iuventutem Romanam lubricam & in malum quodus propensam. edixerit. nimirū prætorius aliquis ē magistratu heluotum: edere namque magistratus est publici. Quare ludicrō videtur effingerē ἔνθετος inter se & magistratus creare, & singulis, pro notitia guke, optionandi præfecturas addicere designareque. *sordidus à tenui vīctū.* Docuit Horatius in vīctū zenui voluntatem edendi esse summam, eoque libenter vti, non qui orio torpescunt, sed qui labore corporis sudandō que faticati pro opsonio quētant: nūc autem ne parcitatis (quæ ad auaritiam proximè accedit) tenuitatisque gratia, sedulaque eius commendatione à malevolis luxuque perditis adducatur in edium, etiam apud viros bonos, tanquam patronus auaritiae, quod vītū est quoquis luxu multò decestabilius; nūc, inquam, clarius explicat. Ofello iudice, non eundē ēsse sordidum & tenuē vīctū: non Philosophicis quidē argutiis, sed argumentis ē medio desumtis, Ofello rustici more, & à rebus ipsiis factisq; sordidorū. distabat. sic inuenitur in omnibus scriptis præter Diu. & vbi

legitur, distabit. verūm quis in hac causa vñest Ofelli exemplo, quem puer se nouisse ait, fortasse rectius legemus, distabat, quasi ex oī ipsius dictōque & facto id puer didicisset: aut dicere poterimus esse enallagen hoc an illo modo legamus pro, distar, nullo namque tempore parcus à sordido vi. Quo nō discrepar, qua gratia aduocat Wou-lardus, distabit, tibi scilicet, id est, distanta inter se illa habebis. *nām fruſtrā v. v. i.* quod faciunt stulti dum vitant virtutē, tunc enim in conteraria currunt; atqui non est sordidus qui frugaliter vītit, ergo alius est sordidus, alius tenuis vītus, alius luxuriosus. *Avidieno cui ca.* argumen-tum ab exemplo, quod, quia ob oculos versatur, evidenter fidem facit. *cui canis ex vero dicitum.* ductum, habet codex Bland. antiquissimum, quem secuti sumus, suffragantes Lambino. *quinq̄uenies oleus est.* comedit. descriptio vīctus sordidi familiaris Avidieno. *quinq̄uenies.* nimia vītustate corruptas, *ac nisi mutatum p̄curit defendere v.* sic legitur in 4. codicibus Bland. reliqui habent, *defundere, sed incep̄te,* meo iudicio; non enim auaritiae est, sed optimi cuiusque & prudenterissimi parrisfa-miliās vīna diffundere, hoc est, postquam defervē-rūt, in cados aut amphoras vasaq; minora ē dolis mittere, vt iu his sint donec vīsus cauſa probentur. l. p. §. fin. ff. de tr. vīno & ole. ea itaque sententia vīni diffundendā huic loco aptari nequit, propter repotia, nataleis & dies festos, quibus vīna defun-duntur amicis, hoc est, propinanur, diisque libati solent optima & pretiosissima, verūm Avidienus pro sua auaritia, vīna mutata, hoc est, corrupta & euānida propinat, oleūmq; caulibus instillat odo-ris deterrimi. *cuius odor ē plē.* hēc ita ordinato, ipse caulibus instillat id oleum, cuius olei odorem, &c. *paris defendere v.* &c. sic habet omnes scripti cod. præter Mart. in quo vītū & omissum est, illa repotia postridie nuptias, ait Festus, apud nouū maritum cœnatur, quia quasi reficitur potatio, *πάντα προ-priē dicta, sicut & προσέδαια* pridie nuptiarum. Cō-mentator habet, repotia sunt invitationes mūne, quæ Græci, inquit, *προσέργουσι* dicunt, &c. hic ego aliquando regi προσέργουσι quasi non deoīs ageret Horatius tantum quæ sunt nuptiarum, sed etiam quæ ex symbolis in ordinem agitabārū; quocum conuiuas Plautus in Curgul. vocat ἐγενέσας: & dubitauit an Horatius alludere ad id Homeri Odys. λ. ι. γάμον τηλετην, οὐ διατίθεται διαλογη, vbi interpres, *έγειρος* dicitur, *τὸν συνθέτων γενέσας διέ-stros,* hoc est, ex collecta seu collatione comparata etenā seu convivium. Verūm ex Glossario cuius hic in repotia Festi mominit Iosephus Scaliger vir doctiss. certum est legi *έγειρος* à Commentato-re προσέργουσι. Adrianus Turnebus vir doctissi-

Mus autem etiam reportia celebrari solita iam liberis natis; cuius ego non periude rationem probo ac sententiam: aut enim ib. 4. cap. 6. Cum maiitis noua quotannis propè loboles nascatur, ut renouanda sit epulatio, siccirco ea conuiua reportia appellata. Atqui ut rari sunt mariti quibus quotannis noua proles nascitur, ita reportia non vieniius mariti annui proletarij, sed plurium conuiuatorum gratia dici videntur, à quibus vicissim reparantur computationes: Quare crediderim eas computationes nominari reportia, quæ liberis natu, matreque puerpera (quam partus grauiter affixit) post prescriptos, vel à natura, vel religione, dies, lanitatem redditæ, inter propinquos aut vicinos ordinatim celebrantur: ad quæ non minus quam noua nuptias (que Flandricæ weer-bleuten vocitantur) fit concursus ab omnibus, suis symbolis seu collectis peruvartiis in unum collatis. buc facit illud Ausoni: Coniugiisque dape & sacra reportia patrum. Turnebus & Lambinus hic pro *πατρογρίᾳ*, legunt *πατρογρίᾳ*, ab edendis liberis. *veterus non parcus n. acutum vetus est in laude apud naturales & medicos: at hic ponitur pro vetustefcente, seu moriente (vt habet Pers. Satyr. 4.) languidoque. Quam, quæso, narrat Horatius egregium apparatu lordidi Auidieni! utpote quinquennale soleas, & corna filiestria, cum condimento-memorabili, putà, vino, vappa, oleo foerido, quod non puer, sed ipse, non infundit, sed instillat cornu bilibri, ex ingenti copia, paucas guttulas, interim nō parcus (*igavatūs*) aceti veteris. Quam indecens, illiberalis, inhumanius & odiosus animus Auidieni! *hac vrguet lupus, hac canis aiunt.* Sic habent omnes scripti codices præter Diuz. & Mart. in quibus scribitur, *hac canis angit.* Sed priorem cum Cantero & doctissimis magis approbo. Deinde Bland. codices habent, *hac vrguet lupus.* Cōuenit autem hoc dictum in hominem suspenso animo, sententiaque *ancipi*, virtum sequatur aut fugiat, edacitatem ne, quæ per Rutilium Lupum denotatur, an fordeis canis Auidieni. Huic autem responder id prouerbij, in triuio consistere consilij: nam viam pro ratione consilij non infrequenter est innuenire, tam apud Græcos, quam Latinos scriptores. *munda oris.* hic versus variè legitur. In 4. codic. Bland. Busl. Nan. hoc modo, mundus erit, quæ non offendat, ceteri habent, qui; deinde alij habent, offendit; alij, offendit; postremò duo Bland. legant, sordidus talij duo, sordibus. Verum in tantæ actionis varietate, hæc mihi placet, mundus erit, qui non offendet sordibus, quæ mihi non minima legisur per synchysin huius dictionis, cultas, quam paulò super ostium legendum est moti-*

ter, ibi, seu pila vélox molliter, &c. hoc modo, is cultus, id est, vietus erit mundus, qui in neutram partem miser, id est, infelix & miserrimus, non offendet sordibus, id est, turpi immunditia naufragique, quæ tam luxum comitarur, iuxta illud Iuuenal. Satyr. 1. Sed quis fecerit ista luxuria sordides, &c. quam auaritiam. Quod autem Commētator & alij velint rō cultus, esse genitivi casus, omnino displicer, & absurdum fane vi letur, vt vel primo quasi obrutu cuius id manifestu fuerit, atque in neutram. rō atque, accipitur ex parte, nam is vietus non est mundus qui offendit sordibus, qualis is est qui in virtutemque partem est miser: virtus autem pars est eius virtutis quæ frugalitas dicitur, virtusque extrellum, luxus puta, & auaritia. *bicne ser. lapiens. Albuc. senex exēm.* Commentator, nec non Lambinus Albuclum scribunt senem auarorum, Nævium autem prodigum; quod ita se habere docet Lambinus ex Horatiano versu Satyr. 1. lib. 1 vt viuam Nævius, aut sic vt Nomentanus: Cōtrā, Glareanus Pseudacronem subsecutus, Albuclij exemplo vult taxari luxuriolum (proper seruos celstacores in apparandis conusuis) Nævij vero, ordidum, quod conuictis vñtam, id est, sordidam aquam præbuerit. Me certe Lambino assentiri in primis facit versus ille Horatianus, deinde rō teni, quod auaris potius quam prodigis datut: potremò rō simplex, nam prodigalitas ferè ex simplicitate, nimiaque facilitate ortum habet. *dum munia dist* dat, distribuit est enim dido, is, ere, compositum verbum antiquum à do, as, are, veteribus non inusitatum. Lucret. lib. 4. Nec refert quicquam, quo vietu corpus alatur, dummodo quod capias concoctum didere possis arrubus & stomachi humectum seruare tenorem. Virg. Aeneid. 7. diditur hic subito Troiana per agmina rumor. *simplex Nævius.* exemplum à Nævio luxurioso. *simplex. lupinus, & parum prudens. vñtam. vñguentis dilutam.* quod etiamtum hodie in apparatu splendido magnificum est. *acte punc v.c.* enumeratio eorum quæ comitantur & simpliciter & compositum vietu, vt virtusque ex oppositorum cognitione, clarius euadat omnino negligendam esse nimiam curam corporis, cum vt hoc vegetum sit & validum ad quævis munis subeunda, cum vt animus profusa crapula non impeditus, evigiler alacris & promptus, ad ea perquirenda quæ sunt honesta & cum virtute coniuncta. buc facit illud Seneca Epist. 8. hanc ergo san. inquit, & salubrem formam vice tene, vt corpori tantum indulgeas, quantum bone valetudini satis est; durius tractandum est, ne animo male pareat. Et Epist. 13. honestum ei vile est, cui

corpus nimis carum est. sic & D. Hieron. ad Neptorianum, pinguis venter non gignit sensum tenuem. *in primis u. b.* bona valetudo, *ἰντιγέστης οὐραγος καὶ ιερεσία*, simplicem victum sublequitur, quo bono corporis aliud nullum est optabilius, quod significat hæc Flandrica sententia, *Gheen vanden voog ghesonden. nam varie res.* Varietas ciborum, condimentorum, pulmentorumque: de quibus legitio suprà, in dictione, mala copia ex Celsio. Hoc autem argumentum est ex oposito, nam *κακόχεια* sociatur ingluvici. *v. t.* quemadmodum corpus afficiant. *credas.* credere potes aut debes, potentialiter. *memor illi. esca.* memorem facit vicius simplicis, & non conditi à voluptate, ut ad eū reuertatur neglecta luxuria. *olim tibi federrit.* aliquando tibi placuerit. Virg. 4. Aeneid. Si mihi non animo fixu immotumq; federreret. *at simul assis m. e.* inæqualitas ciborum ex sua substantia, cū dissimili & coquendi & cöndendi modo, solent esse *κακόχυμα*, si stomachus sit imbecillior. *Vides ut pallidus o. c. d. d.* surgarde cœna dubia. In omnibus scriptis adnorata est interrogationis nota præter Diuz. pallidus hic dicitur à pallore, qui ἔχεις Graecè dicitur, qui nascitur propriè ex multa pituita cum pauca bile; alius autem pallor est qui ἔχει nominatur, quam Cic. decolorationem nuncupat, quæ varias causas habet, ut videre est apud medicos. *dubia.* Cœna dubia est o-pipara, multisque ferculis instructa, quod prouerbium parasitorum est, inquit Erasmus. Phormio apud Terent. Cœna dubia apponitur, quid isthuc verbi est? *vbi tu dubites quid sumas.* potissimum: alias autem dubium periculum significat. Ita cœna dubia ea quoq; esse potest, quæ nō caret suspicione venienti. *καὶ τὸν κορψ ὄνυστον.* ea namque est sympathia corporis & animi inter se, ut mutuis affectionibus aut grauius nō raro, aut leuius agitantur: Quemadmodum docte simul & luculentiter disputat Pätinus in suis cōmentariis in 2. cap. li. 2. C. Celsi. *huc accedit illud apud Stobē.* *τὰ σύνοπτα ποιῶν, μὴ ἀρεπίσας,* ἐκθεραπάσας, *ἀλλὰ λαμπεῖς,* *καὶ* ἐπελεῖς, *ἴνα μήπε διὰ τὰ σωματικὰ* *αἱ ψυχαι* *ζεγγέτωσι* *φριπαὶ θεραπεῖαι,* *καὶ τὸν οὐδιώτην* *τὸν σωματικὸν ὀλιγοερῶσι*, *ἴπιοις* *βλάπτεται*, *τρεφεῖσθαι* *μὴ τολεῖσθαι*, *νοσεῖσθαι* *τὸν σώματος*, *τὰ σώματα*, hoc est, cōiuīis viror, non cum neglectu & tristitia, sed hilariter & cum frugalitate, ut neque per corpoream animæ deceptræ perturbentur, neque corporeas voluptates contemnant, & deinde lædantur: diuitiis quidem luxuriā, in posterum verò morbis affligenda corpora. *atque affligit humo.* Scripti codices ad vnum omnes habent, *affligit.* verū codices Bland, tres miserrimis characteribus exhibet hanc adnoratiunculam, desicit in terram; quæ facit ut omnino

non dubitem libenter amplexari cum Lambinos & affligit, ut omittam verbum, prægrauat, eam sententiam designare; corpus enim viuis hesteris, nisi maius legere, *hesterū vinis*; quod mihi multū probatur, sed sine exemplo, hoc est, hesterina crapula onustum, prægrauat animalium, clumq; prægrauat affligit humo, sive potius humili prosternit: nec difficulter mihi quis fidem fecerit antiquam lectionem suisile, affligit humi; & incitè à scolis vitramque depravatum, pro *κακόχειας κακοῖς*. Sio Gregor. in vers. *ἀτὰ νέαν ὑπὲν με κακοὺς τάξος*, id est, Atqui deorum deprimit sic humili & pulcrita. In eadem significatione Celsus visitur confictari, ægroti est, inquietus, in lecto confictatis. Hesychio est *πάστρας* seu *πάστρις*. Sic & Plinius de cane libro 8. cap. 40. donec assidua rotatū vertigine afflixit, ad casum eius tellure cōculsa. *divinis particulam a. hoc est, animū ipsum ex sempiternis illis ignibus sumunt, que sidera & stellas appellatis*, ait Cic. ex Platon. *alter ubi dicto e. ex antithesi* enumerat cōmoda vicius frugalis. *vbi dicto citius e.* non patu cespitat hic Pseudaecon, coordinans & dicto citius, verbo surgit, cū rectius (meo quidem iudicio) apponi debeant proximo participio; curata, hoc modo: Alter, qui paruo viuit, ubi dicto citius, hoc est, parce & sobrie mēbra, hoc est, corpus curavit, & sopori dedit, surgit vegetus, &c. ostendit enim si uigi hominē, non instat luxurio, multis ac Sibariticis misib; quasi *ἀρχαντικά* suas voluptates, easq; in multas noctis horas producere. *hic tamen ad melius.* in rā tamen, subintelligitur & quamvis, in hāc sententiam: *Quamvis frugalis cibo simplici & parco cōtentus viuat, tamen præluxurioso hoc habet commodi, ut non abhorreat à melioribus & laurioribus, si quando vel tempus, aut valetudo corporis hoc requirat;* haec etiā ratione subindicat quo parsus distat à solidido, qui nihil quam genium fraudat, nec unquam se refocillat, etiam tunc cum maximè est opus, de hoc structuræ genere vide Laurent. Vallam lib. 2. elegant. cap. 41. *quondam*, quandoque ad futura pertinet. *aduxerit.* sic habent 4. cod. Bland. Busl. Nan. Mart. sed Diu. & Tōn. adduxerit. *ubique.* hoc est, & quando. *tractari mollius ex i. v.* senes enim vita lauiori libenter tractari solent: hinc est illud, *ληπαῖς γηραῖσκεν*, beatè cōlēns scire, delicateque, nec vila premi egesiate: *rancidam aprum.* ab auctoritate & disciplina maiorum non obsecrè notat deliciarum gurgites; iis enim ita curæ erat dixere superflua abscondere, ut cum hospite mallent etiam rancescencia laudare, quam turpem saginam nimia corporis luxuria contrahere. Quare, *ξεροκράτης εποιεῖ εὔρεις ἐπειδήστης, ἐφεντο εἰπεῖς τεταράρηψεν περιεἶπεν ἀπαλλαγῆς.*

τοῦ τε ἑρμηνείας τοῦ λόγου πεπάντεις. οὐδὲ καὶ οὐ παραγίνεται, τὸ ξενοκράτειον τυχεῖσθαι, εἰπεὶ τὸ ιπποτεῖον παραπόντον, καὶ μὴ ταχεῖα ἀπελογεύεσθαι, vt scribit Sto-bæus. hoc est, Xenocrates si quādō vini cadum re-leuisset, in rāppam conuertebatur, antequām cōsumeretur. Sæpe & obsonia p̄ridiana iam corrūpta abiecit: hinc natum est diuerbium, ξενοκράτειον, de rebus diu durantibus, & quæ non faciliè consumuntur. sed credo: Hellenimus, ἐπίρητος, non quis. ιπποτεῖος, natus autē metaphoricōs pro iudicio ponit, quod hospes. Nota antiquos plus hospitalitati quām gulæ tribuisse. *vitiatum com-modius.* codex Bland. cum Tons. habet, *vitiaret.* & in tribus codic. Bland. adnotatum est, reprehenderet; sed vulgata lectio videtur antiquior, cōmodius enim licet hospiti vitias & rācidas apri reliquias edere, quām totū recentēmq; aprum hel-luonu turpiter & incōmodè lurcati. Huic autem lectioni videntur ea patrocinari, quæ ad finem postrem satyræ cōmemorat. Fundanius de discerptis membris gruis, de armis leporum aululis, de merulis & palumbib; sine elune: quas res viriatis Nasidiens sordidissimus cūm apposuit, sibi id fore laudi credebat ad imitationem antiquæ par-fimonie, vt ibi dicemus: *vitiatum aptum poni pro suis partibus virtus ranciditatim malevolentibus verisimile est.* hos vti-nam inter. videtur alludere ad illud Hesiodi in Oper. & dieb. μετέπειτα περιλογία τε πινατοι μετρικά περιστοι, hoc est, ὁ vti-nam non vīla ætas mihi quinta fuisit. *heroas.* Martianus Capella dicit alibi, herā denotare terram, vnde heroes dicti, nimirum Terra filij & principes. *das aliquid fame.* in quibusdam codi-cibus ponuntur hęc erotematico:, sed malim esse hypophoram. *qua carmine g. a. o. b.* hoc est, quæ fama carmine celestata potest esse gloriora auribus humanis audiituque iucundior quām aeroama frugalitatis sobrietati: quæ? quām vita frugaliter honesteque peractæ? quod vīa fiat, inquit Epictetus, περιττῶν καταβοτῶν περιττῶν καταβοτῶν περιττῶν, hoc est, conator recte facere. hoc enim modo bonam famam lucifeceris. *occupat.* sit ha-bet codex Bland.. *vetustissimus,* quam sc̄i ipsuram vulgatæ puto præferendam, vt sit modi potentia-lis; pro occupare possit aut debet: ceteri codices consentiunt vulgatæ. *occupare aureis,* est auribus informare. *grandes rhombi.* commissationes luxuriosæ: ex antitheti infamiae: *addeiratum p.* con-geries malorum quæ extrinsecus adlunt glutoni. *as laquei p.* sic habent cod. 4. Bland. & Tons. ce-teri, ἐσ. sed priorem probat Canderus doctissi-mus. *Traxius.* variè transformatur hęc dicitio. 4. codices Bland. & Tons. habent *Traxius.* Busl. *Traxius.* Nan. *Traulius.* Diu. *Tosius.* Quid si

Thracius legamus, vt sit gentilitium à Thracibus? iure inquit *Traxius* isti i. v. translatio huius incre-pationis facta ab aforo quadam diuite, in *Traxium* aliquem luxuriosum & egentiorem. Ergo quod superat. *νερτία* increpans abusum, demonstrat v-sum verum & laude dignum. *Cure eget ind. supp.* cegestate & inopia. *Ετοτεμα;* à caritate in prox-imum. *quare templar.* à pietate & religione erga deos. *cur improbe care.* a pietate in patriam. *vni nimisum rete.* per pulchra *Ιγνασία,* mones alorum fortunæ instabilis. *codex Bland.* antiquiss. ha-bet, recte. Ad hunc locum pertinent illa Phile-monis. ἀνὴρ στίντυτος, μὴ τε τολμητε πεπλόν, ἀδιά-vi-rant. ἀπὸ φωνῆς ζεῦτε βίον: ἀλλὰ χρήματα τις in hūris, ἃς τάχις ἀποδοκιματεῖ, κτηνόμενοι οἰκιας. τύχης δὲ uti-tiōnās εἰς θύρας, ὅτε τὸ ιπποτεῖον τίθεται πρώτος in tēn ἔνεσται, hoc est, vir pauper qui nullam didicit artem, nequit tranquille vivere vitam; sed pecu-niæ nobis non defunt; at illæ cito pereunt: sunt nobis p̄diā & domus: an ignoras fortunæ vices, quæ diuitem nudic efficit in crastinum pauperem & mendicum? ὁ magnus. magnus risus, pro mul-ti. m ridiculus, per syllabī: vt Terent. vbi illic sce-lus est, qui me perdidit? *vt erit ne ad cas d. t.* ic legi-tur in omnibus scriptis, non etiā, vt vulgo, vternā. verum de re ne, an otiosa sit particula, an ornatus gracia appolita interrogationi, mihi profecto non facit liquet; atqui crediderim eam interrogationi fertire, sed per synchysin longius absce suo loco, & subseq̄ui debere τὸ hic, hoc modo, vter ad casus dubios, &c. hic ne qui pluribus aff. &c. an qui cōtentus p. &c. eam certe scribendi rationē multis in locis ostendo Horatio esse peculiarē. *ad casus du-bios.* τὸ μέλλον γράπταισαν αὐθέρνοις ἀδρόλον. ait Demosth. Εἰ μηρεὶ ταρσοὶ μεταλλεύματαν αἴσιοι γιγνονται, hoc est, euentus omniis omnibus hominibus incertus est, & occasiōnū momēta ad res maximas causæ existunt; fidei sibi c. erit constantior mētēm corpusq; propter mutuā sympathiam. *superbum.* elatiū luxu, delicii' oī. & ideo ἀντονεὶ τὸ φρεγα ut sapientis. *ἱψηροις.* & *τονιστοις.* *apearit idonea b. luctuā.* Tecū prius ergo voluta hęc anime ante tubas ga-leatū sero duelli p̄enitit, &c. quò magis his credas. à dīcta & victu modico Ofelli rustic. latius v-sum. Hentieus Stephanus legit, *lautius.* & hoc re-c̄tius, meo iudicio. *videtas metato in a.* quilibet vi-dere andréque potuit narrantem hęc, ego non temere edi in luce profesta, &c. per synchysin. τὸ *vides,* autem ponitur per enallagm, putā, secūda & certa persona pro quavis texta & incerta. *fortē col.* constancē & parentem. *fumosa cum p. perna.* est autem perna pars è stercidia, quæ tria continet, pernam, petasone & lardum: hoc autē epithetum sumtū est iuxta falsuram M. Catonis, qui in libris

de rebus rusticis pernas salitas in fumo biduum suspendere fecit. Sic & Plaut. in Capt. Quanta peccus pernas venier, quanta lardo, aduenientis totum deurbabit cum carne carnarium. *per imbre*, propter imbre, vel potius, per metathesin, per hiemem, perceptis, putat, iam frugibus, operique rusticō peracto, quo tempore praecepit Hesiod. curare corpus, gen: oī; indulgere, invitare genialis hiemis, inquit poētæ tunc etiam grata est tua pensilis, ornataque nux cum fico duplīci secundas mensas. *bene erat*. sat is erat, & abunde ad hilaritatem, dum pullis, hædis inermisque dapibus vescentur. *non piscibus v. p. magnō pretio emis ad luxum*, quod est Catillonum *secundas & n. o. m.* Mensæ alia sunt primæ, alia secundæ, alia tertie, teste Polluce: Mensæ autem secundæ, *dūrīggi rēpūtūz* Græci dictæ erant, quibus bellaria, tragemata & id genus dulcia apponebatur. Dicearchus apud Athenæ. lib. 14. *ηγιε τὸν πόλιον διπλῶν κατοίκους διπλεῖς παρέχουσα, διπλέα τράπεζα τεσσαρίνητο, καὶ εἰδώλους, καὶ μύες, καὶ θυμιάσια, καὶ ταρταρούς αὐτοῦ θεάτραν. culpa posare magistra.* Nullus est ex letris codicibus in quo non offenditur hec lectio, verum quia Lambinus censet legendum, *culpa pos. mag.* statui apud me non ita discedere ab utilitate lectione, ut in vito ponam, aut eam sic esse te, ut Labinus conatus, improbum, qui mihi non paru laudis mereri videtur; certè penes eruditum lectorum esto, utram velut notare. post hoc ludus eras culpa p. m. hoc est postquam nos edendo exemplis, bibendum, ludebamus, sed non sine culpa, quæ nobis inter porandum dominabatur tamquam magistra poculorū, nimirū ut & is qui profsus esset abstemius, & qui largius hauriret aequo, & qui extra ordinem biberet, quique ad iniquas bibendi leges inuareret, in multam incideret plus minusve bibendi; ita stebat, ut omnes aequis & animis & sententiis hilaresceremus. Turnebus hue alludit, sed aliud communis citur, culpa magistra, inquiens, *coniuiae bibere nec cogebantur, ne in ebrietatem incidenterent, sed ut ab ea coerterentur, nemo, nisi qui aliqua in re peccarat, calice ducebatur ut bibere poenæ & dedecoris esset, non invitationis aut magisterij.* sic apud Plaut. in Sticho, qui peccat, poculo multabitur, uter, inquit, demutatis, poculo multabitur, hæc ille, atqui (ut cum bona gratia viri doctissimi loquar) is locus Plauti omnino suffragatur sententia Lambini, planeq; conuincit legendū esse cuppa mag., vult enim virtutumque seruū Sangarinum & Stichū ex uno poculo vīnū ducere: fallitur autem Turnebus in interpunktione versus Plautini, addit enim *τὸν* poculo, verbo multabitur, quasi multa esset poculū, cùm debeat apponit verbo demutatis, hoc modo;

agedum Stiehe, uter demutatis poculo, multabitur: nam paullò post ait Sangarinus, haec facetia est, amare inter se riualeis ducs, uno cantharo potare, & vnum scortum ducere. Quare si hic Plautum sequimur, emendationem Lambini necessariam est amplecti, & ludere cuppæ magistra, est vnius cuppæ coniuiae omnis magisterium pati, & ex ea in ordinem potare. ac venerata Ceres, postquam Cererem venerati essemus, in vota nostra invocassimus, eisq; libassemus, ut ea exurget alto culmo, hoc est, culmū faceret exurgere altum, expulit, explicuit, di, cussir, spe feruioris segetis, serria contractæ frontis, curas osmeis & molestias, obliuionemque præteriorum laborum vino non difficulter induxit. Codex Mart. habet, at venerata, &c. Tons. ac venerata C. ita culmo vti surget, al. ceteri habent, ac ven. Cer. ita cul. s. a. Ceterum hic versus satis quoque patrocinatur ei interpretationi qua, suprà diximus τὸν imbre, μιτρὰς accipi pro hieme. *sauiat atque no. m. εἰποῦντο* repeti debent hæc verba, noui audire narrantem hæc verba. *sauiat a. n. & c. nouos*. alias ab iis quos nobis concitarunt bella civilia. *ἐπερινιτιστ.* per metalepsin, nictre enim corporis *ινέξει* demonstrat, quam præcedit & bona valetudo, & victus moderatus, quemadmodum pallor indicat *ραχήσια*, & malam valetudinem, cibumq; intemperatum. ut huc postquam hoc venire, hoc est, in possessionem missus ab Augusto, huius rei meminimus Ecloga 5. lib. 1. Nulli codices habent τὸ hic, *nam proprie tel.* Commorandi enim natura diuersorum nobis, inquit Cato Maior, non habitandi locum dedit. Lucil. Satyr. 17. Cetera contemnit, & in usura omnia ponit non magna, proprium vero nil neminem habere. *nos expulit.* per Angustum, qui Vmbreno misiti eius agros assignauerat. *viciacor heres.* his consonantibus ad Iulium Florum scribit Epist. 2. tamquam sit proprium cuiquam, puncto quod mobilis horæ, nunc prece, nunc pretio, nunc vi, nunc forte supra permittet dominos, &c. Nam de sua possessione quis excidit, aut vi, aut luxu, aut juris ignoratione, aut morte. *sub nomine supp. dicitur. quocircum viuise. for. elauisla ναεγιτηνα*, tale est illud Virg. Durate, & vosmet rebus seruare secundis, &c.

E C L O G A I I I . D A M A S I P P V S .

*S. I. rād̄ scribis, ut toto non quater anno
Membranam poscas, scriptorū queaque retexens,
Iratus tibi, quid vini, somniḡ benignus.
Nil dignum sermonē canas. quid fieri ab ipfis
Sauit.*

- 5 *Saturnahbum* hic fugisti. sobrius ergo
Dic aliquid dignum promissis: incipit: nil est:
Culpantur frumenta calamitum immersumq; laborat
Ita in natus paries diu, aequa poëia:
Atque vultus erat mula, & præclarum minans;
- 10 Si vacuum tepido cepisset villula testo.
Quorsum peris nimis stpare Platona Menandros
Eupolin, Archulos hum, comites educere tuncos?
Inuidiam placare paras virtute relicta?
Conzemnere miser. vitanda est improba Siren.
- 15 Desidia: aut, quidquid vita meliore parasti,
Ponendum aquo animo. di te Damasippus, deaq;
Verum ob consilium donent consore. sed unde
Tā bene me nosf? postquam omnis res mea tanum
Ad medium fracta est, aliena negotia curo,
- 20 Excusus proprius. olim nam querere amabam.
Quo vafer ille pedes lauisset Sisyphus aene:
Quid sculptum infabre, quid fusum durius effet:
Calidus huius signo ponebam millia centum.
Hortos, egregiisque domos mercarier vnu
- 25 Cum lucro noram, unde frequentia Mercuriale.
Impsuere mihi cognomen compita. nouis:
Et morbi miror purgatum te illus. at qui
Emouit veterem mirè nouus: ut solet, in cor.
Traictio lateris miseri, capitisque dolore:
- 30 Ut lethargicus hic cū sit pugil, & medicū vrget.
Dū nequid simile huic, esto, ut liber. bō bone, ne re
Frustrete, insano & tu: stultique propè omnes:
Si quid Stertinius veri crepat: unde ego mira
Descripsi docili præcepta hec, tempore, quo me
- 35 Solatus iubite sapientem pasceré barbam,
Arque à Fabricio non tristem ponte reuerti.
Nam, male re gesta cū vellem mittere opero.
Me capite in flumen: dexter stetit: & caue faxi
Te quidquam indignum. pudor, inquit, se ma-
- lu vrget:
- 40 Insanos qui inter vere estre insanum haberis.
Primum nam inquiramus, quid sit furere. hoc si
erit inse:
- Solo: nil verbi, pereas quin fortiter, addam.
Quē mal; stultiitia, &, quenq; in scissa veri
Cucū agit: insanum Chrysippi porticus, & grex
- 45 Autem. hec populos, hec magnos formulari re-
Excepto sapiente, tenet. nūc accipe, quare (ges;
- Desipient omnes aequè ac tu, qui tibi noxiem.
Insano posuere. velut siluis, ubi paſſim
Palanteus exor certo de tramis, peluit;
- Ille sinistrorum, hic dextrorum abit: vnu viri q; 50
Error: sed varius illudis partibus: hoc te
Crede modo insanum: nihilo ut sapientior ille,
Qui te deridet, cunctā trahat, & genitū unum
Stalisticæ, nibilum mequendū timentis: ut igneū,
Ut rupeis, fluuiosq; in campo obstat queratur. 55
Alterū & huic variū, & nihilo sapientius, igneū
Per medios, fluuios querentis, clamet amica
Mater, honesta soror, cū cognatis, pater, vxor,
Hic fossa est: singens: hic rupe maxima: serua:
Non magis audierit, quam Fufius ebris olim, 60
Cūm ilionam edormit, Catiens mille ducentis,
Mater te appello, clamantisbus, huic ego vulgum
Errori similem cunctum insanire docebo.
- Insanit, veteres statuas Damasippus emendo:
Integer est mentis Damasippi creditor? esto: 65
Accipe, quod namquā reddas mihi, si tibi dicam:
Tūne insanus eris, si acceperis: an magis excors
Reiecta prada, quam præsens Mercurium fecit?
Scribe decem à Nerio. non est satis: adde Cicutæ
Nodosi tabulas centum: mille adde catenas: 70
Effugiet tamen hac sceleratus vincula Proteus:
Cūm rapies in iu malū ridentem alienum:
Fiet aper: modo aui, modò saxum: &, cūm vo-
let, arbor:
Si male rem gerere insanis est: contrà, bene sanis:
Putidius multo cerebrum est (mibi credere) Ferilli 75
Dictantu, quod tu namquam rescribere possis.
Audire, atque togam iubeo componere, quisquis
Ambitione mala, aut argenti pallet amore:
Quisquis luxuria, tristisve superstitione,
Aut also mentis morbo cales: huc propius me, 80
Dum doceo insanire omnem, vos ordine adite.
Danda est ellebori multo pars maxima avaris:
Nescio an Anticyram ratio illius destinet omnem.
Heredes Staberl sun: mām incidere sepulchro. 85
Ni sic fecissent, gladiotorum dare centum
Damnati populo paria, atque epulum, arbi-
trio Arti:
Frumenti quantum mecit Africa. siue ego prænē,
Seu recte: hoc volti: ne sis patruus miti. credo

- Hoc Staberl prudenter animū vidisse. quid ergo
 90 Sensit, cūm summam patrimoni insculpere. saxo
 Heredes volauerat: quoad vixit, credidit ingens
 Pauperiem virum: & cauit nihil acris: ut si
 Forte nimis locuples vno quadrante perirent,
 Ipse videretur sibi nequior. omnis enim res,
 95 Virtus, fama, decus, divina, humanaq; pulchra
 Dinitus, parent: quas qui construxerit, ille
 Clarus erit, fortis, iustus, sapiens ne etiā, & rex,
 Et, quidquid volet, hoc, veluti virtute paratum,
 Sperant magna laudi fore. quid simile isti
 100 Graens Aristippus? qui seruos preoccere aurum
 In media iuſſit Libyā: quia tardius irerent
 Propter onus segnes. vter est inſanior horum?
 Nil agit exemplum, litem quod lite resoluunt.
 Siquis emat citbaras, emptas cōportet in vnum,
 105 Nec studio cithara, nec muse deditus vlli:
 Si calpra, & formas non fuit: nautica vela
 Auerius mercatoris: delirus, & amens
 Vndeque dicatur merito. quid discrepat isti,
 Qui nummos, aurumque recondit, nescius vii
 110 Compositis, metuēisque velut contingere sacrū?
 Si quis ad ingentem frumenti ſemper aceruum
 Porrectus vigilet cum longo fuste: neque illinc
 Audeat eſuriens dominus contingere granum:
 Ac potius foliis parcus vſcatur amarus:
 115 Si poſitus intus Chij, veterisque Falerni
 Mille cald: nihil eſt, tercentum millibus, acre?
 Potet acetū: age, ſi & stramentis incubet, unde
 Octoginta annos natus, cui stragula vſtu,
 Blattarum, ac tinearum epule, putescat in arca:
 120 Ni mirum inſanus pueris videatur eo, quod
 Maxima pars hominum morbo iactetur eodem.
 Filius, aperte iam haec libertus ut ebibat heres,
 Diu inimice ſenex cuſtodiſ: ne tibi deſta?
 Quantulū enim ſumma curabit quifq; diuerum,
 125 Vngere ſi cauleq; oleo meliore, caputque
 Cæperuſ impexa ſedum porrigitne: quare,
 Si quiduis ſatuſ eſt, periuſas, ſurripis, auferas
 Vndeque? tu' ſanus? populum ſi cedere ſaxiſ
 Incipias, ſeruōſe tuos, quoſ are parariſ:
 130 Inſanum te omnes pueri, clamēnque pueſſe.
 Cum liqueo vxorem interiuiſ, matrēnque
 veneno,
- Incolumis capite es? quid enim? neque in horfa-
 ci Argu,
 Noc ferro: ve demens genitricē occidit Oreftes.
 An cureru eum occisa inſanisſe parente?
 Ac non ante malis dewentem alio ſuriis, quam
 In matris iugulo ferrum cepeſecis acutum?
 Qui ex quo eſt habitus male ſue mēti Oreftes;
 Nil ſane fecit, quod eu reprehendere poſſu:
 Non Piladen ferro violare, auſuſve ſororem
 Electram: tantum malè dicit vriſque, vocando
 Hanc furia hunc aliud, iuſſit quod ſplendida bilis.
 Panper opinium argenti poſſu inueni, & auti,
 Qui Veientanum festi polare diebus
 Campana ſolitus tralla, vappāmque profeſſiū:
 Quondam lethargo grādi eſt oppreſſus: vi heres
 Iam circum lochlos, & claueriſ ſatus, auānque
 Curreret. hunc medicus multū celer, atq; fideliſ
 Excitat hoc pacto: mensam ponit iubet: neque
 Effundi ſaccos nummorum, accedere plareis
 Ad numerandū: hominē ſic erigit, addit & illud, 130
 Ni tua cuſtodia, auidus iam hac auferet heres.
 Men' riuo: ve viuas igitur, vigila: hoc age. quid
 Deficient inopem vene te, ni cibis, atque (vix?
 Ingens accedat ſtomacho fultraruenti.
 Tu cessaſ: agēdum ſumie hoc peſanarium oryz.e. 135
 Quanti empa? paruo. quanti ergo? oſto aſſi-
 bus. cheu:
 Quid refert, morbo: an ſuriis, pereāmz, & ſpinis?
 Quis nam igitur ſanus? qui non ſtulus, quid?
 amarus?
 Stultus & inſanus. quid? ſi quis non ſit. amarus:
 Continuū ſanus? minimē. cur Stoice: dicam. 140
 Non eſt cardiacus, Craterum dixiſſe puerato,
 Hic ager: recte eſt igitur, ſurge queſe? negabit:
 Quod latuſ, aut renes morbo tentantur acuto.
 Non eſt periurus, neque ſordidus. immolet equis
 Hic porcū laribus. verū ambitiosus, & audax. 145
 Nauigis Anticyrā. quid enim differt, barabrone
 Dones, quidquid habes, an nūquā viare parati?
 Seruius Oppidus Canus I. duo pedia diues
 Antiqua cenuſ, natuſ diuſſe diuobus
 Fertur: & bac mōiens pueris dixiſſe vocatis
 Adlectum: Postquam tetulos, Aule, nucēſque
 Ferre ſinalexo: donare & ludere vidi:

Te, Ti-

Te, Tiberi, numerare: canis abſcondere tristum:

Exiūui, ne vos ageret veſania diſcorſ:

75 Tu Nomeneanum, tu ne ſequerere Cicutam.

Quare per diuos oratuſ vierque penateuſ,

Tu caue ne minua: tu ne maius facias id,

Quod ſariſ eſſe puerat pater: & natura coērcet.

Praeteren ne vos titillat gloria, iure-

180 Iterando obſtrīgam ambo: vter ediliſ, fueriſ veſtrām prator: iſ inestabiliſ, & ſacer eſto.

In cicere, arqueſtaba bona tu, perdāſque lupiniſ;

Latiſ vi in circō ſpatiere, aut aneus ut ſteſ,

Nidus agris, nudus numiniſ, iſ ſane, paterniſ:

185 Scilicet vi plauſuſ, quos fert Agrippa, feras tu,

Aſtuta ingenuum vulpes imitata leonem?

Ne qui humaſſe velit Aiaceſ Atrida vetaſ cur?

Rex ſum, miſi vltuſ quaero plebeiuſ, & aquam

Rem imperito: ac, ſi cui videor non iuſtuſ, multo

190 Dicere, que ſentit, permittō. maxime rogum;

Ditibident capta classem reducere Troia:

Ergo consulere, & mox respondere licebit?

Confule, cur Ajax heros ab Achille ſecundus

Pueſcet, coiſes ſeruatis clarus Achiuſ: (matō:

195 Gaudet ut populuſ Priami, Priamuſq; inhu-

Per quem tot iuuenes patrio caruere ſepulcro?

Mille ouium iſfanuſ moriſ dedi, incliſuſ Vlyſſem,

Et Menelaum vna meū ſe occidere clamans.

Tu, cum pro viuula ſtatutuſ dulcem Aulide natam

200 Ante aras, ſparguq; mola caput, improbe, ſalfa:

Rectum animi ſeruas? quorū ſum? iſfanuſ quid

enim Alix

Feeſe, cum ſtrāniſ ferro pecuſ: abſtinuit vnu

Vxore, & nato, mala multa precatuſ Atrida:

Non ille, aut Teucruſ, aut iſpuſ violauit Vlyſſem.

205 Verū ego, ut herenſis aduersitora nauciſ

Eriperem, prudens placauit ſanguine diuſos.

Nempe tuo furioſe, meo, ſed non furioſuſ.

Qui ſpecies alias vero, ſceleriq; tumultuſ

Permifas capieſ, commoruiſ habebitur: aſquo,

210 ſentiuiſo error, mibulum diſhabit, an ira.

Alias cum immeritoſ occidiſ, deſpici, agnoſ:

Cum prudens ſceluſ ob titulas admittiſ in lanciſ:

Sic animo? & parum eſt viſio ſtati, cum ruini-

dum eſt cor?

Si qua leſtina mitium geſtare amet agnam:

Huic vefkem, vt nata, paret ancillas: paret aurū: 215

Puſam, aut puſillans appelleſ, ſorūque marito

Deſtinet vxorē: interdicto huic omne adiuit ius

Praetor, & ad ſanos abeat tutela propinquos.

Quid: ſi quis naſam pro muta deuouet agna:

Integer eſt animi: ne dixeris, ergo vbi praia.

Stultitia, bic ſumma eſt iſfama, qui ſcelerat uſ:

Et furioſuſ erit, quem cepit virea fama,

Hunc circumtonuſ gaudens Bellona cruentuſ.

Nunc age luxuriam; & Nomentanum arripe mecum.

Vincet enim ſtultos ratio iſfante nepotes.

Hic ſimul accepit patruonuſ mille talenta:

Edicuſ, pifeatoſ rui, pomariuſ, auceps,

Vnguinearino, ac Tuſci turba impia vici,

Cum ſcurruſ faror, cuſ velabro omne macellum,

Mane domū ventat, quid tu? venere frequētes.

Verba facit leno, quidquid mihi, quidquid & horum

Cuique domiſ eſt, id crede tuum, & vel nunc pe-
te, vel eras.

Accipe, quid contrā iuueni responderit equus.

In niue Lycana dormuſ ocreatus, vt aprum

Cenem ego: tu pifeiū biberno ex aquore verriſ:

Segnis ego, indignus, qui tantum poſſideā: aufer:

Sume tibi decies: ibi tantum deſt: ibi triplex.

Vnde vxor media currin de nocte vocata.

Filiuſ Aeoſopi deſtractam ex aurē Metella,

Scilicet vt decies ſolidum exforberet; acero:

240 Diluit inſignem baccam: quí ſanior, ac fi

Illud idem in rapidū flumen, iacerēre cloacam?

Quindī progenies Arri, par nobile frātrum,

Nequitiā & nugis prauorū & amore gemellum

Lufſinias ſoliti impenſo prandere coēmtas.

Quorū ſum abeant ſans: creaſ an carbone noſādū

Aedificare casas, ploſtello adiungeſe mures,

Luderet par impar, equizare in arundine longa

Si quem delectet barbatum: amentia verſet.

Si pueriliuſ hiſ raiſo eſſe cunctet amare:

Nes quicquid diſferet, virūne in puluere, ſtrīu

Quale priuilegii opus: an meretriciū adoro.

Solliciuſ plores: quero, faciāſne, quod olim

Meratuſ Polemo? ponas inſignia morbi,

Faciolas, cubital, focalia? poruſ re ille

255 Dicim

- Dicteur ex collo furiis carpisse coronas:
 Postquam est improrsi correspici voce magistri?
 Porrigi irato phero cum pomis, recensat.
 Sume Catelle: negat. si non des, optat. amator
²⁶⁰ Exclusus quid sit: agit ubi secum, ear, an non,
 Quo reditus erat non arcessitus: & heret
 Inuisis soritis? nec nunc, cum me vocet vltro,
 Accedam? an potius mediter finire dolores?
 Exclusus: reuocat: redeam? non, si obsecres. ecce
²⁶⁵ Seruus non paullo sapientior. o bere, quares
 Nec modū habet, neqz consilium, ratiōne, modoqz
 Tractari nō vult. in amore hac sunt male, bellū,
 Pax rursum. bac si quis tempestatis prop̄ ritu
 Mobilis, & caca fluitantia forte, labore
²⁷⁰ Reddere certa: sibi nibilo plus explicet, ac si
 Insanire pareat certaratione, modoque.
 Quid: cum Bicenii excerpens semina pomis
 Gaudeat, si cameram percussi sorti: penes te ei?
 Quid: cum balba seris annoso verba palato:
²⁷⁵ Aedificante casas qui sanior? adde cruorem
 Stutitiae: at qz ignē gladio scrutare: modū, inquā,
 Hellade percussa Marus cum prcipitat se,
 Cerritus fuit: an commota criminē mentis.
 Absolues hominē: & sceleris damnabū eundem,
²⁸⁰ Ex more imponens cognata vocabula rebui:
 Liberinus erat, qui circum compita fissus
 Latus manē senex manib⁹ currebat, & tonum
 Quid, tā magnū addens; vnu: me surprise mortis:
 Dus etenim facile est, orabat: sanus vrisque
²⁸⁵ Auribus, at qz oculis: mente, nisi litigiosus,
 Exciperet dominus, cū vederet. hoc quoqz vulgus
 Chrysippus ponit secunda in gente Menenī.
 Iuppiter, ingentis qui das, admissisque dolores:
 Mater aut pueri mensis iam quinque cubant,
²⁹⁰ Frigida si puerum quare ana reliquerit: illo
 Manē die, quo tu indicis ieiunia, nudus
 In Tiberi stabit. casus, medicus leuarie
 Aegrum ex precipiti: mater delira nec abit
 In gelida fixum ripa: febrisque reduces.
²⁹⁵ Quōne malo meniem concussa? timore doerum.
 Hec mibi Stertinius sapientum oī aū amico
 Arma dedit: post bac ne compellaver inultus.
 Dixerit insanum qui me, totidem audies: atque
 Respiceret ignoro discripendēta cargo.
- 300
- Stoice post daniū, si vendas omnia pluris.
 Quam me fulviam (quoniam non est genu vnu)
 Insanire putas? ego n̄ mi videor iubili sanus.
 Quid: caput abjicissum deviēs cum portat Agave
 Nati infelici, fibriū furiosa videatur?
 Sculum me facio (liceat concedere verū)
³⁰⁵ Atqz etiam insanum: tantū hoc ediffere, quo me
 Aegrotare putas animū viuo. accipe: primū
 Aedificas: hoc est longos invicatu, ab imo
 Ad summum soris moduli bipedalu: & idem
 Corpore maiorem rides Turboniu in armū
³¹⁰ Spiritum, & incessum: qui ridiculus minus illorū
 An, quodcūqz facit Macenas, te quoqz, verū est,
 Tanto diſsimilem, & tanto certare minorem?
 Absentia rana pullis viculi pede preſu,
 Vnus vbi effugit: matrī denarrat, vi iugent.
³¹⁵ Bellua cognatos elicerit. illa rogare,
 Quantāne? nū tantū, sufflans se, magna fuisse.
 Major dimidio, num tantum? cum magū, atqz
 Se magu inflaret: non, si te ruperis, inquit,
 Par eris. hec à te non multū ab ludis imago.
³²⁰ Adde poēmat a nunc: hoc est oleum adde camiso:
 Que siquā sanus fecit: sanus faciū & tu.
 Non dico horrendam rabiem, iam desine culum
 Maiorem censu. teneas Damasippe suis te:
 Mille puellarum, puerorum mille furores.
³²⁵ O maior, tandem parcas insane minore.
- 330

C O M M E N T A T O R .

S: i raro scribis ut toto n. q. a. Inducit Horstius Iunium quendam Damalippum secum loqui, qui consumto per mercatum patrimoniū, philosphari cœperat: ab hoc fingit desidiam suam castigari, quod nec in vrbe, diuersis cōuiuis & occupationib⁹ impeditus, quicquam scriberet, nec in villa, ad quam tamē fecissem & scribendi gratia, comportatis secū multis auctoribus Græcis, si rārō scribis. Damalippus obtiurgat Horatii ab otio membranam. chartam ad scribendū, sic dicta quod membra tegat scriptorū. à tē, retexens, relegens, reprehendens, emendans, delens, vni somniqz b. nimis iudicans vino & somno, signum sermone, opinione, quā de te habet, omnes, vel prædicacione. Saturnalibus festis, Saurni, qua celebrantur decimo, septimo die Decēbris, hic fugiſſi, ad villā ut scriberes. cùpuntur, à te, acculcatur, vnius manus p. d. solebant enim scriptores antiqui partes lectis sumptuosis, & caſillibus, & habere juxta se graphia,

graphia, ut si fortasse noctu aliquid occurret, id ante ob iuionē litteris notarent. *immeritus labo.* arguite orū stultitiam, qui cū lētentiarū aut verborū vrgentur inopia, in parietes, quasi minus cōmodos irascitur. *natus.* stractus, edificatus, mīnant̄. pollicentis, promittētis. Poëta per contrariū dixit, promisi vtorē, & verbis odiā aspera moui, id est, minatus sum. *vacuum.* otiosum, tepido sēcō. fui Horatius frigoris impatiens, vt ipse de se testatur in Epistol. Quod si bruma niuei Albañis illinet agris, ad mare descendet vates tuus, & sibi parcat. Amauit enim Horatius focū luculentiorē, icicēto solebat se transferre in villā propter lignorum copiam. *tepidō.* temperato. *quorsum pertinuit.* quid profuit? *skipare.* si patos comportare horū auctorum libros, Platonis philiosophicū Menandro comedio grapho, Eu- polide & Archilochō satyrographis, & maledicis poëtis. *Inuidiam placare p.* Ide ōne virtutē & industriam delectis, ne te sequatur inuidia? hoc si facis, habeberis contentui, nam ea est matura hominū, vt porētioribus inuidet, & humiliores aspernentur. *vitanda est improba s.* de scriptio de sidis à simili, hoc est, deponēda est turpis otij delectatio; aut si vis in otio viuere, deponēdum est quicquid laudis & gloriæ in negotiosa vita es meritus. *dij te Damasipp̄e.* loquitur Horat. & cum Damasippo iocatur, oprās ei rōnsofem, quia Stoicorum ritu Barbam habebat demissam. *Verum ob consil.* rectū & vtile. *Ianum ad medium.* vbi frequens est forum mercatorum. Iani autem statua tres erant, vna in ingressu fori, altera in medio, vbi erat eius templum prope Basilicam Pauli, vel pro Rostris; hue concurrebāt, & potissimum stationes suashabebant foeneratores, alij ad reddendum foenus, alij ad accipiendum. Tertia autem statua erat ad exitum fori: ideo Ianus dictus est Deus mercatorum, quia incipit, & in eū desinit annus, qui semper voluitur; ita & mercatores sunt in perpetua volutatione emendo & vendendo. Qui & biceps est, quia mercatores non tantum debent curare quanti rem emant, sed & quanti vendere possint. *fracta.* comminuta, consumta, perdita. *excessus.* deiectus, expulsos, alienatus. *quo are.* in quibus vasis: significat Corinthiorum vasorum amatorem se fuisse. *vaser Sisyphus.* Rex Corinthiorum filius Aeoli, qui æris temperaturam primus inuenit. *quid sculptum in s.* imperiē, cui contrarium est, assabré. *fusum.* signa ænea funduntur. *durius.* asperius, non leuius, & male formatum. *signo.* fusō. *ponebā.* aestimabam. se æris peritū fuisse ostentat. *milis centum.* septuaginta milia. *vnus.* solus. *unde frequentia Mercur.* ordo est, vnde frequentia cōpīa impostuore milii cognomē Mercuriale, hoc

est, vulgō cognominabat Mercuri⁹: ex lucro mercatores & negociatores appellātur Cerdones, quia *ξερός* Græcē significat lucrū, omnes enim cerdonē lucro student. *compita.* cōpīa dicūtur loca, ad quæ ex multis regionibus cōcurrunt. *noui.* Horatius loquitur, noui te hoc studiū habuisse, purgatū. liberatū. *morbī.* negotij. *atq; emouit vete.* morbus mutauit, inquit Damasippus, sed morbo nō carui. *nous.* Philoīophia Stoica. *vt solet.* supp. fieri. trāictō. inutato, translato. *lateris miseri.* cūm dolor lateris aut capitū matutatur in dolore cordis, quod sit quando morbus nō sanatur, & definit, sed immaturat rācum, morbus q; morbo succedit. *vt lethargicus hic q.* Quemadmodū qui lethargo laborauit, sit pugil, hoc est, freneticus, φερινός. Hi morbi autē sunt contrarij; nam Leīhargus, est sopor cōtinuus in oblivionem inducens, qui veterus dicitur; Phrenesis est deliriū mentis, & quadā infanīa, qua phreneticū numquam finit quiescere, sed impellit in perpetuas vigilias. *medicū vrget.* cedit. *dum nequid simile huic.* dummodo non sis phreneticus & me cadas, quo quis morbo labores, per me licet, irridet Damasippum. *ō bone. iugaria. nese f.* ne te decipias, ô Horati, inquit Damasippus. *stultiq; propè omnes.* insaniunt, ex opinione Stoicorū, qui dicunt omnes insanire præter sapientēis, seq̄; tantūmodo sapienteis appellāt. *si quid Ster.* v. cr. fuit hic Stertinus Stoicus, qui Damasippum à pontis precipitio retraxit, & ad philoīophilā hor-tatus est, cūm ille bonis omnibus perditis cuperet interire. *crepat.* loquitur, sonat. *vnde.* à quo Stertinio. *descripti.* notaui diligenter. *solatus.* cōsolatus. *sapientem.* irrisio philosophorum. *pascere.* nutritre, in signum sapientiae. *Fabricio* vnde te in Tiberim præcipitem dare voluit, damni dolore con-motus. hic aurē pons Fabricius dictus est, à Fabricio cōsule conditore, qui nunc Lapideus nominatur, iunctus insula Tiberina. *nam malē rg.* perditis rebus meis. dicit cauīam ob quam te voluit deicere in Tiberim. *dexter.* bonus, felix, saustus, propitius. Virg. Sic sidera calo dextra feras. Pers. dextro Hercule. *caue faxis.* notandum est, ve, syllabam in verbo secunda coniugationis, caue, esse breue. sic Pers. in, vide, breuem posuit. Vide sis ne maiorum tibi forte limina frigescant. *in/sanos quis inter ve.* inter infanos nō est infania metuenda; sic stulta verecūdia est, veteri in hi vitis quæ vidētur esse cōmunia. *Primum nam. ἀρσεφ.* prouā primum. *nil verbi.* ordo est, nil verbi d lā, ouin, id est, vt nō pereas, te præcipites. *quē mala stultitia.* definit quid sit furere. *Chrysippi port.* Stoici philosophi, *ἄπο iñs rōns* portice. *autumār.* affirmat, dicit, comprobaret. *formula regula.* lāc desig-natio. *sapiente.* Stoico. *nunc accipe.* Stertinio. *Damasippo.*

*masipo. desipians. stulti sunt. insano posuere. & illi
infantunt quibus tu videris intanus. velut filia.
comparatio. certo de tramire. de via recta amouet
& abducit. partibus. modis. caudā trahat. Prouer-
biū est. hoc est. risu dignus est. suratū à cōsuetudine
puerorū: solēt enim pueri deridētes nesciētibus
à tergo caudam suspendere. vr. veluti pecora. cau-
dā trahant. *Est genus unū stultissis.* Enumerat stultitiae
genera. vnu. inquit. genus stultitiae est. quo-
ties non timenda metuimus; alterū. cūm verē tam-
enda nō metuimus. *ut ignes.* proponit aliquos
esse. qui res faciliēs pro difficultimis habet. & sem-
per timore depresso. quārū latere. alterū. & huius
con. huic contrariū. ab hoc diuersum. *nihil sapiē.*
aq̄ē stultum. vt qui temerē & sponte feruntur in
præcēps. *clamat amica mater.* hæc cōpositè pro-
ferenda sunt. videntur autē summa ē Græca tragedia.
piam. serua. te. caue tibi. nō magis aud. vt
viter præcipitum. *dum ilionam edor.* Iliona filia
fuit Priami nupta Polymnestori. cui Priamus in
belli desperatione cōstatur. credidit filiū suūa
Polydorū cū ingenti pecunia; sed barbarus. auaritia
incēsus. Polydorum interemit. & pecunia sibi
vendicauit. hac de re scripta est tragedia. in qua
agēda fusiū histrio egit partes Ilionē. qui ebrius.
dum vellet simulare Ilionā dormientē. grauirate
vini in verū soinnū inductus est. atq. ita dormiuit.
vt nō audiret etiā mille Catienos agēteis partes
līj Polydori. & inclamanteis matrē Ilionam. hisq;
verbis sepulturā implorāteis. Mater te appello. so-
ror d. surge. & sepeli me. *Catiens m. d.* Catiens
histrio egit partes Polydori. dictus à Catio
quodam nobili cantore. *mater te app.* verba sumta
sūt ex veteri tragedia. *errori.* error proprius est iis
qui in filiis incerta via vagantur. *integer est māris.*
Interrogatio ironica. *ebo. concedamus creditorem*
sapere. dum probemus hūc ipm magis insani
quam Damaſippū. *reiecta prada.* neglecto-lucro.
presens. propitius. *scribe decem à Nerio.* Nerius &
Cicuta fñeneratores fuere callidissimi. & admodū
astuti. sensus autē est. pecunia à fñeneratoro Nerio
accipe mutuō. quā si. non sufficit. accipe centū sa-
bulas. id est. centū milia à Cicuta fñeneratoro do-
loso. & hoc debitū fit firmatū centū catensis. id est.
iuriis nexibus. siue cautelis. tamen debitor frustra-
bitur consignatores. *scribe decem.* decem milia lib.
Scribere iuriis verbum est. pro mutuō somere. re-
scribere verō est reddere debitum. *Cicute.* Cicuta
fñenerator fuit. sic dictus ab amariudine merita.
nodosi. dolosi. qui multis dolis & nodis obſtan-
gat debitores. *catus.* cautiones. iuriis nexus. fe-
leratus. callidus. ingeniosus. *Proter.* & teneat si
qui quis perfidus debiter. qui mille modis fraudet e-
ladi ne reddat debitum. *cum r̄p̄. in iis m. r. l.**

Græcius est sermo. qui significat. si eu in ius rapere
cooperis. nō ridebit ex animo. sed risum simulabit
suis malis. id est. suo ore. *fist aper. serox. modō auis.*
fugax. *modō saxum.* mutus. *si male rem g.* adhuc
verba sunt. Damasippus sub persona Stertenij. *con-
tra.* scilicet. rem bene gerere. *pudicis.* si insani
est ma. lētē gerere. multo putidius est cerebrū Pe-
trillij. quām debitoris. qui id strēt dictare quod
debitor nū. quām sit solutorus *dictans.* credentis;
quia cum damus. dicimus. scribe cautionē pro ea
pecunia. *scribere pos.* scribere est debi. ū solu-
re. hoc est. tci. iupitū cibitī liberare. Terēt. Sed trās,
sodes. ad forū. atq; illud mihi argentū iube scribi
Phormio. hoo est. reddi per scripturā. *audire ag-
rogan i. c.* sensus est. iubeo audire. & ad præcepta
vera auaros iubeo esse bene cultos. nam qui solu-
to-pallio audiunt. negligentes iudicantur. & mi-
nimē curiosi. Est autē *ut ego argōti ego*. nam prius
necessis est se cōponere. quām audire. *tristis su-
perficiōne.* inani. quia supersticio tristeis & tetricos
homines efficit. *calet.* nimius est. Zengma in
verbo calet. *dum doceo inf. o.* dum ostendo om-
neis insanos esse. *ordine.* per ordinē. *danda est hel-
leb.* plurimū hellebori dandū est auaris. tanquam
maiori morbo laborantibus. *bellebori.* helleborus
nomē est herbe. quo purgatur cerebrū. hic ponit
tur pro remedio insanis curandæ. *nescio.* Litorē.
pro bene scio. *Anticyram. mutuopūia.* quia conti-
nens pro contento ponitur. Anticyra nouem est
in insulz & oppidi in Propontide. sicut Helenius re-
statut, vbi multum hellebori nascitur. sensus est.
tanta est auaritiae dementia. vt *torins insulz bel-
leboro sanari non possit.* quod caput tamen sanat.
& mentē recreat. *haredes Staberī.* Staberius ho-
mo fuit auarissimus. adeò magnitudine pecuniae
delestat. vt cu finē vitæ adesse intellexisset. mo-
numento suo hæredes inscribere iuberet. quātum
quisque à se in partem accepisset. Qui si in aliquo
mentiti esset. damnationis nomine. ceatum pa-
ria glādiatorum populo exhiberent. epulum et-
iam populo pararent ad arbitrium Arrij voracissi-
mi. & frumentum quantum Africa feracissima
mitteret. hoc est. infinitum. *summam.* reliquame
pecuniam. *ni sic fecissent.* summam sepulchro in-
cidissent. *damnati.* testamento. *arbitrio Arrij.* ad
Arrij sententiam. qui fuit valde luxuriosus. *si ego prae-
vego prævego.* Staberij: hoc enim subiicit
Staberius. ne quererent sui hæredes cur hoc fieri
voluerit. *patruus mibi.* ne sis indagator & censor
seuerus rerum mearum. *prudentem animum. iuso-
nūs.* quoad. quamdiu. *vitiū.* supp. elle. *cautē*
nihil cerius. nihil magis timuit. nihil sic cautē vi-
tauit atque pauperiem. *minus locuples.* si fortē v-
nuū quadrantē minus. reliquias mortuus quam
vius

vius habuerat. *videretur se nequu luxuriosor & abieciior.* sic suprà dixit, illù aut nequities, id est, **luxuria.** *dixit p. omniū enim rerum regina est opulentia, confruxeris, congregauerit, coaceruauerit.* *clarus erit.* hæc iugularis dixit. *hoc vellet v. p.* Has quasi virtute paratas diuitias paravit ad virtutem pertinere. *Graecus Aristip.* Docet insanum etiam esse cum qui pecunia spornit, cuius vius est necessarius. Aristippus Gratus Cyreniacus dictus est: cùm serui eius auro onusti tardius ambularent, quod à rege quodam Mauritani acceperat, iuslīe ut abiicerent, tanquam itineris impedimentum. *uter insassor b.* qui congregat an qui contemnit. *sil agit exemplum.* Quali Damatippus dicas Stertinio, ad rem dubiam discernendā opus est non dubio, sed argumēto certo. *si quis emat cibā.* nunc probat non minus insanos auaros, quām qui nimium pecuniam contemnunt. **formæ.** calopodia. *aduersus m.* alienus à mercatura. *undique.* ab omnibus. *qui.* quomodo. *dominus.* si tamē dominus dicēdus sit. *nihil est.* quod dico parum est. *age.* præterea. *stramenta.* stratis. stramenta dicuntur villa quæque, quæ sub sternuntur dormientibus. *unde octoginta s. n.* scilicet lxxix. hoc est, vno anno minus quām octoginta, sicut dicimus *undeviginti;* id est, nouemdecim. *fragula.* pretiosa plumario opere facta. *blattarū.* blatta genus est vermis; vestitis corrodens, sicut & tinea. *dū inimicū s.* inuehitur in auarum, *curtabit summa.* de summa minuet, amputabit. *quisq; distractus.* *usu quoq; dies.* porrigitur. porrigo morbus quidam capitis cariē faciens, nascitur autem ex foribus & incuria capilli impexi. *quare si quid quis facie s.* si contentus es paruo, & exiguum tibi sufficit, quare periuas, ut habeas amplissimas diuitias? Si mediocritate contentus es, cur cadiibus mercaris opulentia & sacrilegio? Sed fortassis dicturus es, quare ego insanus appellor, cùm hoc non faciam, neque matrem occidam? Quamvis non occidas matrem apud Argos, ut Orestes fecit, tamen reuera es insanus. *uxorem interimis.* propter diuitias. *incolumi cap. es?* potest'ne fieri ut sane sis capite, id est, sane mentis. *Arg. apud Argos.* *actū.* agitatū. *tuta mentis.* sane mentis. *splendida bilis.* sic Pers. vitrea bilis, flava vel altra. *arg. à ériophyos.* pauper Optimus. aliud exemplū ad auaritiae insaniam docendam. *pauper arg.* ita dicimus diues opum. pauperem autem dicit animo, non fortassis. sic alibi, magnas inter opes inops. positi, repositi & conditi. *Veientarū.* Veientum ciuitas est Campaniæ, ubi nascitur pessimum vinū. sic Pers. Veientanumq; rubellū. *Campanā s. trulla.* trullavas fuit fictile. *vappamq; vinum corruptū & insipidū.* *lethargo.* morbo veterino, qui facit homines

immemores nimio somno. multū celatq; fid. hæc duo medico sunt necessaria, sciētia & diligētia. accedere plur. supp. iubet, ènō xerū. men' vino? méne viuo? verba sunt egrori Opimij. deficient inopē. verba medicihortantis egrorū, ut cibu lumat. inopē. inanē te distinetu viribus. ut viuas vigila. verba medici. *diabolus. fulvura.* robur. ruenti. deficitā. hoc p̄fisanarior. p̄fisanā ex oriza confectā. quanti e. egrorū. parsu. medicus. quanti ergo? eger. oītūsibus. medic. octo assibus. Eheu quid r. egrorū. quisnā igitur. Damasip. ad Stertinium. quid sequis. non sufficit ad sanitatē auarū non esse. Craterū. Craterus nomē est medici excellentissimi sub Augusto; de quo Perf. Quid opus est Cratero magnos promittere mōreis. negabis. Craterus. acuto. penetrabili. perniciose. graui; ut alibi, Cū se mel accepit solē furibūdus acutum. acutus Græc ēōs, ab ēōs, acutus quidam differt. sensus est, quid inter est, vtrūm non viraris, an in barathrū mittas. à barathro, dictus est Baratto, onis, scurra voracissimus. *dones q. b.* Eadē namq; est insanā mentis, nimis parate, & prodigere. *Servius Oppidus.* hoc exemplū est eius partis, quinā igitur Ianus: *Canusii.* Canusius oppidum est Apuliz. *diuise.* diuisesse. postquam te talos. postquam, inquit, ô Aule, te luxuriolū fore cognoui. *talos.* tesseras. *donare.* nūces. *ludere.* talis. *te Tiberi.* cum te, ô Tiberi, deprehendi fore tenace, cauis. locis occultis & absconditis. numerare. nūces. *tu Nomenta.* ô Aule, ne sequereris luxuriosum. *eu.* ô Tiberi. *Circuā.* auarū scenerorē. *tu case.* bene monet apperendū quod naturę sufficit, ostenditq; paternū affectum naturę cōsentire, quæ paucis est contenta. *titillat.* ad se quadam iugūditate rapiat; ne vos delebet atq; sollicitet ambitio. *ambo.* ambos. *instabilis.* cui non licet testamentum condere, vel testamento quid ab alio accipere. *sacor.* execrabilis, execrundus, *rat̄ ériophyos.* sacri enim dicebantur periuari, & obnoxij numini per quod iurauerant, si iuramentum nō scrūsset. *in cicero atque faba.* antiquis temporibus, vbi pauperiores erant Romani, hæc dabant & spargebant in vulgus, ab his qui Iudos. Florale exhibebant, ad plaustrum & fauorem populi caprandum. *hæc occasione carpit ambitionis insaniam.* *latus.* latus, inflatus & superbus ambules in circu & theatro. *aneus ut stet.* tibi erigatur ienea statua. *scilices ut pl.* ironicos. *nudus.* nudatus agris & bonis paternis, ut tibi ap̄ plaudas populus, imbelli vulpi, sicut Agrippa genero Augusto, qui virtute fuit leo. *ashna.* quod enim leo viribus, hoc vulpes conatur astutia facere. *ne quae bramae volit.* Introducit aliquem altercandum cum Agamemnonem, ut doceat saniores esse eos qui insanī videntur his quos

sanos putamus. Dogma autem quoddam Stoicorum pragmaticum vocatur, *τάχες αἰθρία πόλεις εἶναι*, quod est, omnes infanos esse homines. humasse. leperiuisse. *Atrida*. ô Atrida, vocatiuus est. *veras curias* contra ambitionē *οἰδηποιοὺς* inter plebeiu & regem Agamemnonem. *rex sum. ordo* est per mefim Rex sum, & ex quo impero, qui potui vel iniqua. *nīl ultrā quoque ples*. Hæc verba plebeij secant continuam regis responsonē. *maxime regum*. Plebejus ad capiandā regis benevolentiā, prius optat illi, ut victorde Troianis saluus domū redeat: deinde interrogat an sibi licet regem de aliquibus percontari. qua in re imitatur Socratis diae & os, quibus callidè obrectat & carpit ambitionem. *Dy tibi dent*. Homerium hoc est, *μήτρα μέση δούς οὐδέπου πάρα τέχνης ικτίσεων περιέσσο πόλεις, οὐτ' οὐκάδ' ικτίδες*. *Consule. Rex. cur Ajax*. plebeius. *gaudeat ut pop. p. iccirco non vis eum sepe liri, ut gaudeat de eius morte & tua crudelitate Troiani & ipse Priamus*: sic poëta: hoc Ithacus velit, & magno mercentur Atridae. *tot iuuenes Troiani. mille ouium. Rex. insanus. Ajax. tucum p. v. plebeiu. spargi mola*. molam salam dicunt rati & salem cu aqua, quæ pargebatur inter coroua quando initi batu victimæ. *caput. nata tua Iphigenia. rectū animi ser. sanus esse potes?* *quorum* upp. tendis quid vis? loquitur Agamemnon. *insanus quid enim A. ostendit magis Agamemnonē in animis quam Aiacem*. Hæc autem est fabula. Ajax postquam cauſam amisit, cum Vlysses contendens de armis Achillis, dolore & insania conceptus, irruit in gregem pecudum, atque iureficiens boueis, putabat se necare Agamemnonem & Vlyssensem: at postquam reliciuit se turpiter egisse, restituta mente pra dolore gladio incubuit, quare Agamemnon prohibuit eum à communis sepulture. *vxore. ab uxore. precatus. tantu. Teucrum. fratrem suum. violauit. occidit. Vlysses. inimicum & aduersarii. Verum ego. Rex. aduerso litore. inimico. vnde nauigare non poteram. prudens. sciens & volens. placuisse. v. vnde Virgilianū illud, sanguine placasti ventos & virgine cesa. nēpet tuo. plebeius, certe tuo sanguine placasti vētos. meo. Rex. non furiosus. quia hoc feci nomine patris. qui species plebeius. alias veri sceleris. tumultu. huc est, quires alias facit modo iustas, modo iniustas mentis agitatione, si non sanus habetur. sceleris tu. mali confusione & societate. capie. tumet, & facere quid aggredietur. comoros. insanus. nihilum distabat. nihil interest, vt tu quis per stultitiam eret (vt Agamemnon in filia) an per iracundiam, vt Ajax qui pecus stravit. despir. vt tu dicis. cūm prudens. ô Atrida. obituos. ob gloriā & vanum triumphū. *sfas azimo. es*.*

*sanus: purum. à virtute, caries virtute? tuoridum. turbatum, olicitum & superbum. si quis letitia. Aliud argumentum à simili, quo ostendit Agamemnonem inanire. amet. velit. desinet. spondeat, constituat. interdicto. edicto prætoris ei bonis interdicatur qui talia agit. huic. talia agenti. ius. administrationē rerum suarum. abeat. transferatur. propinquos. tutor aguardi est. In ténis & mete capti. interdicto prætoris bonoru possesso tollebatur, & propinquistuenda tradebatur. quid si quis g. argumentum à minori. denouet. detinet arx. integer est animi? interrogatiuē. ne dixeris. hūc esse sanum. prava. stultitia. quæ dicitur ambitione. sceleratus. crudelis. furiosus. iracundus. Bellona. Belli Dea. Martis soror. virtus fama. Studium ambitionis est fragilis, id est dicitur fama virtutis. circuonuit. percussit furore & insania. cruentis. abolutè, pro languine. Nunc age luxuriā. Dixit in avaros, in ambitiosos, nunc luxuriosos. vult etiā infanos esse: age, inquit, nunc videamus virtutē luxuria non habet stultitiam. Nomēt anum. pro quo quis luxurio. vincet enim. probabit ratio. Itullos esse omnes luxurio. hic. Nomēt anus postquam hæres accepit à parentibus mille talenta, id est amplissimas diuitias, omnibus cupidariis & obsonatoribus, edicit, mandat cum grauitate, ut mane ad se domum veniant. *Tusci vici. Tusci aliquando ab Aricinis pulsi contulere se Romam, & vicum, qui modò Turarius dicitur, insederunt, eisq; suum uomē dederūt. turba impia. in Tusco vico habitabant lenones, meretrices, sceneratores: qui icci codicuntur impiatibus, quia ad peierandum erant faciles, & inhumanissimi, ita vi neque misericordia mouerentur, neq; flectentur precebus. cum scurris. histrionibus, parasitis, factori. qui suis vendi, & ex iis facit salutias. cum Vellabro. Velabrum locus Romæ, ubi prostabat omnia quæ ad vixit rationē & delicias pertinebat. quid tum. quid tum, postea quam omnes conuenerant. verbaf. l. apud luxurio. lene primū loquitur, tamquam patroculi omnium nebulonū. quid mihi. lenoni. aquus. ironicos. in pīne Luca. verba luxuriosi ad venatorem & pescatorem, non etiā ad lenonem, ubi notat incuria, oscitantiam, & ineptiam luxuriosi. tu pīces. Ad cupidiarios habentur hæc verba. *Sigis ego. supp. sum, ingratus & tardus in dādo vobis pra mō, cūm raptum bonorum possideam. sume tibi. ô venator. tibi casum dem. ô pīcator. tibi triplex. ad lenonem. vnde. à quo. vt cariorem meretrices cum faceret, finxit nomē vxoris. Filius Aesopi d. Allo exemplo docet luxuriosos inanire. Meni Aesopi tragicus filius Aesopus luxuriosus, cūm opīnum rerum vile putaret disperdiū, gemmā pretiosissimam ab auricula***

cula vxoris Metellæ detractam, & in acetodilutam deuorauit, vt patris (clicet opt. Lentiam) vincenter voracitate & luxu. **Scilicet ut decies solidum.** integrum, decies centena milia festeritum, vt se iactaret. **in signem.** pretio am. **baccam.** vniomem, margaritam albam. **Illud idem.** eandem baccam. **iaceret ve. rō ve.** argēs rō, cloacam, jungendum est, non minus certe iulanus, quām si eam baccā aut in flumen abieciisset, aut in cloacam. **Quinti proges-nies Arri.** Aliud exemplū de luxu. **par nobile.** notum, famosum. **amore gemellum.** Amore gemelli dicuntur, qui amant paria: gemellum, id est, cōcōrs & aquale. **Luscini-as.** dū oīwāgīoīs duarum vocalium posteriorum. **impensō.** magno pretio emtas, erant enim carissima. **Quorsum abeant.** quibus adnumerari sint, bonīne, & creta notandi, an malis, vt carbone notentur: bona enim albo lapillo signabantur; aduersa verò nigro. **Perf.** illa prius creta, mox hac carbone notata. **adiscare casas.** hac puerilia sunt. **plostello.** puerili, de luto & farculis confecto. **Diminutiuum est à plostro seu plaustro.** **Ludere per imp̄ar.** Micare: ludus est miciantū pueroru. **Si quem delectat.** Hoc est, si quem uideris barbatū hæc facere, dices, hunc amentia versat, habet & desfatigat. **puerilius.** stultus, ineptius: si ratio obtinebit puerilius esse amare, quām in puluere ludere, nonne iulanus eris? **ponas.** deponas. **in signia morbi.** instrumenta luxuriaz. **mutatus Polemon.** Polemon iuuenis fuit Atheniensis perditæ luxuriaz: is cum ebrius incederet per urbē, fertur audisse è propinquuo Xenocratis vocem disputantis, deinde introiisse coronatus, & vngue-tatus ad eū deridendū: senex autem perleuerauit, & inuestus in luxuriam, coegerit Polemonem prænitere sui, & coronas abiucere; qui postea tantus in philosophia extitit, vt dignus exiliisatus sit, qui Xenocrati succederet. fuit autem Xenocrates cōtinentissimus, & maximè sobrius: de quo Lais sponzionem fecerat, quod eum posset ad suos amores sollicitare concubitusque: nocte ergo quadam terrem finxit, & confugit ad eum, & quasi necessitate coacta, cum eo manxit. Ille veio immobilius iacuit, postea dum soluere sponzionē cogeretur, respondit, ego de homine, non de statua sponzionem feci. **fasciolas.** Fasciolas, ornamenta quædam sunt brachiorum, pedū, articulorum, vel virtuz. **cubitale.** puluillus qui cubito cænanti supponi solebat. **focalia.** collaria, à collo dependentia, ad fouendum collum & fauces. **visile.** Polemon. **furtim carpisse.** pudore affectus hoc fecit, ne quis intelligeret eum aliquando fuuisse luxuriosum. **impransi.** sobrij, ieiuni, rigid, leueri; & est arris, & ebrij seu poti. **correptus.** castigatus. **magistri.** tenis Xenocratis. **Porrigiturato p.** Iterū ut

ostēdat non esse amatorē sanū, probat paribus esse moribus amatoī & puerū. **sume catelle.** verbū est biādientis. **amator exclu.** aptat simi studinē. **qui distat.** à puerō. **agit ubi secum.** quando intra se deliberauit. **heret.** stupet & stat defixus ante moe-
stas sibi forez vbi erat exclusus. **Nenīcūm me v.**
v. eleganter eludit amatorē dicto Terentiano. **do-**
lores. quos pation amator. **seruus.** Parmero. non
paullō. multò sapientior contulit Hero. **quares.** vt
amor. **nec modum habet.** in se. **tractari.** regi non
potest. **hac.** varia & mutabilia. **cacaflui.** sorte. in-
certo cau contingentia. **explicet.** prohiciat. **ac si.**
quām si det operā vt cū ratione insaniat. **quid cum**
Picenis. Solent amantes ex malis semina, duobus
primis digitis cōpressando in camerā, velut aug-
rantes, mittere, vt si camerā cōtigerint, posse spe-
rade ad effectū ductū iri, quod animo cōcepient.
penes te es. sanus es, redisti ad mentē? **Quid: cum**
b. f. quid cū per delicias balbutire affectas senex,
& puerilia imitaris? Hypallage. non enim verba
palao feris, sed verbis balbis palatū. **Perf.** & tene-
ro suffiantat verba palato. **adiscante casas.** pue-
ro puerilia facienti, **adde cruentum.** iram crue-
nā amoris, **ignem gladio ser.** auge itutū crudeli-
tate. Pythagoricū hoc est. **Hellade percussa.** Marius
quidā ob amoris impatiētiam, Helladen pullam
quandam occidit, quod ab ea cōtemneretur, & se
pos. cā mōre re p̄cipitavit. Quid ergo, dicas eū
non fuisse insanū, quem scelerat, ni fuisse negare
non potes? **Cerritus fuit.** furiosus, ira Cereis per-
cussus. In Plauto habes, Cerritus siue laruatus. **an-**
commodamentis. an aliud purabis esse insaniam,
aliud scelus committit re, cū omnes qui aliter faciunt
quām debēti, insanī habēdi sint? **sceleris damnabis**
eum. an pronūcias non fuisse insanū, si pronūcia-
bis crudelē: absoluē insanū & eundem condem-
nabis sceleratū? **ex more.** ex vulgari consuetudine,
quia vulgus aliū iudicat insanū esse, & aliū crude-
lē. **cognata vocabula.** apta īrīdīs. **rebus.** crimi-
nibus. **Libertinus erat.** transit ad superstitiones,
quos etiā ostēdit nō esse sanos. **compita.** à ιππάσ-
δι Græcē dicuntur. Iusserat Augustus in cōpiis
deos penates constitui, vt religiosus colerentur,
quibus ex libertinis sacerdotes dati sunt Augustales
appellati. **siccus.** sobrius, abstemius. ne quis di-
cat quod ebrius hoc fecerit. **lautis m. s.m.** quia so-
lebat precaturi deos manus & pedes ablueret. **sur-**
pito. subripite. **montem nisi litig.** sumū est hoc ar-
gumentū à dominis mancipia vēdētibus, quorū
omnia vitia sibi cognita tā animi quām corporis
debebat aperire emtori, nisi postea litigiae vellēt,
propter celatum vitium: ergo teneatur vend tor
emtori p̄fūtare damnum, si nō dicit serum. cuicū
vendit, esse superstitiosum. **auribus atque oculis.** à
II 3 pat-

partibus principalibus ad totum corpus. exciperet dom. sicut interposita assequeraret. hoc quoq. vul. iuperstitiosorum. Chrysippus. Stoicorum magister. secunda in gente. inter Menenios stulte superstitiosos. Menenius autem fuit iis temporibus insanus aliquis de familia Meneniorum, mirè superstitiosa & stulta: vnde nenia dicitur videntur, incipit. secunda. quia multi fueru Menenij, id est, stulti. Iuppiter ingen. alterum exemplū superstitionis stulta & insanæ. cubanis. agrotantis. frigida si p. q. r. votū matri. illo mane d. die Louis. casus. Iupp. si. ex precipiti. malo, ex desperatione, ex periculo morbo. necabit. occidet. fixum. stantem. quōne malo m. con. interrogatio. mentē concus. habens mentem cōcūsam. & commotā. timore deor. religion. quales sunt qui putant omnia hominibus contingere à diis. hac mihi Stoer. hic tādem finit Damasippus verba quæ habuit cum Stertinio. Sapientum ost. Septem fuisse sapientes Græcias; hunc Stertinium adnumerat quasi octauum ludendo. sic Iuuenal. Tertius è celo cecidit Cato. arma præcepta. compellarer. insanus diceret. est enim cōpellare iniuriosè alloqui: vt Cic. in Philip. laudat, an compellat edictor. ignotor. ignora sibi virtus. sumrum hoc est ex Aelopi fabula, quæ duas peras dicit habere mortaleis, posteriorem in qua sunt propria cuiusq. virtus, & priorem, in qua sunt aliena; nostra vix cognoscimus, aliena videmus acutæ. Pers. Sed præcedent spæctatur mentifica tergo. Stoico post d. Nūc Horatius ad Damasippum, qui haecenus cum Stertinio est philosophatus: sic vendas omnia p. supp. quām comparasti. quia me frusti. supp. dic. ego nam v. m. f. ego non videor mihi insanire. quid: caput abscissum. Quid mirum si videris tibi sanus esse, quoiam Agae cùm per insaniam ferebat caput filij sui Peathei abscissum, non intellegebat se insanire. Penateus autem cum rideret sacerdotes Liberi bacchanteis, interquas erat Agae eius mater, ab eis discriptus est, caputq; amputatum, quod mater suis manibus gerebat. stultum me fateor. Horatius. concedere v. consentire veritati, licet mihi confiteri quod verum est. edifere. expone, explana, explica. accipe. audi. Damasippus ostendit Horatio sua virtus. ædificas. magnificæ. longos imitaris. aut proceros, quia fuit brevis statura; aut diuineis. erectus ambulas, ac proceros nobileisq; imitaris. ædificas autem dixit propter Mæcenatē, qui tunc in Esquilinis magnificas ædices & hortos amplos ornabat. ab ēmo ad summum. à pedibus usque ad caput totus es duorum pedum: tamen ita studiosè ædificas altiorē domū, quasi non te capiat hæc in qua habitas. moduli bipeda. magnitudinis duoru pedum. idem corpore. Hic notatur superbia & magnus animus

Horatij. Turbonis. Turbo gladiator quidam fuit exigua statura, sed magni animi in puglio. spiritu & incessum animum & gestum tumidum. qui ridiculus. Cur tu minus es ridendus quam gladiator Turbo, cum sis eadē statura. verum est. æquum & iustum te facere minorē. inferiorem te minari. absentia ranop. Exemplo fabuloso vult ostendere insanios esse, qui imitantur eos quibus longè sunt inferiores. denarrat. diligenter narrat. cognatos. fratres: quod notandum est, quasi secum natos & genitos. eliserit. oppressterit. rogare. rogabat. sic magna num tā magna fuisset? maior d. ita ut vnu & lemis haberet magnitudinis modum. abludit imago. discrepat. aberrat. comparatio. addē poēma. buncad insaniam illam quam patetis in sedi- cando, addē istam insaniam faciēdī poēmata. poē- mata. quæ nūc facis, qui formes est insanis, sed & poētae omnes insaniant. oleum adda camino. Proverbium in augmento. oleum enim auget flammam. quæ si quis. Homerum intelligit. vel hoc modo, sed nullus sanus ea facit, ergo nec tu sanus es cūm ea facis. iam define. Horatius admonet, ut se se comprimat etiam insanum. Non dico horr. r. iracundiam tuā raseo. cultū maio. cens. Damasipp. supp. non dico. arguit vestitum Horatij supra censem. tenet Damasipp. Horat. tibi habeto tua virtus, quia cognoscio intiam tuam. mille p. p. m. f. Damasipp. Iupp. non dico. furores. amores libidinosos. è maior. s. p. Horat. maior. stultior me. In Stoicos hoc dictum est, qui sua non agnoscentes virtus, aliorum grauius persequebantur.

C R V Q V I V S.

MIRO quodam artificio sui temporis Stoicos homines impuros illudit Horatius, sub persona ei rei accōmodatissima. Damasippo, stulto quodam, & non omnino sano mercatore, quem habi faciat recitare, quonam pacto mercibus suis aliquando temerè comutatis, ex satis amplis opibus deuenisset ad extremam fermē pauperiem, adeo vt iam fabula vulgo factus, præ pudore de se in Tiberim præcipitando non dubitaret, nisi auctore Stertinio. Stoico retractus, & à præcipito liberatus didicisse Stertinij. more stoicā, hoc est, impudentē est, in alios acriter insultare, eisq. non men insanis obiectare, vt qui iam Stoicus liber esset, barbam nutritet, & à Stertinio hoc modo sapere didicisset. hoc enim erat eorum tunc temporis hominū supercilium, qui se se pro Stoicis vendabant, vt se solos sapere, ceteros omneis insanos esse clamitarent; se se virtutē amplecti, alios esse in vicio; cum tamen vita & moribus nihil esset ipsi ambitiosus, auarius, nequius, superstitiosus.

Quod

Quod de Damasippo in cōfesso esse ait Horatius, quem pulchrè quidem de stultitia generibus singit ex antiqua Stoicorum virorū *ἀνωλήτων*, *ἀνεργέσιον*, *ἀπαγνούσιον*, disciplina cum Secretario disserere, sed stultitia se non esse inferiorem, inquiens, ô maior tandem parcas insane minori. Ceterum suō more eos ex insidiis adoratur, dum in exordio se suāque studia Damasippo liberè vellicanda propinat, quod eo confidit facit, *veritatis circum precordia ludat*, ipsique minus animaduertant se viris bonis ludos fieri. *si raro scribis ut tu.* Hæc lectio, ne quis offendatur nouitatem, non est nostrum commentenum, sed triū codicium Blandiniorum cum Martinio, quam non temere putauit vulgandam: Nam præter codicium Bland. venerandā antiquitatē, ad hoc me quoque impulit, cùm recta ipsius interrogatio deducio ex priori parte propositionis cōnexa, seu (*ut loquuntur doctores (cholastici) hypothetica*, quæ talis est: *si raro scribis ob vini somnīque benignitatem, quid nunc fier à te sobrio?* rūm vulgari Acronis nomine *commentarij*, in quibus hoc loco notatū est hyperbaton quodvel neglectum, vél à nemine adhuc animaduersum; certè nullum erit, nisi per *raro*, constituantur hic *ἀναλογίας ἴνδηστος*. Omittimus ad huius lectionis assertionem, in hac Satyra *raro* sic, non semel inuisisse locum huius cōdisionalis copulae, si. paulò namque post vulgari codices habent, sic puerilius his ratio, &c. vbi extravillam ambiguitatē & sensus & scriptorum codicum (quod & Lambinus notauit) legendum est, si puerilius his r. Insuper non procul à fine huius satyræ vulgò legitur, Stoice post damnum sic vendas o. p. vbi scripti codices habent, Stoice post damnum si vendas omnia pl. bis itaq; argumentis mihi videor suo loco restituisse *raro*. Atqui tamen mihi non sūm ita Suffenus, ut existimem vulgatam lectionem carere suo patrocinio. *si raro scribis ut r.* valde artificiose singit Horatius Damasippum de fide scribendi ei significata secum expostulare, hōcque futurum quodammodo promisit, vbi relata vrbe, finitiq;. Saturnalibus se in villulam receperit; quasi vrbis strepitus & commissatio iis diebus sacra facilè totum Horatium sibi mancipassent. Nūc autem Damasippus quasi nos immemor promisi, eius oscitavit iam castigat ex hypothesisi. Si vini, inquiens, somnīque indulgentia fuerit in causa, quo rarius scriberes, necesse fuit eam sobrietate discuti; verū à Saturnalibus in villula fusi, uihil te impeditiore veritatis, non somnus vigilius occupauit, nō vintim frugalem victum interturbauit, calami parati, partes apertus, non defuere docti comites fidique stipatores Plautus, Menander, Eupolis, Archilo-

chus; quid ergo nunc siet aliud quām ut promissa appareant, & scribas aliquid laude dignum? *ut toto non qua. a.* Hæc per exaggerationem effertur, ut à tempore & tarditate sit ipsa castigatio vere similius. *ut toto non q. a.* Hoc est, vix aliquando multo etiam post tempore poscas membranam poscas. in qua ex *πλακέτα* seu tabula rasili, ex diariis, tabulis ceratis scripta confusius obscuriusve, describas nitidius, ordinariū perspectiūsque, tanquam euulganda, atque oculis omnium exponnenda. Videtur itaque membrana bic ponit, pro codice, in quo nihil deletri aut radi potest: alias autem membrana etiā rasilis est, ut ait in epistola ad Pisones, membranis intus positis delere licet. membrana propriè dicitur ea quæ vulgo nominatur charta virginæ, Martiali vero charta virgo., quod fecit virginem & incorruptum seruat, *vulgo* Græcè, pellicula cui fecus includitur, ut videtur est apud Galenum ad Glauc. *scriptorum queaque retex*, commutans, emendans quæ in tabulis aliquando scripseras: eaque iterum quā ab initio coepita ita delendo maculas, ut nihil ante scriptum fuisse videui possit: sumta metaphora à tela quæ texitur & retexitur, *ἀντίστροφη, iratus tibi.* Hæc causa est efficiens, cur raro scribit, & nil laude dignum, quæ commemoratūr à Damasippo velut eius rei conscio. *vini somnīque benignus* plus impendio addictus. *nil dignum sermone c. ea* namque mollities omneis neruos & animi & corporis strangit, mentisque oculos ita præstringit, ut nihil videre, nihil meditari possit hominē dignū. De vini autem indulgentia quæ capit, graue, dinem, somnīque comitem ferè habet indiu- diuum, cur oblitus bone menti, dilucidè Xenophontis in symposio comparatio hæc exprimit: *ταῦτα τοῦ φυσικοῦ, οὐ μὴ αὐτὰ οἰδός αἴρεται πετρίην, οὐ δύναται οἴκον, οὐ οἶσι τὰ μέγιστα διατίσαι, οὐ τὸ θέμα οὐ ποτός, οὐ χάρακα, οὐ χάρακα, οὐ τὰ σύμμαχα, οὐ τὰ γῆρακα, οὐ φάδεστε.* hoc est, ea quæ terræ sunt insolita, quādo nimiū celitus made- scunt, neque uent erigi, neque ab auris perspirari, ita nos quoque, si portum sine modo hauserimus, mox & corpore & animo laboramus, &c. *quid fieri* posterior pars hypothetice per hyperbaton. *ab ip- si, Saturnalibus.* post dies Saturni sacros. de festis Saturni dicemus postea. *sobrius*. scriptus codex Gualteri Siluij, & vnu Bland. habent hanc inter- punctionem, ab ipsis Satur. huc fugiti^s sobrius. sed Bland. pro *raro* ergo, habet, esto. deinde antiquissimus Bland. pro *raro* ab, habet, at. Sobrius autem ei opponitur, quod supra dixit, vini somnīque benignus. perinde ac si dicat, si vini somnīque copia lar- gior oblitus tibi scripturanti, nūc sobrius *τελεότερος*.

etiam se, dic aliquid dignum promissis. incipe. age, hortantis. immeritusque arnpieta, pro immetito. iratis natus p. d. a. q. p. iratis, male propitiis, male fortunantibus. sic l'ersi. diis iratis, genioque lunisto: huic contrarium est, diis hominibusq; plaudentibus: qui plura violet huic facientia cognoscere, legat in Chiliad. Ersi. adagium, Genius malus. dius agi poëtis. velim dispicat lector doctus, num force ex sententia auctoris, diis atque poëtis, interpretari per iudicium. pro diuinis poëtis, perinde ac si ironicos haec dicintur à Damasippo: paries. de pariete scriptum hoc loco Pseudacionis, mihi videtur esse parum putum commentum: non negauerim tamen maioribus nostris tabulas cera in crastis fuisse, sicutque à parietibus suspenfas, καλύπτει, à materia, seu παλυχέτες, à radedodictos, in quibus quæcumq; primum in mentem veniebant, incerto ordine notabant. Verum solidos lecti parietes cera in litos, nugamentum crediderim: quin potius parietes dixerim pluteos, in quos cogitabundi, vel pugnos vel caput illidenter, si quid pro voto nō suggereret animus: hinc dicitur paries labore, icts & verbena pati, metaphoricos: quale quoque est illud Persi, nec pluteum cedit, nec demorsos sapit vngueis. Sunt enim Plutei quoque tabulæ, teste Festo, quibus aliquid precepitur. atqui vultus erat. per pulchra ab eo, quæ affectu prominentis imitatur, & eius factu exprimir, nō sine cauillo. vultus. Vultus est index animi, vultu annuimus, abnuimus, significamus; in eo nāq; elucescit affectus mētis: Quare recte & propriè Græcis, τὸ πόνων, nominatur. minarus. pollicentis, per μιτράνθη: alteram namque ex altero quodammodo ducitur. quorsum pertinuit. χλωστοῦ species, facti obiectio, cum amar iuulfatione. stipare. quasi stipatores educere: cū eo conuenit quod proximo versu dicit, comites educere tantos. Non arbitror autem Horatium, ne per somnum quidem cogitasse, quē ex his quatuor scriptoribus, cui aut cōiungerer, aut postponeret, ut vir quidam in primis doctus, non penitus inscīte commentatur: Demus enim Menandrum poliricoterū aliis duobus, à Platone minus dissentire; tamen Socratica ea grauitas, & diuina Platonis philosophia sublimior videri potest, quam quæ demittat se ad cōmīcam actionem populique vilitatem. Quare Iudamus potius cum Damasippo, dicamusque Horatium iniquè egisse, qui tantos viros nullo ordine aut loco sibi tanquam stipatores eduxerit in casulam suam & rusticam villulam, quando eos pro dignitate tractare nolit, eisque colloquendo commentandōque fieri familiarior. Inuidiam placere par. u. r. Colligit Horatium ynum esse ex iis,

qui dū in viant itulti vitia in contraria currūt: virtus enim quæ consistit in actione, gloriam habet comitem, ea autem misera est, si caret inuidia: contrā, celsitio à scribendo, cuius acriter insimulat Horatium, haber adiunctam desidiam misericordiā quæ est in contemtu. Itaque si virtutem negligit inuidia metu, necesse est eum vivere in gloriā turpiterque contemni: ea est enim natura hominum, ut potentioribus inuideant, aspernenturque humiliores. Hæc autem extrema, esse in gloria, & contentim vivere, inter se maximū pugnant. Ceterū Damasippus ex obliquo notat amarū enītis Horatium, quod neglecta disciplina Stoica (quæ iubet suos sectatores virtutem colere, in foro verlari & republ.) queratōrum forūmque vitet, & Epicuro sit addictior impendio, ut qui ex eius præscripto nolit ad rempublicam accedere. vita et improba Siren d. horatatur Horatium ab honesto, ut otio & cessatione valere iussa, se componat ad bene agendi scribendūque studium, si nolit ad desidiam tamquam ad Scireneios scopulos, omnium facere iacturam, virtutis, vita honestæ, nominiis, famæ celebris, existimationis & amicorum omnium. Alludit Damasippus ad δύο γενῆς συγγενεῖς τοινούς, quarum meminit Diogenes Laert. in Epicuri vita, sed nimis inuidiosè id facit, ut putā vir Stoicus. vita meliore. bene agendo, virtutem exercendo. ponendum. deponendum. aquo animo. patienter. auctorius avulsum. Dij te Damasippe. Agit Horatius gratias de tam sano consilio, ledigavīt: vt qui gratitudinis ergo ei vicissim precetur à diis benevolis dari tonforem, qui barbam tondeat, hoc est, eum donari meliore mente, qua simul cum deposita barba possit ab insania Stoica liberari, nec amplius neglectis propriis, alienis impediri curit: curiositas enim morbo adiuncta est grauis stultitia dementiāque. sed unde. quomodo, vel ex quo tam sedulò percontatus es quid agam, quid mediter, quò me verram, apud quem rerum mearum te, velut ἀναρτή geris? Ianum ad medium f. e. De Iano medio, imo & supremo quæ in scriptis Blandiniis antiquissimis sedulò conquisiuitis, in Cōmentatore reponi curauimus, satis (ut mihi quidē videtur) vero cōsona & aperita, si de foro constaret vllum vestigium, Augustine ita tuerit, iuxta Apollinis ædem (nam Augustum consecrassæ Ianum in suo templo ex Aegypto adiectum, constat ex Plinio) an Neruz, quod postea forum transitorium dictum est: in qua sententia est Seruius, inquietus, captis Ealisticis ciuitate Tuscia, ubi inuenitum est simulacrum Iani cum frontibus quatuor: unde, quod Numa instituerat, translatum est ad forum transitorium,

Corium, & operatur portarum vnum templum constitutum. Nunc autem cum nihil ea de re certi dici possit, putauit fore praeter rem in ea controversia tempus terere. Verum monendus lector est, ut in Commentariis consideret ea quae de Iano & mercatore Icripto tradita sunt, quam sit philosophatū insignitare, & Anyporū, ab incepto aliquo & nuguēdo nebulone. Nā quod air, ideo Ianus dictus est Deus mercatorum, &c. hoc omnino corruptum est, & pro mercatorum legendum puto annorum, referendūq; ad Ianū quadrifrontē, cuius simularū sic effectū erat, ut dextera manu trecentorum, sinistra autem quinq; & sexaginta numerum haberet, ad anni dimensionē ostendendam: & quaruor fronteis, quatuor anni tempora signabant: elque Varto lib. 4. rerum humanarum, pro numero i. 2. mensium, totidem aras dicatas fuisse ait. fracta. à naufragio sumta metaphora. sic & Persius cantras cum fracta te in trabe pictum ex humero portes. Ad hunc modum air Damasippus, cum res mea ad medium Ianum fracta est quasi ad scopulos illis naui negotiorum, meatumq; mercium. aliena negotia euro. hoc Damasippus studium in inspectanda vita aliena detequerit ex obliquo in eiusdem nota Stoicos, quibus φιλομάθης ἀδετέων κρίνει (vt a Plutarchus) μάλισται μάλα, τὸ δὲ οὐκιστήγιον hoc est, studium aliena mala cognoscendi, cuze magis est, quam rem propriam gubernandi. Atque hæc una causa est cur optet Damasippus tonsorem, ut supra dictū est: Nam Platone auctore 4. de republica, εἰ τὸν πρότερον, καὶ μὴ τὸν τρίτον, διηγεῖται ἵτι, hoc est, suas res agere, & non curare aliena, perfecta virtus est. Quare supra omnes despiciunt Stoici, qui, quid domi suæ fiat, ignari, aliena præsternit virtus tantopere perlustrent. excusus. ciektus. morat vim stultitiae, cui dominatur fortuna. olim nam querere. narrat Damasippus quid prius egere, quam sit factus Stoicus. querere. cognoscere. quo uaser illo. periphrasis artis Corinthi: hæc enim est sententia, olim fui studiosus aris Corinthi cognoscendi quærendique. nā Siphonus Acoli filius, rex Ephyre quam condidit, quæ postea dicta est Corinthus, in eore lauit suos pedes. quid sculptum. sic habent omnia scripta, non etiam ictalprum, ut vulgata. fusum durius. minus artificiosè. Commemorat se nullius rei studio magis caput fuisse quam operis sculpi, cœlati, conflati, signati, &c. cuius generis sunt Agathitæ, Toreumata, Emblemata, Chrylendera, &c. collidus b. s. p. hoc est, arte & usu edocitus imponebam signatis operibus iustum pectum. hic fortassis est Damasippus, cuius Cic. meminit lib. epist. 7. ad M. Fabium Gallū. Mercurialis. Omnes codices scripti sic habent præter

Tons. in quo legitur, Mercuriale: compita. per metonymiam, pro iis qui in compitis auctionantur. & miror morbi te purg. Est autem hel enimus, θυμάζει σειράς μεθίπτειν ιστοταύτην. at qui emisit v. m. n. Relponder Damasippus le veterem quidem morbū exuisse, sed in eius locum successisse aliū quendam ad miraculum vsq; nouum, inquietus, vetus illud studium cognoscendi, quæcēdi, & æstimandi ea qua sensib; obiecta, non parum mihi voluptratis afferebant, ecce, mēq; eius obliuisci fecit notus animi morbus, noua vītē ratio, noua disciplina, qua nūc ex professo inspicio, æstimo, & in ector vītā & mores hominum, qui morbus inīrē, id est, valde & mirabiliter nouus inauditūsq; est, ut qui non in fortunas hominum, sed in nomen, famā & existimationē grauiter incurrat. Perstitit itaque Damasippus in curiositate: verū hæc posterior in virtu longè priorem superat, id quo lā simili in vitiis & affectibus corporeis nō obscurè denotat, inquietus, ut solet in cor triacto la m. c. q. d. pro nobilitate namq; membra affecti vehementer morbus est: ut si cor elanguefaciat, corpus laborat grauius concutiturq;. validius, quam si vel latus vel caput doleat: & nō raro fit, ut per incuria ex συμβιστόντι, id est, accidentibus, actria nascantur συμπτώματα, id est, vehementes corporis affectus. in cor tra. l. m. à simili, ait enim plerumque ita fieri, ut animi non minus variis affectibus quam corpora morbis exagitentur, adeò ut postremum malorum nonnumquam sit omnium grauissimum: ut qui ex pleuritico, aut cephalalgico (qui morbi sunt partium corporearum) totus ipse fiat cardiacus difficillimēq; laboret: aut rursum, si lethargicus fiat phreneticus, quæ posterior affectio innumeris periculis exsuperat priorē. in cor, non est hic cordis dolor, eius partis quæ in corpore primatū obtinet, sed stomachi, sive oris ventriculi. loquitur enim Damasippus ex eorum opinione, qui stomachi dolorem, ob vicinitatem parti, iudicant esse cordis. Quin & veteres rō cor, καρδία nominarunt, propter συμβιστόν fortalit. hinc καρδιάγια, affectus stomachi. Galen lib. 2. de morbis & lympt. & καρδιών, hoc est, ut idē cōmentetur Aphoril. 1. 7. lib. 4. dñ̄is καρδίας, τεττάς το εἰργόν το γαστρός, id est, mordicatio, seu (vt Plinius exponit) rotio stomachi, sive oris ventriculi, vnde nimia quædā nascitur corporis imbecillitas, immodico sudore digerenda. lateris m. fori. Quid si hic credamus non πλαγίου, hoc est, περὶ τας πλαγίας σόσας, sed περὶ τας πλαγίας πόνον, delignari, vti nec per capitis dolorem, κιφαλαιον (qui morbus interdū acutus est, & pestifer, teste Celso lib. 4. cap. 2.) led κιφαλαρύτος, hoc est, non intensus & inuerteratū capitū dolorē? quandoquidem K K videtur

videtur Horatius hoc velle, quod minus difficilis
in orbus nonnumquam transmutetur in acerbiorē: quemadmodum fatetur Damalippus affectionē corporis & actionem in negotiorū merciūmq; administratione, se cōmutasse in affectum animi, qui grauiores turbas dabat. quam sentītām subsequens versus dilucidius aperit, puta, ut lethargicus hic cūm sit pugil. nam qui lethargo laborat, is morbo afficitur nō perturbato molesto nec sibi, nec alij: at si cadat in phrenesia, protinus vehementia mali concitatatur, effertur, sursum deorsumq; rapitur, & quasi pugil aliquis ita torus exagitatur, vt & sibi & aliis difficilis, acerbus & formidolosus non iniuria esse possit. Nunc autem cūm languidus, & in agendis rebus mihius alacres λαθάγος quoque vocentur Zenodotus, οὐδέτε verò Suidas; pulchrit̄ admodum videtur Horatius sub persona Damalippii veterē morbum, studium, puerū, rerum agendarum, velut somnolentum & inhabile ad acquirendum & conseruandum, cū lethargo nonnihil conferre: & nouum morbum in perspiciendo alienis professione Stoica, velle multum continere φρενίτιδες: ea namque cura turbulentia est, & malevoli hominis; adeo vt non temerè tales possint ἴνχαισίγαντι lethargicus. λαθάγος, veternum Latinē (quamuis Plinio hæc duo nonnihil discrepant) est marcus quidam, & inexpugnabilis pænè dormiendo necessitas, vt scribit Celsus lib. 3. cap. 20. ἀπὸ τῆς λίθου, obliuione, λαθάγος, ἐπὶ τῷ ἄλυτος, strenuus, τραχὺ τῷ λίθῳ. non etiam λαθάγος, id est, ignauus, vt quidam volunt. nam cum à celeri & repentina obliuione dicatur, phrenitidi periculose succedit, vt calidis frigidi morbi omnes, dum imperitia medicorum phrenitidi per refrigerantia obfuscando in contraria temperiem cerebrum inducent: fit autem cerebri substantia tūm pituita, tūm tumore quodam frigido, tum fibracula affecta, sit pugil. motu, gestu corporis & agilitate membrorum incomparabili: Phreneticus enim nimis inquietudine non est absimilis pugili. & medicum virget. est enim Phreneticus tam alienat̄ mentis, vt ne medico quidē parcat̄ quo iuuari posse. duo cod. Bland. habent, & modicū virget. simile huic. phrenetico, supp. facias. esto ut lubet. esto iuglanus si volles, nihil id mea referit. ὁ bone. Damalippus per apostrophen ait Horat. ab insania non esse liberū. ne te frustrere. ne te lateat, μηδὲ λαθάγος. stultus, prop̄ omnēs. ne quis existimet Damalippū hic aliud dicere ab hoc Stoico paradoxo, ἀλλαττερες οἱ παρεγγόμενοι, propter τὸ prop̄, quod exceptionē denotare videtur; quasi aliqui stulti essent qui nō insanirent; is ex præceptionib⁹ grāmaticis in memoria habeat, huiuscmodi particulas, fermē, ferē,

prop̄, plurimū vniuersale quid adferre iis quibus apponuntur; vt notaūimus Ecloga 3.lib. 1. sequit̄ Stert. veri c. 2. codices Bland. & Būsi. habent, verū tempore quo me. cx e tempore, quo &c. sapientem pacere barbam. alludit ad vetus hoc dictu, is πάγων τοφεῖ, barbatenus sapientes. Barba autem prolīxam iocando in philosophorū supercilii: qui plus in cultu corporis, quam animo & vite moribus sanctimonie ponunt. Lucianus subinde τὴν πάγων nominat, hoc est, barba profundā: nō enim πάγων φρεζία, aut etiā πάγων φρεζία (vt Plutarchus loquitur) philosophū facit. non tristē. litora. latum. nam malè reges. cum eo conuenit quod lūprā dixit, cūm omnis res mea Ianū ad mediu f. e. operato cap. velato. operiūtur capita vel pudoris, in nubēbus olim; vel luctus, in funere; vel religionis causa, in deuotionibus. Damalippus autē hic videtur, desperatis rebus omnibus, sc̄ deuuisse patrī Tiberino. dexter stetit. astutus faustus mihi & fortunatus, mēq; seruauit. pudor, inquit, se m. v. pudor est ex iis vocibus quæ dicuntur αἰδαφορεῖ, quibus cū in malū, tūm in bonū vti licet: pudor autē hic malus dicitur inutilis & perniciōsus. In 4.cod. Bland. Mart. Tonſ. & Sil. legiūtur, angit, in aliis, vrget. insanos qui inter. Insani cū insano rectiūscōueniunt, alludit ad proverbij, pares cum patibus: quē mala stultitia. hæc definitio est eius quod dixit, furere: est enim furere cæca mente, mala stultitia, & ignorantiā veri grauior agitari perturbariq; mala autē stultitia redit in ordinē cū stulta malitia: ait enim Aeschylus, ἀδιμογία μάλιστρα φρενίτιδα πονεῖσας ἔρω, id est, stultitia maximē soror est malitiae. quēcumq; in sc̄ficia v. hoc modo legitur in 4. cod. Bland. & Tonſ. alij habent, quēcumq; in sc̄ficia v. Chrysippi porticus, à loco qui rōm nominatur; descriptio Stoicorū. nūc accipe. attentionē cū benevolentia, qua Stertinius Damalippū reddit docilem. qui sibi nōpō insano p. Omnia scripta cōsentiant in datiuo, insano, præter vnicū Tonſ. qui habet insani. palātū error. codex Tonſ. & Sil. habet pallētis. unus utriq; iidē codices habēt, utrīsq; illudit partibus. reputā dextera & sinistra, quæ procul ablunt à medio, quo nominae sunt in virtu. caudā trahat. ordo est, credere te hoc modo insanū esse, ita vt is qui te deridet, nihil te sapienter, caudā trahat, id est, si ignauus & excors; qui etiā præ malo tecum pudore vel tutissima formidat, tristis etiā, & tuo more desperans, fortassis ob rem malē gestā sibi extrellum ἐραῦτα medians. Sumta est autē metaphorā à brutis, quæ cū timent, vel iniquiūs aliquid patiūtur, simul & caudas cōtrahunt, & demittunt auriculas. vnde est illud Plinij, Canum degeneres, caudam sub aluum reflectunt. ponunt autem trahat, pro contrahat, & polcea:

postea Ecloga 6. Seu bruma nivalē interiore diem trahit. de auriculis demissis ait Horat. Eclog. 9. lib. 1. Demitto auriculas ut iniquæ sortis ascellus. Qui namque animo sunt deiecto vel meticuloſo, & amissi & apertis, ait Plat. lib. 10. de republ. id est, auriculas in humeros demittunt. Lambibus in huius loci interpretatione (reiecta Turnebi sententia, quæ certè nec mihi videtur hīc satis recte aperte posse) sequitur Pseudacronem, cui subscriberem, si Erasmus, in Horatiana lectione versatissimum, non viderem in Chiliadib. hoc dictum emulisse. postremò nostram opinionem, putà, ignauiam & metuam quorundam notari, manifesto afferunt continuo subsequentia; nimirum, est genus vnum stultissimæ, nihil memenda timenter. hoc enim genus stultissimæ sub se cōtinet inerteis & ignauos, qui exhorrent vel leuem aure strepitum, caudamque trahunt & fugiunt meticuloſi, iuxta illud Poëta: Degeneres animos timor arguit. Hic & nesciuntur monendus est lector benevolus, si fortassis, ut sit, audiat nos iniquius lacerari, quod vulgatos Actonis & Porphyrionis nomine commentarios, ausi simus e manibus studiosorum e-reptos, exterminare, adquæ barbaros relegare, ne dubitet nostrum patrocinium suscipere, vel hoc argumento, quod ex hoc loco in finem vñq; hujus libri, quæcumq; typis edita sunt Porphyrionis apologó nomine, ea me ad verbū ferre inuenisse adscripta ad oram libti Buslidiani, nullius auctoris addito nomine: vnde non leuem coniecturam facere licet, quæ Porphyrioni dantur, ea esse doctio-risalicius plagiarij. est genus vnu. s. Adserit duo stultissimæ genera inter se contraria, alterū in ignavia, moro & inutili pudore, sub quo continetur Damalippus (cùm rebus amissis cogitaret de se in Tiberim præcipitando) & alij quos ait ob ignauiam trahere caudam: alterum in audacia & temeritate sūrum, ut post paullò ostendit. in campo. campus est terra planities ampla & grandis, inquit Valla. quam Fusiis eb. ol. hęc Ilionē tragœdia scripta est à Pacuvio: ait enim Feslus in dictione reportia, Pacuvius in Iliona, abeo depulsum māma pædagogandum, &c. mater te appello. Hic qui matrem excitat Polydorus Priami filius natu nimis, est imperfectus à Polymestore Thrace, hospite Priami, marito Ilionē, qui, teste Marone, Polydorum obtrucat, & auro vi potitur, &c. Euripides autem in Hecuba tragœdia, manifestè dicit Priami filium fuisse: sed Pacuvius, ex quo hęc adducuntur, Priami nepotē fecit ex Iliona, quæ erat maxima natarum Priami, iuxta Virg. verū nihil est absurdum. & Hecubam matrem veram. esse Polydori in Hecuba Euripidis, & Ilionam in tragœdia Pacuvij etiam matrem appellari, vñputa

nutriciam; alumni ab infantibus narrq; & pueris patres & matres nuncupantur. Quin imò Hyginus in fabulis cap. 109. scribit Ilionam Polydoru fratrem pro filio suo, & filium suum ex Polymestore Deiphilum pro fratre educasse, quam ipse Polydorus suā matrem credidit donec ab ea esset edocitus se esse fratrem. huic ego vulgum. locus attentionis: ostendam, inquit, vulgum in emendo, vendendo, credendo, insanire errorem similem huic, hoc est, ita ad stuporem vñq. esse temerariū, & indormire lucro, ut nullis clamoribus, exhortationibus, consiliis, nulla deniq; rerum suarum iactura abduci possit à spe captandæ præda. insanire veteres s. D. e. Cœcessio, per expolitionē eius loci suprà, hoc si erit in te solo, &c. qua erigit animum Damalippi, & apud ore malo liberatum cōstituit: nam si emere veteres statuas est insanire, non potest omnino sana & integra mente esse creditor, qui stulto alicui suam pecuniam committit, à quo neque suam sortem neq; scenus recipiat. accipe quod numquam redas m. locus hic & impli- citus est & varius, cù propter nomina ficticia Nerij, Perillij, & Cœutæ, quæ trésne sint personæ an duæ, sceneratorēsne omnes an iuriis periti, non sati perspectū est; tum propter inuoluram sententiā ad cum vñq. versum, audire atq; togā iub. com. &c. ita ut prima facie non facile quis dixerit, vna ne res, an plures sagātur? Q[uare] lector benignus nostros conatus boni contulerit, si quid fortasse non omnino pro voto responderit. Itaq; cùm de debito & credito omnis sit instituta cōtroversia, sci- catur Stertinius uter altero sit insanior, debitōne an creditō? Prior quæstio nititur hypothesi, altera facto: illa quidem eum qui oblata pecunia non accipit, hęc verò cum qui scenori dedit, quod debitor numquā sit rescripturus, ostendit insaniorē. effo. concessio, qua sub hypothesi docet creditorem liberalem nequaquam stultescere, sed Damasippū aut alium quemuis ē vulgo vehementer esse exordē, qui neglecta creditoris benignitate, reiecit pecuniā quā numquam sit redditurus. scri- be decem à Nerio. hoc factū est avari creditoris sceneratorisque. Nerij, putà, Perillij, quem Stertinius infert ipso debitore multò esse insaniorē, ut qui dicit̄ seu credit̄ ei à quo numquam quicquā sit accepturus, etiam si iure cogatur ad re- scribendum debitum. quam presens Merc. fert. vi- detur alludere ad tō ipsius, hoc est, ad lucru fau- sum & sortē oblatum à Mercurio, quod meritò esse debet gratissimum. scribe decem à Nerio. In hac lectione consentiunt omnes scripti codi- ces. Verba sunt Nerij Perillij sceneratoris au- ri ad debitorem, cui dictat formulam scriptio- nis. scribe decem. numerus certus pro incerto. KK 2 secua-

Cundum visitatum iureconsultis loquendi modum; sunt enim illi, finge Titum accipere vel dare decem, &c. non est satis Hęc verba sunt Sternini agentis cum Natio Perillio, hortanis que si ei non existumet latit esse datum scripto seu syngrapha creditoris, ut ei ad cibat, si voleret rem tabula; hoc est, certa prolixaque verba, eaque diligenter cautionibus, & iuriis nexibus colligata, qualibus vix solebat Cicuta nodosus, id est, calidus aliquis & vertuē elius argentarius, vel (quod vero magis est consentaneum) pararius: nam paratorum fides & auctoritas in vñbris, sc̄nōre, contractibus, & id genus alii obligationibus, interposita, non paru olim fiebat. Seneca lib. 2. de benefic. Quidam nolunt nomina secum fieri, nec interponi pararios, &c. Vñpia. lib. 2. ff. de proxenet. Si proxeneta interuenierit faciendo nomini, vt multi solent, videamus an possit mandator teneri, &c. Proteus. metaphoricōs protergiversatore, qui qualius strophas comminiscitur ne soluat debitorum, instar Protei dei qui in variis figuris se transformabat. cū rapies in ius malū r. a. sic habent blandinij codices, ceteri, in iura; sed alia lectio genuina est ad itinerationem illius Homeris īā. v. οὐδὲν γναθοῦντας ἀπεργίαι, hoc est, ast illi malis iam ridebant alienis, id est, vultu simulato se ridere fingebat: quod quidem facere solent, qui ridendo dolos & fraudes machinantur sicut aper m. a. à brutis, rupibus, & platis. Submouit vaios affectus debitoris in illudendo creditore. De Proteo marino deo vide fabulan Aristei lib. 4. Georg. Virg. si male rem gerere. colligit ὑπόθεσις x dissidentis, ei que autentis Nettum Perillum creditorem, quem ex actis, cautionibus, & re bene gesta omnes iure sanum indicent, multò reuerā maiori mentis vitio captum esse, quam Damasippum, quem perito. omnes ob r. m. male gestam & ad Ianum medium deperditam. velut insanum, agebant in precipitum: nemo namque non censcat eum penitus impotens animi, qui credit alicuius h̄dei id quod fecit praeponuit eum rependere non posse. Perilli. Codex Sil. haber Parelli. audire atque togam. i. c. παρέσταντα, qua, velut inuitans ad te omnes, spargit collectim capita futurae decarationis tui promissi, utputa omnes insaniare. Verba sunt Sternini Stoici sub persona Damasippi. togam iubeo compo. iubeo vos esse procinctos paratoique. sumta metaphora à classe, quæ procincta dicebatur, teste Festo, cum exercitus cinctus erat Gabinio cinctu confestim pugnaturus. ambitione mala. Ambitio, inquit Festus, est ipsa actio ambientis: ea autem mala est, quæ virtute non sititur; nam virtute ambire oportet, inquit Plau-

tus, nō fautoribus. argenti pallēt amore. affectus anari exprimitur argenti colore. trifīve superstitione. Et pithecon ab effectu, ut pallida mois ordine. i. φίξης. danda est elleboris primo ordine statuit avaros, velut antehignanos huius in fanz militia. nescio an Anticyram. αὐλησις μεταμορφικ. res ip. & tonum contulit. heredes Staberij. Ex politio infana avaritia, ab exemplo Staberij hominis avarillimi, qui testamento cauit, ut heredes quantam quisq; summam accepisset, eā cippo incidi iuberent, apposita, ni sic fecissent, gladiatorum, epuli, & frumenti plurimi pena. siue ergo prae. πρεγράπανης Staberij. prae. ναῦς. siue rete. αἰδη κακία, sine intentione mala. nescis patruus m. ne me castiges. Nona est patruorum in nepotes seueritas. vnde metaphoricōs patruus pro censore morum & obiurgatore sumatur. hinc ait Persius Satyr. 1. Cū sapimus patruos. Vide Adag. in Chiliad. Patruum esse. prudentem animalm vidisse. In omnibus codicibus, q. os vidit tam scriptos quam excusos, legitur rō vidisse: at Lambinus lecturus (vt arbitror) phrasim iuridicam, legendum censet, iustissim; verum nescio an id quoq; ad manuscriptum codicem: nam referens hęc verba, credo hoc Staberij p. a. v. ad superiora, ait testatoris esse iubere & cauere testamento. Qd eti nō intifiter, tamen propter omnium codicum consensum, mihi religio fuerit hoc verbum vidisse. suo loco mouere: p. a. sertim cū videā non omnino id esse pretium opera; imo perturbatam iri lectiosis coniunctionem in eius verbi transmutatione: nam prudentem Staberium vidisse, praeber occasionem Damasippo sc̄nsitrandi non quid iussorit, sed quid senserit, quid prouiderit, quid intenderit in huiuscmodi testamenti factio. nimurum (Sternino tacitam testatoris mētem subindicante) Staberium iis testamenti formulis intendisse, ut vir bonus moreretur: quod indicabar non futurū, si moreretur vno quadrante pauperior quam vixerat. nam pauperie credebat esse summum vitium, propterea quod cernebat diuites solos haberi bonos claros, forteis, sapientis, reges, &c. atq. in eo sensu rō hoc, non praecedentia, sed subsequentia demonstrat. Deinde Staberij prudente (ιρανίσσε) animū vidisse, dictū puta per synchysis, pro eo quod est, Staberij prudenti animo vidisse, hoc est εὐεργέσις, prouidisse; ne sc̄ilicet vulgo crederetur pauperior oecubuisse, eoque nequior. Si quis magis probet Lābini lectionem, quā certe nō improbo, hoc ei per me integrū esto. credidit ingens paup. v. Ingens vitium ex Stoicorum schola est summi malū. Quare Staberius si pauperiem crediderit ingens vitium, credidit esse summum malum, ne cinuria vitandum: cuius opinio- nis agatur

auaræ Stertinius Stoicus insimulans Staberiu per pateticum, non parum notat, idque ex obliquo, eius secta philosophos, tamquam nimis plebeios, qui res fortuitas, vite putat commoda & incomoda, dignarentur boni & mali nominibus, cum recipia nihil tam sit abiecti animi quam amare diuitias. Quod autem Staberius in ea fuerit heresi, ut paupertem in extremis malis numerarie, argumento est, quod ex antithesis, in diuitiis omnibus boni partis collocauerit, ut pote virtutem, famam, decus, &c. Diuites enim nominantur clari, fortes, iusti, &c. minus locuples. pauperior, per litotem. perisset. sic habent tres codices Bland. Sil. Diu. reliqui; periret. quas quis costruxerit. Sic codex unus Bland. & Busl. ceteri omnes, costruxerit. sapiens variane hic codices, alij, sapientis etiā & rex; alij, sapiensq; etiā rex; alij, sapientisq; etiā & rex habent, quare lectori sit liberum, eam ut proberet quam volerit: mihi certè prima videtur Horatiana: gaudet enim nō raro Horatius ea particula, ne, pro vtiq; quod alibi quoq; à me notatu est. hoc veluti vir. para. Clavis uala menis & intentionis Staberii teitatoris. virtute paratum. quasi præclarum aliquod facinus & nobile habuit: accumulantes diuitias. sporaxis mag. lau. f. sibi persuasit in aggestis relicti que diuinis dilectionis immortalitatē & gloriā perpetuo duraturā. quid simile isti. transito ad factū Aristippi philosophi ab hac Staberij mente planè dissidenteum, non minus tamen insanū. *Gracus Aristippus.* hoc Aristippi factū refert hoc modo Laertius in Aristippo: τοῦ Αριστίππου τὸ ὄδυ Γαρύνθος ἀργέσσου, ἐγανωμένη. ἀπόχει, ιψη. τὸ πλεῖον, καὶ σοσσὸν δέντρα, κάστας. hoc est, cum seruus in via gestaret argētum grauare turq; effunde, inquit, quod est nimium, & quantū potes, fert: nil agit exemplū. Nam in re controuerſa iubent canonēs dialectici ex notioribus ignota dubiaq; colligi: litem namq; lite, hoc est incertus incerta velle diluere, dicunt ipsi mag. λογικ. si quis emat citharas. pluribus exēpis, itaq; diuiditoribus inferi auaro nihil esse demētus. nec studio cith. Non enim omnes qui habent citharam, sunt citharēdi, vt est in proverbio; πλάσται τοι γραφησόγι τινῆσι δὲ τι βάσταν, hoc est, multos thyrtigeros, paucos est cernere Bacchos. si scalpra. scalprū à scalpendo dictum, sutorium instrumentum quo conditur eo iū, συντρόμπων ἐργάλαιον, inquit Pollux supernē bīfidum, hinc erēctū, illinc recurvū, non dissimile viñtoriæ falcat, Graecæ om̄n. formæ. Graecæ significantiū dicitur, ηλόντος, οὐδὲ λινος τε, ligneus pes, een leest, vne forme. άντε τε κάδον, τούδον, lignum. quid discrepat istis. ab istis. omnes scripti codices habent, qui dis. istis. duo cod. Bland. cutt. Marx. habent, ista-

Hæc autem est comparationis redditio, qua docet auarū in conquirendis, congerendis & recondendis pecuniis, artis iis videnti non minus esse signarum, quam quemuis ex iam dictis. *nescius vti. nesciens viū,* ut ait Ecloga 1. lib. 1. *filius amarus.* herbis, quales sunt eruce, inulae, &c. ut scribit Saty. 8. huius lib. erucas virideis, inulas ego primus amaras monstravi incoquere, &c. *nihil est inavōgētōs.* si & stramenta, à cibo, potu & cubitu expressit ad viū sordidissimi hominis *τὸ δαστρά:* cum tamē ait vulgo minus insanum videri proprie errorē cōmūnem. *filius aut e. l. ἐπιαλητής:* obiurgatio castigatioque tenacitatis à destinitatis. *ebibat.* metaphor. comisando consumat. *cystodis.* quibus parcis, nepotibus ne an senectatē, metuentes nequando tibi quid ad vitam deesse possit? *quantulū enim summa cur.* *δάλων* eius partis, ne tibi quid delit: à breuitate viræ lentilis. nam pauci dies parum decurabunt, & diminuent summam pecuniariā, etiā victus sit aliquanto liberalior, & cultus solito mundior. *ungere si casdeis o. m.* si vita quidē frugali, sed mundo viaris, non etiā sordido. *caput si cœperis.* ex virtu capitis, ut pote porrige, totu corpus neglectum habitum, facile colligere licet. *porrigine.* porrigo est virtu capitis, vbi inter pilos quædam quasi squamulæ surgunt, inquit Cor Cellus lib. 6. cap. 2. earque à acute reluvuntur, & interdum madent, multò laepius siccæ sunt, &c. feréque id in capillo sit, rarus in barba, aliquando etiam in supercilio, &c. videte Cellum. Porrigines, inquit Plin. felle ouillo capiti illito tolluntur. quare si quiduis sat. *εἰς γράνθην, ποπλῶ si sa.* Argumentū à minori ad id quod maius est, minus est enim axis aliquæ populo aut seruos petere; quo tamen nomine quiuis vel à pueris insanus habetur: quanto ergo maius indicium est insanis capitis in vxorem & matrē sequente capitaliter, & hanc quidē veneno, illam verò laqueo è medio tollere? *cu laqueo uxorum.* ut dote potiaris. Videtur notare facinus alicuius scelerati ciuis. *in culmi capite est* es sano cerebro & sensibus integris quid enim. *ἀγανάκτησις* auari, qui animo fert iniurissimo, se intantientis instar, haberit vxoriciam, matricidamque, cum nullius sceleris credat se esse consciū; *τὸ enim*, particula est expletiva, ut notauimus Ecloga 1. lib. 1. *neg tu hoc facis Aggas.* *ἱλάστηρις ἐμφανεῖ,* facinoris ipsius Orestis in occidenda matre sua Clytemnestra, à iusta doloris causa, quod illa patrem Agamemnonem interemerat: à loco, quod apud minus humanas furiosaque mulieres: à vi manifesta, quod ferro: quæ singula vehementer agrauant auarum arque ipso Oreste, multò magis à mente alienatum docent, ut qui nulla vel ira, vel doloris, sed vniuers anaritiae causa.

tię causa sceleratus est in omnes qui Romę, quasi totius humanitatis domicilio, qui dolo, fraude, veneno, laqueis, clam denique omniibus, qui non semel, vt Orestes, sed perpetuo dementia suam exercet. *an tu ruris eum. πρίληψις.* Diluit enim initianem auari, qua tacite negat se furere, vt qui matrem non interfecerit, quemadmodum Orestes, quem ante sanum, propter hoc facinus dij immortales immisis furiis crudeliter exagatum sedibus incertis vagari voluerunt. Ad hoc respondet Damasippus sub perlona Stertinij: cædem matris Oretli non extitile furoris causam, vt qui multo ante tempore insaniisset, nimis, ex quo id facinus animo secum meditatus fuerat; immo tantum abest, vt matricidium eius dementiae caput & origo fuerit, vt ei finem impoluisse vide ri possit: nihil enim postea mali, non in Pyladem socium, non in Electram sororem perpetrasse legitur. Ad hunc modum auari non desinunt apud te non esse, etiam si grauius aliquid protinus in aliquem non statuant, nam multo spē prius moliuntur parencibus, amicis, notis, ignotis insidias, habendi libidine, veluti furis agitati, quam ad crudele aliquod crimen impellantur: qua in re vel Oreste quoque sceleratores apparet, quod tantisper dum viuunt, vt suam sitim explicant, flagitia flagitiis accumulare non cessant. *in matre iugulo. παθωσία,* crudeli facinori exprimendo apposita verba ad commiseratio nem. *maleuta mentis.* maleuta, compotè, vt dicimus, malefana. At codex Tonii habet, *τελε* male mentis. *vocando hanc furiam.* Alludit ad illud Euripidis in Oreste, *μήδε μ' οὐκέ τις ισάν επίνειος, μήδε μ' ἐχαλάζεις, οὐ πάντες ίσε τηρεμέγει,* id est, sine me, que vna es ex meis furis, medium me tenes, vt in tartarum præcipites. *pauper Opimius argēt.* Ex thesi supra posita; ibi, quid discep pat itis, &c. subinfert hypothesis, qua sub persona Opimij cuiusdam graphicè depingit auari naturam & mores. *pauper argenti.* thesauri depositi receditq; sic alibi, in tōger. vitæ, scelerisq; purus, &c. *Vientanum.* Vientanum vinum laporis admōdum ingrat, natūcūt in agro Etrurie Vientano. Peri. Satyr. 5. Vientanumque rubellum exhalat rapida kēsum pice fessilis obba. *trulla.* vas potorium, quod nomen à terendo deriuat No-nius. trulla diminutiū, deinde trulla, vas vi-narium (inquit Cic. in Ver. 6. de gemmea trulla regis Antiochi) ex vna gemma prægrandi erat trulla excavata cum manubrio aureo, &c. tue-nal. Si trulla inuersio sonitum dedit aurea fundo. Sic & apud Plin. trulla murtina. Trullū autem vas erat aquarium quo manus, Nonio teste, ab-uebantur. *lethargo grandi.* diurno & alto. de-

quo suprà. *vt hares iam c. l.* Depingit affectus hæ-redis in hæreditate captiā. *excitas hoc p.* prudens medici consiliū in virtu corporis expelliēdo, quod nullo pharmaco corrigi potuit. *ia hac auferet.* sic habent omnes scripti cod. non etiam, hoc, vt vul-gati. *hoc age. τέτοιο σέβεται.* Hoc antiquum verbum sacrificiale eit, inquit Budaeus s. de asse. quo re-batur præco in lacris imperandis, vt habet Plu-tarch. in Coriolan. eo autem vtimur, cum vni rei mentem adhiberi volumus, & aduerteri animum. Plaut. in Pers. hoc age, opus ne est hac tibi emta? *vena.* vires, robur, arteriz. *tucessis?* Sic habent omnes antiqui codices, non, quid cessas? vt legit Lamb. Medicus impellit quodammodo, & vrget adhortando, veritus ne veterino iterum cor-ripiatur. *hoc ptisanarium oryzæ.* ptisana est hor-deum aut triticum decorticatum: sed & alia fruges decorticantur, vt videtur apud Dioscoridem lib. 2. cap. 79. de hordeo & cap. 88. de oryzæ. apud Columellam ptisana (ptisanarium au-tem est deminutuum) est pulsis genus ex farina hordeaceia, cui maxima restaurandarum vi-rium, nutritiæ vis inest: eius tremor siue succus datur febricitantibus, vt habet Galenus lib. 1. ad Glauco. Ceterum de ptisana præpara-tione, & potenter consideratione, legito scripta Andreae Matthioli in 79. cap. Dioscor. lib. 2. di-citur autem ptisana vel ptisana, *πτισάνη, ἀπὸ τῆς πτισσῆς,* id est, purgo, decortico, &c. *quantientia.* oryzæ in genituio casu. *οcto assibus.* tres Bland. codices habent, octussibus, quain Linacer expref-sit lectionem lib. 6. De emend. struct. sed (modò sunt characteres idonei) per inasimaduertereiam. nam Budaeus: r. lib. de asse, satis luculenter ostēdit vsum harum assis parciū, centessis, decussis, octussis, &c. Codex Tonii habet octussibus. Mart. hoc modo, vīii. assibus. veruissimus Bland. co-dex habet hanc scripturam, oct. assibus: que ut per apostrophum est apertissima, ita & optimæ. Sed tamen, vt hoc addam tamquā auctariū contra Lambiū, habet Cic. ad P. Sestii procons. Om-nino sc̄nibus magna copia est. Dcindē Festus in verbo pecularius: *Quę pecudes, postquā ære signato* vt tui cœpit P.R. Tarpeia lege cautum est, vt bos cœtussibus, ouis decussibus æstimatur. *ebet quid refert.* ob eam summatō dolore percellitur a-nimus Opimij (quasi ad vitam sibi præterea nihil esset reliqui) vt indigabundus vehementer in-surgat in medicū, qui se excitauerit, mortique eri-puerit: quandoquidē hoc ptisanarium tanti con-sisterit, inquit, video mihi pereundū esse, hoc est, diuicias meas (nam sua bona auaris ipsa vita longè cariora esse nemini dubium est) si namq; non fur-tis & rapinis hæredum, profectō ego morbo, id est, morbi

morbis curatione viuus videlicet, torus exhaustior, pauper fio & pereo. Quid ergo nunc mihi beneficij praetitisti, o medice, qui me ex somno suavisissimo; quasi morte dulcissima ad vitam reuocasti & ruminosam, ipsaq; morte mihi longe formidabiliorum? pereamque rup. sic legitur in omnibus scriptis, praepter Mart. qui sequitur vulgata lectionem, putam pereamne, &c. sed non apte: ex preceptionibus enim grammaticis, rone, in interrogationibus procedere debet rone; ut alibi notauiimus. quisnam igitur sanus transit ad aliud stultus genus. Est autem dialogus Damaski & Stertinij Stoici; hos namque duos facit Horatius vna colloqui, ab colloco, & caue faxis te quicquam indignum, &c. ad eum visque, haec mihi Stertinius sapienter oct. qui non stultus. descriptio sanis a negatione oppositi. Quae ratio describendi Dialecticis non est incognita, sed docendae rei minus accommoda. stultus & insanus. plus est insanire quam stultescere. habet Plato in Timaeo, δέ δος ἀρεταίς γένει, τὸ μὲν κανίαν, τὸ δὲ ἀργαδίαν, hoc est, duo amentiae genera, alterū quidem insaniam, alterum vero ineptam stultitiam: utrumque dicit Stertinius exagitare hominem sordidum. non est cardiacus. à simili. Est autem cardiacus morbus ἀπὸ τῆς καρδίας, id est, à corde (sic enim stomachum, qui in his maximè languet, veteres nominabant) dictus, quoties pura, cù acuta atq; astutante febre, & cum magna animi desperatione, atque anxietate, corporisque iactatione stomachus languet, & immodeico sudore superum corpus digeritur, rigente atq; atescente inferno. Haec Pantinus medicus doctissimus in cap. 20. lib. 3. C. Celsi. Craterū dixisse p. ab auctoritate recte est. οὐτὶς, οὐ ξεπούσης, bene est igitur. Et ne iccirco corpore bene constituto: negabim. Craterus, quia aut pleuritide, aut è rebus laborare, & corpus grauiter affici posse constat. De pleuritide dictum est suprà de reni doloribus scribit. C. Celsus lib. 4. cap. 10. morbo tentantur acuto: morbus acutus, οὐτος ζητην, est ubi sine intermissionibus accessiones & dolores graues vrgit, ut habet Cels. lib. 3. ca. 2. quem legito eiusdem lib. cap. 1. & 2. De morboru differentiis. Codices Blad. & Tom. habent tentatur; ceteri, tentantur. Colligit autem Stertinius more Stoico, strictum, hoc modo; non si non est cardiacus aliquis, ergo est sano corpore. non est enim vnu morbi genus quo affliguntur humanæ corpora, sed multa & varia. non est periturus n. f. reddit comparationem, hoc modo: nō si non est periturus neque sordidus, incideo non est ambulatorius & audax. alio namque diuitias sordescunt, & alias sunt aribitiose. immolet equis hic p. L. hoc est, gratus sit Laribus ob acceptum beneficium, eisq; porcum sacrum faciat æquis, propitiis, benevolis, misericordis, ut

Inlius Poll. lib. 5. cap. 27. ut qui mente ei sanam præstiterint, conseruantque, & à periuro fraudé deteruerint, avaritiaeque sordibus: hoc enim est munus Larum, mentem largiri bonam, & quæ in familia suu, omnia bona, tuta & integra præstat. hinc d'aimos Cie. Laris interpretatur in De vniuersitate ex Timo Platon. εἰδέσθαι πλὴν τοιχόδοισι φύσισι διάτονον, ut habeat Hesiodus, hoc est, sancti & terrestres, hominū quies credita cura est. Quo nomine quoq; Appuleius de Socratis dæmonio eos bonos genios nominat. Cui concinit D. Augustinus de Ciuitate lib. 9. cap. 11. Lares, inquietus, appellantur si boni sint meriti; contraria Larvae, si mali. Hinc etiam pro diuersitate vel beneficij vel maleficij. Lares quidem præstites habent, Larum, Larum matrem, inquit Latent. quæ eadem & Muta & Larunda nominantur; habent & Manam, Maturam, Matutam, tum quod præstent oculis omnia tuta suis, ut canit Ouid. 5. Fastor. tum quod ab eis bona suo tempore cuncta promanet. Larvae vero Tryptes, Furam, Furinamq; & Maniam matrem habet & affectas; quæ quidem Mania, insania est & insipientia, sive ἀκτερία, quod ea affectio ita remittat dissoluatque animum, ut non sit apud se: sive ἀκτερία, quod est insanire: sive ἀκτερία μονάχος, quod agat in solitudinem eum qui eo morbo laborat. est autem incerta eius etymologia, teste Cie. 3. Tusculan. quæst. verum enim uero quicquid id est, & Mania Laruasq; & Lareis Genosque bonos piaculari porco placare studebat antiquitas; hos quidem, ut prodeissent & familiam augmentarent, quos πλεονάσεις vocat Hesiodus; illos vero, ne nocerent, animumq; delirio turbarent: quod obscurius significat Hesiodus inquietus, ἀλλὰ μυτερά πλεονάσεις. Quemadmodum & ex hoc loco, & Varrone de re Rust. lib. 2. cap. 4. & ex Menachmis Plautinis, Epidicusque est testarisimum. In Epidico namque sic ait Stratippocles: Desipiebam mentis, cum illas scriptas mittebam tibi. Epidicus: Men' piacularum oportet fieri obstulitiam tuam, ut meum tergum stultitiae tuæ subdas succidaneum? In Menachmis inquit Cylianus: Nunc obsonatu redeo. Menachm. responde mihi adolescentes, quibus hic pretiis porci videntur sacres, sinceri (sic scabres apud Ecclum) in dictione, vastum. Alex. ab Alexandro lib. 3. cap. 12. fetus bouis 30. peccoris 7. suis, 10. à partu die puzi habentur; ideo sacres dicti. vide M. Terent. Varr. lib. 1. cap. 2. ad finē) numeros eos à me accipe. iube te piari de mea pecunia; nam ego quidem in sanum esse te certo scio. Item post paulò Cyliand. Si me consulas, numum illum, quem mihi dudum pollicitus dare, iuberas, si sapias, porculura affteria.

afferrit tibi: nam tu quidem hercle, certò non satis latis Menetche. Itaque & Manū ob infamiam Larum matrī, vt Varro quoque testatur lib. 2. De analogia & falso, atque laribus ipsius porcum in hostiam mactatum fuisse in confesso est. Verum cur porcus in id genus sacrificij assumus sit, non arbitror perinde esse certum: atqui est vero consentaneum, diabolum inuidia generis humani, cùm primum idolorum cultum miseris mortilibus, & à veri Dei cognitione alienatis persuasisset, id in primis curasse ad maiorem abominationem, irāmque Dei implacabilem homini conciliandam, vt deos suos iratos, nō alia quām humana victima proprios redderent, vt qui non nisi & meliores animas & exuniās hostias diligenter: testatur Macrob. Saturn. lib. 2. cap. 7. inquiens, idque obseruatum aliquamdiu, vt pro familiarium sollicitate pueri mactarentur Manū Deæ mari Larum, &c. Testantur hoc sacra Diana Tauricæ, testatur Aegyptia Iuno, testantur Læstrygones, Jupiter Latalis, Saturni Colossus apud Carthaginēs, Phœnices, Cretenses, Galli in sacris Saturni; deniq; testatur diris omnibus deuora, sacra Orgia. Quæ quidem sanguinis humani litaratio: antīper inualuit, dum viri sapiētes, meliori que mente prædicti, magnisque imprecationibus tam barbarum morem detestati, ad humaniorē virtute modum statuendum, &cædibus eos humanis, rituque ferino deterritos arcerent, prōque hominibus, alias bruta mactanda, alias primos fructis, alias vina libanda, ceteraque id genus diis offerenda docerent: qui verò belluis sua scelera expianda crederent, non immemores se à maioribus accepisse, deos suos exquisito nidore delectari, & in familia sua non offendenter post hominem quicquam suilla carne pretiosius, ab iis porcus immolari cœptus est, præsertim diis Laribus, qui & familiares essent domesticique & arborum tutelares, quasi cum homine nati & præteritis colendi; hinc etiamnum Lares grundules nominati sunt, à grundiēdo verbo antiquo. Quod autem in ceteris, viëtimis porcus in lacrum pro homine successerit, Diophantes Lacedæmonius apertissimis scriptis, in sacrī deorum testatum reliquit, porcū, putā, loco hominitis ab Atheniensibus immolari cœptū, apud quos anteā qui centū homines interemisset, Mari hominē sacrificabat. Legito Alexandrū Alexandrinū lib. 2. cap. 22. lib. 3. cap. 12. Sed & Varro de re Rustica lib. 2. cap. 4. ait à suillo pecoris genere immolandi initium primum sumtum esse videri, quod animalium soli sues r̄t̄s, è r̄t̄s r̄t̄s, id est, sacrificare, dicti sunt. De carne verò suilla quod ea sit delicatissima, & variis condimentis plurib[us]que aptissima,

docent ἀνθρώποι pro sua ganea, quinquaginta & amplius ex ea multis excoigitatis adornatissime, adeo ut non ex alio animali parabilior, non laetior, non denique iucundior humanis voluptatibus, nec ex tua natura sapidior materia apparari possit: taceo lardum, pesnam, taceo succidam maiorum delicias. nauiget Anticyram. πενιάδες. Non enim minus est commota, mentis, quam avarus & periurus: itaque ad purgādam cerebri maniam opus est ei ellebori candidi potione. vide Adagium, Anticyras nauiget. Barathros. per barathrum, in luxu, intellige ingluuem, seu ventrem omniorum; in ambitione, dum largitionibus immensis captaat & ambiunt honores & magistratus, intellige populum, donorum numerūmq; vixinā, ac per hoc stultorum diuitum perniciē: quemadmodū docet postea, inquietus, in cicere atq. faba bona tu perdāsq; lupinis, &c. Erat autē Barathrū locus Athenis profundior (vt οὐτε, ἀδέσ, apud Lacedæmonios) in quem maleficos, τυχερύγες deturbabant demergebantque. At propriè βάρελος, est rotunda quædam profunditas & hiatus ingens, qui integras æpe flumina deuorat, magis rō βαρέλιον, ab ingressu Cælius lib. 9. cap. 34. Cæcūdpa. fauces hiaticulæ præcipites. Seruius Oppidius. hæc descriptio lani hominis posita est pro thesi: vt itur enim exemplo Seruij Oppidij, cuius consilium in admonitione liborum ponit tanquam ἀρχαιολογίον iam dictorum de aquantiæ simul & transit ad ambitionis & luxurie stultiat. dīvīnāntiquo censu. antiquus census, antiquæ dicitur fuerunt prædia, fundi, agri, greges, armamenta, &c. nimirum ante æs, aurum, argentum signatum. dīdīsse. per ὑncopen pro diuīsisse: sic habet omnia scripta. non etiam dīdīsse, vt aliqui putarunt. fertur ἐκ hec. omnes cod. manuscr. habent, hoc: sed non video multum interesse. fertur ἐκ hoc mor. præclarum & laudabile liberis à patre relictum, testamentum, iam morti proximo; que quasi rediūia scintilla patrum patriarcharum eluxit in animo Seruij ethnici. ferre s. l. id autem dicimus laxo sinu ferre, cuius nullam curam gerimus. perelegantes ἴργυρον ex notis hominis prodigi, lōrdidique. huic autem contrarium est, in sinu manus habere, de tenaci & avaro. numerare e. a. t. notæ avari. tristem. sollicitum: Nomentanum. prodigum. Circutum. auarum. quare per diuos. dīvīs. μεταρχόντες. Ἐν natura coērcte, quod natura dictat & requirit, quod natura suffinendæ satis est. videque alludere ad Græcā phrasim ἐκανανθρόου: sic enim loquuntur Græci, ἐκανενθρόν, vobis fatis est: Euripides, τὸ δὲ ἐκανενθρόν, id est, hæc marito sufficiunt. edīs fuerit. v. p. hi primi gradus erat ad ampliores honores & magistratus, &c quibus

de quibus à populo deturbati, non facile postea ad dignitatem perueniebant: quare opus erat multis promissis & largitionibus ad populi fauorem demerendum. *fueritus.* sic habent omnia scripta, eaque secuti sumus eum Cantero viro doctissimo. *in cicere atque faba.* ad hunc modum Pers. Satyri. cicer ingere largè rixanti populo, nostra vt. *Floralia* possint apri meminisse senes, &c. *Floralibus enim ludi 4. Kal. Maias, exiles cicer, fabas, & missilia in plebem spargere consueverat,* leporésque & capreas, aliaque multa animalia populo exhibere, non sine ingenti diuinitarum profusione. Vide *Lactatium de obscenis his factis in honorem Floræ metetricis lib. 1. cap. 20. latus ut in circu.* sic habent omnes cod. scripti. est autem synchysis, pro, vt spatiere in lato circu & amplio, nimirum Martio. Alij aliter interpretantur hæc verba, sed non satis aptè, vt mihi quidem videtur. *mudus agris, mud. n. i. p. ex diuini prædiis, inque missilia popularia, studijs & aplausus ergo, facultatibus omnibus erogatis. scilicet ut plausus, ludicra comparatio leonis ad vulpem; Agrippa ad obscuri alicuius diuinitis filium, ad honores, si non virtute, saltem diuinitis aut alio consilio euehi conantem.* Notus est Apologus vulpis, aut potius asini Cumani, qui leonis exuviis studuit aliis animatis esse terrori. Hæc autem è *tauρός* scripta sunt ab Horatio in gratiam M. Agrippæ Vipsanij generi Cæsaris Augusti. *ne que humasse velit.* Hæc thesis Agamemnonis regis vanissimi commode subsequitur obtestationem Seruij Oppidij, qui liberos ad omnem modestiam cohortatos, iureque iurando. obstrictos, noluit ad popularem gratiam sequere suaque perdere turpiter: non ignarus quæ vanitas illa & quanta secum trahat incommoda. Namque ex insano hoc Agamemnonis decreto de non humano Aiacis cadavere (quod huc ex Aiac Sophoclis translatum est) quod satis inuidiosè fingit regem cum Plebeio controuertere, statuit in propatulo ambitionis insanos & horrendos comites, utputa imperandi libidinem, philauitiam, formidinem, vlcifcendi studium, impietatē, titulos inaneis, iram implacabilem, et si quas sunt his crudeliora. *ne quis h. v. Dialogus est Agamemnonis & Plebeij liberti rex sum.* ab auctoritate regia, cui quod lubet, licere necesse est. *nihil vtrā quer.* p. codex Blandinius antiquissimus ostendit aperi pro re, syllaba eraſa, supra scriptam ro, ab inepto aliquo & audaculo castigatore, qui putabat fortasse magna se cum gloria claudicanti pedi mederi posse pro re, substituēdo ro, cùm lippientibus oculis ipſe minus clarè cerneret continuò subsequentis dictionis bina consona, enī ratione per Grammaticos canones licet nonnumquam sylla-

bam natura breuem prolongare; prætereo *τέττανης* *μίσθιον* *ιππεῖναι,* taceo delicias Horatianas, quæ as vna sœpe littera corrupit: quod hic liquido constat factum esse: nam si quis pressius examinet hunc locum, non difficultè deprehendet eum desiderare personam secundam, cùm sit obliqua interminatio, si, nulla præfata venia, pergit de regiis rebus percontari regem, hanc itaque lectionem sequor cum Cantero doctissimo. *quare Plebeius.* Plebeius, non est aliquis è plebe (vt mihi apparet) sed nomen serui, aut potius, liberti Agamemnonis, quemadmodum paullò pôst dicemus in dictione *libertinus.* & *equam rem imp.* ab æquitate decreti regij, vel ipso rege iudice: sed bene scilicetatur Muionius apud Stobæum, *αριστος Καισαριδος εγαδος ειρηνης, αριστος ειρηνης αγαδος ειρηνης,* hic est, an quis rex bonus esse possit, nisi idem vir bonus fuerit? ac si cui u. Antiquiss. codex Blandin. habet, *ας si cui.* hæc est concessio libertatis percontandæ sententiaz regiae de iure facti. *maxime regum assentatiuncula. διγ τιβι δενη ιωχη,* ad captandum regis animum. Hæc ferè ex Homero, vide Commētat. *reducere Troia.* sic habent ferè omnia scripta, & veram lectionem esse existimo, ita vt antiqui tò re, ferè pro arbitratu aut longarint, aut breuiarint, sic & Ouid. 10. Metamorph. In quem recidimus quicquid mortale creamur. Legito Gifanij doctissimi collectanea in Lucret. Aliqui codices habent, reducere, sed aliud malo. ergo *consulere. ιράτηκε.* consulere hic est percontari & interrogare, teste Festo, in verbo consulas: imitari videtur iurisconsultos, ad quos consultores cùm adibant, dicere solebant, licet consulere: Cic. pro Murena. *cur Aiac heros. οιστηκε.* sic Homerūs *λα. 6. αιρήσας δ' αν μένην ζελετησεν οιλιου πλασμάντος αιτασ, οφελος Αχαδεις μηνιστεν ο γρη πλανητης ησο.* putescit. In hoc verbo nulli codices scripti dissentunt, quare id seruādum putauit tamquam genuinum; nam putescere propriè magis cōueait abiectis inseptisque cadaveribus quam putrefascere. hinc vult Caelius apud Varrom lib. 4. de ling. Lat. puticulos dictos, quod putescerant ibi cadavera proiecta. Nonius quoque putidum non putrem, sed odoris mali, ex Cic. 5. de fin. bon. & mal. non inscitè illud dictum videatur in sue, animum illi pecudi datum pro sale, ne putesceret. At putrescere verbum sepultis quoque cadaveribus aptari potest. Non infiortamen apud Homerūs *λα. λ. legi πτυχηται,* hoc est, putrescit, pro inhumato Aiacis corpore; sed meo iudicio, minùs aptè. præterea non necesse est fateri Horatium in omnibus expressisse Homerum. verū per me nolim quemquam certare de aſni umbra, vt aiut. gaudent ut Priami p. hæc sunt expresa ex *λ. a. κατα.*

μηδένας Πρίανος πειραιώντες καθάποτε τοῖς, hoc est, Gaudeat & Priamus, nec non Priameia proles atque alij Trōēs. argumentum à causa finali, utputā, nonvis humo regi, sed à feris lanari cadauer Aiacis, vt gratum facias hosti. per quem totiusuenes. periphrasis cedis multorum Gr̄ecorum, per exaggerationem. mille ouium ius. m. d. αἰνολογία, cur ieiendum ducat in cadauer Aiacis, putā, Vlyssis & Menelai ab eo destinatam mortem, totiusque exercitus, nisi Deus aliquis hunc conatum restinxisset; & in ouilia pecudēsque conuertitler, hac ex Aiace flagellifero Sōphoclis, vbi ait Δερόπορος γνώμης, Aiacus oculis obiectas fuisse, non enim vidit nihil in mactandi ouibus, verūm iudicavit esse aliud quod intuebatur, quām id quod erat. quare fuit animus diuinisq; perturbatus, vt voluit antiquitas, tanti maii causam simpliciter ad deos referens. sed qui propiores causas indagati sunt, aiunt hoc virium perturbata mentis de atra bilena ci, ynde sumosi quidam & turbidi halitus euaporati, inque cerebri loculis concepti, tenebris offundunt intellectui, καὶ μενὸς τυγχανῆς, id est, ferimus quandam dementiam. Quare vt folent oculi caligare & vehementer obiecerari, cū sumus talis de ventriculo ad eos ferrur: ita halitus isti pestiferi, mentis & animi lumen admodum obtundunt, & μακρανθες efficiunt. Talem scribit Aristot. fuisse Bellerophonem, dum miler in campis mārens errabat Alæis, ipse suum cor edens hominum vestigia vitans, teste Homer. talis fuit Argiūus ille cuius meminīt Horat. epist. 2. ad Florum lib. 2. τὰς cum pro rituula. ἵπτετος ἐφεντεῖς, cum indignatione ab impietate facti, nimitem, mactatione natæ Iphigeniæ in Aulide, quam Calchas vates respondit immolandam ad numen plaendū. Vide Setvium a. Aeneid. in expositione eius versus, Sanguine placatis ventos, & virgine caſa, &c. Item Iphigenia Euripid. *spargiū molas apus.* i. f. lubet hic in gratiam studiorum, quibus librorum copia pro voto non semper est ad manū, pluribus agere de ritu sacrificandi veteribus visitato. Itaq. sacrificatur molam ex farre molito, & sale cum ture masculo inter hostiæ cornua deponebant, eam mactam esse significantes, quod quidem ad probationem proficerere debant, vt, si nō obstupuerit, sacro facient do crederetur idonea; qui ritus nominatur immolatio, quasi molæ in caput victimæ collocatio, vino aut muto, in caput victimæ affuso; quod priusquam funderet, scipulo aut simpuio ligneo fictilive, (quod inter sacra vasa cyatho non valde erat absente, & ipse aruspex aerdos leviter delibabat, & circumstantibus gustandum deferebat, vi pariter libarent; & hic ritus vocabatur libatio,

postea setas inter cornua victimæ, manū euulsa tanquam prima libamina proiiciebat in ignem: conuersusque ad ortum, obliquum cultrum à fronte victimæ ad caudam ducebat: tandem victimam diis exhibitam & dedicatam, mandabat iugulare ministros, qui à mactando cultrarij, victimarij, & ab aliquibus poppe, agoneisque vocabantur: alij Languinem emanantem ad motis vacuis excipiebant: alij exorsabant & ablucebant: alij ignem succendebant: Mox aruspex ferreo cultro viscera explorabat an perlitatum foret. Erat autem is culter oblongus manubrio eburneo, clavis æneis, ære Cyprio, & argenteo capulo ornatus: non enim manu licebat contrectare viscera his petactis: ex omni viscere & membro ministri partis certas decimas farina inuoluebant: & in catalysis sacrificanti offerebant: isaris imposita incenso foculo comburebat, quod reddere erat & licet: Deinde ad epulas ipsi & conniuia conuerit diis laudes canebant, pedib[us]que circum aras comp[er]identes ad numeros psallebant, pulsatique cymbalis choreas agebant. *rectum animis.* rectum animum, constantem & firmum. Quæ vindice nullo (i. Metamorph.) sponte sua, sive lege fidem, rectumque colebat. Rōcto autem contrarium est prauum. *quorūsum?* supp. hæc, rogat Agamemnon. *insanus.* quem insanum autumnas quid enim, rō enim, est expletuum. verba sunt Plebeij. abstinuit vim uxore. ἵπτετος facti Aiacis ex antitheto facti Agamemnonii, qui natam mactauit: cūm is neque recipia læsit Attidas, quod iure tamen ei licitum fuit ob iniquum de armis Achillis iudicium: sed verbis tantum minatus est: neque fratrem Teucrū, neque Vlyssem in armis Achillis adeptis aduersarium persecutus est: ita diluit singulas illatæ contumelias causas. *verūm ego ut harātaygios.* cōfutat Agamemnon infantarum à necessario: non enim iniuriant se natam immolasse, sed negat eo nomine se commotæ mentis habendū, vt qui prudens, hoc est, præsentis & constati animo, sensib[us]que integris, non etiam dementia percussus id fecerit, deo[rum]q. placauerit, qui in Aulide classem detinebant irati. *nemper suo sacra mālālogia.* ad impietatem patris contra filiam retegendam, ait, tuo sanguine, putā, nata tua Iphigeniæ. mes, sed non f. concessio facti, sed iniuriant furoris. qui species alias vero scel. ostēdit argumento syllogistico (cuius hæc est propostio, qui species alias vero, &c.) Agamemnonem verē mālāgire: hoc modo, Qui sibi persuader verum id esse quod falsum est, idq. insuper scelerem contaminat, seu (vt adnotauit D. Wouardus) qui sub specie iustitiae scelus admittit, id est, qui multum sceleris admiscer veritati, is habendus est cōmotæ mentis: *At tu inaneis titulos*

tirulos imperij contra Troianos pro veris duxisti, de quibus triumphum agere magnopere studiasti, quod quidem animo concipiebas non fore nisi diui felicem nauigationem anuerent tuo sanguine placati, non sine immani scelere: quoniam ergo fieri potest te non fuisse furiosum? Codex antiquissimus Bland. habet species alias veris, cum hac adnotatione, cōtrarias veritati. Codex Diu. habet, alias veri, sed supra i litteram, o posita est, quem secutus sum; multum commendans sagax ingenium Lambini, qui nullo suffragante sibi codice, ut ait, alias veris, legendum aduertit: equidem Bland. codicis lectionem typis mandari maluissem propter vetustatem, sed si littera maiuscula admota, sequenti dictione, adscripta erat praecedenti. In Blandiano si aperite est erasum. quare sine illo fuso expressi-Diu. codicis lectionem. Sed quid si (*infectos*) propter plurimum codicum consensum in *τῷ* veri, exponamus rō alias infinitē, hoc modo, qui capiet, concipiet, animo comprehendet alias, id est, alias species veri permixtas tumultu sceleris, hoc est, coniunctas cum scelere, contaminataisque tumultuoso aliquo facinore? *Ajax cum immeritos*. sic habent omnes codices prater Mart. qui habet, *Ajax imm. cū occidit*. Est autem argumentum à minori: nam si insanit qui agnos occidit immeritos, quanto insano qui filiam mactat innocentem? explicat speciem veri & recti falsam, ut pote, inaneis imperij titulos, cum scelere commixtam, nimirū, cum eze Iphigenia filiæ, commixtae inaneis. sic omnes cod. prater unum Bland. qui habet, admittit. *pusum est virtus sibi sum t.* codex Diu. habet, *purum est virtus, vel cum t. e. cor. si quis lectica*. aliud argumentum à minori, quo docet insanire Agamemnonem. *nitudam*, abluto vellere candidam, *pusam aut pusillam*. codex Mart. habet, *rufam & pusillam*. Bland. antiquissimus, *rufam & pusillam*, sed supra. ponitur v. reliqui omnes habent, *rufam. & pusillam*. Variant quoque lectionem: qui hunc locum tractant: Ioannes Despauterius in sua versificatoria (quem eius dictionis arbitrator auctorem) pro *pusillam* (quæ dictio primam corripit) legit *ruffillam*, quem sequuntur non pauci contra fidem omnium codicium manuscriptorum, verum ea mihi certe non probatur; quis enim agnam *nitudam* (nimirū à lance candore) dixerit *ruffillam*, aut etiam *rufam*? ut habent scripta. Qui color etiam in forma bene exculta quibūdam non sit ingratius, vel Gallis & Cimbris testibus, qui student ad rutilam speciem nigros hauesce re crincis, ut scribit Serenus, tamen eum agnæ non video posse accommodari. Lambinus ex codicibus nonnullis calamo exaratis, quos non no-

minat, scribit *pupam aut pupillam*. quod equidem non improbo, at malui tamen legere, *pupam aut pupillam*, immutatione R litteræ, quam habet codex Mart. in P non multum discrepantem. seruata quoque in vtraque dictione, *pupa* & *pupilla*, ex etymologia, pari syllabarum quantitate, ita ut *pupa* sit puella, & *pupilla*, puerula, nulla epitheti consideratione, quod quantitatem aut turbar, aut præceptionibus Grammaticis obnoxiam reddere posset. nam ut non infiteri *pupillus* adiectivum, primam syllabam habere breuem, tamē nolam sub eam legem cadere appellatum *pupilla*, sed dependere ex *pupus* & *pupa* primitiorum natura, quæ tunc temporis in vsu aliquo erant: Pomponius enim apud Varro. lib. 6. de Ling. Lat. in epigrammario his vitetur, dici *pupus* *pupa* puella, hic mutua muli, nam verè es *pupus* tu, tua amica senex. Ioseph. Scaliger legendum scribit, *pupam & pupillam*; ab ea parte qua puellæ sunt feminæ, quod mihi revera probatur. nam cum *pupa* & *pupilla* quadrat optimè. sic & Plautus in Asin. dic me tuam *hirundinem*, monedulam, passerulum, putillum, &c. sic & in Horatij vna primo loco hic posita Augustus, inter alios iocos *putissimum penem & homuncionem lepidissimum*, &c. *abeat tutela*. tutela pro curatione. pertinet ad propinquos, iuxta illud Iustinian. lib. 1. instit. de curatorebus: furiosi quoque & prodigi licet maiores. sint viginti quinque annis, in curatione sunt agnatorum ex leg. 12. tabul. *quid: si quis*. redditio argumenti per exaggerationem. sic habent omnes codic. non, quod, ut excusi. ergo ubi *praus*. complectitur ambitionem amentem nutritre clientelam, nec admodum laudabilem, putà seculis & furorem, idque agit Sorite Stoico per pulchro, hoc modo: *Qui ambitiosus est, captat inaneis titulos, laudem popularem, imperia, &c.* hunc autem iubet Bellona gaudere cæde & sanguine: cum itaque furiosum esse necesse est & sceleratum: verum qui sceleratus est, prauè stultus est; & summè insanus: ergo qui ambitiosus est, summè insanus est. *vires fana*. vana & inconsitans, fortunæque similis, quæ cum splendor frangitur, inquit Publanius. *circumsonuit g. Bellona* er. stupidum, animi impotentem, attonitum redidit, *εἰς φύρων, εἰς βόρυντας*. Bellona bellii Dea, εὐρὺ Graecæ, πλούσια τε φύρων, οἱ δὲ μητέρες, οἱ δὲ γυναῖκες Αἴγαιος πατέρων, inquit φύρων, hoc est, quam alij alumnam, alij matrem, alij sororem Martis tradiderunt. *πάντας θύμος τοῖς αἰλίου τοῖς μεχριθόροις*, hoc est, quæ furorem immittit & robur deprocliantibus. Dicta est autem πάντας τὸν εὔστοιο, οἱ εἰς φύρων, inquit Eustath. *πανταγε luxuriā*. Stertinius per exhortationē transit ad luxuriosum

& prodigum, quem sub Nomentani persona docet recipia non esse sanæ mentis. *vincer enim r. ratio, rerum euentus.* In omnibus scriptis manu legere est, vincet, quæ secutus sum, non improbas aliam lectionem. *bis simul ac. narratio facti Nomentani àrora. millet talenia.* amplissimum patrimonium, 175000. lib. gross. Fland. Certam autem positum est pro incerto. *Tusci turbba impia vici.* lurcones, ganeones, barathrones, mendici, pharmacopæ, lenones, & id genus homines perditi, deplorari, & abieci; quorum minimus in 2. Ecloga lib. 1. in comitatu Tigellij. Non prorsus inepte quis dixerit turbam quoque impiam hic dici scarios, initidatores, gladiatores, & eos qui vita n. simul & libertatem impie venale habebant, iuxta illud Plauti in Curculion. In Tusco vico ibi sunt homines qui ipsi sese venditant. Nihil enim magis impium in Deum ac naturam potest ex cogitari, quam se, vitam, & libertatem pretio vēdere: quales iij sunt, qui ad pretium participandum se venundari pasti sunt, ut scribit Iustinian. Institut. lib. 1. tit. de capituli diminutione. *cunscurrū fator.* sub his comprehendendo saginatores, qui ex altibus lucrum faciebant non paruum; & macellarios, *velabro.* velabrum autem vel à velando, quod viam ad hippodromum ferentem è foro, veis, in ipsis ludis obtendere solebant: vel à vehendo: nam olim paludibus Aventinus mons à reliquis erat disclusus. Itaque èo ex vrbe (inquit Varro lib. 4. de ling. Lat.) qui aduehebantur ratiis, quadrantem soluebant, quod de aqua tum dicebatur velabrum; & vnde escendebant ad imam nouam viam, locus sacer velabrum. Hunc locum Varronis sic restituit Turnebus; qui talis est: Itaque èo ex vrbe, qui aduehebantur ratiis, quadrantem soluebant, cuius vestigia, quod ea, qua tum ibatur, velabrum, & vnde escendebant ad imam nouam viam, lucus est & facellum, Larum. Ego certè (pace Turnebi) putarim locum Varronis hoc modo legendum: Qui aduehebantur ratiis, quadrantem soluebant, cuius vestigia (quod aqua tum ibatur) velabrum, & vnde escendebant ad imam nouam viam, lucus erat, & facellum Larum, &c. nam in ipso velabrio sacer locus erat, quod velabru dicebatur, ut Varro ostendit lib. 5. in quo Accæ Laurentias sacrificium siebat, qua in nouam viam exitur: veteres porrò, escendo, pro ascendo dicebant, vt norauit Turnebus, *omne mac.* veteres quò quæque ferrent, quæ vendere vellet (inquit Varro lib. 4.) forum appellabant, hoc erat antiquum macellum, ybi olerum copia: ea loca etiam nunc (ait Varro) Lacedæmonij vocant *μενιάδες* sed Iones ostia hortorum & castelli *μακέας*, &c. & paullò post: *Hæc omnia postquam con-*

*tracta in unum locum (puta forum boarium, ollitorium, piscarium, cupedini.) quæ ad victimum pertinebant, est ædificatus locus, appellatum macellum, ut quidam scribunt, quod ibi fuerit hortus; alij quod ibi domus fuerit cui cognome fuit Macellus, quæ ibi publicè diruta est (damnato Macello latrone) à censoribus Aemilio & Fulvio, è qua ædificatum hoc quod vocatur ab eo Macellum. *acce quid contra.* attentio. Quidam codices habent, contra hæc. in nuse Lucana. per pulchra *Διγρύων* àrora. verria. sibent scripti libri omnes præter Mart. qui sequitur vulgatam lectionem. *currit.* omnes codices in hoc verbo concordant. *filius Αεσοφί.* Aliud exemplum perdite luxurie. Plin. lib. 9. cap. 35. tractans de Cleopatra luxuria, quæ detracatum ex altera auricula unionem, aceroque resolutum, ea cena consumit centies festiū, &c. Prior, inquit, id fecerat Romæ in unionibus magnæ taxationis Clodius Tragoedi Aesopi filius, reliet s ab eo in amplis opibus hæres, ne in triumvirato suo nimis superbiat Antonius, pene histrioni comparatus, &c. Vide Cælium lib. 15. cap. 3. *pranorum am.* rerum prauarum studio. *impensō.* omnino existimo, vel reclamantibus codicibus omnibus legendum esse, immenso *αιματηρός,* *αιτη,* hoc est, immodico pretio & incredibili. sicut enim Plin. lib. 9. cap. 40. Qui ista mercantur immenso. Item lib. 20. cap. 9. Siluestres siue erraticæ immenso plus effectus laudat *Cato*, loquens de brafifica. Impensō vero non videtur eam vim præse ferre (quamquam id non improbat) nec inueniri existimo apud idoneos scriptores eo modo possum, sed cum suo appellatiuo, ut apud Cæarem 4. bell. Gallici. Quæque impensō parant pretio. vbi dubitare quoque licet, an impensō pretio, sit idem quod soluto, an magno. sic etiam fortasse apud Suetonium in Tiberio, impensō preces, pro magnis: habet enim nescio quid latentis energiæ, vt per se ponit nolit; quemadmodum rō immenso. quod velim à doctis pressius excuti. *quorsum abeant.* in 4. codicibus Bland. Busl. & Tonl. legitur, notati, in Mart. & Diu. & Sil. notandi; præterea in 2. Bland. Busl. Tonl. scriptum est hoc modo, quorsum abeant? fani, vt creta, an carbone notati? iudicet lector. *edificare casas.* ostendit ab indecoro eos non esse apud te, qui immoderate gaudent amoribus: non enim magis decet barbatum senem & virum grauem ea stultitia moueri, quam tractare puerilia, ædificare casas, &c. qui ludi sunt pueriles. *deletet barb.* aut virum grauem, aut philosophum. *si pueril.* sic habent 4. cod. Bland. & Busl. at Mart. habet, sed: alij sequuntur vulgatam lectionem, sed non aptè. *in puluere trimus.* antiquissimus codex Bland. habet, primus, quod non improbus*

probo; sed alia tamen lectio commodior appetit. Trimus autem est trium annorum insens. facias-
ne quod o.m.p.? hoc est, redeas ne ad mētem? quod si ita est, ergo amens fuisti. *mutatus Polemo.* vide Comment. & Diogenem Laertium in vita Polemonis exordio. *cubitale.* sic habent omnes scripti libri, verū in antiquissimo Bland. videtur e littera esse adiecticia propter eius exilitatem, adeò ut aurum ante scriptum fuisse cubital: quamvis non infieret etiam cubitale legi posse, cinq. non obstat metri necessitatem, nam è focalia. primam quidem longam habet pro colli, aut moili habitu, aut ornamento, quod à ceruice ad fauces protenditur, ad eas à frigore defensandas; quasi faecalia; sed idem etiam primam corripit, pro ferro ad crispandos crineis apparato, aut ligneis vimineisque orbiculis, qui igni & flammæ opponi solet contra ardorem: tunc enim à foco deducetur ea dictio, ut focillo, refocillo, ceterum quæ hic enumerantur ægrotorum refocillamenta, paullatim voluptate magistra, molles homines, fractiq. deliciis ad se transtulerunt: facioli namque (*έραδοφοι*) sunt quibus obligantur vulnera; at delicatius nunc sunt tanie oblongæ inuolutaque, nonnumquam ad capitis ornatum, brachiorum, *μελέται* *εργάζονται,* (quæ & cubitalia hominantur) & crurum, *πεπονισταί.* Focale erat quo valerudinarij ceruicem & fauceis aduersus frigora munire solebant, *γαρδιον.* at nunc ad illecebras Marte Scythica est opus. *carpisse coronas.* flores, ex quibus coronæ sive ferta composita erat, quales erant rosæ, violæ, lilia, silymbria, anemone, serpyllus, crocus, hyacinthus, heliochrysus, &c. Iul. Poll. lib. 6. c. 19. *porrigus irato p.* à puerili inconstantia, moribus, & levitate, colligit amorem nihil esse quām meram stultitiam: repetit autem puerilia, ut id aperre quod iamiam dixit, & re ipsa & ratione conuincat, per Phædriam Terentianum, vero penitus esse consonum. *amator exclusus qui.* redditio comparationis puerilis. Huc faciunt illa Plutarchi, *τὰ δὲ τὰ εἰρώτα πάθη ἀλλαζόν, σίρυψαν, ιχθύταισι, τὸν αὐτὸν παθῶντας δύνανται, τείμουσι παρέποντες, καλακύνεται, λοιδούσι, φεγγοπήνεται, φοιβάνεται, δίχονται τὸ φιλέαν, τὴν πάσιν σοδαφιλέτων ἐπέλασται, το φρονίσται, τὴν πρῶτον παιδιάνοι, τὴν Διόφρονίεται, ἔρχεται δέλισται, καὶ διλέσσεται τὸ ποτηρίον. τοῦτο μέντον γέγονε μελιστεῖ περισσοτέρων φθῆσθαι τὸ πάθον.* hoc est. Sed amatiū affectus veri sunt, amant, odentunt, cundem absentea desiderant, præsentem metuunt, adulantur, connicia dicunt, pro amato moriuntur, occidunt, operant non amare, abstinenre amore nolunt, corrugant, & obsecrant, docent ac perdunt, imperare volunt, & seruitutem tolerant: hæc est causa cur hic affectus maximè pro insania reputetur. Itaque

rectè dixit Sophocles, *Ἱρωτε ψῷ νόσημος, τᾶς ἵψησες τοὺς, id est, amoris morbus, malum est diariū. agit ubi secum.* haud aiter habent omnes scripti cod. Explicat amatoris dialogismum, huc ex Eu-nucho Terentij translatum: sunt enim serè verba Phædriæ. *ecce feruus.* Phædriæ Parmeno *non paulo.* Litote. *tempestatis propè ritu.* effectus, pro causâ incertitudine & mobilitate: quæ tota pendet ex sideribus cœli octau. Vnde illud Virgil. lib. Georg. 1. Quid tempestates autumni & sidera dicam. *cœca fluitantia sorte.* incerto eventu & dubio. Ut Virgil. lib. 10. Nescia mens hominum fati fortisque futuræ. *nihilo plus expl.* Parmeno Terentian. Nihilo plus agas quam si des operam ut cum ratrone insanias. *quidcum Picenii.* offendit amatorrem *μελαγχολίαν,* aliis quibusdam indicis: Nam quemadmodum nemo nisi demens aliena loquitur, aīe dislentit, secum ipse contendit, aīt, negat; id quod de Phædri Terentiano suprà in conseilio est; ita digitis primoribus compressis in altum majorū semina subhumida eiaculari, imagines quædam de cantera tangenda animo concipere, iisque veluti felicis alicuius amoris omnibus mentem addicere, non est nisi malè sani hominis. De mit-tidis in altum granis pomorum, quemadmodum vulgo nunc eiacularunt cerasorum lapilli, vide ludum symposiacum apud Iul. Poll. lib. 9. cap. 7. circa finem. *si cameram.* cameræ *τετέ* Nonio, testa sunt in curvitatē formata; Græcis *καμάρας.* apud Festum. *καμάρης ἄμφα,* plastrum concameratū, quale est quod nominatur Gallicè *vne galeotte.* cameratum opus, concameratio, een bausser fel. *quidcum balba feris.* sic Pers. Saty. 1. Eliquat & tenero supplant verbा palato: hoc enim est molliuscule, blandiuseque verba pronunciare ad gratiam puellæ captandam. ferire verba palato, *τεταλαγή.* Mart. codex & Tonf. habent, seris; reliqui, feris. *adde cruentem stultitiae.* hæc amoris est extrema dementia, ned dicam extrema linea, nimirum se vitamq. suam in periculo ponere, amoris potiundigatia, quod est furibundi hominis & mente collapsi. Consurgere namque & violenter quædam manu facere, non parua species est phrenitidis, vt habet C. Cels. lib. 3. cap. 18. *ignem gladio scrutar.* alludit ad Pythagoræ symbolum, putat *τοῦ στόληρος μὴ σηραπεῖν,* hoc est, ignem gladio ne fodito, hoc est, iram, amorem, Venerem ne concitato, irritato, vi nec minis exagitato, vitam denique qui ignis est sumptus ex sempiternis ignibus, ne perditio: quod qui facit, stultitiae crudelitatem commiscet. *scrutare.* *ἀναρπίσει Hellade percussa.* ex. exemplum sceleris furiosi Marij, ob impatiētiā amoris. *cerritus fuit.* Ceriti, inquit Nonius, laruati, male sani; aut Cereris ira, aut laruarum incursa-

cursum animo vexati. Plaut. in Amphit. Quasi adueniente morbo medicati iuuenem, tu certe aut laruatus es, aut certitus. Est autem certitus aut epenthesis litterae r, aut syncope syllabæ rc, quasi cetericus, fanaticus, Cereris furore agitatus, ἀνθεταῖς τομπότητι, lymphaticus modo inquam. εἰ τότε, quomodo inquam Marius fuit certitus cum percussit Helladēm amasiam. hellenitus. ostēdit autem Marij exemplo nonnumquam eos qui amant, scelere contaminare suos amores, & ob id insanire maximè; nisi quis iudicet scelus nō esse insaniam; & Marium ob scelus quidem damnandum, sed à commota mente liberandum, minimeque insanum esse dicendum. hæc autē controvergia pendet ex definitione sceleris & insaniz; nam tametsi sicut hæc vocabula ita cognata, vt contingat aliquando euētēs & sceleratum esse & insanum, tamen alia vis est insaniz, alia sceleris, inquit. *libertinus erat*, ad extremum paucis superstitionem complectitur ab insania non abesse; verum à suo ingento non discedit: nam inducens Damasippum sub persona Stertinij docere ab euētis superstitiones supra modum stultescere, ipse, quasi aliud agens, ridet omnia sacra, cerimopias, diuinum cultum, preces, vota, &c. vt cui nulla erat religio, Ecloga 9. lib. 1. atq. adeo sub libertini persona ex oblique Stoicos ipsos non sinit iactos, quod afferant deorum immortalium religionem, eos curare mortalia, & animorum immortalitatem contra Epicureos, quicunq; Horatio vñā credebant deos securum agere æuum, nec si quid miri faciat natura, deos id tristeis ex alto cælū demittere techo. Ecloga 5. lib. 1. *libertinus erat*, hæc dicitio multum negotij molestiaque faciliſ omnibus interpretibus, nec adhuc latit est explorata. Pseudoporp. Pseudacróve libertinos hic (nescio quos) sacerdotes commentus est, sacerorum compitium ab Augusto d̄itos Augustaleis, quos profectò nec nullus alias ex veteribus (quod sciām) vñquam fuisse litteris prodidit: sed nec id expressit Horatius, nō enim sacerdotem sed libertinum ait per compita cucurisse. Alij multò magis ad rem differunt, inquirentes, quā fieri possit libertinum habere dominum & venalem esse, cum libertinus serui manum issi, hoc est, liberti sit filius (pro eorum sententia qui inter libertum & libertinum discrimen statuunt) Nannius noster, cuius industriam semper feci maximi, non minus ingeniosè quā modestè scribit hic libertinum dici libertum deditum, ex eo genere qui per omnē quidem vitam serui, in morte vero siebant liberi. verum an hi à dominis vendi poterant, arbitror non esse compertum. Quare altera Lambini sententia mihi commodior appareat, qua per hypothē-

sin ait hunc locum intelligendum hoc modo, si libertinus hic superstitionis seruus esset, & à domino suo venuum expositus, dominum in vendendo suisserentem excepturum propter insaniam, ne teneretur emtori redhibitoria. Ceterum vt nostrā quoque coēcturam lector diiudicet, ego sane autē dicere vō libertinus, nomen esse lautoris alieni serui propriū, vel de Mæcenatis familia, vel alterius Romani potentioris, quem gaudet Horatius suo more adūco suspendere nabo, vt fertur, cō fortasse quod Stoicis esset addictior. cur autem id ita esse credam, faciunt innumerā id genus cum libertinorum tum seruorum nomina, puta, liber, libertus, cliens, plebeius (cuius suprā iam facta est encratio) ingenuus, libertinus, liberalis, Romanus, &c. In tabulis Romanis Martini Smetij, Marco Laurino, virō cum natalibus tum cognitione antiquitatis nobilissimo dicatis, sed nōdū euulgatis, passim obvia, & hinc patronorum, illinc dominorum prænominiis expressa. Præterea non parū me iuuat Dionysius Halicarnass. lib. quarto Antiquit. vrb. Romæ, memorie prodens (vt eum Latinē loqui faciam) Seruum Tullium mandasse, vt viciniæ facella lignea dediearent Laribus, & quotannis eis sacra facerent, conferentibus liba singulis domibus, sacrificisque compitilia sacra facientibus, seruos ministrale voluisse, non etiam ingenuos aut libertinos, quāsi hoc gratius esset Laribus. Quod festum nostra quoque estate, Romani agitant paucis diebus post Saturnalia cum primis celebre & sumtuosum compitium appellatione, duratque mos ille priscus in sacris placandi genios per seruorum ministeria, quī temporaria libertate stūunt per eos dies, vt hac honorifica humanitate mansuetiores redditi dominos cariores habeant & leuius ferant suę fortunę inclemtiā. Hæcenus Dionij. Ex cuius verbis Libertinum hunc Horatij necesse est fuisse, ministrasseque vicatim cursitando sacra facientibus, qui sacrifici libertini ne fuerint an alterius fortis homines, Pseudoporphyrioni, & post eum Alexandro Alexandrino edisserendum relinquo: eos autem Augustaleis non fuisse omnino mihi persuadeo, vt qui multò ante quām Augustus esset, à Tullio rege sunt ordinati. Meminit quidem Sueton. Tranqui. Augustum compitaleis Lares ornari bis in anno instituisse, vernis floribus & astriis, sed sine villa aut sacri aut sacerdotij mactatione, quod non temere præterisset, si de suo nomine quid Augustus innouasset. Quare crediderim hoc commentum Pseudoporphyr. natum esse ex sacerdotio sodalium Augustalium, de quo sic scribit Cornelius Tacitus lib. 1. annalium: Idem annus nouas ceremonias accepit addito sodalium

dñum Augustalium sacerdotio, ve quondam Tius Tatus retinendis Sabiorum sacris sodales Tatio instituerat, sorte ducti è primoribus ciuitatis vnu & viginti: Tiberius Drususque & Claudius & Germanicus adiicuntur. Hæc Tacitus. Nunc velim lectorum perpendere secum, num hi sacerdotes libertini fuerint: deinde num sacrifici factorum compitum, qui à Senatu non Augusti sed Tiberi tempore sunt instituti. *qui circum compita festis compitalibus.* *ad rogationes* dicta sacra, qua non stata erant, sed conceptua, teste Macrobi his ferè verbis: *Die nono post Calendas Ianuarias Quiritibus compitalia erit. scatus, laus, mane s. m. c. tider Horatius ceremonias, ieuniū & manuum ablutionem, Stoicis, & iis qui reue- tenter sacra tractant, commendatissimas; adeo ut Hesiод. in operib. & dieb. vetet Ioui supplicari, nisi manibus lotis, inquiens, μηδέ ποτε οὐκέ διὰ λέποντα εἰσεις χρόνοις αἴστωλοις, μηδέ ἄλλοις ἀθηνάζονται, οὐδὲ οὐδέ τινας, διπλάνουσι δι τὸ ἄρα, quos versus sic ad verbum ferè vertimus: Nequando de mane Ioui nigra vina sacrato illotis manibus, neve immortalibus vllis, nam minus aduentunt aurum, & tua vota recusant. *vnum quid, tam magnum addens, unum,* hanc lectionem habent 4. cod. Bland. Bvll. & Diu. sed Tonf. Mart. Nan. & Sil. habent, quiddam. veruia in priori magis aquiesco, propterea quod plenis buccis irrideat opinioiem Stoicorum de immortalitate: cui risui hec verba sunt apertissima in hanc sententiam, & ad sensus ieunio alii que ceremoniis vnum quid; id est, aliquid, tam magnum (*εἰρωνεῖς:*) Nihil enim amentius esse opinabantur & magis ridiculum Epicurei, quam sentire animam esse immortalē. Atque hanc opinionem, *εἰρωνεῖς* Vnum, magis efficit ludicram; pertinet enim rō vnum, ad precedentem, por̄ *εἰρωνεῖς* ridiculam, vt *εἰνι* sit, vnum, inquam, nimirum, o dñi me surp̄ite morti, hoc est, subrip̄te morti, nolite me mori, donate me immortalitate. Non autem assentior iis qui rō vnum, iungendum ducūt pronomini me, propter *εἰρωνεῖς*, & codicem Bland. interpunctionem. *me surp̄ite mori.* codex Tonf. habet morte, in casu ablativo. quæ lectio si cui probabitur, is diffiteri non poterit libertinum hic esse serum vitę pert̄sum, cumq. ob senium rogare Deos, vt se per mortem libenter a seruitute. *diu etenim si planè ludit Stoicos,* qui credebant Deos curare mortalia, eosq. vel ad inferos demergere homines, vel immortaleis reddere posse; cum simul omnia cum vita & corpore cadere *εἰρωνεῖς* oras ieiunia. *sanus utrisque am.* Syncdochicōs; pro toto corpore. *mentem* stultitiam Stoicam, putā, superstitionem, qua mons malè affecta erat; venditori namque incuba-*

bebat notabilia tam corporis quam animi via declarare emptori, nil litigiosus, hoc est, litis actionis redhibitoriae studiosus in vendepdō mancipiō, excipere & pronunciarē velle huius cemodivitiae. *hoc vulgus.* superflitio forum. contemnit propter Stoicos. *in gente Meneni.* in natione stultorum. Gens autem Menenii, aut dicta est à Menenio consule mentis non satis integrę, qui voluit videri esse ab Agrippa Menenio: cuius meminit Halicarnassus: Aut crediditum notari gentem Stoicam, quę in cultu deorum & sacris ceremoniis ita sedula erat & curiosa, vt ab Epicureis prostulta & superstitionis risu haberetur; *μανία* enim curiosus est, *μανία*, cura & sollicitudo, *δαι* & *μανία*. Non celabo lectorē me in Toni. Sil. & Liu. codicibus inuenisse Meneci, quam lectionem facio non minimi; propter Menecum Thebanum, qui propter salutem patriæ in perpetuum stabiliendam, se dedit ex oraculo præcipitem, vt scribit Apollodorus lib. 3. & Papinius 10. Thebaidos. Itaque sub gente Meneci vult Horatius Chrysopum ponere, seu adnumerare in anis eos qui statuit iudicant & sacris & oraculis dandam esse fidē: quasi mortalia omnia dependebant ab arbitrio deorum. Evidenter hanc lectionem euulgasse, sed volui prius lectorum consulere. *Iuppiter ingentis* alterum superstitionis argumentum, quod superiore à seruū & affectu materno erga liberos, alijs quantq. quidem tolerabilius est, at inconsideratus tantius & insanius: Libertinus ob senium delirus precatur deos immortalitatem, aut (vt habet codex Tonf.) vīte pœnitudine ductus ob incommoda seruitur optat mortē. Mater hinc quam sollicita de valerudine pueri supplicat & volet, votique ream se facit, q̄r & poster, vel casu, vel opera medici, puer pristinæ sanitati redditio, quam damnata vori, puerū statuit in tipa Tiberis nudum religiosula, febris reducit stultula, & eū necat penitus insana. *Iuppiter in* inuocatio Iouis, bonoru omniū, malorumq. (vt credebant Ethnici) auctoris. Quod & Archilochus ait, *τίς θεος τίδε πάντα,* hoc est, diis adscribe omnia. Et Hesiodus in exordio operum & dier. quantumvis id infitetur Epicurus, teste Lactantio. *menseis iam p.c. à d. uturnitate morbi difficultas, & desperatio melioris valitudinis frigida;* si puer q̄hartana frigida, quod ferè ab ingenti horrore incipiat afflīctare corpus, teste C. Celso, qui tolerata molestior multò est, quam subsequēs eum calor. *si puerum* votum matris per hypothesisin, quo ieiunio ieiunia. hoc est, quo tuo nomine consules aut praetores sacra imperant, poterit etiam pertinere ad decimum Kal. Ianuarias Loui feriatus. *nudus in Tiberi* s. à me statuetur, veablutus viuo flumine ad tua sacra sagr accedat, gratias

gratias tibi pro beneficio sanitatis acturus. *casus medicisve leua.* in tribus Bland. & Mart. codice legitur, casus medicis que leuarit. nec inuenio eam lectione penitus absurdam, modò per i^r Διάδοσις reddas in hunc modum, casus medicis que, id est, medicus fortunatus, quem casus aliquis iuuat: nam in quartana inuenetra depellenda, plus saepe casus ipse quam medici quoduis pharmacum valere potest. *ex precipiti.* ex præpropero, præmaturoque malo, quod ante tempus a natura præfinitum, ante senium in mortem puerum præcipitat. *in gelida f.r.* in defluentibus aquis iplius Tiberis, ripæ proximis, *febrimq; reducet.* *est ergo nō ergo,* pro reduceat febrim per frigus aquæ, puerumque uocabit. *quoniam malo m.p.* clausula superstitione insania per i^cārūm^{q;}, *quoniam.* de hac particula, ne qua non semel vti gaudeat Horatius, sapientia me dictum est: at hic videtur habere energiam peculiarem, perinde ac si dicat, quo quaeso, quo amabo, malo mater concussa mentem, synecdochicōs, id est, habens mentem percussam, & furore exagitatam? *timore deorum.* *deuotia aponia.* superstitionis & religionis discribens apertissime declarat Cic. lib. 2. de natura deorum. Nonius autem Marcell. Qui tota die precabantur, inquit, & immolabant, vt libi sui liberi superstites essent, superstitionis sunt appellati: quod nomen patuit postea latius. Qui autem omnia quæ ad cultū deorum pertinerent, diligenter retraharent, dicti sunt religiosi ex eligendo: sed verè superstitionis proprietatem ex hoc habent, quod præ cultura deorum supersedeant cetera, id est, negligant. Itidem & religiosi, quasi religiosi omnium ceterorum sacrificiis deferuunt. *hæc Non.* *hæc mihi Stertini.* clausula propositi thematis, vt putà, omnes stultescere & insanire: ab auctoritate doctoris Stoici Stertinij, quem Horatius sub persona Damasippi, *expōtōs*, vocat octauum sapientum. *arma dedit.* metaphoricōs, arma, pro defensione, *dixerit in sanum qui me.* Explanatio defensionis à talione: nam qui, quæ vult, dicit, quæ non vult, audierit: *αἰδεγόντες τέ τοις τέ τοις οὐτοῖς οὐτοῖς*, hoc est, si male cui dicas, si plura audire paratus, inquit Hesiodus in oper. & dieb. ita Plaut. Contumeliam si dices, audies: vt enim salutabis, ita & resalutaberis. Videro in Chiliad. Qui quæ vult, dicit, &c. *dixerit.* ellipsis coniunctionis causalis, quare, aut similis. *Stoice post damnum.* hic dialogus inter Horatium & Damassipum protenditur ad finem vsque Satyre: inquit Horat. Stoice post damnum. *Hæc coniunctim legendas sunt,* perinde ac si dicat, si damnum passus non fuisses, nunc Stoicus non es. *si veandas omnia pluris.* hanc lectionem inueni in duobus codic. Mart. & Diu. Silvius etiam habet, si, sed cum

c littera supra scripta, equidem hanc secutus sum. ita vt hæc sit eius sententia: ô Damasippe (inquit Horatius) si post damnum rerum tuarum ad medium Ianum, nūc factus Stoicus vendis pro mercibus omnia præcepta Stertinij pluris & carius, adeo vt iam sapiens factus, præceptorumque peritus, de omnibus sententiam ferre possis; dic, quam me stultitiam putas insanire? Allusio pulcherrima ad diuitias & mercede Stoicas, nimis tū sapientiam, vnā cum suis comitibus, morositate, arrogantiā, mordacitate, curiositate, &c. quibus venditando, easque quasi venaleis exponendo, ceteros inescare studebant, nam se solos sapiētes, diuites, liberos, bonos, felices, & beatos prædicabant. Qui autem vulgatam lectionem amplexantur (quod sanè per me sit omnibus integrum) sic aiunt esse feliciter ominantis. *Stoice post dam.* faceta notatio stultitiae, nam malo accepto stultus sapit (vt fertur) παῦσις τε επινοεῖσθαι, Hesiodus cō i^sp^y. οὐχὶ μή, sic etiam, η^ττης τη^{της} ι^ηη^ηρ^ης, quæ nocent docent. *quam me stultitiam.* hæc lectio integra seruata est in codice Mart. quam non iniuria probat Lambinus, etiam ceteri codices omnes sequuntur vulgaram: illa enim sapit amabilem hellenis̄mum, καίτιδες καίτια, sic Seneca de vita beata, insanire insaniam hilarem, *quid.* attentio. *caput abscissum.* argumentum à simili. *demens.* vertutissimum cod. Bland. habet, *manibus portauit Agae.* filia Cadmi ex Hermione, *nati infelici.* Penthei, qui Agaeus & Echionis filius (vt scribit Apollodorus lib. 3.) à Cadmo in regno subrogatus. Bacchica sacra à feminis fieri prohibuit, quicq; cum se in Citheronem montem Mimallonidas exploraturus contulisset, ab Agae matre perfuratore, cum feram esse arbitrata, membratim condidit. *adificas, hoc est, long. imi.* omnino mihi persuadeo, dum viueret Horatius, hæc fuisse proverbia quædam schemata, *adificas, longos imitari;* pro coquendo est, effers te, nimis tibi φιλανθρωπος es, neque tuo pede te metiris, sed maiora tuis virtibus coparis. hoc autem sumrum arbitror ab incelsu fastuorum, *τὸν ἀριστούχον θαλάσσαν,* hoc est, summis ingredientium vnguibus; cōque modo se efferentium, quò longiores ceteris appareat. In verbo autem *adificas*, elegans est allusio ad architectum, qui domum adificat vel superbiorem vel altiorem quam par est: de quo Thœocrit. in Thalysia, οὐ ποιεῖ τέκτων, μέγ' αὐτικήτετας οὐ ποιεῖ τέκτων, τεκτοφυλλοπέτατος δόμον ἀγειδόντος, hoc est, Si mihi magnopere faber est inuius in altum qui struit admittens superare iugum Oromedontis. Itaque *adificare*, in altum struere, metaphoricōs ad eos pertinet, qui se student aut æquiparare, aut præponere iis quibuscum nullo modo sunt

Tunc conferendū . quod vitium Damasippus in Horatio damnat, quē iccirco ait imitari longos, quōd cū sit statura corporis pusilla, incedendo scelē efferat, vt longus videatur. Non me latet Erasmus interpretari hoc Horatij, moduli bipedalis, deīis qui potenteis sumtu conatur æquare: verū in eo quoque non dubito eum sententiam expendisse ad verbum, *edificat*, pro eo quod est, sumtuosæ ædeis extruis, ad imitationem Mæcenatis, qui in Esquiliis tunc temporis ædificare credebatur, (vt habet Pseudacros) quōd etiā non infiter hunc locum sic exponi posse, tamen ex spiritu & incēsu Turbonis, ex Apologo ranz se inflantis, ex poëmatis, quæ confert oleo, facile licet coniicere hæc ad animi fastum potius spectare; quod & subindican hæc verba pōst paullò supposita , nimurum, nondico horrendam rabiem: deinde, cultum maiorem censu: postremo, mille puellarum. Quod autem, ædificare non ineptè possit interpretari propriè, pro eo quod est, sumtu non parcere in ædificando ad imitationem longorum, id est, potentium & nobilium virorum, doceri potest ex eo Iuuenal. Satyr. 8. Quid prodest Pontice longo sanguine censerit ita vt longi sint qui longam maiorum suorum seriem ostentant: quemadmodum de Mæcenate scribit Horatius Ecloga 6.lib.1. *Turbonis in arm.* ait Commentator Turbonem gladiatorem fuisse . ego certè crediderim eum fuisse homuncionem mentis non satis sanx, qui vulgo, cō magis erat ridiculus, quōd sumtis armis, in modum gladiatori sese gauderet ostentare publicè, suamq. ridiculè prædicare fortitudinem, non minus quam Thersites ille Homericus. *an quodcumque* f. M. hoc est, an in dicto, facto, cultu, &c. te æquum est patrem esse Mæcenati? *santo dissimilem.* verutissimus cod. Blandin. & Tonif. habent tantum; sed vt sergemos, tanto, sic est ordinādum: an æquum est te dissimilem tanto, & minorem, certare tanto, id est, cum tanto viro? *μεχτίν μέχθει τοτέ.* absens rane. argumentum ab Apologo ranz se boui exæquate nitentis, *pellis.* κόλπο. cuiusvis animalis fetus. *vituli.* bouis iunctionis, quantā. vt suprà, quónone malo m.c. *num tantum sufflans*; *se magna fuisset.* sic habet Blandin. verutissim. cum Tonif. quos fecutus sum, ceteri habent, tandem sufflans; nulli autem, inflans; Diu. & Mart. habent, sic magna f. sed arbitror lectorum mecum probaturum lectionem: Blandin. & Tonif. codicem, vt sit sensus, num tantum, id est, tam magna fuisset, &c. sic etiam accipiunt tantum & quantū in 8. Satyr.lib.1. cū mihi non tantum furisque ferreque f. &c. sic & in sequenti versu, *num tanto?* cū scribendum sit, *num tantum,* pro tam magna fuisset; quamquam hic tanto, tolera-

ri potest, propter comparatiuum, maior. *hec à re non multum ab im.* redditio comparationis, qua iucundè singit se à Damasippo insimulari fastuosa dementia. *oleum addo camino.* hoc est, maioris infantia materiam, inquit Erasm. Vide adagium, oleum camino addere. Pseudoporph. corruptit hoc loco vulgarum adagium, inquiens, oleum in incendium; cū dicendum sit, oleo restinguis incendium, *πάντα σβούνεις. que si quis* in vulgaria hac lectione contentiunt, vñus cod. Bland. Diu. & Tonif. sed tres alij Blandin. & Sil. habent, quæ si quis sanus facit, & sanus facies tu? sed Mart. quæ si quis sanus fecit, sanus facias tu. *non dico hor.* præteritio cholerae. *iam defīne.* inquit Horatius ἀγαθάκητοι simulata. *cultum m. c. præteritio cultus sumtuosi, per ἀνθροῖς τεον* non dico, *διὸν οὐνι. teneas Dam.* tecum habita, inquit Pers. *mille puellar.* præteritio conclamatæ libidinis, *διὰ μεγάρημον* Stoicam: quas merces iam iam ait venditare Damasippum.

E C L O G A IIII. CATIVS.

V N D E , & quò Cativ? non est militarem-
pus, auenti

Ponere signa noui preceptis: qualia vincunt

Pythagoran, Anytiq. reum, doctumq. Platonis.

Peccatum faceor, cū te sic tempore teuo

Interpellarim: sed des veniam bonus, oro.

Quod si intercideris tibi nunc aliquid, repeses
mox:

Sive est naturæ hoc, sive artis, miru veroque.

Quin id erat cura, quo pacto cuncta tenerem:

Vipote res tenuis, tenui sermone peractas.

Ede hominiu nomē: simul et Romanis, an hospes. 10

Ipsa memor precepta canam: celabreū auctor.

Longa quibus facies ouis eris, illa memento,

Vt fucci meliorū, & vt magis alba rotundis,

Ponere namque marem cohibent callosa vitellū.

Cole suburbano qui siccu creuit in agris,

Dulcior. irriguo nihil est elutius herbo.

Ponere namque marem cohibent callosa vitellū.

Cole suburbano qui siccu creuit in agris,

Dulcior. irriguo nihil est elutius herbo.

Si vesperinus subito te oppresserit hospes:

Ne gallina matruu responset dura palato,

Doctus eris viuam misto mensare Falerno.

Hoc teneram faciet. pratenibis optima fungū

Natura est: aliis male creditur. ille salubreis

- Aestates peraget, qui nigris prandia moris
Finiet, ante grauem qua legerit arbore solem.
Ausidius fortis miscet mellis Falerno:
25 Mendosus: quoniam rauis committere venit
Nil, nisi lene, decet. Leni precordia mulso
Prolueris melius, si dura morabitur aliis:
Mitulus, & viles pellent obstantia concha,
Et lapathis brevis herba, sed albo non sine Coo.
30 Lubrica nascentes implens conchylii luna.
Sed non omne mare est generosa fertile testa...
Marice Baiano melior, Lucina Peloris.
Ostrea Circais, Miseno oriuntur echini.
Pectinibus patulus iactat se molle Tarentum.
35 Nes sibi coenarum quibus temere arroget aream,
Non prius exacta tenuitatem saporum.
Nec satis est cara pisces auertere mensa,
Ignarum quibus est ius aprius, & quibus asper.
Languidus in cubulum iam se coniuia reponet.
40 Vmber, & signa nuritur glande, rotundus
Curuat aper lanceis carnem vitantis inersem.
Nam Lauris malus est, vnuis, et aridine pinguis.
Vinea summis sit capreas non semper edulem.
Fecunda leporis sapientia stabitur armis.
45 Pisibus, atque aubus qua natura, & foret etas,
Ante meum nullipatuit quasita palatum.
Sunt, quorum ingenium noua sanctum crustula
la promis.
Nequaquam satù in te vna consumere caram:
Vi si quis solùm hoc, mala ne sint vina, laboret,
50 Quali perfundat pisces securus oliu.
Majica si calo supponas vina sereno:
Nocturna, si quid crassi est, cenuabisur auta:
Et decedes odor nerui inimicu: at illa
Insegrum perdunt lino virtutem saporem.
55 Surreximus vafer qui miscet feco Falerna.
Vina, columbino limum bene colligit ovo:
Quatinus imma perit, volvens aliena vitellus.
Tostis marcentem squillus recreabis, & Afra
Potorem cochlea: nam lactuca innata acris
60 Post viñum stomacho: perna magis, ac magis billis
Flagitas in mortuus refici: qui in omnia malis
Quicumque immundus feruent altata popinu.
Est opere pretium duplicit: pernoscere iuris
Naturam, simplex è dñis constat plinis...

Quod pingui miscere mero, muriaq; debeat:
Non alia, quam, qua Byzantia puruit orca.
Hoc vbi confusum sectis inferbuit herbis:
Corcyroq; croco sparsum sterit: insuper addes
Pressa Vena frana quod bac a remisit olua.
Picenis cedunt pomis Tiburtia succo.
70 Nam facie praeflaus. Vennucula conuenit olla.
Rectius Albanam fumo duraueris vuam.
Hanc ego cum male, ego fecem primus, & aleo,
Primum & inuenior piper album eum sale nigro
Intretum, puru circumposuisse catillis.
Immane est vaticum, dare millia eterna macello:
Angustioq; vagos pisces virgere catino.
Magna mouet stomacho fastidia, seu puer vndu:
Tractauit calicem manibus, dum sura ligurit:
Siue grauis vesciri creverat limus adhuc.
Vibibus in scopu, in mappis, in scobe quantus
Consilis sumus? neglectus; flagitium ingens.
Ten' lapides variolitulent a radere palm'a:
Et Tyrius dare circum illatoralia vesteis,
Oblitum, quanto curiam, sunt: umq; vimorem
80 Hec habeant, tanto reprendi iustius illis,
Que, nisi diuinitibus, nequeat contingere mensis?
Doce Cati per amicitiam, diuōisque rogatus,
Ducere me auditum, perges quoque, memeto.
Nam quāvis referas memori mibi peccore cuncta:
Non tam in interpretes tantumdem iuveris. adde
Valuum, habitumq; homini: que tu vidisse beatus
Non magni pondus, quis contigu: at rabi cura
Non mediocris inest, fonteis ut adire remotos,
Atque haurire queam vita precepta beata. 95

COMMENTATOR.

VND E, & quò Catius? Sub persona Catii risurus est Poëta Epicureos, vt in proxima Stoicos. fuit autē M. Catius Epicureus, qui quatuor libros scripsit de rerum natura, & de summo bono: quod cùm Epicurei in voluptate ponerent, hoc est in gulte & corporis libidine, contra Stoicos, qui summum bonum dicebant esse voluptatem rerum honestarum; rogar Carium Horat. vt sibi dicat cœnz parandæ & ordinandæ magistrum, eiusque preceptra unde, & quò Catius? Horatius interrogat Catium. unde, is, & quò is: non est mihi tem. respondet Catius. tempus. respondendi. auenti. cipienti. ponere signa. icubere, annotare, consignare litteris.

Litteris noua præcepta. nonis. miris, recentibus, magnis. Pythagoram. Pythagoras Samius tyrannos suæ patriæ fugiens, apud Crotonem physicam Philosophiam docuit, suadens inter cetera propter *μετανοίαν*, ab animalibus abstinentum, vetvitque per ea iurandum in hunc modum, μὴ τὸ νόσον, μα τὸ χρήσια: quod diceret Deum omnibus animalibus peccatum mixtum. Et cum multis iuuenies haberet auditores sibi que fauenteis, ne ab his ciuitas occuparetur, à principibus occidit. *Antiquus reum.* Socratem. Nam Antiquus & Melitus accusauerunt Socratem per iniuidiam, quod iuuenies corruperer, quod nouos deos colere doceret, quod maiorum religionem non seruaret: quare cōdemnatus est, & in carcere hausto veneno mortuus. *peccatum facio.* ait Horatius. *tempore lauo.* si nistro, inopportuno. *interpellari.* allocutus sim. *bonus.* propitius. *intercidere.* exciderit interpellatione mea, & in obliuionem venerit. *repetes mox.* facile recoraberis & reuocabis in memoriam. *sive est natura.* optima es memoria & naturali & artificiali; *cognoscere.* quin aduerbum affirmandi. id erat cura. hoc ego agem & meditabar apud me ea que audieram à magistro meo. *tenuis.* subtileis, que difficulter memoria tenentur. *peraltas.* explicatas. *ede hominis.* nomina magistrum tuum, inquit Horatius. *simil.* ede. *ipse memor p.c.* inquit Catus, memorabo præcepta magilli mei, sed non mentacebo: Sciebas enim Epicurum multis esse odio, tamquam volupatis austorem. *longa quisibus f. o. e.* bene ab ouis incepit, id est, ab initio coenæ; vt alibi, abouo vñque ad malacitare, iō Bacche. *vt succi melior.* quia longiora oua & meliora sunt, & candidiora quam rotunda. *ponere.* apponere. *marem.* magnum. *namque.* hoc est, ideo longa sunt melioris succi, quoniam continent marem vitellum, hoc est, gallum. *cohibere.* constringunt, in se habent. *callusa.* dura, fortia. *vitellum.* vitellus est oui pars media. *cole suburbano.* id est, caule: vt clode, pro clade; forices, pro faurices; coda, pro cauda. Caulis, inquit, dulcior est, qui nascitur in aridioribus locis: Suburbana autem loca riuis abundat. *elutius.* insipidius, dissolutius, liquidius, aquatius, minus sapidum & fatui saporis; ab eluo eluis. *si vespertinus.* aliud præceptum. Si vespri hospes subito te oppresserit, id est, inexpectatus venerit. *responset.* desipiat, resistat, & aduersetur palato. *doctus eris.* nosse debes. *malum.* male. *misto.* cum aqua. *hoc teneram.* hæc res. *pratenusibus.* in pratis crescentibus dulciores enim sunt & innocui. *aliis.* quia noxijs, periculis, & siccè mortiferi. *non bene credunt.* metaphoricos: vt, non bene ripæ creditur. *ane græcum qual.* ante æstum solis vehementem, manè. *Ausfidius fort. m.m.F.* Ausfidius condit-

tum de Falerno vino faciebat, sed stulte, quia austeri est, & non debebat nisi mollis vini conditum ieiunus gustare. *mendosè.* imperite, male, non recte, stulte. *vacuus.* ieiunis. *nil nisi lene d.* quicquid ante cibum bibitur aut sumitur, debet esse lene, propter ventris constipationem. *mulso.* mulsum est commixtio aquæ puræ & mellis incocti: quod & *μελιζές* dicitur, *proluoris.* perfuderis, irritaueris. *vt Virg.* pleno se proliuit auro. *si dura morabitur al.* si ventre suum officium non faciet. *mitulus & vilas.* pisciculus ex genere concharum nigrarum: enumerat cibos parabilis. *viles.* non maligni pretij. *obstantia.* ventri quæ claudunt meatus ventris. *Lapathi brevis h.* parua, non excrescens in altum. *non sine Coo.* vinum Coum à Co insula. *lubrica.* lenia, quæ deducunt & solvant ventrem. *conchylia.* quæ implentur luna crescente. *generosa f.e.* conchylia non ubique nascitur. *murice Baiano.* qui apud Baianas nascitur. *Lucrina Peloris.* quæ in Lucrino sinu nascitur, vbi meliores murices capiuntur, quam in Baiano littore. *Lucrinus autem sinus oppositus est Peloro Siciliæ promontorio.* vnde fortassis dicta est Pelori muricis genus: est autem murex genus piscis, vt Lucilius, *Murexq. marin.* *ostrea.* in genere neutro. *Circeæ.* Circeum mare à promontorio dicitur, vbi Circe filia Solis habitavit, non procul à Caicta. *Miseno.* mare Misenum à Miseno Aeneæ nauclero, qui ibi perit submersus. *peccinibus patulus.* peccines plani sunt pisces ex genere concharum. *patulus repanduiis,* o aperientibus: ad naturam respexit: patulum enim dicitur, quod natura patet. *vt Virg.* patulæ recubans sub tegmine fagi. Patens vero, quod & aperitur & clauditur. *molle Tarentum.* molle, aut delicatum, aut quia mollior est ibi aer, aut à molli purpura, quæ ibi tingitur & in vsu est. *Est autem Tarentum oppidum in Apulia,* quod Tares filius Neptuni ibi struxisse dicitur. *nec sibi coenarum.* nemo debet arroganter dicere se nosse apparere coenas; est enim magni artificij componeare & ordinare coenæ seculav elegans ironia. *exalta.* perfectè cognita, considerata, explorata. *tenui ratione.* quæ difficulter percipitur. *nec satie est.* pescatoria mensa, quæ pro-Rostris ponebatur, vbi pisces pretiosi vendabantur, & nonnumquam pendebantur. *amorrere mensa.* emere & auferre. sensus est, non sufficit caro pretio pescis emere, eosque à mensa vedoris domum ferre, nisi prius didiceris, quod ius, quibus pisces sit aptius ad prouocandum palatum conuiuæ languidi, id est, fastidiosi, & defatigati nimio luxu. *languidus.* latitatus edendo & bibendo. *iam.* iam languidus. *reponet se.* suauitate condimenti ad edendum reuocabitur. ita & alibi, Et cubito remanere prelo.

Vmber & ligna. à loco, de Vmbria scilicet. *ligna.* derisatum ab ilice. Aper autem nutritus ligna glande solidam carnem habet & dulcem. *curnat.* suo pondere. *inertem.* pinguem *Laurens.* à loco. à Laurentio Latij oppido. *malus est.* noxius. *vitis.* viva est herba palustris. sic Mato: Pastus siliquis & arundine longa. *vinea summittit capreas.* silvestris. Capre que in vinetiis aluntur, non semper sunt edules, id est, aptae ut edantur. Est autem *apophysis:* aut enim non semper submittit, aut non semper edules. *secundi leporis.* quia dicuntur lepores semper eile prægnantes. *sapiens.* sapiens hic à sapore, non à sapientia dictus est. *armos.* sumen, pro lumbis. *etas.* modus. *patuis.* nota fuit: hoc est, nemo ante me de sapore quicquam nouit. *sunt quorum ingen.* sunt qui in inueniendis crustulis tantum sunt ingeniosi, sed idonei satis idonei sunt apparatores & constructores conuiuiorum quia hoc norunt? Irridet eum quod de opere pistorio in suo libro scribit de se ipso, hac primus inuenit & cognovit. Carius Miltiades. *noua tane.* *crus.* tenues placentulas, opus dulcium. *promittit.* adiuvavit & approbat. *nequaquam satie.* supp. est. *labores cureret.* *securus.* ignarus, vel negligens, non curans, sine cura. *Massica suppones.* quæ cras es poturis. *si quid crassi.* immaturi & odoris asperi; quia si alperum fuerit, eius odor nemus est inimicus *lino vitiat.* per laccum lineum colata. *Surrentina vase.* docet quomodo vina per commixtionem turbida redat, tauri pura & liquida. Surrentina autem debiti sunt; Falerna actia & robusta, itaque ex sece Faleeni Surrentina sunt gratiiora & mollia. *limun.* fecem. *quatinus.* quoniam. *imaperit.* quia vitellus, qui est aliquantum ponderis, petens fundum, voluit secum aliena, id est, deducit sordes & fecem. *tostus marcentem.* præceptum pro potoribus. *tostus.* frictus aut allis. *marcentem.* languidum, grauatum vino, & ideo cibos fastidiētem. *Squillæ.* squillæ pisces sunt, quas Græci *rapides* nominant, aut *rapides recreabiles*, refocillabis ad potandum. *potorem ebriosum.* nam *lactuca in-* & confutat illorum opinionem, qui putabant lactucam stomacho esse vtilem post vini largam portationem. Quin etiam appetit apud veteres ultimis mensis lactucam dari solitam. *innatæ.* supernata, non subsidet, & per hoc laedit stomachum, acremque reddit post *vinum.* largius sumtum *perna magis.* sensus est, siue lactuca vtilis est stomacho post portationem, siue noxia, tamen perna ac hillæ magis recreant. *billæ.* hillæ est deminutiuum à positio hira; & significat intestinum salsum, vel (ut alij dicunt) fartum salsitium. Alij dicunt hilium in neutro genere ab hilo, id est, paruo seu minimo. *duplicis per in.* id est, iusculi, siue iuscellæ.

pingui mero. mulso. *miscere.* temperare oportebit muria. aqua galsa, pro liquamine, seu garo: est autem muria vocabulum Syriacum. *non alia.* muria. *Byzantia.* Constantinopolitana. *orca.* olla Græca. *Gīza,* seu vasis genus ore angusto in formam *zeugaliv.* *hoc ubi confusum.* dulce oleum mixtum cum mero & muria. *herbis.* oleribus. *Corycioz à* loco. Est enim Corycias mons in Cilicia. *crococ.* hinc crocus, & hoc crocum legitur. *parsum.* fumum, conspersum. *fetis.* ceflauerit agitari, feruere *pressa Venafra.* addes oleum Venafranum. à loco, ex Venafra Campania allatum. oleum, olium, liquor est; olea, oliua, arbor, bacca, fructus arbors. *Picenis.* ab oppido. *Tiburtia.* ab oppido Tibure. *fuco.* lapore. *facie.* specie. *punctitudine præstat.* l'icena. *Vennucula.* vua Venusina. à loco. *ollis.* in quib. seruantur eius botryones. *duraueris.* seraueris. *hancego.* vuam Albanâ. *incretum.* permixtū. *circumposuisse ca.* in carinis in circuitu mensa posuisse. *casillis.* deminutiuum à catino. *paris.* mundis & terlis, aut nihil aliud habentibus. *macel.* emerentes magni pretij. *angustoz.* breui. *vagos piseos:* ital. v. naturale, picebus enim naturale est latè vagari. *ligurrit.* leuit et comedit. Terent. Itidem patria qui obligurrierat bona. *gravis limus.* multum coenum, multæ sordes. *veteri creterre* antiquo vasi. *vilibus.* parui pretij. *scopis.* habendis. *mappis.* lauandis *scobe.* hic scobis, & hac scobes, dicitur ralura ferrarum; Græcè *στοργα:* Theotisca lingua. vrpora sed hic pro omni purgamento domus ponitur. Sunt qui velint hic esse ferrum, quo raduntur sordes à pavimento, à tabulis marmoreis, ab ipsis sedibus. *quantus.* quam parvus. *neglectio.* sensus est, quanto in his magis exiguis est sumptus, tanto facilior offensa culpandi si negligantur. *ten.* supp. oportet. *lapides varios.* aut mensam marmoream diuersi coloris, aut (quod ferè omnes volunt) pavimentum vermiculatum. *palma.* pro scopis ex palma confectis. *radere.* vertere. *& Tyrias.* ordo est, an decet te date Tyrias vestis, id est pretiosos tapetes aut mappas circulatoria inlura, id est, sordida? namque olim in toris iacentes epulabantur. Toralia autem à toris, hoc est, herbis tortis dicta sunt, super quas olim discubebant coenaturi. *hac habent.* munda toralia & munda mensa, que nisi diu. sensus est, iustius reprehenderis, si non habueris domi omnia munda quæ minoris constant, quam si defuerint tibi pretiosi pisces, & optima vina, quæ non solent habere nisi mensa diuirtum. *dolce Catæ.* iocatur Poëta in eum Epicureum, qui hac omnia conuiuorum præcepta digesserat, ad quem se à Catio deduci flagitat. *ducere.* deducere. *auditum.* ad audiendum. *interpres.* tu scilicet. *vultum habitumq.* pro-

pronunciationem & gestum: quia contigit. quia concessum tibi fuerit cum videre & audire docentem. at mihi cura. quia desideramus scire quae ignoramus, & iam nota non magni faeinus estimamusque. fortis remos. ipsum praceptorum. visa pracepta bea. ciprius.

C R Y Q U I V S.

QUEMADMODVM in praecedente Satyra sub Damasippi persona Stoicam ~~πόλεμον~~ ~~προστασίαν~~ est acriter insectatus, ita hic sub persona Catij cuiusdam plenis buccis irridet Epicureorum ~~προστασίαν~~ ~~προστασίαν~~ : nam cum essent indocti nec non folidi, non verebantur se doctissimisibusque, atque adeo primæ nota philosophis cum in cognitione rerum, tum in artificio culinario anteponere, perinde acsi in summo magnifico luxuque ipsi præcereris essent dapsiles, cum tamen nihil præter tenuia, parabilia, atque omnibus pñne obvia in his praceptis describat, paret, missecat, coquat & conditat, in quibus quantum à vera ratione, vñquaque communio dissentiat, vel mediocriter in rerum naturis, obsonadiq. arte versatus facile intelligat, Horatium eam sectam ita facere ridiculam, vt etiam cum ratione doceat insanire. De imperita illorum hominum arrogantia hic agit præcipue: fordeis autem declarat ex professo Satyra vltima sub persona Nasidieni. Errant itaque tota via, qui credunt hæc præcepta Catij culinaria ab Horatio serio tradita, cum nihil quam illudat stultam planeque insultam Epicureorum sapientiam. *Vnde*, & quod Catius. *ἐπάρπηντος οὐτονόμηκος*. quo salutinationis genere non raro utimur, quando in eum incidimus qui est occupator, quam ut pluribus detineri possit. An autem hic sit Catius illo Insuber, cuius est mentio apud Cic. lib. 15. Epistola vna & altera, de quo ad Caesium ita scribit, Catius Insuber Epicureus, qui nuper mortuus est, &c. iudicent docti: mihi certè non appetit, nam in scriptis annotationibus inuenio eum dici. Misiadem: sed ea res minoris est momenti, quam ut in ea inquirendi ve- lim quemquam bonas horas male perdere. *non est mihi tempus*. viua *ἀγέλωντος* hominis occupati. *aumenti ponere signa*. *αἰνολογία* ab occupatione philosophica. *aumenti cupienti*, meditanti; aliás auere etiam gaudere est, teste Festo *ponere signa no. præsingit* Horatius ab Epicureo philopho didicisse Catium præcepta quædam noua de re culinaria, & in iis disponendis. eorumque rationibus & causis cum propriis tum ad ienticiis decribendis ita præpeditum, ut se minimè patiatur interturbari: quia in re ludit hominis ambitionem planè stupi-

dam cum folidibus coniunctam, ut in arguento dictum est. *ponere signa*. pone signa nouis praceptis, est apponere siue adcribere causas, rationes & argumenta ad persuasionem: Non me clam est, Cōmentatorem & alios viros doctissimos aliter interpretari hæc verba, nimurum ut ponere signa nouis praceptis, sit noua præcepta litteris mādere: sunt enim nomina rerum signa seu nota, auctore Aristotele *τὰ πράγματα*. verum quod ab iis dissentiam, in caula est narratio & expositio præceptorum Catij, quæ ferè singula suas habent adiectas rationes. nouis præcep. videtur hoc *πράγματα* dictum; nam ut ea quæ hic patari præcipit, non erant proflus incognita, ita nec noua hæc præcepta iudicanda sunt, nisi fortassis eorum ratione quæ à Pythagora, Socrate & Platone multo ante tempore de cibi & potus honesto vñ tradita fuerant. *qualia vincant*: qualia signa & argumenta commentariaque vincere & superare possint ea quæ in rerum natura invenientur, descripta & suis rationibus comprobata sunt à Pythagora, Socrate, & Platone lumen philosophis. Hie vide, sub persona Catij, inani scientia persuasione intumecenteis Epicureos. In tribus cod. Bland. Ton. Diu. Mart. habetur, vineunt, iuxta vulgatam lectionem. In antiquissimo Bland. vincent. in Siluij codice, vineant. quod postremum mihi in primis placet: at vulgatum tamen, vineunt, tam propter plurimum scriptorum codicum consensum, quam arrogatiū Catij, arbitror non habendum in postremis. *Anytig. reum*. Periphrasis Socratis ab accusatore Anyto. vide Comment. *doctumq. Platonis*. scribit Tzetzes lib. 10. artem condendi opsonia exercuisse Platonem *peccatum fateor. ἵκουσθαις* importunitatis cum depreciatione. siue est natura hoc. Ironica commendatio Catij, partim à natura, hoc est, naturali rerum causarumque cognitione; partim ab arte, hoc est artificio culinario, præceptioribusque opsonandi. Commentator & alij hæc pertinere volunt ad memoriam viris & cartem; verū mihi magis arridet hæc expositio, ira ut & hoc, demonstrat & aliquid, quod vel ad causas naturales, vel ad popinariā spectat. D. Arnoldus Woullardus hoc modo adnotauit: *Quæ intercederunt, iterū ad memoriā reuocare, partim est natura, partim artis; tu in utroque plurimum vales*. Hic notandum est ex præceptionibus Grammaticis & siue, in orationis exordio positum præter aliarum copularum naturam, treis minimum sensus postulare, ut, siue amat, siue odit mulier, inconsitans est: ita hoc quoque loco, siue hoc, quod in memoria reuocabis, sit aliquid, quod ex causis naturabilibus penderit, siue deliciarum noua præcepta spectat, tu in utroque es admirandus. *quin. certe*

profecto, affirmandi aduerbiū φίλωτον Catio
mitte subseruens. *ridet erat cura. impudens magis ira, impudens magis rura:* ad Graecam phrasim, hoc ego me-
cum cogitabam, hoc mihi erat cura, erat cordi, &c.
ut pote res sonans. agorū: hæc enim præcepta de
tebus parabilibus, habet Catus pro rebus tenui-
bus, hoc est, magni momenti & luxus; quætraui
quoque sermone, λεπτὸν λόγον λεπτὸν φρεστὸν, sub-
tilatione & magna cura ait disputationes ab aliquo
doctore. Quia in re vel cæcū videat Horatium
impedio ridere nimias in rebus paruis argutias
Catij, quæ λεπτὸν λόγον dicta est. *longa quibus fa-*
cies o. et hic aduertito initium τοῦ λεπτοῦ λόγου: Ar-
gutatur namque Catus longa oua rotundis esse
preferenda, quasi melioris luci: quod sanè di-
ctum vita argutæ sua ratione munitum est, ut vulgo
credimus fit ab Horatio scrio pronunciatum, adeò
ut videri quoque possit dedisse non minimam oc-
casione viris doctissimis, Columellæ & Plinio,
aliisque non paucis idem astreudi: Columella
namq. lib. 8. cap. 5. scribit: Cùm volet quis quāma
plurimos mareis excludi, longissima quæque &
acutissima oua subiciet: & ruris, cùm feminam,
quāma rotundissima. Habet & Plinius libro 10.
cap. 52. *Quæ oblonga sunt oua, gratoriis laporis*
putat Horatius Flaccus; feminam edunt, quæ ro-
tundiora gignuntur; reliqua marem. At Aristoteli
libro sexto de historia animalium, planè diuer-
sum ab his scribens, ait, ἵνα διὰ τὰ μῆλα καὶ γάλα τοῖς
ζεῖσι τοῖς, θάλαττα τὰ διὰ τηγανύλα, καὶ στεφίπεπον
τοῖς χρυσοῖς τῷ ἐξ, ἀρίστα, hoc est, oua quidem
lōga & acuta, sunt feminina, seu feminas exclu-
dunt: at rotunda, & in orbem proacute desinen-
tia, mascula. Hanc Aristot. sententiam multis ar-
gumentis assert Auerois, quam neq. Beroldus in
Plinium, reprobat. sed sunt etiam qui & Plinio,
& Columella non legniter astipulantur: verum
quicquid id est, nobis indubitatum est. Horatium
in hoc dicto Catij, quod omnia coniectaneum
est, & subsequenteribus præceptis, nihil quāma Ca-
tio cum suis Epicureis os sublinere, non etiam id
scribere quod r̄squa sequit. Quod autem ad au-
toritatem attinet, non video cur Aristoteli, quod
ad rem rusticam aginet, Columella (ut Plinium
omittam) aut contraria, alter alteri debeat:
nam certissima experientia posteriorum ornitho-
trophorum, seu aviariorum, docet neutrum recte
dixisse, sed promiscue, nupc hæc, nunc illa oua,
marem & feminam edere, idque, ut arbitrari, pro vir-
tute seminis. Itaque præceptum Catij (ut mihi
quidem videtur) exponi debet ex Columella Plini-
usque sententia potius quāma Aristotelis, ita ut
callosa sint oblonga, cohibantque vitellum ma-
rem seu masculum. *vt succi melioris.* id est, gra-

tioris laporis, ut ait Plin. *ut magis alba, candidio-*
ra, quis hic non assertat Horatium ~~μεταπέπειρον~~ phys-
ica signa Catij? nam si oua longa sint gratoriis
laporis, quis ea neget liquidiora, dulcioraque, &
palatrum iucundius afficere, & corpus humectare
vitius? Quod si ita sit, quis non affirmet ea femi-
nam potius cohibere quāma marem, cùm mascula
omnia calidiora, minusque humida, magis
astringant, minusque sapient? Deinde ob easdem
causas hinc calidioris, illinc humidioris naturæ,
quis dicat oua mascula candidiora esse feminæ? an non doctiores Physici censem affectionem in-
ternam ferè deprehendi ex signis corporis exte-
rioribus? *ponere apponere mensa,* ut 2. Satyr. viii
tamen eripi posse pauone, &c. Iuuenal. Quæ
sibi totos ponit apros. *narrare morem.* mas vitel-
lus est masculus, seu unde masculus nascitur: est
enim τὸ μασ, hoc loco, νυνα ex iis nominibus
quæ ambigua dicta inter appellativa & adiectiva
medianam naturam habent, ut τὸ rex, in illo Virgil.
hinc populum latè regem belloq. superbum, &c.
cohibent. in se continent, *callota.* vocabulum Ca-
tianum. Callota, inquit Lambinus, veluti callo
obducta, id est, dura, equidem callota interpretor
plena callo, hoc est, albumine, eò quod oua longa
calore concreta, plenius habeant, firmiusque albu-
men rotundis. Quod autem callum interpreter
albumen oui, facit Lucretius lib. 4. inquietus: Pro-
ptereaq. ferè res omnes aut corio sunt, aut etiam
conchis, aut callo, aut cortice testa, &c. Sic &
fallū aprugnum interpretatur laridum apti apud
Plin. libro octauo, cap. 51. nec non fungi callum.
Ad cum etiam modum ait Plin. lib. 15. cap. 28.
Carne palmæ placent, succo vuza & caryotæ, cal-
lo pyra & mala, corpore melimela, mora cartilagi-
ne, nuclei grano, &c. Sed quid sicallum, oui te-
sticulam nominemus? non raro enim experimur
aliam alia duriorem, *cole suburbanum.* sic habent
4. codices, Bland, Busl. Tonf. at Diu. & Mart. ha-
bent, caule, cum vulgari lectione. Hoc autem
venit à Graeco καυλὸς; quod propriè stipitem no-
tat, seu scapus thyrsimve, ut καυλὸς τοῦ κάρδιβα,
caulis brassica; at *μετανομασθεν* pro ipsa brassica
ponitur, quod ea inter herbacæ apud antiquos
(auctore Catone) principatum obtineret. Sensus
autem est, colis, seu caulis, id est, brassica agrestis,
dulcior est hortensi. *irriguo nibil est e.h. horto,* per
metonymiam, pro caule hortensi multis aquis ir-
rigato. Hæc autem si ratio physica vera est, eos to-
to callo errate necesse est, qui de re hortensi magna
cura nec minori eruditione scriperunt: omnes e-
nim aiunt uno consensu caulem brassicam gaude-
re solo humido & minus aprico: in primis Colu-
mella lib. 11. cap. 3. frigidis, inquit, & pluviis re-
gioribus

gionibus positio eius est optima. Post hunc autem Palladius in Februario, titulo 24. Caules, ait, solum pingue & satis subactum diligunt, argillam & glarcam timent, fabulone & arenis non detestantur, nisi perennis vnde succurrat. Idem tursum in Iunio tit. 4. Hoc inense, inquit, circa solstitium, brassicam seremus, cum inchoante transferremus Augusto vel irriguo, vel pluvia initante madefacto, &c. Quare cum succus eius sit nitrosus falsisque & abstergens, si in agrum siccum & valde apicum transferatur, omnino opus est eam degetherare & amariorem fieri. At fortasse volet aliquis halmyrin denotari, quam ἡ δύνη φυτός. Ad hanc & c. 9. περὶ τῶν καρπῶν, hoc est, ganeæ & voluptati natam, inter sua genera sibi primatum vindicare. Evidenter hoc mihi minime persuaserint: nam halmyris sive marina, lurconibus quidem nimio luxu fastidiosis, sua falsuginæ & acore crapulam quidem corrigeret, sed palato iam penitus infausto, reuera dulcis esse nequit, ut quæ natura gustu sit acris, salta & amara; ut omittam hic de agresti, non etiam marina aur fistulosæ pitaecptum dari à Catio. relinquitur itaque de brassica capitata, Lacuturri, brassica Aricina, similique potius agere Catium, quæ delectatur irriguo loco, qualis est conuallis Aricina, vnde Lacuturris allata Romam est, ut scribit Plin. Quin etiam hiberna quæcavia brassica melior est, quod frigore & huinore hiberno facultas eius temperatur, lotum cit, lumbrios tollit, & quæ ex vino fit, crapulam discevit (ut scribit Aristoteles in problematis) ante omnem alium cibum præsumta, ebrietatem arcet, &c. Qua de causa, ut finem faciamus, vel rusticæ olores dixerint Horatium nihil aliud quæ pro ludo habere Catium; norunt enim illi vñs & industria; brassicam præsertim capitatanam, sive caulem album, si ex humido solo transponatur in agrum siccum, multum naturæ facultatis virtutisque depederet. Non immixtò certè quis dixerit in hoc præcepto Catium inuidiam facere velle Pythagora in eius brassicæ descriptione & laude, à quo dicta est Pythagorea, ut scribit M. Cato. doctus eris viuam m. m. F. vel irridet Horatiusnotum-hoc Catij commentum, qui, ut vino suo parcat, gallinam præcipit immergandam misto Falerno, contra nobiliores ὄψεων, qui volunt merum vinum ei rei in primis esse præsentaneum, carnemque efficiere molliculam: vel manifestat insignem erus imperitiam, qui in novo (ut ait) præcepto se non videt sentire cum vulgo. Verum enimuero non solum (ut vulgus opinatur) vinum, non aqua sola teneritatis alicuius causa est, sed suffocatio, spirituumque viralium iustæ violenta conclusio, quæ vis calore sangu-

nis per corpus disperso, carnemq; quodammodo maceratam tenerescere facit. Alij autem coqui, vbi festinato opus est, non aquæ aut vini solliciti, per cerebrum aco immisso maestant aueis: Alij perrostrum infusa aqua aceto mixta, post paulo iugulante: Alij semiputato iugulo sinunt alitem cursu, volatu, saltu, alarum concusso motuque, dum mortuus concidat, delassari; & hanc alterunt indubitatem rationem tenerioris carnis, deliciorisque. Nec ab hac profecto multum diffidebat opinio ganeonum olim in lupo Tiberino, apud quos (auctore Horatio Ecloga 2. huius lib.) nullo loco lupus erat, preter eum qui inter pontes captus apponebarur: cum enim rapidiore vnda fursum deorsumque iactatum agitatumque molliorem probabant: contrâ, duriori languidiore aqua, secundoque flumine delatum recedabant. Quin & ferina (ut aucupio piscationique venationem associemus) mollissima est tenerimaque, ea quæ citato, multoque & irquieto cursu exercita, captaque, aut opere pistorio crustis integratur, aut ad luculentum inassatur focum: nam φυτά, per sudorem multum, cumque continuum, tenacioribus, superfluisque humoribus eicit; sanguineque meliore, calidiorque per corpus diffuso, necesse est carnem velut excoctam mollescere. Ceterum gallinaceæ carnes (si primæ nota philosophus hæc danda est) nobilissimæ existunt, sunt enim boni suci, faciliterque concoctionis, nec non omnibus naturis, temperamentisque peridoneæ: quo nomine certum est eas præcipui esse alimenti, & elias & inassatas, sed has quidem cœnæ, brumalibus præcipue diebus, accipiunt; illas vero prændia salubriss. prætenibliss optima fungis n. e. quis paulo nasiur non deprehendat, Horatium in hoc præcepto notare Catium vel quouis fungo insipidorem, qui prætenib; fungis primis trahunt; cum vel propriis digitis nemini nota sit magis notum, prata & deciliua quæque suo leitore crasso, & viginie putri fertidaque nihil extubera- re paret subnigros, a pectu tristeis, malè olidos, & ad levissimum quemque contactum fragillimos: Quam ob rem demitati satis nequeo ex iis qui hac de re ex instituto scripserunt, hunc risum animaduerteris nieminem prater unum Ruellij, qui visus est hic nonnihil subdubitans, inquies lib. de stirpibus 3. cap. 114. Galli fungos campiones nominant, quod in campis tepido imbre præsoniā: præferunt om̄nibus inter juniperos, & in locis apries enatos; quāquam scribit Horatius, prætenib; optima fungis natura, aliis malè creditur, &c. haec ille: qui subodoratur quidem aliiquid, sed minus accuratè remattingit, verum hoc ei come-

ei commune est cum omnibus p̄nē viris doctis, apud quos auctoritas Horatij, propter omnigenā & praeclarentem eruditionem, tanta est, ut malint ea, quæ per occupationes minus aduertunt esse ludicra, serio interpretari, quam videri ab eo diffentire. Hinc Robertus Constantinus vir doctus in Lexico suo ait, quodam hos Catij fungos putare Amanitas, ab Amano monte (ut arbitror) dictos, quorum meminit Galenus tribus eis in utilitate, alterum post boletos locum. Paulus Aegineta lib. r. si dī ἀργεῖται, διατίγεται τάχης. At qui necio an apud Amanitarum fungorum scriptores legi potius debeat, & μηγίται, id est, arenosi & litorales, ab exundante nonnumquam maris alluvione: quandoquidem campestribus & montosis facile quivis locum primum concesserit. Porro (ut ad institutum redeamus) pro comperto est apud omneis, fungos ex humido enasici frigidoque; sed eduleis & innoxios, (modò aliqui sint tales) ex tenui magis & aëria, quam terrestri pituitosaq. materia, quæque mistam habet qualitatem putredinosam, auctore Galeno lib. 7. de Facult. simpl. medic. cuiuscemodi sunt praetenses, noxii, pessimi, & frigidi nutrimenti, ut non minus verè quam docte in Dioscoridem annotauit Amatus Lusitanus medicus non indoctus: quod eos quoque minimè fugit qui fungorum, boletorum & tuberum desiderio capiuntur: non raro namque insident queruū & castanearum radicibus, earumque succis caudibus, seellantur campestria, rimantur apricos fossarum aggeres, terramque leuem, & minimè tenacem, sed modicè temperatam; ex ea enim viles exudant salubresque & odorati fungi: quod etiamnum in horto nostro certa experientia didicimus annis iam proximè præteritis. cùm enim cum ad humoris redundantis copiam compescendum, tum ad excoquendum inutile soli vitium per frigus hibernum, sub hiemem pro more denudamsemus leui sarculo malorum pirorumq. radices; sub veris subsequentis initium, leui prius iniecta palea eas rursus terra integri iussimus, vnde iam vere præcipiti, atque autumno proximo, post imbrevis calidiores enati sunt fungi, ad palmi altitudinem pediculo, calloque turbinato, adeò candido, & odore grato, ut omnibus spectatoribus essent admirationi. Sed de his plus satis, qui plura nosse concupiscit, is legat Pliniū lib. 21. cap. 3. & lib. 22. cap. 14. Theophrast. Dioscor. Athenæ. Ruell. &c. ille salubres estates pera. etiam si quis adhuc credidisset me pro commentariis mera somnia commemorare, hoc vnicum præceptum Catij, euā vel inuitum nobis assentiri compellat, faterique planissimè Horatium ei rei dare operam; ut cruditas omnibus huius Epicurei coqui innotescat stat-

titia crassissima, quæ, quasi ex diametro, dissidet à præceptionibus conuialibus doctissimorum scriptrorum. Nemo enim sapiens vñquam velit aut suaserit alicui, nisi ei male velit, ut post cibam amara deglutiat: sic enim sumta celeriter cum cibis alijs in ventriculo corrumpuntur, perinde ac ppones (auctore Galeno) nouo quadam & inexplicabili modo: at contraria, initio mensa, ventriculo ab excrementis vacuo, non omnino sunt inutilia: multum quidem hymenstant, sed refrigerant modicè: quin immo protinus intumescent, si nō superueniat alijs cibus, auctore Plinio lib. 23. cap. 7. Quare Galenus libro De cibis boni & mali succi, in primis cauendum præcipit, ne fructus hic omnino maturus edatur; nam is summè matus facillimè vitiatur, & in venenum transit. Non sum nescius Lambinum & Turnebum longè alijs præcepti huius. Catiani dare interpretationem: verum quòd hoc quasi *αργεῖται, διατίγεται*, ab eis factum sit, dandum est graioribus studiis. Nec alia sanè de causa veniadignus est Ioannes Bruyerinus Campegius, qui de re cibaria lib. 1. cap. 1. Quæcumque ferè hic ridiculè scripta sunt, ea temere iudicet in docte ceciniisse Horatium. *ante grauiss.* mora insolata minus humectant, & citius in ventriculo corrumpuntur. *Aufidius fortis miscebat m. F.* sati aperte demonstrat Horatius in hoc & subsequenti præcepto, cum potus, tum cibi vilioris vnu. Carium nihil minus quam palato *μυρεῖται*, sed eum esse potius de numero corum quos *μυρεῖται*, cognominare solemus, hoc est, parvi & iubilantis animi, humiliisque & præparci: quibus *ιδεούσι*, id est, aqua multa ob nimiam parcitatem familiaris est. verum non ob id tantum facetus est Horat. in Catiū, quantum quòd Aufidij probatissima *οἰνόπλαστη*, conficiendi ratione damnata, suam aquam dulcem, longè præferendam censeat: nam etiam si neutrum sit inutile corpori reficiendo, ventrique molliendo; ramen si Plinio, Dioscoridi, & aliis, qui à maioribus acceptam virtusque compositionem, posteritati tradiderunt, fidem damus, *οἰνόπλαστη*, seu mulsum Plinio, vtilius multò deprehendemus: ait enim Plin. lib. 22. cap. 24. Mulsum ex veteri & austero viso vtilissimum est, faciliterneque cum melle concorporatur, non implet stomachum, appetendi reuocat auditarē cibi, aluum mollit, corpora auger, &c. Vide Ruellum ex Plinio lib. 3. cap. 21. Idem etiam de *οἰνόπλαστη* lib. 1. cap. 14. 3. sic scribit ex Dioscoride ferè ad verbum: *Mulsum quod οἰνόπλαστη vocant, ex annoso austeroque vino & melle quam optimo vtilissimum fit;* minus hoc inflat, & velociter sidit: inueteratum, corpus auger: media ætate, aluum vixisque ciet: *superfluum cibis, noxia contrahitur: antecedens,* implet

impler quidem, sed auiditatem cibi commouet, &c. si dura morabitur alium: quam commodè Catius & opportune suo multo fabnecit cibum vulgo parabilem, & ad parsimoniam scitè condidam minime matum, nec minus inidoneum ad aluum molliendam quam suum mulsum vel se auctore ipso! Cui sanè (vt ceteros taceam huius artis peritissimos) non aduersatur C. Celsus lib. 2. cap. 29. Aluum mouet, inquiens, eochleæ, garum, salamenta, olsrea, pelorides, echini, musculi, & omanes ferè cöchulae, maximè ius earum, &c. quamquam in hoc à Catio dissentire videri potest, quod iusculo adscribat, id quod Catius fortasse carni piscauam: habent enim omnia testacea naturam geminam, alteram quidem falsè succosam, quem ἄμφι Græci nominant, qui aquæ, in qua coquuntur, mixtus, alio molliendæ est appositissimus: alteram vero carnem, crassiusque concretam, quæ ventrem nihil aut parum lenit, nisi iuriis natuæ, eiusque copiosiora salsique grata. Verùm enim uero ut cum homine parco liberalius agamus, quam pro merito, eumque doceamus nihil præcipere dissentaneum ab iis qui in eodem argumen-
to versantur: interpretabimur hic ad aluum molliendam Catium nolle quenquam mitulos vorare, aut conchas, sed eas cum lapatho vinoque Coo albo prius incoctas, vñà cum decocto sumi velle. Quod autem id utile sit ad aluum duram demulcendam, obstantiaque pellenda, scribit Athenæus lib. 3. δειπνοσοφ. Inquiens, Οστρια σωτισθρα καλάχη η λαπαθός, οιχθόσι, ιχθύσι, αὐτά, τρέφισι, καὶ θερινά, id est, ostrea cum malua, aut lapatho, aut piscibus, aut per se incocta nutriunt, & ventrem leniter ducunt: hinc & ἀστυγράδης lapathus dicitur, nimirū, quod cibis condidis sit aptus. Variant autem hic codices. quatuor Blandin. Sil. Diu. habent, mitulus & vil. Mart. mitulus & v. Tonf. mitulus & viles pellant ob. c. vt vt est, docti ferè sine magno delectu scribunt, alij, mitulus, alij mytulus. De mitulisa autem Plinius lib. 9. cap. 25. memoriaz prodidit, eos inter conchas margaritiferas collocans, in Bosporo Thracio rufos ac paruos vniones proferre: at nobis hodie licet obseruare non tantum mari quantum ostis fluviorum marinis gaudere mitulos non margaritiferos, testa leui, nonnumquam hirsuta & nigricante, quos nunc musculos Laciniores, Flandri musselen, Itali μυσκολι, Græci μύτης nominant; quos Plinius lib. 22. cap. 10. in mitulos asserit degenerare, Tellinius paullo maiores: Quod cōtra Paulum kouium facit, qui in libello suo De piscibus maluit cum Athenæo labi, quam consistere, verumque fateri cum Hippocrate lib. 2. de Diæta, cum Diosc. lib. 2. de Medica materia; Galeno libro vñdecimo de

simplic. medic. facult. & cum Paullo Aegineta. Sribit enim Athen. lib. 3. ἀπὸ τῆς κούρχος ἀττίκου πολέορδη, εἰς δὲ ἀδηναν χρῖσι, τεῦ πελάτην λεγεύματος. hoc est, pro concha nos antellen appellamus, est enim caro insuauissima, tellinam dictam fortasse significat, quam Romani mytron (corruptè pro mytulum) nominant. *conchas.* *concha κόχυς* Græc: nomen generis est omnium testaceorum: sed hic non inepit crediderim denotare tellinas Romanas notisimas: Romæ nāq. plurimæ circumferuntur venales, quagratia viliores habentur inter alia genera pisiciū. *& lapathi brevis herba.* lapathum, aut lapathus, λάπαθος, οἱ λάπαθοι, λαπάθη, vel λάπη, quod est, euacuo; herba quæ ventrem euacuat, rumex Latinè. Ceterū quod dicit breuis herba, sub-indicat ἐγκλαδίνη, ab acutis foliis, putà, acerosam nostram, qua in acetariis non rarò utimur, qui est rumex minor seu breuis, idèò fortasse, quod non diu vigeat, vt adnotauit D. Woulardus. Sed hic monendum est lector, ne culper lapathum qui patito minus iucundus, inter piscium delicias scilicet, extra ordinem turpiter hic obterret, quasi edulis: non enim præcipit Catius vt fit edendo, sed vt vñà cum conchis coquendo parandoque iuri subseruiat. sed albo non sine Coo. οἱ μὲν λαδοὺς τὸ οἴστη, λαπάθης τὴν φύσιν, ἔργητης, θερμός, &c. ait Athenæus, hoc est, vinum album natura est tenuissimum, vrinam proutocat, calidum, &c. Qua causa quoq. Hippocrati dicitur ὁλοφόρη, quod aquæ minimam sustineat commitionem. Quod autē Coum velut infundi, hoc facit, propterea quod falsius sit aliis, siue id ultramaximum fuerit, siue facticum: cuius cōfectionem legit apud M. Catonem cap. 112. Qui item vinū Coum addi inber in suo decocto, inquiens: Decocco ex perna, brasica, betæ, felicula, mercuriali, mitulis, capitone, scorpione, cochleis, & lète, adde, vini Coi cyathum vnum, bibbe, interquiesce, deinde iterū codem modo, deinde terrum, purgabit te bene, &c. *lubrica nascens*. ζευσοζαφία ab accrescēte luna, quo tempore coochylia implentur, eslī aptissimæ gratissimæque palato. *& εντὸς τὸ γαστρίστης τὸ κρατίστης* ayer, id est, ad id quod viscosum est & glutinosum, per aluum ageundum. Sunt enim tuas temporis crassioris succi, salhorisque: qualia sunt omnia. οἱ γεγονότα μη, id est, quibus testa est pro tegmine: nam ostrea, quasi osta, id est, ossea denominari volunt aliqui. Hæc omnia ad incrementum lunæ augescunt, & ad decrementum minuantur, auctoribus Arist. Lucil. Plinio, & ea coochylia maximè, (Plinio teste lib. 2. cap. 99.) quibus nō est sanguis. sed non omne mare, occupatio à diuisione, sumta à natura loci marini, quæ certè ad nihil aliud subiecta videtur, quam, vt NN vel

vel suam rerum cognitionem depradicat, vel suæ parcitati patrocinetur, ne pro militis & cōchis apponat murices, ostrea, peiorides, &c. ad aluum leniendam. *murice Baiano.* in littore Baiano extra Lucrinum sinus. *Lucrina Peloris.* Peloris capta in Lucrino sinu, qui à lucro dictus (vr. arbitrio) propter vberitatem piscium qui ibi alebantur, meliores & sanguinaires reddebat, magna olim vestigalia præstabat Romanis, contiguus Baiis: de quo sic Strabo lib. 5. *Lucrius verò sinus vsq. Baias latitudinem pandit, qui ex exteriori pelago, per agerem longitudinis stadiorū 8. latitudinis autem vnius orbitæ arcet: illum autem ab Hercule traducendarum Geryone bovis causa exaggeratum fusse perhibent, qui, cum pedibus perambulari propter fluctus ingruentes per hiemis nō posset, Agrippa exornatum melius construxit; leuioribus enim lembis præstat ingressum, stantibus in anchora proculs incommodus, capitatis vero ostreis vberimus: de quo Martial. Non omnis laudem pretiumq. Aurata meretur, sed cui solus erit concha Lucrina cibus. *Peloris.* de Peloridib. ait Diphilus apud Athenæum lib. 3. *χρυσὸς διῆτα τοῦ πελαγοῦ αἱ μικραι, καὶ λίπιον ἔχουσι τοὺς σάρκας, ἀρτια λέγονται οὐ μεταχριστούσαι τὴν τούκρητον αἰδή της παχιᾶς. βασιλεῖσθαι τὸ τοῦ ποντικοῦ πελαγοῦ πολέμωσι τούγονδρας τρόφιμοι οὐοικεῖσθαι, οὐ γλαοι, οὐ σέραχαι, οὐ μάλιστα αἱ μικραι, id est, ex chami autem magnis, quæ minores sunt, carnemque habent tenuem, ostrea dicuntur, stomacho vtilia, ventremque subducentia sed maiores, quæ à quibusdam regiæ dicuntur, & pelotizæ, nutriunt, non excernuntur facile, sunt boni succi, stomacho que conferunt, & maximè quæ sunt maiores: ἀνομάσσονται ποιεῖ τοῦ πελαγοῦ, ait Athenæus, hoc est, nominantur à voce peloriorum quæ magnum significat. *ostrea Circæis.* hoc est, ostrea Lucrina, meliora sunt ostreis Circæis, aut, ostrea oriuntur Circæis, vt adnotauit Wouillardus. Circæa autem ostrea nigra sunt & carne & testa. *Miseno grisea ure.* in codem autem mariis Tyrrheni trætu sunt, Vulturnum, Literrum, Cumæ Chalcedium, Misenum, portus Bajaram, Bauli, lacus Lucinus, & Averni, Circæum, &c. quemadmodum videre est in tabulis Ptolemæi, & apud Plin. lib. 3. cap. 5. & Strabonem lib. 5. *echinus.* echinus marinus (est enim aliud terrestris, quem Erineum potius nominaveris) pisces est rostratus, spinis horridus, & aculeis armatus, hirtusque, vnde & nomen accepit: *ixion,* enim Larini hirium vocant. Aristot. lib. quarto De historia animal. plura eius genera describit. Vide quæ adnotauimus Epod. 5. Galenus autem Echinum marinum ex oinomelite & garo ad aluum ducendam edi præcipit, qui autumno in plementiis calidisque diebus cibo**

maxime est idoneus, vt scribit Athenæus lib. 3. ex Aristot. apud quem plura legit. *peccinibus pas.* pectines pisces sunt ex cōchyliorum genere, qui pectinatum conchas habent striatas, vulgo *des coquilles.* laudatissimi sunt Mitylenis, Plin. libri trigesimætij cap. vndecimo. Pectinum cibo purgatur vesica, quorum mares alij donacas, alij aulos vocant, feminas vero onychas, Plin. eodem loco. De pectinum, muricum, & concharum generibus luxuque, Plinii libro 9. cap. 33. & 34. Ex pectinibus iuxta Athenæ. libro 3. teneriores sunt albi, odoris enim non sunt tetti, sed venari accommodi: ex nigris autem & rufis maiores & verni sunt gratiories ori: generationem vero omnes stomacho sunt viles, concoctu faciles, alioquin molliendo non inepti, si sumantur cum cumino & pipere. *molle Tarentum.* à mollitie & luxu populi, vt videare est apud Strabon. libro sexto, vbi & Tarentum ab Heroë quodam nomen accepisse litteris proditum scribit. Tarentum etiam, Varrone teste, Sabinorum lingua molle significat. nec sibi *cœnorum.* præclarè quidem per occupationem sese ostentando, de nobilioribus conchylis locutus est Catus; ut maluit tamen, quam generosius haberet, iuscum. piscarium de vilioribus conchis conficiendum præcipere, quod suis rebus (si quando forte fortuna resita postularet) honestius consulendo minus decederet: At interea dum in arte iuriis componendi sapiendique primas sibi vendicat (cum tamen vix aliquid præter vulgaria, tenuiter tamen, præcipiat) elabitur ad ferinam, de qua an rectius sapiat, iam videbimus. Sed prius disputationem opinor, an (quod hic viri quidam in primis docti sicut censent) Catus, postea quæ sunt prandii seu promulgatis, nunc ordine præscribat, quæ sunt cœnæ mensæque secundæ? Ego quidem non facilè in animum inducerim id ita esse, præfertim cum sit pro comperto Horatium hic agere Democritum, notareque egregiam hominis dementiā, qui volens, ex Epicureorum supercilio, conuincere ea quæ de conuiandi modo fuerant à maioribus moderatè relicta posteris, hic inducitur ea nunc mollius delicatusque sciunt, quasi nuper à se inuenta sui similibus impudenter obtrudere velle, & in multis quidem ex iis non sequi naturam, in aliis vero pro deliciis habere incivilen parsimoniam, in omnibus autem ferè esse perturbatum, delirareque potius quam recta dispositionis ordinatæ feruare. Quod autem nonnulla facies in aliquibus appareat alicuius & veritatis & ordinis, ea res vñica doctis imposuit, quo minus callidum Horatij fucum percepirent. non prius exacta. iuxta illud Solonis, *ἄρχει τεσσαρες δοις τέλεσθη,* id est, imperium gerere, sed non prius,

pius, quām imperium ferre didiceris. ita nemo recte coenam parat, nisi qui prius eam parare dicenter. magnifica scilicet verba Catij in cibo parabili, & omnibus obuio. Codex Diu. habet, n̄ prius ex tenui ratione. μερῷ λόγῳ. nec satis est cara. Catius pro ratione suarum fordium vultur ~~αγαθητος~~ et quādam obliqua in eos qui nulla cura rei familiaris, in caris pīcibus emendis gaudent dare milia terra maceillo, vt habeantur magnifici duraturam, sed hoc est in mane vitium, vt inquit postea, & promi magis quām condi. Quare non in caritate & profūsone, cum Nomentano, vult esse luxum, sed in eo putat omne studium esse collocandū, vt cognoscas obsonator quibus piscibus ~~πάντοις~~, & quibus ~~πάντοις~~ accommodatior, id est, qui pisces elixi suauiores sunt assis, ad inuitādām orexia fastidiosis prā nimia crapula stomachi. Quod quidem consilium ~~λατρεύει~~. Catio non prōrōs est inutile; sed splendido conuiuator & lauto nihil minus conuenit, vt qui gaudet fercula ferculis accumulare. cara p. a mensa. cara mensa, est species ~~πάντοις~~, pro caros pisceis, quod schema satie est familiare. Horatio. auertere. si habent omnes cod. scripti, præter Ton. qui sequitur vulgatam lectionem. *languidus in cubitum* alludit ad antiquum ex tricliniis coenandi morem, ē quibus coniuīz accumbētes, corpore leniter in sinistrum cubitum inclinato, cibum potumque tantisper capiebant, dum essent saturi: deinde capite ad quietem in cervicali reclinato, crapulam dormientes exhalabant, donec ad nouas delicias excitati, se se rursus in cubitum reponerent. verū de tricliniis postea latius. *Vmber & ligna. n. g.* nunc obiter enarrat aliquot ferinae species, non tam vt id dicar, quod res est, quām vt argueatur; nam aprum quidem silvestrem, glandeque ligna sursum, Vmbrumque cominendat: Laurentem vēto mammalum esse censer, vt qui sit impinguatus v'luis & arundine, ciboque minus aridus: qua in re non tam gula, quām sūe culinæ subseruit. Est quidem ea sententia non procul à vero, verū delicatioribus patrum grata, vt qui humido pingui magis recreentur, quām cibo solido & aridiore, suoque pondere lancibus gestandis nimis oneroſo: qualis est caro aprorum siluestrium, præ iis qui in cœno & paludibus voluntantur; nam silvestribus est caro durior solidiorque & vix superuacanea pinguedine respersa, cùm propter solidius nutrimentum, tum propter continuas eorum curvitationes, defatigationsque in aperto, puroque & aridiore aere, quibus & nemora sunt conuenientissima, inquit Columella lib. 7. cap. 9. quæ vestiuntur querubus, subere, fago, cerris, illicibus, oleastris, tamariibus, corylis, pomiferisque silvestribus, &c. At

apri qui limo & radicibus etenoris vestuntur, vel qui domi in otio summo, multoque & coacto pastu, eoque nec satis soido enutriti sunt, carnem quidem habent pinguorem glandeque magis accommodam, sed alimenti non omnino probissimi. quod indicat Catius asserens talēm carnem esse inerte, hoc est, inertia, otio, desidia & multo somno acquisitam, malamque, id est, deterioris succi & nutrienti. *vines summittit cap.* capreas non sunt hic vitium capreoli, hoc est, claviculi, seu cinni, coliculæ, quibus ipsa vitis se à palis sustentat, suosque quodammodo pampinos, libratis, sed capras silvestres, seraque, quæ relictis rupibus & siluis, estate quidem pampinos, autumno vero pampinaria audīssimè sectari solent & carpere; vnde & nomen fortuntur, Varrone teste. Inter agrestia vero animalia medici caprearum carnes concoctu faciliſſimè, probique fucci; idque propter perniciitatēs, & in cursu, recurso, saltuque irrequietam, lasciamque, nec non aëris, quo delestantur, ariditatem: Atram autem bilem, qua (vt cetera silvestria) redundant, carnisque siccitatem temperari dicunt, si humeris incoquatur, namque elixam, quām assam salubriorem cēsent: at contrā tamen nobiliores inassatram plus appetere certimus, quām elixam. Quo argumento licet coniicere plus eos palato studere quām recte valetudini. Sed de capris & capris legitio Plin. lib. 8. cap. 50. & 53. Et in primis Iulium Scaligerum lib. 1. 5. contra Cardanum exercitatione 207. vbi ait Plinium proepulis, titulos caprarum conuiuis apponere. Vineas itaque non semper summittit capreas eduleis, id est, alit & nutrit, metaphoricōs; nam vt matribus summittimus agnos, nutritiōnis gratia, ita vinea sibi non semper summittit capreas eduleis, id est, aprias elui, nimis rūbram tempore in altis aiubus; quare tunc temporis lepores captabimis, quorum auctore Catio, sapiēs, id est, saporum peritus sectabitur armos: ait eam, secundi leporis f. s. ar. quod non aduentus Ioannes Bruyeronis lib. 1. 3. cap. 24. De re cibaria, à Catio dictum, secundi leporis, inquit, sectando armos docuit. Flaccus Horatius ganeæ non imperitus: Nostra ætas, inquit, spinæ medie callosa preferit. Equidem Horatium ganeæ non imperitum fuisse, facile concesserim, sed eum tam despiciisse, vt serio potius, quām ioco, ridendique Catij gratia crediderit armos esse lumbis leporinis preponendos, nemo mihi facile persuaderit. quis enim necessit in lepore, nil armis esse aridiss? quis contraria gustauit ipsa pulpa quicquam succulentius? vt non immerito ex ea pulpamentum apud omnes semper fuerit laudatissimum, quod quidem non ignorauit miles ille Thraso, lepus, inquiens,

NN. a. utte

tute es, & p̄cipamentum queris? Sed & cunes non sunt in postremis ganez partibus, qui à coquii delicateziis larido confosci, solent vel inasari, vel panificio incrustari: & anterior pars concisa, vel ex aqua & vino addito pipere elixari, vel iurulente crustis integri. De secunditate autem leporis scribit Herodotus in Thalia, τένω μόρον ὁ λαγός τὸν πάστων θηρεύει ταῦ, καὶ δημιεῖ, καὶ ὅρκει Θεῷ, καὶ ἀπόθηκε πόπον πολέμου τούτου, ἐπικυνοει τὸ μόρον τάρταρον θηρείαν, καὶ τὸ μόρον τῶν τείνων τοῦ ταρπεῖ, τὸ δὲ ψυλὸν, τὸ δὲ ἄρπα τοῦ ταρπεῖ μήτε τοιονταν τοῦτο, τὸ δὲ ἔμαρτρα τηρεῖ, hoc est, ita certe secundum animal lepus est, ut ab omnibus capiatur, & feris, & auibus, & hominibus, superfeteturque soli inter omnes feras, alium quidem ex fetibus hirsutum habens in utero, alium glabrum, alium qui iam in matrice formatur, alium qui concipitur. vide Plin. lib. 8. cap. 56. Antiquissimus codex Bland. vna cum Tonsi. habet, secunda leporis, quos fecutus sum, quod feminella caro, quam maris, succuleatior sit: etiam si physici contendant leporē sexus esse incerti, nunc marem, nunc feminam, id autem ipsi viderint, verius, an audacius afferant. *piscibus atque auibus* digna me hercule sententia gloriose Catō, cui ad applausum præter Gnathonismū iure dixeris deesse nihil, ad instar Terentiani militis, qui labore alieno magnam partam gloriam verbis in se trāsmouer. Quasi vero ante eum catillones nulli, tigurritores nulli, popinones nulli, non auium, non piscium amates obsonatores, sed viri boni omnes, frugales omnes, cordis quam palati studiofiores omnes. *sunt quorum ingenium.* inuidiosè supra fatis iniquus fuit in Aufidium, quem culpat in Falerne vino melle miscendo; hic certe non multo est sequior in eum (nisi quod non mihi parcat) à quo superari se in pemmatiis, tragematis, placentiis, & dulcibus crusta contengendis, opereque pistorio, lactarioque planè non audet in statuari, sed per *τετραπλό* artificis, ait alia quoque necessaria esse cognitu, neque crustulis tantum ad ornandis vnam esse dandam operam. De placētis, pemmatiis, & id genus dulcioris plurimi, tam antiquorum quam recentium coquorum, Ioannes Bruxerinus lib. 6. c. 7. De re cibar. *sunt quorū.* Hellenismus. *τετραπλό.* nequaquam *satis in re v.* sensus est, non satis est eleganti obsonatori, ut vnius condimenti aut confectionis sit peritus, in eoque omnem curam & studium impendat, sed etiam necesse est in omnibus eum culinae partibus esse artificiosum & diligenter exercitatum. Ceterū codex Silvius & Diu. habent, in re vna est consum. cur. ut si quis solū hoc. *αινοδοξία* à simili, quæ ex oblique inducitur, ut manifestet Horatius Catiū non tam id agere, ut non malo vino & oliuo perfundi curet.

piscis obsonator, quantum ve in austeriori vino. meditando, & in iure duplici componendo ipse & ingenium suum & mirum artificium deprædicet, quasi rūs ἀλεύοντας ἵγκενα & pernouisset. *Massica* si calo supponas v. s. nouum hoc Catij præceptum de vinis ad auram nocturnam celo sereno expōnendis, facit ad inuidiam veteribus compāradam, qui vina austriora, vt fierent innocenter, facellanda scribebat, non ignari (vt mihi perfudeo) huius rationis, quam Catius sibi vendicat, qua non nisi longo tempore vīna mollia potui apta redderet, cūm percolatio efficiat vel intra paucos dies. Sed nec ad hoc solum vereres amariora vīna *καρπίζεται*, hoc est, per fagos vinarios mitēda censēbant, vt liquidiora purioraque redderentur, verū etiam vt peregrinis laporibus additis eorum facultatem ipsa retinerent, palatumque suauius afficerent. Qua de re videto Constant. Geoponi. lib. 7. cap. vlt. de vinis autem celo sereno supponendis scribit Plinius quoque, inquietus, Campaniæ nobitissima exposita sub diu in eadis verberari Sole, Luna, imbre, ventis, aptissimum videtur: quod arbitror ad musta densiora robustioraque pertinere; nam & hoc in aliquibus Galiae tractibus freri certum est; nec nou in Germania inferiori, vbi pro foribus cenopolarum ex tabulis vinariis cellulis ædificatis olim solitum erat ad Diu Marini vñq. sacram musta Rhenana collocari sub dio in eum finem (vt arbitror) vt ea citius subsiderent, mollescerentque, lunariisque de nocte, tempore dissoluta, caloreque Solis diurno, & vētis perficiata quodāmodo excoquerentur. *lino vitata.* *ἀρχαὶ φρεσὶ*, Catij in eos qui vīna Massica percolatione mitigari volabant, vt iam dictum est. Ceterū monere lectorēm duxi non esse absurdum, velit necum Silvio codice legere, *integrum perdure lino vitata saporem;* ita vt Catius cum rideat, qui lino, hoc est, vīni fecit & odorem & austritatem vīni Massici non inutiliter corrēgendaā. *Quod* quidem indicat non perinde in fortibus (qualia sunt Massica) atque in tenuibus fieri posse, qualia sunt Surrentina, quæ fecit Falerni robustiora redduntur; ait enī, Surrentina vafer qui miscer f. F. *Quod* autem ea sunt tenuia, testatum est Plin. lib. 7. 4. cap. 6. Surrentina in vineis, inquit, taustum nascentia, conualecentibus maximè probata, propter tenuitatem, salubritatemque. Tiberius Cæsar dicebat cōsensisse medicos, vt nobilitatem Surrentino darent, alioquin esse generosum acetum. C. Cesar, qui succedit illi, nobilem vappam. hæc Plin. A quo non multum dissentit Athenaeus lib. 1. de vinis Italicis, inquietus, *συρρέτις* (v. d. λόγον πάντας καὶ εἰσηγεῖται ἀρχαὶ γίνεσθαι πεπρώθεν. ἦν γὰρ πλέον καὶ λίαν ψαφαρεος, μελις πεποι-

vitay. καὶ πάλαισθησθε, καὶ οὐ μόνον εἰς ἵπταντος
τὸν τραχύπονον θηραῖον, hoc est, Surretinum autem
à quinque & viginti annis incipit esse porabile; &
quia pinguedine careat, valdeq. tenetur, vix ma-
turelcit; & inueterascens pænè solūm est utile iis
qui eo continebūt vntuntur. In hanc sententiam scri-
bit etiam Dioscorid.lib.6. Surretinum valde au-
sternum est, quare intestinorum & stomachi fluxio-
nes cohibet: & cùm tenuerit, caput minus tentat,
inueteratum suauius redditur & stomacho utile.
columbinolimum b.c.o. omnis duxus, pro parte to-
tum, ouum pro vitello, quem vult Cætius secum
voluere, hoc est, in fundum denoluere, & deuehe-
re aliena, nimirū terrenam fecis materialam, ab
aëria vini natura alienam. Quia in re Horatus
Catium suspendit adunco naso (vt aiunt) vt res
ipsa ratione consona demonstrat. non enim vitel-
lis cephalopole vinā turbida clarificant, sed albumi-
nibus in dolia conlectis, vnaq; cum vino concus-
sis aliquanto tempore, vehementiusque agitatis,
quæ postea quieti tradita pro capacitate vasis ci-
ties aut seruis aliena sensim deorsum trahunt: cui
quidem experientia opitularit ipsa ratio: nam vi-
tellus frigore vini, suoq. lento diffundi nequit,
sed spissatur contrahiturque, album verò nequa-
quam, sed humectatur ampliaturque: itaq; vitellus
vino feculēto mixtus, particularim instar coa-
guli deorsum sidet, nihil limi secum deducens; ar-
album per vina dispersum, secum desert quicquid
est obuium. *quatenus imia petit.* quatenus, inquit
Valla lib. 2. cap. 4.; id est, quoniam. *tosiu marcen-tem squillis.* ex interrupto reuertitur Catius, quasi
post prolixum quoddam hyperbatum, ad interpo-
litionem eorum versuum, nec satis est cara p.a.m.
i.q.c. i.a. & quibus assis languidus in cubitum i. si
c.r. vnde vel ipsa luce clarius est Horatus planis-
fime mordere in homine glorioso crassissimis
& ingentij tarditatem, vt qui nullo ordine, nec vlla
memoria effutiat quicquid primum subit in ani-
mum. Ait itaq. squillas & Afram cochleam com-
modè assari ad reficiendum languidum & luxu vi-
noque marecentem potorem, sed & pernati & bil-
las elixas, siue ex iuſculo sumtas idem præstare be-
neſtij. Ceterū antiquum obtinens, pronobiliorib-
us ostreis, potori languido squillas proponit &
cochleas assas, ut qua minoris emantur, immane
credens vitiū caros pisceis auertere meusa piscato-
ria, vt suprà dictum est. De squillis autem scribit
Athenæ. lib. 3. *παντας δέ οὐ Αἴθιοις κοτύποις οὐδε-*
τοις, ταῦτα γένοις καὶ καρκίνοις καὶ καρπίδις Εἰ τὰ ὄγκια
δέντρα μὲν τοῦτο, τὸν δὲ ἄλλον τὴν διάβολον τὸν το-
τοῦτο. πέπει δέ αὐτοῖς ἐπειδός, μάλιστα τοῦτο, id est,
Mhabistheus Atheniensis in libro De edulibus, lo-
custer, inquit, & cancri & squilla & similia, diffici-

lia quidē sunt concoctu, sed faciliora tamen quam
alij pisceis quos assare magis quam elixare conue-
nit. Sed & friguntur in Cartagine, Athenæ. in eodē
loco. Verum quia nonnullis torrentur vtilius, &
aliis salubrūs elixantur, ad eam controuertia pau-
cis diluendam, hoc in primis nosc̄e opus est, aliud
quidem genus esse expressa extensaq. cauda, quod
elixum ex aceto & pipere cōtuso in deliciis est fa-
stidiū stomacho, eaq. Squilla Fladris Geernaert,
nominatur, Narbonensisbus *cinade*, a iis, scille, &c.
quod genus quoque non inutiliter friguntur. Aliud
verò genus Squillæ est forma rotunda,
cauda nimirū, quasi pro cooperculo ad alii exitū
ira cōpreisa, vt nulla caudæ figura appareat; quod
genus Græci *καρπίνος*, Latini transpositis litteris,
Cancrum vocat, Flandri, Crabbe: hoc etiam elixū
ex aceto & pipere non insipide sumitur, sed delici-
atius est tostum. Plura de his legito apud Mat-
thiolum in Dioscorid. *Afra potorem cochlea.* de co-
chleis Dioscorides lib. 2. c. 9. Terretres cochlea,
inquit, stomacho utiles sunt, & non facilè corrumpuntur. Optimæ Sardonitæ, Africanæ, Astypalei-
cae, &c. & paullo pôst: Marina stomacho idonea, &
facilè alio excoeruntur, &c. euohuito hic Matthiol.
& Amatum Lusitanum. *nam lactuca innata acrī*
p.v. ιαράντος tacita ab incômodo lactuca post vi-
num sumta, nimirū quod ventricum reddat
ἀργυρωδής, hoc est, acidum eructare spuum, ex
cruditate natum: Innatans enim lactuca, & oc-
cludit os ventriculi, & impedit ingestum cibum
salubriter concoqui, præcertim stomacho ita cibo
potuque replete, vt lactuca recipiende, ad vni fu-
mos suo frigore compescelidos nō sit locus. Quo
argumento licet aperte demonstrare veteres fru-
galiores fuisse, animique & mētis studiosiores suis
postoris, qui post coenam lactucas esitabat, cùm vt
de nocte suauius quiescerent (ea namque est *νυκτός*,
id est, soporifera) tum ne cerebro nimis forras
se vini vaporibus incalescēte (est enim *ἀρπαγάλη*,
arcens crapulam) postridiè minus præsenti cōſilio
obirent sua munia; quod nomine Virgil. eam mirè
commendat, inquietus in Moreto: Grataque no-
biliū requies lactuca ciborum. Cuius etiam rei
nomignarus Martialis non tam scitacri videtur
quam conqueri, Claudet quæ coenas lactuca so-
lebat auorū, dic mihi cur nostras inchoat illa da-
pes? Animaduertebat enim omnes luxu perditos,
& ab iustitia maiorum præcepti quæ desciscen-
tes, plus operæ dare ventri farciendo, saginandoq.
corpori, quam animo exercendo, recteque cole-
ndo. Athēn. *εἰ μήτε ορχαῖοι πάντες εἰς τὸ διάτετον εἰ-*
παριστέρας εἰς μήτε τοὺς θριδακας, εἰς μέλι τοὺς το-
τούτους οἵστις πάνυ γένεται. Quos subsecutus Catius
principit, hic, reiecta lactuca, squillas & cochleas
NN 3 allas

assas vorare: nō multò sanè post vinum copiosum lactucis salubriores: nam li lactuca *ðyptylus*, certè illa *epdryliu* gignere possunt. Non eo infitias initio mensa lactucas utileiter edi posse, tam coctas quam crudas ex aceto & oleo, cum ad cholerae, & sitem restinguendam, tum ad appetitiam cibi suscitandam, aliumque leniter ducentam, iuxta illud Martial. Primitib[us] dabitur ventri lactuca mouendo vtilis, &c. Vtū ea vite ratio nimia crapula sopitis vētribus, ne dicam oppressis, familiaris esse potest, non etiam sobriis & frugi hominibus, quales erant maiores famem obsonantes, non lactucas, & id genus in uitamenta gulę perna magis ac m h. hoc est, si cochleis aliis nō recreetur, edat & reficiatur elixa perna in mortuis & minuta frustula concisa, & hillis, hoc est, istis, toynaculis, lucanicis, & id genus intellinis ex conseptis carnis bus hillis & aruina fatis, portius quam lactucis. Est autem perna *πλαστή μίγη*, id est, pars petasonis, inquit Athen. Petatio autem est ipsa coxa, Fland. *een heſpe*, *een hamme*. Quare perna Athenea. est pes porcicūm ea petasonis parte quam nālū dominamus, het nieteken van der Hamme metten voete. *πίπα*, Catoni & Pliniu perna est coxa suilla salita. *πίπα* petalo, *καρπός καρπού* Atheno, qualuis hoc propriè coxam cīn pede anteriorem notet. Hilla autem sunt intestina farfa, qua vel asta vel elixa ex acero & mustarda (vt sic loquar) mortificatim, seu cum buccellis (vt habet Apicius) comesa reparant appetentiam iis quibus luxu ad sumnum. vsque referris edere quidem minimè, sed morsicare conuenit, penteſten Flandricè, hira, ait Sosipater lib. 1. Inst. gram. est intestinum aut aliud, quod vnuſquisque intelligere voluerit: sumtum est enim nomen ab inuestitoribus Lucanis. *qui omnia malit*. colligit omnia vulgaria viliaque gulam proritantia magis placere ganeonibus & eis gratiore quam optima quæque. Cōuenit autem hic locus cum illo suprà, Ecloga 2. Quamuis putet aper rhombūlve recens mala copia quando ægrum sollicitat stomachum, &c. *qui omnia*. id est, vt omnia malit, &c. quecumque immundis. hoc est, vulgaribus, nec ita mūdis vt sunt popinis nobilium & potentum. vt hic sit ordo & tententia: Ita potor languidus ad optimos cibos nauusat, vt quecumq. feruent & cocta sunt in popinis publicis, parumque nitidis, optet sibi allata eis. Omnes, quos vidi, sc̄ptic codices, habent in mundis. quæ lectio si placet (vt omnino certè dispiere nō potest, propter immunditatem, quam Catius ait postea stomacho mouere fastidia) sic eam interpretabimur, potor mault omnia, quecumque feruentia (per synchysin) & recēs cocta feruntur in mundis popinis, hoc est, vasis

popinarii, per metonymiam. Codex Mar. habet ferunt; Sil. habet, ablata, est opera pretium. reuertitur ad iuris componendi mentionem suprà positam, *ignarum quibus est ius aprius*. quod duplex aliter, alterum ex olio simplici, alterum ex uno, muria, herbis, croco, & oleo. Venafra. Vagi quidam doctissimi multum laborant in declaratione huius compositionis, nec satis assequuntur cur viuum pingue, & oliuum dulce, cum contra potius, vinum dulce diceret & oliuum pingue; ego certè id ab Horatio consulto factum cedem, in eum putā finem, vt Catius vel imperit, vel memoria parum confirmata notaret, nisi eandem compositionem ferè Nasidienus referret ultima Satyr, ex qua tota hēc dependet, dulce itaque oliuum, est, non graueolens, corruptumve (quali dixit huius lib. Satyr. 2. Auidienum in reporis vī, cuius odorem olei nequeas perferre, &c.) sed optimum, & vetustate maturum: Quomodo quoque dixit vī pingue, quod ex Nasidieni (huius Catij fortasse magistri) compositione cognoscimus se quinquennale & Italicum, non mutatum, ex *επιτάσσω*: quali item Auidienus accipiebat amicos, quibus non nisi mutatum defundebat. Commentator merū pingue habet pro mortuo; alij multum interpretantur. *muria*, *debet*. muria, id est, garo de succis pisces Iberi, inquit Nasidienus. *new alia quamqua* *Byzantia putuit orca*. hoc est, ea muria quam testa marina remittit, interprete Nasidieno, cuius testa marina est Catio orca Byzantia, nō etiam pisces orca, vt doctissimus quidam censes, sed vas fictile aut ex lignis fabricatum in formam orae pisces, ventricolum, putā, & ore angusto; quemadmodum apud Pers. Satyr. 3. Mēnāq. quod prima mundum defecerit orca. De orca autem pisce, deq. eius pugna cum balena, vide Plin. lib. 9. cap. 6. Cuius corporis vastitas & carnis durities immutior est, quam quæ sale macerari & liquefcere, eluīque possit & ad delicias aptari: quare necesse est muriam esse de thunnis aut scombris in orca. Byzantina liquefactis, & putorem quandam grauem redolentibus. Sic namque habent codices scripti omnes, *putuit*; non etiam, *putruit*, vt legune alij cum vulgaris cod. ad hunc quoque modum ait Pers. Saty. 3. Nec inuidetas quod multa fidelia putet in locuplete penu, &c. Vide Comment. hoc vbi confusum. nimurum vinum pingue cum muria, infectis herbis & croco. *sc̄tis herbis*. vt pote eruca & inula minutim concitis & incocatis, vt haber Nasidienus. *stetis*. tercere defisi & subfedit. in super ades pressa. postea superinfundes oleum Venafra. num. hic Nasidienus his mistum ius est oleo quod prima Venafri prelit cella. *Picanis cedant poris Tib.* s. non iniuria. certè venia digni sunt viri doctissimi,

Crissum; qui variis distracti rebus minus apicē credi leunt ea quæ subiectiuntur pertinere ad secūdas. Catijs mensas: quas nullas hic ponit; quis enim primo obtutu cum illis non sentiat, Horatium, putā, non ludere, sed ab ovis ad mala vīque progressum primas & secundas sub persona Catij, serio describere? verūm quām sit hoc à vero dissentaneum, facile deprehenderit qui risus Horatiani non ignarus, singulis diligenter examinat: non enim de pomis & vīis hic agit, vt ornet secundas mensas, sed vt Catium in præceptis suis inordinatum, nec sui magis memorem derideat; quē post insertam iuris duplicitis componendi commentationem, inducit ex abrupto reuerti ad intermissi. *τὸς ἀντίστοιχος βρύσης*, id est, ad eduliu[m] quæ appetentiam irritant, cuius cœmodi sunt cum vīis & malis conditis, sex, alec, &c id genus acria, quæ halsum peruellunt stomachum, inquit Nasidiens. *Picenū cedunt.* Picenamala sunt dulciora Tiburtiis: eadē puto à Nasidieno nominari melimela, à melleo sapore: *Mūrē Catoni, Varroni, Columellæ*, inter conditiua numerata *nam facie præstant*, rubent enim minorrem ad lunam delecta Nasidienco auctore. *Venerata conuenit* o. aliae namque vīæ sunt ollares, seu conditicæ in ollis, quas Græci *βέργυσαι* nominati Mart. Nedignam toto se botryone putat. Latinū racemos appellant, quō t[em]plū plura contineant acina, aliae sunt pensiles, quas tigillis appendimus fumo indurandas: qualeis ait Carius esse Albanas. sic suprà Ecloga 2. Tum pensilis vīa secundis & nux ornabat mensas. *hanc ego cum m. līs.* hos arbitror verius sic ordinando, ego primus inuenior hanc vīam cum malis, & fecem, & alec, & piper album cum nigro sale incretum, circumposuisse puris, nitidis & mūdis catillis, ita vt in singulis singula posita in circuitu mensæ, multitudine ferulorum, & novo apparatu (viliori tamen pro sordibus Catij) eam refertam magnificè ornarent; erat enim ea mensa rotunda, vt conicere licet ex triclinio & mēsa Nasidiensi, quō videtur hæc præcepta referenda: ait enim Fundanius, in primis Lucanus aper leni fuit Austro captus, vt aiebat coenæ pater, acria circum capula, lactucæ, radices, &c. nam quod circum dicit Fundanius, hic circumposuisse exprimit Catus. *cum mala.* hoc est, & mala Picena conditanea. erant in catillis nitentibus circumposita. *ego fecem.* sex est id quod ex crassamento vīi præcipue tenuissimum liquamen in vīsum sumitur: ex quo cum pane asso & pomis elixis condimentum vulgo confici solet apud Flandros occidentaleis, præfertim in ieunio quadragesimali, quod zweltinghensem nominatur. *alec.* sunt qui scribunt alec esse liquamen ex intefinis pīscium; ego certè arbitror esse ex hælece pīscē colliquato. Aut dici po-

test hic esse *τὸς ἀντίστοιχη figura, fecem & alec*, id est hælece fecatum seu sece conditum. *inuenior.* hæc lectione videre est in Blad. antiq. Busl. & Diu. cod. ceteri omnes habent inueni; sed inuenior aptius appetat. *piper album.* Ic pipere albo, nigro, & lōgo; vide Diolcor. lib. 2. cap. 153. cum Matthioli commentariis, qui Diolcoris & aliorum sententiam docet erroneam ex coram ore qui nupēr inuenitas insulas peristrarunt: nec à Matthiolo dissentit Amatus Lusitanus. Vide item Solinū cap. 64. *cum sale nigro. vulgari, communi, inaretum, purgatum per incerniculum*, quod est cribri genus, ab incernendo, hoc est, pollinem, vel id quod est tenuissimum à surfuribus separando. Sunt qui incretum intelligent permixtum. *immane est vit.* hæc quædā est clausula epiphonematica in laude & commendationem tam frugalis inueni; multis enim catillis & parui pretijs ferululis, magnificèntia quædam ostentatur minime sumtuosa. *angustos vagos pisceis.* hoc eò pertinet quod suprà dixit, tosis marcetem squill. &c. Nam multò latius est pisib[us] modiei sumitus reficere potorem languidum, quām peregrinis obsoniis, remotorumque maritium coemendis prodigijs apparandisque omnem censem, multaque festiū milia turpiter insu[m]ere. Utile certe est hoc Catij præceptum & consilium, ad euadendam pœnā legis sumtuariaz. *magnam mouent stom.* hæc est *αἰνοδοξία* eius quod dixit, *puris circumposuisse catill.* nam quicquid immunidum est & toroūdum illorumque, præterquam quod oculos offendat, stomacho quoque nauicam non patrum mouet. Quod Nasidiensis etiam non ignorans, iubet alterum puerum mēsam acernam pertergere, & alterum tollere quicquid posset cœnanteis offendere. *seu puer unctus.* lordidatis, immundis, pinguedine, aut luto deturpatis; pinguedine quidem, dum farta eduliorum è catinis ablata ligurrit & vorat; limo vero & coeno, dum contrēstat veterem & limosam creterra. *farta.* codex Diu. habet frusta. *veteri creterra.* sic habet Bland. vetustissimus, quam dictiōnē sibi incognitam corruptit sciolus quidam, substitens eius loco, *cratera,* a littera pio e scripta, atque rerafa; verūm non penitus hæc littera ita perierunt, vt ad primum obtutum in eo codice non appareant. Est autem creterra apud Noniū stūla, quam vetusta te cariosam rimolamq. & limo oblitam, dum manibus incurij pueri negligentiū contrectant, cœnōsis manibus commaculat calices & pocula. virtutē autem eadem dictiōnē Cicero lib. 2. de natura deorum. Quod autem τὸ creterra, si aptius quām τὸ cratera, lector doctus, vel me tacente, facile subodorabit ex supe' lectili subsequenti viliore. *vilibus in scopis.* iuculcat munditiem in primis cure

curse esse debere, idque à dissentaneis; nam vsor-
des & cultus neglectior oculis est fastidio, ita nitor
& elegantia inuitant appetitiam, verum quan-
do nequit Horatius Catio non subridere, quod
tam magnifica promissa preceptorum & appar-
atus culinarij tam ridiculè finiat, plusque in con-
temna & vili supellestili detergenda nunc laboret,
quam adhuc proratione instituti & exspectatione
in nous & lautis epulis descriptis, præfiterit
opere, ex indignatione abrupta modò altius in-
surgit, Horatiumque tangit ex obliquo, quasi mi-
nimè in re familiari curiosum, inquiens; *sem' lapi-
des varios lusulenq; radere palma?* perinde ac si di-
cat, tē ne decet, ô Horati, lusulentis scopis deter-
gere deturpareque lapides politos pretiososque,
potius quam mundis? & *Tyrias dare circum.* Téne
decet purpureas vestes (tori discubitorij delicias)
substernere toralibus illotis, easq; circumdare te-
gereque immundo substragulo, quod discumbe-
nibus pro voluptate naufragam moueas? oblitus es
& ignoras hæc vilia si immunda sint & neglectim
habita, cō iustius reprehendi, quod minoris sunt
sumitus. contrā verò, ea quæ non nisi diuitibus cō-
tingunt, si omisla sunt, cō minus in reprehensione
cadere, quod pluris constant? *lapides varios.* Glar-
eanus ex Erasmo legit, parios: Commentatorait
pauimentum variegatum: nec ego quidem dubi-
to ipsam alludere ad λύρας τολυτελες καὶ διδα-
χεις, hoc est, ad lapides pretiosos & artificiosos.
radere, tergere, purgare, mundare, palma. pro sco-
pis palmeis. & *Tyrias dare circum illota tor. vest.*
Senus est, tē ne decet circum Tyrias vestes dare
illota toralia, hoc est, purpurea lectorum instragu-
la circumdare & cōtegere substragulis impuris &
immundis, & non potius contrā, tegere torida
toralia purpureis stragulis. Inuit autem Catius
(vt conicere licet ex præcedentibus) toralia non
minus deberet esse mundula lautaque, quam purpu-
rea stragula, ne quid sit quod offendere possit. *to-
ralia.* toralia ab herbis tortis, aut vluis, aut paleis,
&c. obtegi solebant vestibus purpureis. Horat. Satyrr. 6. poetea: Ergo vbi purpurea porrectum in ve-
ste locauit. Virg. Stratoq; super discumbitur ostro.
Ouid. in medio torus est de mollibus vluis impos-
Illusq[ue] pedes virtuosum ferre recuſans
Corpus, an hic peccat, ſub noctem qui puer vuam
Furtiva mutat frigili? qui pradia vendit,
Nil feruile gula parens habet: addo, quod idem
Non horam ecum eſſe potes: non quia recte
Ponere: neque ipsum vitas fugitiuus, & ero,
Iam vino querens, iam ſomno fallere curiam,
Frufra: nam comes atrā premis, ſequiūque 115
fugacem.
Vnde mihi lapidom? quorsum eſt opus? vndo
ſagittas?
Aut in ſanit homo: aut verſus facit. ocyti binc te
Ni rapis: accedes opera agro nona Sabine.

COMMENTATOR.

INDIVITUR seruus ex Comedia, putat
Dauus callidus, qui dicit se non posſe ferre domi-
num ſuum alia laudare, & alia facere. Aliter indu-
cit Horatius seruum loquentem cum domino ſuo
de variis hominum moribus, libereque taxantem
domini ſui vitia, quodque aliter viuat quam pra-
ce ferat. & frugi, utile, quod ſit ſatis, nou parum,
ſed valde frugi, ut vitale putes. hoc eſt, ut eum ve-
lis eſſe vitalem. agiliber, & v. habe licentiam & li-
beratem dicunt que velis. nam Saturnibus fe-
tis libertas seruus concedebatur: & omnes tam
seru quālibet ex aquabantur, ad imitationem
aurei ſeculū quo Saturnus regnauit: Decembri au-
tem mensis Saturnalia celebrabantur. pars homi-
num hæc verba funeſerui: rufi anter, valde perti-
naciter, vrgit propositio, perdurat & perſuetat
in propositis vtrius natat, inconstans, murat, pro-
positum, incerti eſt propositii, recta, abolit, te, in
neutro genere, praxis, vtrius, notatus, vſus & cul-
patus: cum tribus anellis, multis, nam anulorum
multitudine erat viriola, & nulli, niſi eorti digni: an-
tis homines annulos eſt habant. Anelli ſedem, uti-
uum, obani, lo modo laua, aliquando ſine vlo an u-
lo, vixit inq[ue] muabiis, & dubi, s. clamum ut m. ve-
ſtenti Senatoriam, ut mutaret, adeq[ue] ut mvearet,
adib[us]

edibus ex m. supp. sic vixit inæqualis, vt ex superba & ambitiosa domo migraret in humilem, & talem fidei vix dignaretur egredi libertinus paulò libetior honeste. decenter. **iamaeclus R.** supp. sic vixit inæqualis, &c. **lxxi 19. iiii. iam.** aliquando. **dolto** **Athenis.** dicitur enim Priscus oratoriam docuisse. **Vertumnus.** Vertumnus Deus à vertendo dictus, Romæ colebatur pro Deo Tiberis, quod verterit eius alueum. etiam Deus est naturæ, & quod veritat & muter sensus humanos cogitationesque. Is antem dicitur iniquis Vertumnus natus, qui ne cit imperare sibi, & suos affectus regere. **quotquot** s. erat eam Vertumnus multiformis, positus in multis locis ciuitatis, & ferè in omnibus municipiis Italie cōsecrabantur simulacra, quibus essent ambigui vultus; qui pro habitus diuersitate in diuersas facies deorum vertebarunt. **inquis.** iratus. **scurrus Volanerius.** exemplum cōstanțe in viriis. **scurra.** **vrbanus insta** graui. **mitteret in phymam.** in pyrgum seu frutillum, ex quo agitatæ tessellæ mittebantur in tabulam. Et autem Phymus instrumentum ligneum strincti oris, ex quo coniunctiuntur tesserae, ne possit falli is qui cum aliis ludit. **cōstantior.** perinacior. **idem.** Volanerius, qui quanto erat pertinacior in uno proposito, tanto felicior eo qui semper ad iuveria vertebarunt. **leuius.** minus. **prior illo.** quam ille Priscus. **quiam.** modò laxo, modò contento: vt, iamque eadem digitis, iam pectine pulsat eburno. **contento.** nimis parco. **laxo.** luxurioso. **fune.** vitæ condizione. non dices h. q. verba sunt heri. **pusida.** vetusta, inepta, odiosa furcifer. sceleste. **ad te inquam.** seruus. **quo pacto p.** heros. **laudas.** si tuus. **antique p.** antiquor. in hominum vitam docet inconstantiam heri. **vque.** valde. **aut quia non** s. dua. reddit causas inconstantiae, aut quod non intelligit id quod afferit, aut quod dubitat de eo num sit rectum. **non firmus.** inconstans. **cœno cupiens.** exire è vitorum turpitudine. **ruficus ruri extens.** **leuis.** incostans. **laudas securi ol.** cœnam rusticam & tenuem: diciisque nihil esse securius quam prandere domi. ac. supp. si. porandum. epulandum. **insscrit.** supp. si. **seruus.** terd. sub. paulò ante, vt, sub lucem exportant calathis. **luminaria priores.** initio noctis apparentia. **nemon' oleum** verba sunt domini festinantis ad cœnam: quæ seruus liberè inducit: oleum petit, vt lotus & vñctus abeat. **cœnatum.** **equis audit?** nemon' audit? expressit velocitatem hominis ad cœnam accelerantis. **blastarise l.** vociferaris, exclama: præter modum. hinc blaterones, cl. mos: nam blaterare propriè est inepit clamare. **Milvius & scurrus.** cùm ieris ad Mæcenatem, Milvius & ceteri parasitæ discedunt, imprecati tibi ea qua nolim te audire: quod ideo faciūr, quia dolent te priuatos cœna sui patroni. **precati.**

implicati. **medixerit illo.** quicumque fuerit. **duciventre l.** cœli glutonem, luxuriosum. **nasum nidore.** natum nidore lupinari dicitur, qui nimium delestat, & sectatur odores pulmentariorum. **nidore.** nidor, odor est gratus naribus. **popino.** popino popinoris, amator popinæ. **tu cum sis q. c.** leuis libere loquitur, propterea quod herus ei potestate fecissit. **velus melior.** quasi magis sobrius & integrior. **verbisq. decoris.** de aliis bene loquendô & aucto corripiendo. **deprendere.** inueniris. **afer.** definere. **cella manum.** verbera. **stomachumq.** iracundiam. **Crispi ni.** qui Stoicam lectam ecclitus est. De Crispino iocatur Satyr. I. lib. I. Ne me Crispini scrinia ipsi compilasse putet. **se.** dominum ostendit suum herum esse nequorem se eruo. **Danum.** me seruum. **nuda.** quæcumque meretricu a propectans de feuestris **turgentu ver.** **cau.** ictu veretri. **clunibus.** dum superincumbo. **agitauit equum.** me uocum bente supercrisata est. **flamum** mala fama laborantem **sollicitum.** timentem ne alias ea vtratur. **tu cum proiectis.** inuehit tamquam in equitem Romam, in Horatium, qui deposito habitu equestri, ne cognoscatur, matronas lectatur, oblectoque capite adulteratur. **insignibus.** ingenuitas. **anulo equestris.** non licebat eq. itibus Romanis analis viri, nisi à præoriis suis donati essent. **exuidice.** in adultero indices elivebantur. **Dama.** Dama nomen est seruus: vt, Dama est non treslis agaso. **odoratissime.** **vnctum.** **obcurante la.** regente vesti seruuli, ne possitis agnosci. In te itaque simul timos & libido pugnant, dum & metuis & cupis adulterium committere. **non es quod simulas.** hoc est non es tu seruus, quem te esse fingis? quasi dicat, maxime induceris in domum adulteræ. **altercæ** repugnante libidinibus. **quid referturi virgines.** hoc est, nihil interest inter gladiatorem & adulterum: nam gladiatores ita se vendunt & cautions faciunt: viri virgines, ferro necari. **ancoratus.** addicetus, condemnatus. Qui se vendunt, uido, auctorati vocatur: aucto atio enim dicitur venditio gladiatorum cum cōdicione emoris. **arcu clausi.** in arca. id est, ar in adultero compræhefus claudatur in arca ab ancilla, quæ conscientia est adulterij dominæ sue, ne te maritus inueniat. **contrarium.** propter angustias arcæ in qua es conclusus ab ancilla. **ambos.** a adulterum & adulteram. **estne marito?** erotema. **in corruptorem.** adulterum. **vel.** etiam. lex fuit apud Athenienses, vt adulterum cum adultera comprehensum mati: o licet occidere. hæc lex abolita est lege Julia, quæ insit cognitionem adulterii ad iudices referri, & ita adulterium puniri. **non habitum v. l.** id est, non deponit ingenuitas iniugia, neq. se loco mutat, quia non ex domo sua vt ipsa lectetur te. hæc **coercitarris** dicta sunt.

Dam ipse herus deposito habitu ingenuitatis induit turpem, ne quis eum cognoscatur: & relicta domo sua ingreditur domum alterius. *poccavus sup.* non ascendit super adulterum: & ita hoc modo nihil cōmitit turpitudinis. *formidet*. refugiat. *amanxi*. dicunt quod se ames. *sub furcam*. in seruitum, aut poenam; sunt tormenta seruilia: apud veteres serui in graui scelere deprehensi furce subiiciebantur. *prudens*. sciens, non insani cōsilij. *dominoqf*. marito, aut amori. & libidini. *committes*. quasi illi addictus. *rem omnem* patrimonium tuum. *euasisti*. metues. quasi dicar, minimè metues, sed quæceter iterum committere adulterium, & in aliud periculum incides punierisque. *pauca*. in adulterio deprehensus. *iterumqp*. quasi adulter. *non sum mehus*. si non palam fideulter, putas te non mechari? ergo nec ego fur ero, si palam non luxurio argentum: Sed quemadmodum non furet metu supplicij, ita nec tu committis adulterium metu poenæ: verum si non metuam supplicium, furor, quo nomine fur sum dicendus, ita & tu adulter, quia timore poenæ abstines ab adulterio. *periculum*. poenam. *presereo*. non inuolo. *sapiens*. prudens. *non sum mehus*. contra Stoicos, qui animum plus considerabant quam factum. *frenis*. timore. *tunc mibi d*. quasi dicar: tu potius dicendus es seruus quam dominus, cum toties libertas à periculis, adhuc timori subiaces & conscientiae malorum. *rerum imperii*. cui pecunia, amor, libido, homines totantique imperant, dignum est te imperare mihi? *priuet*. liberet ab amore. *quem ser. v. q. q.* finitum pro infinito. *vindicta*. virga pretoris qua persecutabantur serui dum liberi fiebant, manumittentabanturque capitii imposita: tribus namque rebus fit manumislio, vindicta, censu, testamento. *super dictis his quæ superius diximus*. *quod non tenius*. quod superioribus par est. *sue vicarius est*. soletis vos, inquit, ingeni disputare, vtrum seruus serui sit vicarius dicendus an conseruus? ergo cum tu dominus meus alii seruas, id est, *virtus* & volupatibus, ego certè tuus vicarius sum dicendus aut conseruus. *tibi quid sum ego?* interrogavius ut nernis alienis in l. agitaris alienis nernis & virtibus, sicut solent trahi nernis alienis ligna mobilia: notatur ludus quidam, quo simulacra lignea nernis moueri & agitari soleant. *quisnam igitur liber?* herus. *sapiens*. seruus. *sibi imperios*. qui se regit, & non ducitur libidinibus, *dyscessos*. *responsare*. resistere, contradicere, repugnare. *teres atque ro*. & *equalis*, constans. *externi nequid*. *ra* *et i* *er* *et* *o*. externa & fortunæ bona. *per longe*. metaphora à leui ligno, sive marmore; cui si quid imponas, hænere non potest; ita nec sapientem vitia contingunt, sed ab eo decidunt, nullis enim bla-

dimentis, nullis illecebris vincitur. *mancus*. inuidia, inefficax, quoniā sapienti nocere nō potest, siue aduersa, siue prospera, quia fortunæ impetur non pertinet. *noscere*. in te. ex his. quæ diximus esse in sapiente. *or*. tamquam. *quinque talenta*. docet eum non esse liberum, quod non sit imperiosus, neque possit repugnare suis libidinibus. *vexat*. precando, excludendo, reuocando. *gelida*. aqua *suge*. seruitum, propter amorem. *non quis*. non potes dicere te esse liberum. *dominus*. libido. *subiectas*. subiicit. *laſſo*. tibi. *versas*. regit & vexat. *negantem*. te scrivere. *Pausias*. Pausias pictor fuit nobilis. *torpes*. obstupescis, miraris. *tabella*. pictura. *qui*. quo modo. *asque*. quām. *Fulvi Rurubag*. nomina sunt gladiatorum. *cūtento poplite*. quoniam gladiator dum dimicat, extendet suum poplitum: aut quia qui attentus a iquid spectat, erigit se & extendet poplitum. *contento poplite*. vtrum ipse, an illi gladiatores picti velut si revera. laus picturæ. *vitentqmo ar v*. vulnera, cum proeliari videntur. *nequam*, &c. si forsan, inquit, fuerit delectatus ea pictura, & in ea spectata moram fecero, statim stomachatis, & dictator cessator, ac piger. *audus*. diceris. *nilego*. audio, dico homo nullius momenti & nihil. si ducor, delector ita ostendit quædam liberis quidem laudem, seruis vero culpam afferte. *libo fumante*. libum est placenter genus. Virg. adorea liba. *tibi singis virtus*. ironia. *virtus*. *sapientia*. *responsat*. repugnat, renuntiat, resistit. omnia ironicos: quasi dicat, non spernis opimas escas, sed vltro eas appetis. *obſequiū v*. luxuria, nā luxuriosus ventri seruit. *perniciosus est*. quām tibi. *tergo p*. nam yapulo si sum luxuriosus, qui tu im. vnde, quo modo. *imperior*. quo modo dicas te minus puniri quām me, cum tu magis pēdas luxuriaz poenæ, quām ego: nata ego quidē vapulo, tibi autem multo cibo, & cruditate, vexatur ac debilitatur corpus *parvus*. pretio. *satis*. emi nempe inanarescunt. quia neque cōcoquuntur, neque digeruntur. *sine fine*. immoderatæ appetitæ. *inſufi pedes*. titubantes, vacillantes, tamquam decepti multo vino & cibo. *visus fum*. ægrum cruditatibus. Ita quāus exterior dominus non sit, qui hæc mala in te puniat, tamen morbi qui nascuntur ex superfluitibus, nō sinunt te imponit. *mutat*. emi, dat strigilem, vt vuam accipiat. *gule parvus*. obtemperans: sensus est, seruus qui strigilem furatur, atque in vuam mutat, criminè luxuriaz notatur: at liber & ingenuus qui patrimonium vniuersum luxurie impendit, non seruit gula, nec luxuriosus est. strigil instrumentum est æneum, quo sudorem soleat in balneis homines detergere deradereque. *nil servile*. ironicos. *non horam*. dum duceris voluntatis, non es tecum, id est, non es *fanus*. *non etiar p*. otia recte ponere dicuntur, qui tempus otiolum bonis

bonis artibus impendunt. *seipsum vitas.* quia male tibi es conscius. ut erro. errores hic sunt, qui in opes recti consilij vagantur: hic erro, sicut popino popinonis, ganco, onis, comes. luxuria. unde mibi lap. verba sunt irascientis domini propter iniuriam serui. *quorum sum opus.* verba serui. unde sagittas. dominus. *aut infantis homo.* seruus aut quod oblitus sit libertatis dicendi, mihi pro more maiorum a se concessa. *versus facit.* Poëtarum more fuit. *ocynus hic re.* dominus: quasi octo seruos herus malerit in ergastula agri Sabini.

C R V Q V I S.

HAZ e Satyra viuam quandam imaginem præ se fert libertatis seruulis, qua festis Saturnalibus mancipiis vti licebat in dominos suos, quos hoc prætextu notari acriter: inducit enim serum Dauum familiarem & Comicum, serumque herilium probè cōscium (forfitan ex iis vnum quæ rebus suis gerendis procurandisque præfecerat) de vita & moribus agere cum hero luo, cumque, impetrata licentia loquendi, vehementius increpare, quod ita turpiter flagitioseq, alea, luxu, ambitione & adulteris rem omnem & nomē perderet, vt nec modum haberet nec honesti rationem villam. quae de causa, vitijs enumeratis, quasi ad eccl̄ū demonstrat, edocetque cum vel abiectionis mancipiis esse vilare, vt qui non reipla, sed nomine tenus dūtaxat liber, cupitatisibus suis, & voluntati miseriis multo, quam quiuis seruulus hero suo patret. Quod dilucidius vt faceret, vtitur honesti & ingenui partibus, quarum nulla cum in herum caderet, aperiè inficiatur eum esse liberum. Verā enim uero vt iucundiora hac fierent, viderur Horatius se quoque velle castigari à Dauo, ab inconstancia, vtre leuitate, à fuga commissiōnis simulata, & nimia cholera. quæ res nonnullis argumento fuit, vt exitimarent hic dumtaxat Horatium à Dauo seruo reum agi, quo t nō temerè mihi quis persuaserit. *iamdudum ausculto exordium Comicum,* ex interupto putà ab officio serui cordacoris, & in herum fūrum benignioris: ait enim se patienter audire quid dicat, imperet, velit: se quoque videre quid mediteatur, quid agat, non audere tamē se ei, quod nouit, indicare. Hac enim, præter obsequium hero debitum, complectitus in se verbum ausculto, vt non difficulter licet colligere ex verbis serui ad herum. *reformido.* non ignorabat enim dominus suo eam vitæ & morum turpitudinem auditu fore iniucundam, iccirco ait, seruus, id est, in seruitute existens, reformido: perinde ac si velit significare libertate ei opus esset ad libertè loquendum. *amicum mancipium domino,* &

frugi quod sit satis, hoc est, vt vitale putes. hic locus adhuc (vt mihi quidē videtur) viris etiam doctissimis est inexploratus: est etiam ita in arduo positus, vt cō nemo penetrauerit: quare si proprius accedere, eumque perspicere coner, vix ausim mihi quicquam polliceri. At ne tamen dicar ceteris meticulousior, laudabilius duxero, nostrarum virium factò periculoyel in præruptis hærere saxis, quā ab incepto conamine pede retracto deflectere a liè, inq̄e ignauia comites dilacerandus incidere: quare ve paucis aliorum commentationes continentaneoque labores commemoremus: Lan. binus, à quo Furnebus non dissentit, ait: Ita frugi, vt in vita retinendum ac seruandum, minimèque occidendum esset putes, &c. Vel sic cum Turnebo; frugi quantum satis est ad bonam valetudinem & salutem: Nam vt edaces, &c. hunc legit. A priori certe opinione dissentio, propterea quod vetus lex de dominorum vitæ & necis potestate in terris, lege noua tunc temporis annibilata erat: Posteriorem autem approbarem libenter, si de libertis potius & dominis esset controversia, quā seruus, quos scimus plurimum ex diumento victusisse, quare hac verba, mancipium frugi quod sit satis, videntur mihi significare id quod maioribus dictum est mancipium frugi bona, nimirum quod sit satis frugi, hoc est, probum & consummatè officiosum, hoc est, sic satis frugi, vt vitale putes, hoc est, vt id merito suo indicare possit dignum vita, non longiore modò, sed etiam meliore, vt pote libertate: hic herus volens videri Dauo gratum facere pro suo voto, confessim ait, Age, vtre libertate Decembri: verū non temporanam hanc, sed perpetuam visus est optare Dauus, quod summum erat beneficium, quod à domino in serum conferri poterat: vt Simo ille Terenianus, Quod habui (inquietus Sosie) summum pretium periole ui tibi, &c. Nec in iuria libertas seruus talis erat vita, vnde vitales dicerentur; nam vita naturalis in rebus agendis dicendisque, eis ferè erat pro morte: iuxta illud Vlpiani. ff. de regulis iur. Seruitutem mortalitati ferè comparamus. *liberates Deombri.* de Saturnalibus festis, & libertate seruorum in dominos ita copiosè litteris proditum est à Macrobio, vt nō in iuria quis actum agar, qui post eum velit idem conati: quare hoc obiect hic adnotandum purauit: Saturnalia antiquitas celebrata fuisse Decembri mense, uno tantum die, nimirum decimoquarto Kalendas Ianuarias: mox triduo, postea diebus septem, ex quibus quinque habebantur festi: quibus diebus exæquato omnium iure, comissionibus, peculis, muneribus accipiēdis. militandisque, regnis, imperiis, magistratibus designādis, aliisq. pro arbitratricebus innumeris agi- tanda.

tandis sine discrimine seruis & liberis æqua potestas fiebat. Videbo Macrobi. lib. 1. Alex. ab Alexad. lib. 2. cap. 22. Lucianum in Saturnalibus epist. pars *seminum*. propositio distributiva morum virtusque humana in parteis duas, quarum altera complectitur in virtutis pertinacis, altera varios & inconstatibus, nunc malis addictos, nunc mutatis animis ad honestum propensos. An autem tertia quædam virtus pars, in una virtute constans, sit humana, & non diuina potius, nec huius est instituti indagare, & negat Simonides, inquiens, ἡμερας οὐκ εἴης, εἰ δὲ ἀνέστη, hoc est, omnino nemo est innocens, nemo bonus: &, ut dici solet, εἰδίνεις. urget prop. insistit virtutis. pars multa natat. versatur in rebus humanis, nunc animi rectitudine sursum agitatus, nunc illecebris & voluptatibus corporis deorum præcipitatus, ita ut affectibus perinde ac fluctibus vndevisque marinis innatans, vel ad leuem fortunæ nutum rapiatur in omnem partem. *sape notatus cum tribus anellis*. declaratio posterioris parti ipsius propositionis ab exemplo Prisci. *cum tribus anellis*. anulum gestare fuit equestris ordinis; hoc enim erat eius status insigne: ut & latus clavis Senatorij: verum ut omnia præclara solent in peius ruere, tandem anuli vsus coepit esse promiscuus equitibus, milibutis, libertinis, & postremo mancipiis. *modus lanae*. Priscus in prior ætas in sinistra manu, eiusque dígito medico, seu *magister*, gestare solebat anulum ferreum; non tam ornatus, quam signandi causa. verum de anuli dignitate, iure, gestatione, numero, materia, videbo Plin. lib. 33. cap. 1. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 19. Budæ. in Pandectas. hic monendum lector est ut dispiciat, num pro lœna, malit legere lœna, in hac sententiam: Priscus ita vixit aliquando inæqualis & inconstans, ut in horas mutaret clavum aut latum aut angustum lœna inani, veste militari, & viliori, minimeque forensi. De clavo Satyra 5. libr. 1. *adibus ex mag.* ut inconstans in habitu commutando, ita & in ædibus fuit, adeò ut pro indumento & clavi splendore habitatet magnificè; contrà, pro lœna, aut amictu plebeio conderet se in ædicularis humileis & abiectas, qualevis incolere solent libertini fortunæ medioeris. *iam moxus Roma*. inconstantia nota ab instituto & virtus modo, non sine obliquo crimine luxus Romani, & commendatione Athenarum à disciplinis liberalibus: ferè namque ita usus venit, ut eorum quibuscum vivimus, moribus nos accommodemus, τοις ἀνθράποις γὰρ οἱ Κοινωνίαι χρέους συνεχομένους, id est, hominum mores & vita ad regionis habitum respondent. hac de causa Priscus tam fuit inconstans incertusque sententia; ut modò marchari, modò docere vel-

ler. & doctor, habent omnes Blandin. codices & Mart. quos secuti sumus. *Vertumnus quotquot sunt natui iniqui*. Epiphonematis species in inutile Prisci ingenium. De Vertumno Deo vide Commentatorem. Hoc autem pro auctario adiiciam, *Vertumnus Deum esse annum veritatem*, ceteros: qui propter variam cœli faciem dicitur apparet multis formis, variis, & mutabilis, nunc arator, seminator, messor, nunc vindemiator, plantator, holitor, nunc fossor, frondator, & quid non? at tandem in Auviculum conuersus, singitur Pomona viarem ducere, nimisq[ue] frugibus iam maturecentibus. legit 14. Metamorph. Ouid. Inquis ergo Vertumnis nauci dicuntur infelices, & variis casibus exerciti. *scurra Volanarius*. declaratio posterioris parti, ab exemplo Volanerij scurra. *conudit articulos*. comminuit. Vnus codex Bland. habet, contigit articulos: pro simplici tetigit, quam lectionem nō putarim inferiorem alia, *mittentes in phymum* sic codices Bland. 4. Busl. Sil. & hanc quoque lectionem cum Cantero doctiss. iudico genuinam & Horatianam, inque eius locum irrepisse & pyrgum, ex annotationibus scriptis: est enim φύμα, alveolus oris angusti, in quo ante iactum ab aleatoribus agitantur tesserae ad exitandum dolum: λόγον φύμα, coarcto, costringo. eius meminit & Pollux lib. 10. cap. 31. & lib. 8. Scribitur & φύμα in uno codice Bland. quemadmodum & apud Aeschinem aduersus Timarch. οὐ φύμα, οὐ κοδεύνη ὄγησα, hoc est, & fritilllos & instrumenta lusoria. quod etiamnum apud Cic. hoc modo scribendum esse arbitror ad Att. lib. 14. epist. 5. vbi habetur φύμα πλάτη, pro, ab aleatore, φύμα πλάτη, de quo loco adhuc contendenterunt docti. *quanto constantior istud in virtutis*. sic omnes, quos legi, codices scripti, quos sequimur, præter Tonsi, qui consentit lectioni vulgatae *acrior illa*. sic legitur in omnibus scriptis præter unum Blandin. cuius sententia est, ille Priscus est acrior, ardentior, vehementior, minus sedatus, & ob id miserior domentiorque. Lambinus & Turnebus legunt, ac prior illo. quam scripturam ait Marius Nizolius expressisse Aldum; nec eam damnâdam censeo. *qui tam contento quidam laxo f. l.* sic tres Bland. Tonsi. & Sil. & ealectio mihi probatior visa est ip. a vulgata, ad denotandam vehementem inconstantiam, & ad quæsus inconstitam levitatem. at vulgatam tamen non vitupero. *ram putida*. Metaphoricos, à naribus ad aureis. pro insqua auditu sunt iniucunda. *laudas fortunam*. Dauus ad herum sub persona Horatij. Multis, inquit, laudibus effers diuitias antiquas, non amplas & splendidas, sed modicas, quæ vita frugaliter sustentande satis esse possunt: *commendas antiquam viuendi*.

viuendi modū simplicem, frugalem, tranquillum; non ambītiosum, luxuriosum, non avarum & inuidiosum, sed liberalem & in omnēs bēnignū, facilēque, adeō ut his ipsiā felicitatē n̄gari vides. at si Deus tamen aliquis, tibi ē malis erēpto, ea quae tantopere laudas, largiatur vltro, credo tē recusaturum. subj. in expectatio, evanđelias, sine tuis votis, &c. ut fertur, aūgustinus. dñs ām̄is t̄ ām̄. id est vltro Deus subiicit tibi hęc bona. agat. p̄y. ducat. hic s̄q; difficeret mihi persuaderē alius, hac eō à Dau in hero suo damnari, vt offensorem Mæcenatis animum, aliōsque fortasse potentes viros sibi reconciliat Horatius: in superiori namque Satyra (quae in codicibus Blandinijs & Busl. ab hac est indiuisa) in laude vita, justitiae, & urbani strepitū vituperatione (principio vbi se canit Mæcenati annos septem nihil fuisse quām nūgas) impotentiū aequo sc̄le geslit, vt non iniuria Mæcenatū ei succenferat. Quare sinit à seruo modō se castigari, quasi vel aliud sentire ac dicere, vel loquacius impēdīo, suo ingenio indulgens, ab hēnēto sciens ac prudens discederet, aut quis non sentit. atn̄doyia, à disiuncta, cuius pars prior; aus est ab ignoratione recti, quod magno tamē clamore conatur asserere; aut à simulatione, quod aliud sciat & aliud doceat aperte: Posterior ab inconstantia; quod rectum quidem cognoscat, propugnet tamē, s̄cque ipse nesciat eximere, rectiq; trānsitem ingredi. non sensis. non intelligis, nescis, ignoras; aut nō sentis esse rectius, id est, simulasi; sed prior sententia magis arrideret. heres nequicquam c. hoc est, ita tecū pugnas, ita te tibi inuoluis, vt quid dicas, quid agas, quō te vertas, vt ex his te rebus vindices omnino tibi sit incertū. Vide adagium, in Iuto hastas. Roma rus optas. Ex politio incōstantia à loci commutatione. laudas securum olos. domesticum. & frugalem viētum. ac velut usquam virtus eius. t̄o usquam, non etiam usque, habent omnes scripti libri. usquam. aliquo. amasq; quod nūs. t̄. gaudes domi esse manendum. t̄o amas, in omnibus scriptis adiungitur sequentibus. seruma sero. āspicere. sub luminā prima. paulò ante stellarum exortum. Tale est illud vltum. Epist. lib. 2. Cædimur, & totidem plagiis consumimus hostem lento Samnites ad lumina prima duello, id est, ad noctem usque. nemor' oleum senet o. diab̄m̄os hominis festinantis. cod. Mart. Busl. Dau. habet. ferr. blateras. μαργλούει: impatientia morte. fur̄s que sic libri scripti. Blād. antiquissimum. Tom. Busl. Sil. reliqui fugisques. alterum loquimur, pro eo, quod est, insani, excandescis, nimia cholera agitatis. At si cui t̄o fugis magis placeat, non repugnabitur. etenim fateor. Hec āvito. p̄o. serui est: ne quis cu Pseudacropæcadas dominum interloquit: præco-

cupas enim Daus de ventri quidam & luxui esse deditum. sed heruit coarguit multo esse nequiorum. me dixerit ille t̄o ille, accipitor infinitē pro quavis persona, nomine quidem incerta, sed re ipsa cognita: non enim dubium est, quin herū subindicit: ita vt t̄o ille, respōdeat hūc infinito, ḥ. dī. nō, sūm nōdōre supinor. Synecdochis, hoc est, habeo nājūm supinum, patulū & sublatū ad odorem gratum percipiendum. Sumta metaphorā ab armatis. s̄ quis uis. & si præterea aliquid aliud velis esse me, hūm popino, sim ganeo, si mihi virē modulos ipsa culina per concessionem. tu cūm sis quod ego. Apostrophe in herum cūm insectationē amarulentā: ait enim p̄sum & es popinonem, & se nequorem, hoc est, nequitie & luxurie magis addictum. insectera modi est potentialis: prodebes ne me insectari & verbis lacessere, quasi me essem probior. I mō melior sum te, quod fatear peccatum meum, cūm tu hoc non fatearis, sed verbis potius decoris virtutia tua contegeres studes. verbiq; deco ob. vocabulis honesti virtutisque. aufer me vultu t̄. deprecatio miseriū. manū. stomachumq; te, quiesce ab ira & verberibus tantisper dum te conuinca me nequorem stultiorēmque, non penitus obscuris Stoicisq; rationibus, cuiuscemodi Crispinus Stoicus vti solerit (ap̄oriās: Crispinum enim nihil vbi que quām rideret) sed apertis & vulgaribus, quę vel se quis Crispini janitoribus perspectae sunt & vilitat. Qm̄oēs interprētes hæc interpretantur nobis cūm de Crispino Philosopho sed quid si referantur ad Crispinū balneariōrem, de quo scribit Pers. I puer & strigiles Crispini ad balnea deferit: te coniux alie. propositio futuræ disputationis. peccate r̄ser. m.c.d. punitionis enthyema festinato collectum. īp̄m̄aylūxūs. perinde acsi nullis argumētis aliis sitopus, quām tu moecharis, ergo cruce dignuses, &c. maiore quām Dauis, qui nihil quām meretricatur, m̄ris vbi me. continuat narrationem eius partis, meretricula Dauum capit, &c. quando acris natura, ardens animus, & vehemens libido incendia me &c. 4. cod. Bland. Ton. Mart. habent, intendit, sub clara nuda lucerna. De die, de luce, vel, vrāli volunt, t̄o λόχοι, ο φαῖς; ή λάπταδε. Tonansu codex habet, lacerna, cui non grauatum assentior, ita vt lacerna sit pallium lineum tenuissimū, p̄ḡlāv̄s, Aristoph. Q̄od non impedit, quin meretricula, vt nitida cernatur: quā Coam vestem nominat Horatius sub fine Satyrū. lib. 1. in quaīc, altera nil obstar, Quis tibi p̄eno tridere est. vnu dālm̄. &c. Deinde fidotus iste. 19. cap. 25. Meretrici & vestis, inquit, signū m̄ fuī pallium lineum, quo & matrona in adulterio deprehensa inducentur. emitto q̄od paulo post ait, illa tamen se nō habitu prouta, &c. p̄ciāderat si dicat meretricem mutata.

mutare habitu in Venerem, matrona nequaquam; sed stolam habere ad talos demissam; quæ nō permittit eam purè apparere, ut sit Satyr. iam dicta. quæcumque exceptit sur. v. c. tres bland. cod. sic. ha-
bent, quæcumq; excipit virginis s; ver. cau. Mart. codex, quæcumque accepit. iudicet lector. Sensus autem est, quæcumq; nuda me pñsa est incubum. elunibus aut ag. equum. Indicat autem turpiorem Venerem: ut Martial. ad. vxorem, Hectoris quo-
ties federat vxor equo. meat eadem. Eandē am-
plexetur, cumq; ea rem habeat. tu cùm proieci. ex-
positio alterius partis propositionis, purā, te con-
jux aliena cap. anulo equest. Anulus insigne fuit
equestris ordinis. ut videtur est apud Plin. Romano
ba. toga. ex iudice. eligebantur enim tunc tem-
poris iudices tam ex equestri quam Senatorio or-
dine. turpis. infamis. odoratum. odoribus delibutum. periphasis liberi hominis. obscurante lacerna.
quando vilius indumentū, & scutule tegit & me-
teatur esse seruum turpeam. est autem lacerna pal-
lium obsoletum ad arcendam pluviā. strenuus offa-
rō. quid refert viri virgis. edocet herum non cum eis modo, quem se simular, seruum; sed
etiam multo deteriorem senio. magisq; impium;
ut qui gladiatore non melior, se quasi pñne seruū
libidini patiatur inauditorati. Viri docti hoc loco
ex Acrone statunt auctoramenta gladiatoriū con-
ditiones tres, nimirū viri flammis, virgis fecari, &
ferro necari. Turnebus autem lib. 2. cap. 20. prius
quidem duas recenset, vtpore, virgis viri, & ferro
necari: sed post paullo, Grāmatice, inquit, veteres
(Porphyrio fortasse & Acro). post viri, distinxisse
videtur, & coiuixisse duo lequentia, virgis fer-
roque necari, in qua quidem sententia tantum per
etiamnum fui, donec in manuscriptos codices in-
cidi, in quibus non hanc solūm interpunctionem
offendi, viri virgis, ferroque necari, sum hac adno-
tatione in codice Bland. verusstimo, viri virgis, est
vapulare; & in Diuī, viri virgis est verberari; verū
etiam legi in Tols. codice transpositionem dictio-
num hanc: quid refert virgis viri, ferroque necari.
ex quo tempore cœpi non temerē (ut opinor) cō-
iijcere ab Horatio biastaurum conditiones nota-
ri, tertiam suppositiciam esse à Pseudocrone, qui
parum memor eius quod Epist. 16. ait, habes pre-
cium, loris non vretis, non vides tū viri, hic quoque
metaphoricos accipi: sed opinatus est ad flammam
& ignem pertinere. His itaque versus sic interpre-
tabimur: quid refert, quid inserit, verū virgo gladi-
tor auctoratus pretio, eas viri virgis, hoc est, verbe-
randus, & ferro gladioque necandus, an mœchus
his clausus in arca turpi, quod annoilla peccati herulis
conscia demisit te ita contractum, virginibus tan-
gas caput? non māus enim, quāx gladiatori, tu in

periculum capit, venis, si maritus matrona te de-
prehendat. Petronius in Satyris habet hæc verba;
Eumolpe, vñ, vinciri, verberari, ferrōque necari;
auctoratus em. Budæus ex lege secunda, s. sed eti
cum exauctiorum. s. de ijs qui notantur infamia,
auctorare; inquit, est obligare: & auctorati milites,
saceramento astrixi, & quali obserari, id est, ut si-
pendario obstruxi, ac iam non sui arbitrij. Itaque
auctorare aliquem dicitur, qui suæ auctorati &
potestatdato prelio, eum subiicit iis cautionibus
& legibus, ut verberetur, trucidetur, & quicquid
imperatum aut opus fuerit, promiscue subiecti cui cō-
trarium est exauctore, hoc est, obligatum dimi-
ttere, & suæ iterum potestati permittere; hinc mi-
litēs exauctorati, qui accepto stipendio missi, ac no-
nā donati sunt. Lucianus in Icaromenippo, ridet
hoc miserum genus hominum, inquiens, τὸ γενε-
ταιρίφην ἵσι γαλότον, αὐθόποιον ἵστα θεργάκιον
δέ τὸ ἄγαρα μηδεπέποιο, id est, quod supererit, ri-
diculum est, nimisrum homuncionem septem de-
narij ad agonem esse conductum. Ceterū cod.
Tols. & Bsd. habent hic, auctoratus eras, & terē
in omnibus posuerat ut post vecem contractum.
quod eti non omnino improben, ramen mihi vi-
detur adiecticum, quando hic ordo verborum sit
planissim, quid refert, eas vir. v. &c. an clausus in
arca turpi tangas caput pedibus? ita ut hæc per pa-
rentheles quodammodo includantur, quò te de-
misit peccati conscia herilis contractum. an turpi
cla. in a. & τετάχει. pro tu turpis, &c. est nemarito.
hoc ero: ema Dau sumit expositionem ex lege Iu-
lia adulterii illa tamen se non habuit. sensus est,
ut arbitror, tu cùm nō seruo vilissimo tantum, sed
etia quousque gladiatore duriora patiaris; cōdes mi-
ferior, quod ea te non ita redamet, vramore tui ve-
lit esse meretrix, tēque, relictō marito, comitari,
adulterijque damnari: formidat enim ne amore
similes. Hæc autem tria, mutare habitum, mutare
locum, peccare superne, sunt meretria: Matrona
autem adulterij damna pro stola inuidetanc
toga, ut suprà dictum est ex Isidoro. Sic & Epi-
grammatius lib. 8. Coccina famosè donas & ian-
thina mœchæ vis dare quæ meruit munera mitte
togan. Item 10. Thetin viderat in togas spadonem
damnatum Numa dixit esse mœcham: peccare
superne. hoc est, non sit omnino abiecta, vilis, &
impudica more meretricio: puto namque hoc per-
tinere ad infamem inuersamq; Venerem, ad quam
nequit matrona induci ab adultero deflassato: &
hoc ipsum est quod in Commentatore scriptimus,
vix tandem ex barbarissimis characteribus codicū
Blandiorum eritū, τετάχει. adulter enim
mutat habitum, illa nequaquam; adulter mutat
domū, illa minime; adulter nonnumquam peccat
infaret,

in seculis illis, dum non credit amanti, nō peccat superne. Sed quid si per exegesia peccare superne declareret, quid sit mutare loco, nimis matronam succumbere, & non mutare loco, hoc est, non insimul? frigidius enim mihi videtur, ut mutare loco, pertineat ad mutationem sedium in matrona liberaliore, que domi quidem sit pati potest suam pudicitiam expugnari, sed ut foris etiam impudica sit, non crediderit, nisi iam tota sit metetria. Erasmus, superne, accipit pro exterrite, quas dicat, inquit Glareanus, nō peccat palam: conatur enim Daus ostendere mulierem imbecillitate peccare, non dedita opera. Nannius li.4. Misell. putat pro superne olim scriptum fuisse tunc, id est, inconsulto, stulte. Turnebus li.2. cap. i. 8. alia habet sententiam. Codex Diuersi, habet (quantom licet conigere ex notis vnu & veteritate tritis) nō peccat superne, id est, non resupinat adulterum. *ibid sub furcam.* Itaque consulto dabis te in miferandam & detestandam seruitutem, quod nemo seruorum facit, imo ne gladiatorum quidem quisquam, qui non dabo, sed accepero pretio se operamque suam addidit emtori. ite sub furcam, ferre furcam, genus erat supplicij seruulis: hinc dicti furciferi. vide Donat. in Andr. Plaut. in Casina, Deosquælo, ut quidem hodie canum & furcam feras. Aristoph. in Nebulæ, Φραγμάντειον της ἔπου. δ. ἄνθρωπος, id est, hoc ligno constrinxerit: huius collum. *domino furenti.* libidini furiose, nullaque certa ratione tibi imperanti concedes te tuaque omnia. Sunt qui per *te* domino, signari malint, maritum matronæ: quod eti non improbem, tamen crediderim potius hic accipi pro libidine; quemadmodum postea, vrget enim dominus mentem, &c. vbi furorem eius exprimit. *eiusfisi.* eiusfisti periculum, quod te præcipitauit furiolus dominus?: *credo.* *et ipsius:* perinde acsi dicat, neque metues, neque cauebis donec perreas, hoc est, rem omnem, nomen, famam & fortasse vitam amiras. *ötiosus seruum.* exclamatio in indignitatem libidinis, quæ toties ex homine libero seruum facit. *qua bellua rup.* argumentum à maiori subseruens, exclamationi. si bellua nō reddit secatenis unde somel effugit, sed naturam sequitur; qui tu tibi tam es iniquus, tam inconsideratus, & alienus à mente, ut cum sis natura liber & ingenuus, poshabita turpi seruituti libertate, non vites ea pericula ex quibus aliquando viri euanisti *præsum.* malum legere priua, quemadmodum mihi video legisse in codice Diuersi. *magis ego Heraclitus fur.* configuratio à pari: tunc enim à maleficio abstiner metu poenæ. *vbi uasa.* Bland. cod antiquiss. habet visa. *tunc mihi dominus.* colligit quod supra pollicitus est, cimirum dominum suum, & *esse seruum,* & se stultiorum, atq; adeo ne dignum

quidem qui sibi sit dominus, ve qui turpis alij subist: deinde se quingentis emtum drachmis vindicta liberum fieri posse, eum vero nulla vniquam vindicata à formidine, quæ libidinis comes est, liberati posse, quibus argumentis, altero tylogistico, altero ab vnu & fori consuetudine docet. Daus herum se esse nequorem, quod & duriorem seruitutem pateretur & difficiorem. *miseria formidine.* ab effectu, *sue vicarius est.* Argumentum à notario, quo nunc extra ambages docet herum secum esse seruum, hoc modo, *Quieunq; seruo parer, is est eius vicarius & conscius, ego autem tibi seruo parco, quid ni ergo sum tuus vicarius?* assumptio autem certa est, nam tu, qui mihi imperas, alij seruis. *vti mos uester agit.* sic habent codices Ton. Mart. Si. & alij, quos fecuti sumus. *tibi quid sum ego?* nempe. Vnus codex Bland. habet, ubi quod sum ego, sine interrogationis nota, verum fecutus sum vulgatam lectionem. *nempe.* subiectio species: sibi namque responderet Daus, & assertio se esse heri sui vicarium: ea enim huius adverbij, *nempe,* vis est precipita, ut affirmet interrogacionem: testimonio Vallæ, Linacri, & aliorum. Sic & Epistol. 1.6.1.1. Respondes-ne tuo dic fides nomine? *nempe.* *tu mihi qui imperitas.* ellipsis hic est coniunctionis causalis, nam, aut similis, *alij seruis miser.* sic codex Bland. antiquissimus cum duobus alijs, nō etiam, ut ceteri omnes, alijs, quem nos fecuti sumus, ita ut sententia sit, alij seruismiser, cimirum domino furenti libidini, ut suprà: & paullò post, Virget enim dominus mentem non induceris ut nensis al. Muretus vir doctissimus gravius hic inturgit in interpretes, quos si volet esse Actonem & Porphyr. profectò nō facit pro merito tantorum virorum; quorum si extarent incontaminati Commentarij, neque cxcitatis eos argueret, & serius hanc interpretationem *et sanguinaria* pro sua euulgasset, vt lectori constare potest ex Commentariis antiquis, in quibus ex scriptis libris adhuc superest antiquitatis miserabiliter lacere vestigium. *De dogmatibus* leganteur annotationes Mureti & Lambini Comment. & aliorum. Evidenter quodque an alludat ad Silenos Alcibiadis, de quibus legitio Chiliades Eras. vindetur eum Daus herum suū Sileno alicui similem fingere, ut qui multo esset alius intuenti proprius, pura seruus, quam summo habitu vultuque appareres. Non autem me daret Silenos imagum quæ fuisse extrinsecus quidem ridiculas, intrinsecus vero divinam quandam artem sculptoris ceire: sed quid vetat id etiam de prepostoris Silenis interpretari? *quisnam igit lib.* Erotema ex Stoicorum sententia. *sibiq; imperiosus.* sic codex Blad. antiquissimus cū Ton. & Bull. Quam lectionem

Canterus quoque natus impudobat. reliqui eodices omnes habent, sed qui impert quam non domino. In hanc sententiam ait Claudio. Si metuis; si prava cupis; si duceris ira; seruit; patere iugum; tolerabis iniquas interitus leges; tunc omnia iura tenebis; si poteris rex esse rui. Sed hac de re locutus in l. Epist. lib. 1. fortis responserat Hellenismus. Hęc autem prolixior expōsito Stoicæ sententia, paucis hoc modo reddi potest: liber est; qui aequum dejicitur aduersis (cuiuscmodi sunt paupertas, exilium, vincula, mors, &c.) neque prosperis effertur; vt sunt honores, libidines, fortuna bona, &c. quibus solet humanus animus vehementer concu rapique in omnem partem: op̄oret enim hominem liberum esse sapientem, regem, temperantem, liberalēm, moderatam, fortem, continentem, &c. Virtus enim ex Stoico dogmatē ita secum virtutem trahit, vt concatenati atulit. ut proprium q.n. id est q. dñs, possesse, hoc est, quod possit verò facere tuum esse? quinque salentia p. regreditur ad intermissum propositum seruitur his heris. foribus repulsam p.g. per pulchritudinem positionum transversa communitatio, p̄b co quod est, perfusum gelida repellit à foribus. turpi colla. iugo. turpe iugum libido: ab effectu. liber. liber sum. amara insultatio per iterationem. urget enim d.m. αἰνοτόγλως, ex natura relationis: is enim non potest esse liber, quē virgo & impellit dominus. vel tunc! Passim a.s. s.a. arguit heru seruitur à nimio pictura studio. Sed & Cie. talem declarat esse seruum in variarum eo paradoxa, ἡ πάντες οι σφόια τις έργη, quem studiū detinet Aetionis tabula, aut signū aliquid Polycleti. aut Pacidiani. Codex Bland. habet hanc dictiōnē sine vila macula aut litura, quem sequuntur; nam & apud Cie. s̄p̄ius hoc nōm̄ occurrit. Sic legit Adria: sunus noster in Nomo' Marcella à se castigato. contento poplite, esse contento poplite, quod gladiatorum est, sic dixit vt Cie. 2. Tūc. vt onera contentis corporibus facilis feruntur, emissos opprimunt, &c. & Virg. 3. Georg. Contenta teruice trahunt stridentia plausta: ita vt contentum idem sit quod colligatum & coniunctum. no quām & cessor. suppeditat vītu; audito; h̄c est, dico a te. cessor. óxos, piget, signatus, serui proprium. si ducor libo. de libi confectione vide M. Catonem de agricultura. obsequium. ventris m.p. s. cwy? anastrophe signi interrogativi; car. vt hic sit ordo, eur obsequium Veneris mīhi est; permītis suis in nido fūmantib; quām eib; vītu; palatūm vīd; deliciā; sūna; requirat; sit namquā facienda est. interpellatio, vt rā cur, precedentis, nō etiam sequentia respiciat. Virgo plectronim. confessio: fūetur gulam esse in causa cur p̄cūnslūrū; fed ostendit hec sus illecebris mītūd; diffundit; usq; fe-

malum. qui tu impanis illa que parvo sumē nego; op̄om̄q; capere; tūc habent omnia scripta; nec quicquam immoēdū proprie ap̄partam sententiam. impunitos. adūne cīa, pro impunitius, siue impunius: vt sensus sit, quo pacto impunius quām ego, conjectaris illa op̄om̄ia, illas delicias quae nequeunt parpo comparari? tempo int̄m̄d̄re sunt cīp; non lapīns proprie assuetudinem; aut genitac ex ventriculi cruditate. ἀρρεψίαι, seti ἀντίψαι, ructum acidum. tūc p̄fīḡ pedes: per gonogram, quae ex genuum debilitate, & humorum redundantium collapsu otitur. an hic peccat: argumentum à minori; si peccat seruus, gaudiā quae criminatur, quod p̄ strigili reūm accipiat, quanto magis herus, qui vorax valuerit p̄stimo hūmū? qui p̄ter vīam fūsīda mītāt. sc. sic legitur in omnibus scriptis, que mutare nolui; est entus hypallage, & oratio fluida. Vide Epodo 1. peculie Calabris antē. &c. non horam tecum esse, ostendit herum se multo puniri acerbūs, vt qui nō corpore modō, sed etiam labore avim̄. hoc autem quod ait Daous, non horam regem̄ esse potes; aut ad animalium non ornatino bene sibi consilium, aut quod aragis arbitrō, pertinet ad inaequalitatē vita, cuīnīmodi inconstans supra damnavit Priscum. te ipsum vīas fug. tecum pugnas, es præsens ablens. fugitiūs. ep̄iheron serui, qui fugit eo animo vt ad dominum non revertatur. Errō: sic scriptum est in antiquissimo Bland. Tonisi Diuizi, Busi. Nan. Mart. Sil. in tribus aliis Bland. vt erio. dijudicet lector. Est autem erro; auctore Ylpiano, seruus nugator vagabundus, sed ad dominum tandem rediens. Arrianus de re militari, levius itaq; delictum emansoris habetur, vt erroris in seruis: defortoris autem grauius, vt in fugitiūs. comas arra: ipsa ministrum cura, vnde mīhi lapidem. per pulchra & lepida dñrōmōnēs, heri infanti & serui illudentis herum. in sanīt: non est sanus, non est sanz mentis. aut versus f. furit. Cic. 2. de natura Deorum, iam Apollo versus facete desierat: alludit ad futorem diuinum, ὁδηγηταρ. decodes opera agrov. S. Sententia est, nisi citius hinc abeas, taurūm abeas, vt te libertate donant, vt ex seruo urbano & honorario efficiam te vīlem & abiectum. In ea namque significatiōne vīd; opera, vīsi sunt optimi: quique auctores, Cic. præcipue, qui pluribus in locis tōrumeliose sati appellat op̄eras; sordidos abiectosque & vīlos testificios h̄pm̄es: vt pro Sextiō: Cūm per tributūm aliquid & sextentas operas se fortassis spoliari videant. & alibi, Operarūm, iubuit, suarūm gladiis & lapidibus obiecere. Item pro Flacco: opera facessant, seruita fileant.

E G L O G A V I I I .

F. V. N. D. A. N. I. V. S.

V T te Nasidieni iuuui cena beatis

Nam mihi quarenti coniuiam , dictu heve illis

De medio porare die. sic, ut mihi nunquam

In vita fuerit melius. da, si graue non est,

Qua p̄ima iraq̄ ventrem placauerit esca.

In primis Lucanus aper, leni suis Austro.

Caput, ut aiebat cena pater. acris circum

Rapula, lactuce, radices, qualia lassum

Peruelunt stomachatum, siser, alet, secula Coa.

10 Hic v̄la sublatu puer alicet cunctus, acer nam

Gansape purpureo mensam perterritu: & alter

Sublegit, quodcumque iacereat inutile, quodque

P̄d̄st coenancis offendere: ut Attica virgo,

Cum sacris Ceteris, procedit Fuscus Hydaspe

15 Cecuba vina forens; Alcon Chiruni mari expers.

Huc herus, Albanum Mecenas, sine Falernum

Te magis appositus delectat: habemus utrumque.

Dianas miseris. Sed quis coenantibus vna

Fundani, pulchre fuerit tibi, nosse laboreo.

20 Summus ego, & prope me viscus Turinus, & in-

Si memini, Varius. cum Serulio Balatrone (fra-

Vibidiu: quos Macenas adduxerat umbras:

Nomentanus erat super ipsum, Porcius infra,

Ridiculus totas simul ob sorbere placentas.

25 Nomentanus ad hoc, qui, siquid forte lateret,

Indice monstraret digito. nam cetera tuba,

Nos, inquam, canamus auei, conchylia, pisces;

Longe dissimilem noto celantia succum:

Ut vel continuo patuit, cum passeris, atque

30 Ingustata mibi porrexerat ilia rhombi.

Post hoc me docuit melimela rubore manarem:

Ad sumam delecta, quid hoc intersit, ab ipso

Audierit metu: tuin Vibidiu Balatrone:

Nos, nisi damnosè bibimus; moriemur inulti.

35 Et calices pascit maiores. vertere pallor

Tum parochi faciem n̄ sic metuentis, ut acreis

Potores: vel, quod maledicunt liberius: vel,

Feruenda quod subtile ex furdant vina palatum:

Invertunt Alfanu vinaria tota.

40 Vibidiu, Balatronq; secutus omnibus: imi-

Coniuia lessi nibilam nocere tagenu:

Afferitur squillas inter murana natantes.

In passim, porrecta, sub bac bacu, bac gracida,

inquit,

Capra est, deterior post partum carne fuscura.

Hū misum sus est oleo, quod prima Kenafit

Præfæcella, gero de succis pisces liberi,

Vino quinquenni, verū cistram mare natu,

Dram coquitur: cocta Cibam fac conuenient, ut non

Hoc magis vllum aliud: pipere albo, nō sine acetu,

Quod Methymneam viuio mutauerit ruator

50 Erucas virideis, inulas ego primus amaras.

Monstravi incoquere, in luto Currillus echinos,

Ut melius muta, quam sesta magis remittit.

Interea suspensa graueis aulae ruinas

In patinam fecere, trahentia pulueru atri,

Quantum non Aquilo Campanis excitat agris.

Nos maius veriti, postquam nibil esse pericli.

Sensimus, brigimur. Rufus posito capite, ut si

Elius immaturus obiffer, flere, quis est?

Finis, ni sapiens sic Nomentanus amicum

Tolleret? beu fortuna, quis est crudelior in nos

Te Deus? ut semper gaudes illudere rebus.

Humanus! Varius mappa compescere risum

Vix poterat. Balatrus suspendens omnia nato,

Hec est condicio viuendi, aiebat: eoq;

60 Responsura tuonunquam est pars fama labori.

Tene, ut ego accipiar laute, torqueret onus

Sollicitudine destrictum? ne panis adustus,

Ne male conditum ius apponatur? ut omnes

Præcincti recte pueri, comique ministrent?

Adde hos præterea casus: autea ruant si,

Ut modis: si patinam pede lapsus frangat agaso.

Sed coniuatoriis, ut ducis, ingenium res

Aduersa nudare solent, celare secunda.

Nasidienus ad bac: ibi dij, quacunque proceris,

75 Commoda dent: ita vir bonus, cōiuiaq; comit.

Et soleas poscit. tum in lecto quoque videres

Stridere secreta diuinos aure susurros.

Nullus his mallem ludos spectasse: sed illa

Redde, age, quæ deinceps rishift: Vibidiu dum

Quarit de pueris, num sit quodque fracta ligera,

Quod si poscentis non dentur porcula: dumque

Rideatur fictis rerum Balatrone secundo:

Nasidieno rufia mutare fronti, ut arte

- 85 *Emendaturus fortunam. deinde securi
Mazonomo pueri magno discerptaferentes
Membra gruis sparsi sale multo, non sine farre:
Pinguibus & fuscis pastum iecur anseris albi,
Et leporum anullos, ut muleo suauitus, armos,*
90 *Quis si cū lumbis quis edit, tum pectora adusto
Vidimus & mesulas pori, & sine clune palumbes
Shameantes, si non causa narrates carum, &
Natura dominus: quem nos sic fugimus vlti,
Ut nihil omnino gustaremus: velut illi*
95 *Canidia afflasset peior serpensibus Afris.*

C O M M E N T A T O R.

FUNDANIVM amicum suum interroget
Horat. qualis ccena Nasidiensi diuitis fuisset apud
quem ipse coenauerat: quam ex ordine describes,
ostendit eum in lauriis suis & apparatu magnifico
iactando fuisse putidorem, ut. quomodo, qua-
liter. iuuis. delectauit. beati. miri beati. diuitis.
coniuiam. te scilicet Fundani. here. pro heri. illuc.
apud Nasidiensem. de medio die. à meridie. sic.
supp. acceptus sum in ccena, sic ea me iuuir, ait Fü-
danius. ut. mibi num. vt. nūmquam fuerim acce-
ptus iucundius. da. s. g. n. e. dic. ait Horat. iratum.
esurientem, famelicum. *Lucanus appr.* valentil-
simus. species pro genere. fuit. supp. qui. leni au-
stro. ameno, non astuoso. coene pater. pastor, pa-
ter familias, coene prebitor, eggers rū dātus, ovu-
nus iugos. acria c. aut quia habent quandam acri-
moniam, aut quia cum acero coadiuantur. rapula.
neutro genere, & deminutiuē, pro rapis, seu napis.
radices. pāpasis. lassum. fastidiosum. pernelliunt.
cum quadam delectatione pungunt & exilicant,
vellicantque & permouent stomachum fastidium-
tem ad. apēz. siser. genus oleris. vtile stomacho.
fecula Coa. diminutiuē. hic ubi. vt. postquā. puer.
terius. alter cinctus. noratus seruos iunctos,
inornatos, & rudes. acernam. de acere confectam,
sō opīdūas. Græcē dicitur æbor, vnde fiunt ta-
bulæ: & hoc notat eius sordidiem, quod pro diui-
tis non habuerit mensam citream aut vermicula-
ram. Gauſapse. mappa villosa. hic Gauſapse. alter.
post illum qui terit. sublegit. aedēq. inceres.
remaneret. iuustile. sordidum. offendere. ledere vi-
sum, mouere fastidium. ut. tamquam. Attica vir-
go. sacerdos Cereris. illas vult quas Tullius in ver-
tini. ἀντίφαπος ait, quæ sacra Cereri sublatris supra
caput manibus, in lportulis portare solebant. Kef-
cus Hydaspes. ridet nimiam pomparam in tenui ap-
paratu. Hydaspes, Alcoa, uomina sunt ser-

vorum Nasidiensi. Chianum: e, sine marissa aqua
Græci namque solent vina miscere aqua marina,
vt non facile corrumpantur: vnde institutum tra-
dit Varro, vt Delphini circa Liberum pingeren-
tur. aut mari expers. id est, non mari adiectum,
sed in Italia natum & factum. hic herue. tunc Na-
sidiens air. et magis appositus. si vinum Albanum
aut Falernum magis te delectat appositus, id est,
quam quæ apposita, & in coniuio presto sunt,
scilicet Cæcubum & Chiū. dimittit mīstris supp.
narras, inquit Horatius. quod sollicitè & magna
cura seruabantur, & non apponebantur. sed quis
canant v. valde scire cupio, qui tecum coenauerint
hilariter & iucundè. summus ego. in cornu, in sum-
ma parte lecti, suppl. etram vel sui. Thrinus. aut
proprium est, aut gentile, nimisrum de Thurio op-
pido Calabria, cum Serrulio Bal. Vib. hic erant in
altero lecto cum. Mæcenate. umbras. parasitos.
Nomentanus. erat. in tertio lecto. Nomentanus
autem erat Decumanus. super ipsum. supra Nasidi-
ensem. Porcīus. Publicanus. simul obſorbere pla-
centas. notar paruitatem placentarum: quare ri-
diculus obſorbere, hoc est, in obſorbendo & deuo-
rando totas placenteras. Nomenianus ad hoc. ad hāc
rem erat ridiculus. Iuxtes. Porcium: quod Por-
cīus non aduerteret, sed eum subterfugerer. inde
monſt. dig. alluit ad morem licitationis: erat enim
Nomentanus Decumanus & Porcīus Publicanus:
Publicani autem sublatto dito ligitationem ve-
ctigium faciebant. nam cetera tristis nos in
interrogatis. verba sunt Fundanij. longè diffimiles.
mejorem. nato. vfitato. celantia. intra se conti-
nentia. succus. saporem. patnit. probatum est.
pafferis. paffer est genus pilicis. inguſtata mibi. à
me. quæ anteā non gustaueram. docuit. Nasidi-
enus. melimela. suavissima mala. redorta puda.
rubore. esse rubicunda. minorem ad lunam. ad in-
crementum lunæ, quando luna crescit. delecta ex
arbore. quid hoc interfit. quid hoc sit, & qualis sit
differentia, quod me imela crescente luna rubent,
ipse melius te docebit quam ego, qui mihi nar-
ravit. Vibidius Bal. supp. ait. domosid. hoc est, ita
multum, ut damaum tentiat, qui conuinuum pre-
bet. moriemur inulti. quasi miteti: hoc excretan-
tium eit cibos, & comminiantum in pocula, ad
vindictam. verters. Enallage, pro vertebar, muta-
tabar: vel est ellipsis verbi corporis. porochi. Na-
sidiensi, domini ipsius conuinij. ut. quam. liberius.
per chrietatem. subtile. tenue. & puru. exſurdant.
furdom reddunt, ut iam non tentiat laporem.
Allisanum. calicibus & poculis maioribus. est autem
Allisanum dictum ab Allise oppido Samnij, vbi
maiores calices siebant. alij volunt fuisse vicum
Campaniae, vbi siq̄iles & latiores calices siebant.
enuntiant.

*inuenienti exhauiuntur aut est hypallage, ut sit sensentia, inuenitur Alifanos calices tota vino ebibito, ut vinaria tota ponatur pro vino; vel inueniuntur vinaria, id est, *ἐνσφιγεῖς καὶ φαλῆς γένονται*, id est, vas in vinaria in caput vergunt, ita ut ore terram tangereant. *imicmina lecti*. Nomentanus & Portius qui in imo lecto erant accumbentes, nihil nocuerunt lagenis, id est, nihil biberunt. Alij sic legunt, *secuta omnibus imis conuina lecti*: id est, electi viri, Mæcenas & alij nobilis nihil biberunt murænæ, in iuscuso. *sub hoc*, in hoc misu allato, heros, dominus conuiuij. *hic granido*: quasi tunc sit melioris saporis etim grauidæ cit. *hus*, murænæ & squillæ est iuscuso commixtum, in quo habant squillas. *χρόνος Græcæ*, *prima*, optima. *Venafri*. Venafrum ciuitas est Campaniæ, ubi nascitur optimum oleum: sed hoc tamquam fictum ridet Fundanius. *cella*, olearia, *garo*, cum garo liquamine, *pescis Iberi*, Hispani, *vino*, cum vino, *verum circa m. n.*, vino Italo, *dum coquitor*, ius cocto, iuscuso. Italicum & Chium vitrumque aptum est iuscuso. *hoc magis ut supp. conneniat*, *pipere*, cum pipere & acetio ius mixtum est. *quod*, accurum. *Methymna am v. m. s.* Methymna oppidum in Lesbo insula. *vicio*, suo, murænæ, dum mutatur, acidam fecerat, & vitiauerat. *erucas*, eruca nomen est herba, quæ *τοξίκη*, Græcæ dicitur. *inula*, inula, *ιάτην*, Græcæ, nomen herbae, *incoquere*, in iure illo, *echinos*, pisces docuit incoquere. *ut melius*, supp. sapient. *maria*, cum maria, *sophia marina*, peregrina, Græcæ, interea, duni hæc narrat Nasidienu. *aulas*, corinæ, vela. Apud veteres tensis aulæis exercebantur conuiuia: unde permanxit consueto militibus, ut tentoria habeant: sub cameris autem tendebantur, ut si quid pulueris caderet, ab ipsis exciperetur. *pulueris atris*, supp. tantum. *Campania*, in plantis locis plus est pulueris quam monstrosis. Campania autem in campis sita est, unde etiam nomen accepit. *nos maius v.*, ruinam domus timentes postquam nihil esset. postquam sensimus stare domum, *enigmar*, apparuit hic conuiuia in lectis discubuisse. *posito capite*, in lectum. *Rufus*, Nasidienus, erat enim binomius. *immaturus*, adolescentis obiisse. *stro*, siebat, vel steteceperit, quasi percussus orbitate filii, describit luctum Rufi. *quis effe f. blandi*, quam diu ille fuerit? *sapiens*, simulans sapientiam, ironicos, tolleret. consolatione fletum mirigaret. *hæc fortuna*, Nomentanus ad consolationem Nasidieni, sic conqueritur de fortuna. *te Deus fortuna*, Deus. ut, quomodo; qualiter. *composceretur*, ne audiretur ridere; mappa namque os occudebat. *suspensus e. m.*, omnia artidens. *hac est cond.*, ut etiam in prosperis aduersatione defensit, cœquus, id eoque. *fama gloria lebeti*.*

in exhibenda terna, *tēn' ut accipiāt l. ἀσιοπάστου* supp. oportet. Ita apud Terent. in Phorm. Téne a-symbolum venire vñctum atq; laicum è balneis, otiosum ab animo, cum ille & cura & sumtu absumitur? *accipiāt*. ut, Illos porticibus rex acepsiebat in amplis, *agazō*, is propriè est qui iumenta tractat; hic autem satyricè significat escarum ministrum, quem vulgo nominant inferorem. *sed conuinaro*. Quemadmodum, iacuit, dux exercitus in aduersis rebus probatur, utrum nouerit opulentiæ tutariq; suum exercitum, nam felicitas in militia celat imperandi scientiam; ita coniuuatoris prudenter in aduersis cernitur, quemadmodum possit zelari & tractare suos conuiuas, *nudare f. demonstrare*, probare. *Nasidienus ad h. ait. cōmō facetus, elegans, soleas, calopodes, nempe ad reparandum conuiuium. in lecto*, in vnoquoque lecto. *fridore*, postquam Nasidienus discessisset, ceperant conuiuite susurrare in autem scelerantes, qualiam putarent ocas allatum Nasidienum. & notandum est, quod in ipso versu sit imitatus sonitu suspirii. vi, Lento ducunt argento, &, fale laxa sonabant, nullos his m. ait Horatius, *his*, quam hos reddere age. dic, refer, huic est reciprocum illud Virgilij, *Sacra refer Ceteri*, id est, reddi. *Vibidius*. Verba Fuedanij. *videtur fictus*, iocis; quia qui vult mouere risum, se singit aut in aestum, aut iratum, aut hilarem, &c. infar-mimorum; aut rideatur propera figura Nasidiensi & eius sordeis. *Balatrone*, secundo, hypocritam agente, subsequente, subseriente, pocula etiam poscente, secundabat omnia iocis suis. *Nasidiene r. apostrophe ad Nasidienum* reueuentem. *mirata fronte*, iam latior. *Mazonomo*. Mazonomus genus est lancis capacioris, in quo deferuntur elæ, magna scutella. *discorpa*, diuisa, quam si cum l. Lumbi plus habent carnis, armi vero duriores sunt: oblati igitur nobis sunt armi sine lumbis, quos coruomodis est solos esse, quam simul cum lumbis, quia lumbi habent aliquid terribilis, & saporis miseri iucundi. *quis edit*, subiuncti modi, edim, edis, edit: nunc edam, odas, &c. *adusto*, asto, columbes, silvestres columbas. *merores carnium*, li nobis non recitales carcas non allatarum clunium & lumborum. *sic fugimus*, abcessimus illicet: *gustaremus*, quia Nasidienus foras dicebat se inuenire vermeis in ceteris partibus quas non attruit. *velut illis*, cibis.

C A V O T I V S .

SI Catiūm Satyræ, huius lib. induxit Horatius in præceptis suis cœnæ recensendis, sui quoddammodo immemorem, ineptum, turbatum, de pro hominibus sui ordinis mostrophilauum: hic videat-

hic videt Nasidieno, Carij fortasse preceptorē, vel potius, ipso metu Catio Nasidiens, apponi cōnam Mæcenati, Fundanio, ceterisque conuiuis nō magis ordinatam, sed planē cōfusam, insulsum, crassam, & inde à primis ad extrema usque ferecula fortidē folidam, nec minus vanā quadam ostentatione ridiculam, ad improbitatem, credo, auaritiae eelam. instituit autem mensam tripartitam, ad maiorum arbitror, imitationem, ex a pro Lucano, murēna parinaria, & venationis aucupiūque particulis in mazonomo allatis. Initio quidem, contra omnem cōnen rationem modūmque, a pro Lucano corrupto rancidōque circumponi jussit, non quā famelicum, sed qualia stomachum lassum, nimiāque crapula languidum recreent, vel ex praecepto Carij Saty. 4. his deinde sublatis, vi- nōque in triclinium magna pompa allato, ostentatōque, cum placentulis, & paſſeris rhumbisque cōditiis iiiijs, melimeliſq; , allata pōst murēna est ānter squillas in iuſcello natanteis, quod suum inventum, aut ſaltē compositum mixtumq; mitē prædicat. sed eam cūm non gustarent, vel propter insipidum condimentum, vel ob caſum aulōrum repentinum in patinam: tandem post largum Nasidiensi ſerum, in mazonomo (nescio an Greco more cum cantu & tibicine) comporata ſunt auium variarum leporumque fruſtula putida, redolentiāque adulſionem: quā vñā cum Nasidieno conuiuas ait Fundanius perinde fugiſſe arque vēnum præſentissimum. Ceterū hæc conuiuij narratio tam iucundē concinnata eſt, vt, actioni alicui ſimilis, per omnia ſibi lepidiſſimè respōdeat: Exordio namq; cēnē malē composito, tamquā protaſi, ita ſubſeruit commemorationis epitasis ex aulōrum ruina puluerentia, vt epilogus exitum habeat planē facetus & ludicrum: Prætereo quānum præſenti commentationi condiendē commoden Nomentanus, Portius, Vibidius & Balatrus. ut te Nasidiens i.c. b. ſic habent duo codices ſcripti, puta, ſil. & Mart. cum vno & altero vulga- zo, quos ſecuti ſumus, indignū rati Horatiū ceh- ſere pauci in verſibus ſui oblītum eandem Sylla- bam nunc produziſſe, nunc contraxiſſe. citra omniem neceſſitatem, nimirū, ſecundam in dictio- ne Nasidiens, cum ſynærefi tertiae & quartæ di- ctiōnis etiādem: Tacco geniū Horatianum clariū eluceſſore, tacco carminis numeros exp̄gato ſermoni propinquiores hoc in ſitu: vnde Defau- terius eriamnum in cæfuris hoc modo legens, ut te Nasidiens, &c. ad fert pro exemplo carminis omni cœſura carentis. De Nasidieno equēfue Romā- nus fuerit, ut vult Pſeudact., nihil quod conijectam habeo; pr̄terquam quod opiner eum eſſe Carium qui Saty. 4. noua coniunctandi præcepta ſum ſatis

rationibus ſibi vendicat. Nasidiens cum Caſſio Parmenti, & aliis factionis Pompeianis defecſe ad Antonium ſcribit Appianus ad finem lib. 5. bel- lor. ciuil. hinc forteſe format Horatius Nasidiens, ut te Nasid. exordium ab eretemate, quod continent argumentum futuræ narrationis. beati ſpiriſſos, quaſi in felicis & miseri, ut qui neſciat rebus suis vti, ſed eas corrumpi potius, & perire, quām frui velit. nam mihi querenti. alioſ ſequi de media pot. d. ridiculē hæc ſubiicit: quid enim illic de medio die porare licet, vbi id ne cenant quidem cōceditur ſine pallore parochi, ut ait Fundanius? ſic. ἀνατέλλοντος. daſſ gra. n.e. omnes ſcri- pti libri habent, dic. irasum vent. ab effectu, iuxta illud, fames & moxa bilem iuſasum conciung. *Lucanus aper.* Synecdochicōs, totum pro parte: at legimus tamen Seruium Rullum primū Romanorum totum aprum vna mensa appofuſiſe. hic Iuuenal. Quanta eſt gula que ſibi totos ponit a- pros, leni fuit Aſtro. Amēno temperatōque or- lo, non exēstente Austro, quo non molleſcere tantum, verum etiam ferina facilē putrefere atq; corrumpi ſolet: quemadmodum ait Satyra 2. hu- ius lib. At vos o. Aſtri, coquite horum opſonia: quare leni Aſtro captum dicit, quod celeſt eius ſc̄- torem. cēne pater. p̄fectus, quaſi ἔργον ἐκόμη. acria circum. hæc eis aὸς ὀμῶνα faciunt omnia, non autem ad ſtomačum famelicum placandum. quare hæc non ſuo loco appoſita ridet Fundanius. ſed forteſi opinatus eſt Nasidiens his ἐνσημάχιis tollere ſe poſſe, aut mitigare nauſeam ranciditatis apri Lucani. Solebant quidem Romani cibos de- licatiōres herbis condire, ſed non niſi conuiuia iam exaturatis & edendo languidis, ad orexi prouo- cadam. hinc eſt illud Martialis, Dum turtur mihi pinguis erit, laetua valebis. Quod aveum circum, dicit, ſatis oſtentit in triclinio cēnam fuſſe appoſitam in orbiculari auiena. Sie & Catius Ecloga 4. puris circum fuſſe catillis. ſifer. herba, curus ra- dii decocta ori grata, & ſtomačo utiles, vrinam cier, & inuitat appetitiam, ait Dioscorides. Flandris ſup̄cet wortelkens, oſt Herille. Gallis Che- ruy. ales ſecula Con. de halce & fece, vide quā adnotauimus Satyra 4. huius lib. hoc tantum hic apponendum putui, ſeculam condimentum eſſe ex eo genere quod ἀντίτ. Plinio dicitur lib. 11. cap. 15. quod ex crassiori ſedimento purum pro- fluſit. Qui autem nane vſus inualuit, ut ſex & fi- cula cum diphthongo ſcribantur, cūm omnes manuſcripti libri, e ſimplex oſtentant, diſputat doſti; mihi certe a diphthongus ſuppoſiticia vi- dentur, nam & Græcam φίλα (quod a Latino de- ductum oſtentit Galenus) θεοſſlib. i. inquiens, φίλα τοι γεγονέναι, οὐ πάρος φίλα τοι γενέναι, per e

per e scribitur. puer alter cōfusus. sic habent duo cod. Mart. & Sil. quos fecuti sumus propter ἀγλα-
όιον τὸ alter, sublequentis. mensam pertierit. quid si pertexit, legamus? is enim v̄sus gausapis appetet
fuisse exilio Martialis. Nobilis villa tegant tibi
gausapa citrum. & alter subl. hoc enim moris era-
rat in ecclēsī sollemnibus, vt ex toto famularū asta-
te, alter reliquias colligeret quæ de mensa cadunt,
alter murmur compliceret, alias sputa ē pau-
mento, & si quid præterea esset immundi, verre-
ret. Attica virgo. periphrasis κερνθίας, hoc est,
canistris fræ virginis; quæ quasi pertæla virginira-
tis, sacra Cereri ferebat in canistro, vt, quasi exau-
ctorata, viro nuberet. Vide Halicarnass. lib. 2. anti-
quitatis Romanæ: & Adagium, ingredi Iuno-
nium. Cœcuba v. f. de vino Cœcubo & aliis Italicis
vide Athenæ. ad finem lib. 1. Alcon Chium m. e.
maris expers, id est, non Grecum, neque ex Chio
insula nauigio per mare in Italiā allatum, sed in
Italia natum factumque & pertenuē, vt quod ma-
rinan non ferret. De vino Greco factitio, lege Cat-
tonem: de vino autem marino confidio, Dios-
corid. bic herus. Cùm Nasidienus aduertetur Mæ-
ceatam, vel auersari, vel non gustare allata vina
propter acerbitatem fortasse vel tenuitatem, satis
arroganter quidem iactitatē habere nobiliora si
ea desideret, Albanum, purā, & Falernum, sed adeo
miserum describit eum Horatius, vt eis vti non
audeat, inquiens, per exclamacionem. diuitias mi-
seras. nimis rūm ab effectu, quod hominem miser-
um, infelicem, & in maximis fortunis efficiant in-
fortunatissimum, corpore quidem, quod in om-
niū rerum affluentia egeat, animo vero, qui per-
petuò cruciatur habendi libidine. sed queū cen. v. f.
percontatur Horatius qui fuerint alij conuiuē cū
Fundanio bene accepti; ad continuationem nar-
rationis. summus ego. narrat Fundanius quo or-
dine in triclinio conuiuē discubuerunt: summus,
inquit, eram in primo lecto, &c. Romanis non-
numquā locus honoratior summus in mensa
fuit; aliquando vero in medio discubuisse magni-
ficentius putabant: at in imo coniuij dominus
accumbebat: quod hic ab Horatio videmus obser-
vatum: nam in medio lecto Mæcenas cum suis
vmbrais Balatrone & Vibido, Nasidienus in imo
discubuit cum suis conuiuis Nomentano, Porcio-
que. quos Mæcenas adduxerat v. vmbrae Mæcena-
tis fuere Seruilius, Balatrus, & Vibidius, vt habent
annotationes Blandiniæ: à quibus non dissentit
Gregorius Gyraldus in re nautica: quas vmbrae
metaphoricos ip̄a nominaat à nauibus mino-
ribus, quæ maiores comitantur. Apud maiores au-
tem (vt hoc ē τηρίδη dicam) diligenter obser-
vatum fuit, si quis ad coenam benignius inuitatus

accederet, vt, de benevolentia hospitis consilus,
alios veluti comites & vmbras secum duceret. Le-
gito Adagium, vmbrae: at sua sponte conuiuo alii
parato, scelē adiungere non licebat: at si tamen ita
vslū veniret, ve non inuitati, sed curiis, aduen-
tarent, iij in imam lecti spōndam deduci iubeban-
tur. Præterea si fortasse cōuiua serius & ad prescri-
ptam horam non adeseret, eum non admittebant,
aut discubuisse patiebantur nisi triclinio circuito.
prope me. codex Blandinius antiquissimus habet,
pro me; quam lectionem ego prætulerim vñitatae,
vt sit pro me, id est, ante seu supra me: ei namque
ex opposito responderet τὸ infra. atque ea lectio
clarè demōstrat Fundanius discubuisse medium.
super ipsum. Nasidienum. contemtim, tacito vide-
licet nomine conuiuatoris. simul absorbere pl. in
Busl. Bland. vno, & Diuæi codice legitur, temel:
in aliis, simul. deinde in Busl. & duob. Bland. po-
nitur, obsorbere; in reliquis, absorbere. indice
monst. digito. In auctione & locatione attollere
digitum, ē emtorem & conductorem; ih certami-
ne & pugna, deditio[n]em: Manum vero protendere,
pacem peti significabat. Vide Commentat. Torus autem hic locus iocis lepidissimi asperitus
est: nec vlla persona est, in qua non sit suum decou-
rum obseruatum: Nam Portius in eo risum mouet,
quod & solus, & totas placetas obsorberet;
cui recte subseruit Nomentanus, tamquam Decu-
manus, indice designas, qui ex cibis reliqui essent
nobiliores: vt qui insignis helluo, scilicet, certò di-
gnosceret quævis pulmentorum, condimento-
rum genera: Ad hæc Fundanius inuitatus à
Nasidieno, nos, inquit, cetera turba cenamus, hoc
est, cenare solemus aueis, conchylia, pisces, quæ-
que longè meliorem habent saporem, noto vobis
Epicureis hellionibus, quibus nihil bene sapit, ni-
si quod nobis vulgoque penitus est insipidū: quæ-
lia erant condita illa passeris & rhombi, quæ à Na-
sidieno porrecta reliquit ingustata Fundanius:
quod aduertens Nasidienus, sermonem diuertit
ad melimela, non sine risu Fundanij: quare ad
omnem Nasidiensi apparatum, cùm ipsi (cetera turba)
accumberent nauseabundi, neque quic-
quam gustarent, Vibidius commodum inuitabat
Balatronem & ceteros, præter Nomentanum,
Nasidienu, & Porciū, ad pocula: nos, inquiens,
fetore propemodum enecari, moriemur inulti, nisi
largiter bibendo damnum demus Nasidieno, nō-
que ita de eo vlciscamur: hæc enim verba, morie-
mūr inulti, sunt execrantis saporem condimen-
torum planè putidum. damnos bibimus. dam-
num à Greco δυάρην, dapnum, vt ὑπέρ, sōpnus,
deinde mutato, p, in m, fit damnum, somnus: est
autem damnum propriæ ἀνάλογη, pernities, λόγη
S S τὸ δέκτη,

re dñeis, deuoro: vt òdver. & x̄l̄ḡt̄ d̄p̄d̄n̄l̄s̄, dilapidant. sic & Iuuenal. Nulla virtu cura interea, nec mentio fiet damnorum. Ita hic damnosè bibere, est prodigè, profusè & largè bibere, citra parcimoniam, àp̄d̄n̄s̄. porrexerit. Tons. habet porrexerat. poscit maio, sic omnes scripti libri, non etiam poscunt. vertere pallor. pallor metum subsequi solet: verùm opinor r̄ metuentis, non tam accipi propriè, quām denorare laçens odium cum incaudia: oderunt enim & exercent auari potiores egregios, suo vino male formidantes parochi. de parocho vide Ecloga 4.lib.1. acrei. strenuos. vel quod liberius. cauila metus à m̄j̄n̄t̄, seu dicensi licentia potoris; metuebat enim Nasidiene suas sordeis propalari. vel feruida q. altera causa ab immoderato vini potu: redditur enim palatum ad bibendum potentius, & ad sapientum ineptius vbi vini calore obtunditur. Aliis. per l. duplicitarum habent codices scripti. lego Commentator. imi coniuia letti. In Commentatore duplex notatur lectio, sed nos priorem sumus amplexati ex 4.codicibus Bland. velut probatissimam: vulgata namque, fecutis omnibus imis, id est, discumbentibus in imis lectorum partibus, nobis penitus habetur absurdita: Sic enim & Porcius, vnu ex imis, inter potores numerandus veniret, qui cum Nomentano & Nasidiene nibil quām belluabarur appositis delicias, quando Vibidius Balatronem. prouocabat ad pocula: deinde quām, hoc est, ridiculum coniuia lectoris, interpretari delectos & honoratores, quos Fundanius secum velut eiusdem loci & ordinis socios nomine turbē comprehendedit. Quos certe si credimus va condimentorum fastidio propè exinctos, ita & siti enectos discessisse, mirum in modum despimos; ve quos facile cōij. cimus omneis potasse largius (prater Nomentanum & Porciū cum Nasidiene in imo lecto lurones Epicureos) ad nauseam depellendam. Prætereo quām commode respondeat imus lectus summo, in quo discumbebat Fundanius. imi coniuia letti n.s.l. nec mirum si lagenis non nocuerunt; erant enim exhaustæ, vacue vino, & inueræ, interea dum passeris & rhumbi vorarent ilia certaque, sic ad Lollium epist. 1.8. & imi derisor lecti. effertur squillas inter mur. na. Altera mensæ patina, nimirū muræna patinaria, inter naranteis in iure à Nasidiene composito, squillas. De squillis vide adnotata in Ecloga 4.huius lib. De muræna quæ & lampetra, & Oppiano echeneis, vide Plin. lib. 9. cap. 20. & 23. deterior post p.c.f. Constaatinus in re medica ait ferinas omneis esse illudabilis, & melancholici sanguinis, nisi vicinas partui: an idem de piscibus, iudicent medici. Sed arbitror Horatium hic ludere physicam. Nasidieni

rationem. quod prima Venafri. Scribit Columella tres esse laborum ordines, quorum vnu primæ noræ capit oleum, alter secundæ, tertius postremæ: prima itaque cella pro prima pressura ponitur, quādo videlicet oleum nulla ferè vi, sed vltro, quasi lixiuum, defluit. De laude vero olei. Venafri Strabo lib. 5. laudem, inquir, habet olei totus maximè Venafitanus ager, &c. gato de succis pisib. De Canario & gato vide Luhum Scaligerum exercitation. 303. 3. ex quo in gratianis studiosorum pauca hæc notare libuit, Muriae tria esse diuersa genera: duo in primis, garum è sale & intestinis, muriam è sale & viru piscium salitorum: quod etiam matat ab integris, à Græcis ἀλημ. Tertium muria non exquisita, sed eum fece quæ Plin. dicitur alex, vt vulgo scriptū est: alij ex Horatio, alec: hactenus Scaliger. Quod autem hic garū esse vulg ex succis piscis Iberi, cum coconuenient quod Satyra Catiana dicit, Muriaque decebit non alia quam qua Byzantia putat orca, ut ibi declarauimus. vino quinquenali. Vinum quinqueenne, satyra dicta vocat, pingue merum. quod Methymna am v. m. v. vitium pro acore, vua Methymæa pro vino. ericas virides. Eruca virideis & inulas amaras in hoc iure coquere, est eas macerare & emollire, annuis. & mulieribus: quod idem Caius docuit, inquietus, hoc vbi confusum secessit inferviri herbis, &c. hac autem iuri non simplicis complicitio cum ea ferè responderet, quam Caius Ecloga 4. commemoravit Horatio: quæ certe ex sua commissione non inepte nominari potest ἐκστάσεις ματαρες, mutauerit, habeat omnia scripta. inlustros Curtillius echinos. hic locus non caret obscuritate, revertantem conabimur pro ingenio eum explicare & elucidare hoc modo: Curtillus (vnu ex hoc genere Epicureorum) mōltravit incoquere echinos in lustros, hoc est, è vasis vbi sale conditi & repositi fuerant, cum sua falsugie exemptos in hoc iure coquere, ut melius, hellenisimus, & xp̄st̄or. id est, tanquam hoc sit sapidius, quām cum ea muria, quam testa marina, id est, orca Byzantia (vt habet Caius) ad nos remittit: perinde ac si echinus illutus in eo coctus, non tantum suppleret vicem muræ seu gari ex succis piscis Iberi, sed id etiam sapidius redderet ex sententia Curtilli. Alij aliter interpretantur haec verba Horatij, quare per nos liberum esto cuique sentire pro arbitratu. inlustros. sic in codicibus Bland. & aliis, quos fecutus sum propter antiquitatem. quam testa marina r. remittit, habent plura scripta; deinde r̄, quam, exposui relatiuè, sed non sine ellipsi vocis, quām, partis alterius. Ceterum lectorem monitum volui in omnibus scriptis ponii, quod testa marina remittit: præterquām in vetustissimo Bland. vbi legitur, quo refa

qua testa marina v. & suprà notatum, eo. quam e-
quidem lectioñem non probos. verùm tamē mihi
diffisus eam lectorem celare nolui, vt diligentius
locus hic euolui possit. *interea suspensag.* digressio
à repenteño casu aulæorum, ad risum quoq; cap-
tandum ab immunditia & densitate pulueris, quæ
res arguit Nasidiensem in cura rei familiari negli-
gentiorē quoq; fuisse. *aquilo.turbo.origimus.* subi-
to casu percussi, inq;ct lectors collapl. *fiero.* cap-
tatio risus ab indecenti fletu Nasidiensi, per enal-
lagen. *quis effet finis.* periade acsi diceret, non de-
sij sler, nec finem tecūsset flesdi, nisi sapiens, &c. *bess*
fortuna. exclamatio ridicula in fortuna crudelita-
tem & inconstantiam. *hac est conditio.* vt mala sunt
vicina bonis. *responsura t.n. ciprius rōs.* tēne, vt ego
acci.l. *āeris p̄dūs* ridicula totius apparatus, la-
boris & pompa mensalis. *sed coniugatoris.* argu-
mentum à simili planè ludicum. *tibi dī quacumq.*
gratiarum actio seria subiuncta consolatiōnē ridi-
culæ. hinc coniuge stupiditatem Nasidiensi. *soleas*
poscis. Solebant veteres depositis cœnare soleas, ne
leicti stragula fœdarent, quibus toralia contecta er-
rant. Terent. in Heaut. affideo, accurrunt serui, soc-
cos detrabunt, video, alios festinare, leictos sternere,
cœnam apparare, &c. Mart. Deposui soleas, affer-
tar protinus ingens inter lactucas oxygarumque
liber. talis iocus est eiusdem in Cottam, qui soleas
amisit dum cœnaret, pueri negligentia. *nullos his*
interloquitur Horatius, quod Fundanium com-
modè reducat ad intermissam cœnæ narrationem.
Vibidius dum q. continuatio narrationis. *fracta la-*
gena. casu aulæorum. *vt arte.* *όψησια.* ridiculæ.
avendacryus fort. casum aulæorum fortuitum in-
faustumque. *deinde secuti ma.* Epilogus non mi-
nis ab risum facit, quām exordium: nam vt illuc
ineptram puerorum pompa in lagenis gestandis
instar Caniferasrum, ita hic illudit, quod & feten-
teis & adustas ferarum auiumque particulas eom-
portarent in Mazono lance, in quo nefas erat
defixi alios à delicatissimis cibis, velut acipensere,
artagine, &c. idq; à pueros coronatis præce-
dente ubicine. vide Adag. Amazonum cantilena.

pinguibus & f. recentibus: vel ab effectu, quād
impinguat. Apud veteres autem magnis in deliciis
erant anseres, præcipue gratia iecinoris, quod far-
tilibus quibusdam in ventre, vt cresceret, excogita-
tum fuit, exemptumque lacte & mulso magis au-
getur: quod ficsis pastrum ovatōs, id est, fiscarum
nominatur. *anseris albi.* Bland. codex antiq. &
Tons. habent alba, quod non displicet. *& leporum*
auullos. duo codices Bland. habent, vullos. Vide
num hoc cum præcepto Catij consoner, secundæ
leporis sapiens lectabitur armos, eq;re ridiculæ. Le-
gitio adnotata in hoc præceptum. *vt multo suauissime*
armos. tamquam multo delicatus, & gratori sa-
pore quis armos leporinos solos edat quām cum
lumbis. *suauis res.* expegeſis, merulas & palum-
bes existentes res suauis & delicatas, si non cau-
fas, &c. hunc etiā in modum deanare scriptis Mar-
tial. Tota tibi ponatur anas, sed peccore tantum &
terruice sapit; certa redde coquo. Quasi in parti-
culis maiores sicut delicia, quām in toris aut feris
aut auxibus. Verūm quod Horatius nihil quām ri-
deat, vel hinc manifestum est, quod dicit, *nisi cassas narraret earum & nascens dominum,* hoc est,
per *τὸν δίνον*, causas naturales, cur partes essent
totis ſep̄, & integris corporibus aut alijs alijs præ-
ferendæ. Quid? an non hoc consentiat signis Ca-
tianis, quibus noua sua præcepta *ἀψευδέα* stabili-
lienda, cum & ſique aliorum præceptis præponen-
da iudicat? Quidam Plinius lib. 10. cap. 50. (quod
huc facere videtur) hæc scribit: Postea culinarum
artes, vt clunes spectentur, vt dividantur in ergo-
ra, vt à pede vno dilatate repositoria occupent,
dedere & Parthi cocis ſuos mores: nec tamea in
hoc mangonio quicquam totum placet, hic clune,
alibi peccore tantum laudat. legitio Agelliūm
lib. 15, cap. 8. Eiusmodi autem delicia ciborum
Græcis *εργάσια* propriæ nominantur ex particu-
lis recisis auium propriæ, quasi truncatis. vide
Athen. lib. 3. περὶ ἀφροδίτιων & 11. numeranœ
inter *ἀποκόλλια* apud Celsum lib. 2. cap. 19. quos
trunculos vocat à truncando, & cap. 22. vbi trun-
culi ſuum & petioli &c.

Q. H O R A T I I F L A C C I
E P I S T O L A R V M
L I B E R P R I M V S.

A D M A E C E N A T E M I.



R I M A didle mibi , sum-
ma dicende camena
Spectatum satū, & donatum
iam rude, queris
Maconas ierum antiquo me
includere ludo.

Non eadem est atac; non mens; Veianiū armis
5 Herculis ad postem fixū latet abdūs agro,
Ne populum extrema roties exoret arena.
Est, mibi purgatam crebr̄ qui personet aurem:
Solue senescentem maturō sanus equum, ne
Pecces ad extremum ridendus, & illa ducat.
10 Nunc itaque & versus & catena ludicra pono:
Quod verum, atque decens, curo, & rogo: &
omnis in hoc sum.
Condo & compono qua mox de promere possim.
Ac, ne forrē roges, quo me duce, quo lare tuer:
Nullius addictū iurare in verba magistri:
15 Quo me cunque rapit tempestas, deforor hostes.
Nunc agilis fio, & morsor ciuilibus vndis,
Vtneuiū vere custos, rigidusque fatelles:
Nunc in Aristippi furtum praecepta relabor,
Et mibi res, non me rebus subiungere conor.
20 Ut nox longa, quibus menitur amica; diēsque
Longa videtur opus debentibus; ut piger annus
Pupilli, quos dura premis custodia matrum:
Sic mibi tarda fluunt, ingratāque tempora; que
spem

Confidiamq; morantur agendi nauis id, quod
25 Aequè pauperibus prodest, locupletibus aequè:
Aequè neglectam pueris senib;que nocebit.
Restat, vt biū ego me ipse regam, solerque ele-
mentis.
Non possum oculo quantum contendere Lynceū:
Non tamen iccirco concenmat lippū inurgi:

Nec, quia desperes inuiti membra Glyconū; 30
Nodosā corpus nolu prohibere chiragra.
Est quādam prodire tenus, si non darur vlt̄a.
Feruer avaritia miseroq; Cupidine peccus?
Sunt verba, & voces, quibus hunc lenire dolorem
Posſis, & magnam merbi deponere partem. 35
Laudis amore tumes? sunt certa piacula, quae
Ter purē lecto poterunt recreare libello.
Inuidus, iracundus, iners, vinosus, amator:
Nemo adeò ferus est, vt non misericere posse;
Si modò cultura patientem commodes autem. 40
Vtneuiū est vicium fugere: & sapientia prima
Stultitia caruisse. vides; qua maxima credis
Eſe mala, exiguum censum, surpēq; repulſam,
Quanto deuines animi capiūq; labore.
Impiger extremos curriū mercator ad Indos, 45
Per mare pauperiem fugiēs, per saxa, per ignēis:
Ne cures ea, qua ſtūlī ē mirari, & optas:
Discere, & audire, & meliori credere non vi?
Qui circum pagos, & circum compitā pugnax,
Magna coronari contemnat Olympia; cui ſpes, 50
Cui ſit conditio dulcis ſine puluere palmarē?
Vilius argentum est auro; virtutibus aurum.
O ciues, ciues: querenda pecunia primū est,
Virtus post nummos. bac Ianus summus ab imo
Producet: bac recinunt iuuenes dictata, ſenesq; 55
Lauro ſuſpensi loculos, tabulamq; lacerto,
Est animus tibi, ſine mores, & lingua, fidesque,
Si quadrigenitus ſex, ſeptem milia defant,
Plebeii erū, at pueri ludentes, Rex erū, aiunt,
Si rectè facies. hic murus abeneus eſto, 60
Nil confiſcere ſibi, nulla pallēſcere culpa.
Rofcia, die ſodes, melior lex; an puerorum
Nenia; que regnum rectè facientibus offerte,
Et maribus Curii & decantata Camilli?
Iſne tibi melius ſuader, qui rem facias, rem
Si poſſis rectè: ſi non; quocunq; modo rem:
Ut pre-

COMMENTATOR.

PRIMA dicte mihi summa dicende Cam. Viderunt Horatius banc Epistolam Mæcenatis horratus scripsisse. prima Cam. scilicet in principio carminis lyrici, tale est illud Virgilianum, à te principium tibi desinit, dicte. celebrare. summa. ultima, & finali. spectaculū; probatum. rudo. missione; erat autē ruditus, virga quæ gladiatori dabantur in signum missionis artis gladiatoriax. antiquo ludo. alludit ad libros carminum. ludo: officium scribendi siue antiquam consuetudinem ludum puerorum vocavit, ut ostenderet tedium ei iam esse scribere, propter seūm, & continuas seditiones, ob quas se nus contulerat. Veianius. nomen proprium gladiatoris nobilissimi, iucundè hoc exemplum attulit, quia superius meminit ludi. Comparat autē se Veianio, qui cùm post multas palmas, Herculi consecrasset sua arma, tandem contentus agro suo, priuatim vixit. cuius exemplo, propter ætatem, & institutum vitæ, dicit, relictis iocis, & lyricis versibus, se velle transire ad Philosophia studium. extrema ro. ex. are. Quia gladiatores petituri rudem, ex media arena conlueuerunt se ad crepidinem circi, ita conferre proximos, ut possent populum tristi vultu exorare. stabat autem populus ad podium, unde ferè spectabat; ibique consueudinis erat stantem gladiatorem petere missionem. est mihi. Philosophus. purgatam. facilem ad audiendum, idoneam, & attentam, hoc est, habeo qui me semper moneat. solus senes. solue à labore, solue à venere; verba sunt monentis Horatium. ridendus. valde deridendus. ilia ducat. frequenter anhelet. nunc ita que. quoniam Philosophus aliquis me monendo attentum facit. ludicra. iocos ineptos, scilicet carmen Lyricum; hoc enim est leuis animi somnentum planè ludicum. quod verum. Philosophia præcepta. curio. disco. omnis in hoc s. philosophor. condito. in animo & memoria. compono. operc. qua. supp. tractata, & digesta. quo me duce. supp. Philosophie, seu magistro sc̄ite; qua doctrina, quibus Philosophia præceptis. addictus. metaphoricōs, à militia, quia iurabunt milites iu verba ducis, & sic ibant in militiam. sensus est, nulli sum obnoxius, omnes scrutantes argumēta ad rem probandum audio. tempestas. aut fortuna, aut casus, aut animi inclinatio. nunc agilio. facilis, mobilis, diversa appertens, negotiosus, accinctus ad laborandum, dedome studijs reipublicæ gerendæ. ciuitatis undi. rebus ciuijum commoris, & mirè maner in metaphora, quia dixit tempestas. virtus. vera & moralis Philosophie, s̄dque secundum Stoicos, qui in virtute summum bonum collocabant. rigidi.

scelos. quia omnes peccantes, volebant Stoici æqualiter puniri. *Aristippi.* Aristippus Cyrenaeus fuit, & Epicureus, qui iustum bonum in voluptate constituebat. *furtim.* quia Stoici dicunt voluptatem fugiendam. *subiungere.* hoc est Philosophus sum, & rebus utrux, ita ut eis imperem, non autem ut eis seruiam, ut auarus; & ita in republica verior, ut non sim ambitiosus, sed virtutem colam. *amicus.* meretricula. *debetibus.* mercenariis. *piger.* longus, tardus. *agendi grauitas.* philosophandi. id quod ag. scilicet Philosophiz studium, quod omniæ arti prodest excutum, contrâ neglectum nocet. *elementis.* principiis Philosophiz, & præceptis primis. non possit. supp. si. argumentum à comparatione. *oculo concandere.* videre acutè. *lippus.* excutiens. hoc contra eos facit qui dissuadebant sapientia studium, quod eam perfectè nemo cōsequi possit. nec quia deß. alia comparatio: quasi dicat, si non possit tam robustus esse, quām fuerit Glycon, non debes ad circa corporis exercitium negligere; quia exercitatio corporis vita purgat. Alij Milonis legunt, illius scilicet Crotoniatis, qui Olympiis in agone dicitur suis humeris viuū raurum sustulisse, manuque mactasse, & comedisse. *Glyconis.* Glyco, athleta quidam fuit fortissimus. *est quodam pro.* quasi dicat aliquis, noli desistere à Philosophiz studio, etiamsi non possis ad summum peruenire. *quodam prodire tonus.* usque ad aliquantulum doctrinæ pertingere; vt, pube tenus. *foruer.* supp. si. incipit dare præcepta. *miserisque cupido habendi.* verba & voces. Philosophiz præcepta. *voces.* *et tu auras,* hoc est, secundum idem; quia verba, & voces idem sunt. *cetero pascula.* remedia. mirè Philosophiam dicit esse virtutum expiationem, quasi sacrostantum sit aliquid in præceptis Philosophiz. *laude amore.* inanis gloria ambitione. *ter purè.* ita ait ter purè, ut ter inargunt, qui se expiant. Persius, Tiberino in gurgite mærgis, manè caput bis terque & noctem fulmine purgas. *purè lecto.* bene lecto arque rectè sine excogitatione libidinis. *vinosus.* vinolentus. *forus est.* retinaculum vocat insiciam, & animi duriciem. *culebra.* Philosophiz. *aurem.* omnis hic locus consonat Tusculanum disputationibus. *cautuisse.* carere. *exiguum consum.* paupertatem. *repulsum.* reiectionem ab honoribus. *quanto.* admiratione. *labora.* periculo, adeo ut etiam mori velis, ad ea acquirenda quæ contraria sunt his, scilicet diuitias, & honores. *extremos.* longè remotos. *ne cursus.* id est, ut contemnas ea quæ stultè miraris. *discere & aud.* Hykseron protetor, nam prius audimus, postea discimus, meliori. doctiori, præceptore Philosopho. quis circum pa. sensus est, omnibus quidem optabile est mereti coronam, sed

quis non cupiat potius coronari in Olympicis certaminibus sine magno labore & periculo, quam in pagis, & compitis, magno cum sudore & discrimine capitis? ita quis non malit in orio philosophico dicere cōtemnendas esse diuitias, quam cum maximo labore eas lectari per terras, & maria? *compita.* compita dicuntur quæ parent in multas vias. *vilius sr.* contemtibilis est aurū virtute: est ergo virtuti postponendum. *hec Ianus.* hoc est, omnes Romani à maximo ad minimum qui ad Ianū conueniunt, hoc prodecunt. i. aperte dicunt. Duo Ianante basilicā Pauli steterū, vbi locus erat feneratorum. Janus autē, hīc platea dicitur, vbi mercatores, & feneratores fortis causa conuenire solebant, iuuenes dicti senesque. hoc est, senes hoc docent, & iuuenes discunt, quibus pecunia studio par est amans imperitias, & per hoc sunt cōtemnenda quæ dicitant. *dictata.* præcepta à parentibus & senibus data. *loculos.* consuetudo quandam fuit, ut iuuenes fenori operam dantes, & feneratores in Lauum intrantes, in lœvo brachio ferrent tabulas ad exarandum nomina, & loculos ad fenus accipiendum; & est Hypallage, suspensi loculos, pro habentes loculos superenos à lacertis. *sed quadringensis.* festertiis. hoc quasi ap̄si dicit auarus ambitiosus. sensus est, nō habes cœsum equitis Romani; nam quadringentis festertiis defuunt tibi sex aut septem milia nummū. *et animus tibi.* quamvis hoc ita sit, ait Horatius auaro, habes tamē animum bonum, mores bonos, id est, virtutem, eloquentiam, & constantiam ex præceptis philosophicis. *plebs eris.* responder auarus, id est, contemneris, inter plebem reputaberis, & in quatuordecim ordinibus non sedebis. Otto Roscius tribunus plebis iussit, non posse fieri equitem Romanum nisi eum qui haberet quadringenta milia festertiū. Sed Roscius melius ne docet, qui dicit unde cuncte habendam esse pecuniam; au Philosophus, qui monet cōtemnendam esse superbam fortunam? *et pueri ludent.* ait Horatius. *rex eris,* auras. id est, beatus eris si rectè viues, & summè felix, etiā iudicio puerorum. *nihil conscribere fibi.* nullius sceleris sibi esse consciū. *nulllo pallo.* nulla mala cōscientia remorderi. *melior lex.* lex theatralis, lata à tribuno plebis Roscio Ottone. *necnia laus est mortuorum,* sed hic est cantilena, ut alibi dicitur, merita nec quoque nenia. & hoc dicto valde grauat legem Rosciam. *Curijs.* Curius dentatus vir fortissimus fuit, qui Corinthū vicit. hoc autem dicebant & Curij & Furij Camilli, scilicet, is regnum habet qui rectè facit. *decorata.* nota scilicet lex puerorum. *suader.* suademus etiā mala, sed hortamus ad bona. *Puppi.* Puppius tragediographus ita mouit affectus spectantium ut eos flete

Atere compelleret: inde distichō fecit, flebunt ami-
ci, & bene noti mortem meam, nā populus in me
viuo lachrymavit satis. *reponere*. contumaciter
respondere: respondat autem fortunæ is quæ ad-
uersa æquo animo tolerat. *præsens*. valens persua-
fione. *apertus*. format. *porticibus*. m̄cibus. *in-
dictus*. hoc est, quare non suam, velut ciuis, sen-
tentiam sequar. *ipso*. populus Romanus. Sensus
est, si interrogauerit me populus Romanus, cur
secum non sentiam, & studeam rem facere, pau-
pertatemque fugere, cum non solū in vna vrbe,
sed etiam in vna portu secum sedeam, ego re-
spondebo, quia video multos periisse qui tibi conser-
ferunt, veluti Gracos de lege agraria, &c. *omnis
ad*. quia si quis sequitur voluntatem populi,
nullam habet sapientia curam. *capitum*. diuer-
sorum opinionum, non alieuius certi consilij. defini-
tio est populi, qui hydriæ similiis est, & ideo ei
non consentiendum; nō vnam enim sequitur sen-
tentiam. *quid sequar*. supp. non possum discerne-
re. *gesit cond.* in publicis actibus versari; sunt
qui dicunt bonum esse, agros publicos conducere,
alij viduas insidis s capere, ut sibi earum bona vin-
dident. *auras*. parcas, & per hoc diuitiae. hac di-
cidentur in Stoicos simulatores. *decipiuntq.* vt
callide possent eorum hereditatem auferre. *in vi-
aria*. in suas nassas. *occidi*. illicito. *est*. conces-
sio. concedo vt diuersi sentiant homines, sed
nō inuenies qui in proposito persevereret. *prælucet*.
splendidior est. *lacus & mare*. id est, etiam lacus,
& mare diuitum sentit amorem erga se, qui supra
mare, & lacus constituant adhucia. *ores ferramen-
ta*. ille potius adhucia apud Baías, si delectatus
fuerit alio loco, protinus iubet eò tran ferri ferramen-
ta ad componendum prætorium. *Theanum*:
Theanum Sidicinum ciuitas est Campania. sensus
est, primum gaudet maritimis locis, continuo
post, mediterraneis. *lectus genia*. lectu geniale-
vorem nominat. si non est. scilicet genialis lectus,
& vror. quo teneam vultus mouant. mirè respon-
det, quoniam suprà dixit, bellua multorum es ca-
pitum. *quid pauper*. singit Mæcenatem ridere
quasi præsentem. *nauseae*. nauseare propriè di-
cuntur, quibus eadem fastidiū afferunt; nauseant
etiam qui nauigio raro vehūtur. *ac locuples*. id est,
quæ locuples. *quem dicit*. id est, simpliciter, tam
pauper alienū nauigium fastidit, & mutare cu-
pit, quæ diues suum, & per hoc ostendit in nulla-
te homines habere constantiam, sed esse mutabi-
les. *priuare*. alij priuam sic intelligunt, que

vna vni assignatur, sed hæc priuata potest intelligi
& propria. *curtorus*. tonsus. *inequali tonsore*. hy-
pallage, inæquali, quia inæqualiter condet. *subu-
cula*. propriè dicitur pannus addititi², à subiicien-
do, vel subſuendo. *pexa*. pexa tunica, id est, pur-
gata propter lanam longiorem in qua fôrdes faci-
lius hærent quæ in subacula trita. *toga dissides
impar*. non æqualis sedet in humeris. *quid mea
cum*: cur reprehendis vitia corporis, & non ea quæ
sunt animi, & cur aliena & leua in me vitia rideas,
& mea maioræq; sine risu præteris? *solemmnia*. pro
solemniter, iudicas me more omnium hominum
laborare, & idcirco pro consuetudine cunctorum
moribus non esse credendū: hoc est, quū hæc om-
nia fecero; putas me communem errorem pati, &
ideo non magis me curas quæ si insanirem. *ca-
ratoria*. qui solet dari insanois, & per hoc, curatoris,
id est, monitoris. sensus est, tu castigatos, & moni-
tor leuissima reprehendis, & maiora non corrigis-
tutela. ô Mæcenas cum sis auctor fortunarum
mearum, & video me istis moribus insanois, non
curas mihi dandum esse à prætore curatorem. *pro-
x. inæqualiter*. *stomacharis*. irascis ob mini-
mum peccatum & nullius momenti. *pendentis*. tui
clientis. *principis*. solus, videtur tangere Stoicos,
qui dicunt sapientis bene sanos etiamq; ægotent:
ego asseco dico, sanum esse sapientem, si sine mor-
bo est. *pituita*. pituita propriè est morbus capitis.
metaphoricois transfertur à vicio gallinarum &
pullorum.

C R Y Q V I V S.

MÆCENATEM precatur ab ætate; vt
exemplo Veianij, lyra, citharaque ad Ve-
neris postem fixis, ludicrisque versibus valere ius-
sis, sibi licet, quod senescentem decet, philo-
phari, suóque more, non etiam ad aliorum Philosophorum
certa decretæ viuere, vt qui nihil iam
curet aliud, secumque meditetur præter honestū,
cuius ex Philosophis præceptis rationem habere,
omniumque animos secum ad id serio præparare,
si adhuc temporis opportunitas iam diu multum-
que desiderata non patitur, saltem hoc ei præstare
est animus, quod sibi per ingratæ tempora fuerit
integrum; nimis deterritos Romanos à vi-
tis, ad bene vivendi spemque consiliumque in-
uitare: is autem primus ad virtutem gradus est, &
quasi elementum, virtus nosse, eaque vitare cognita,
beneque sperare. sic virtus bonum censemus
qui virtus fugit, & eum sapere: qui non stultescit
pauperem, qui non est diues; eumq; de media esse
plebe, qui per censem non sedet in quatuordecim
ordinibus. Quæ mala sibi stulte pro maximis ha-
bita, quanto studio, animiq; contenione déuident
Romani, docet argumento mercatorum, fenera-
torum

torum, publicanorum, & hæredipetarum, apud quos, pecunia quidē longē priorem, virtus autem multō posteriorem locum tenet, licet ea decantata sit à Maribus, Curiis, Camillis, ceterisq; viris fortibus. quod cùm ita sit, cum populo Romano sentire se negat, quem nelegat virtute, suis affectibus indulgentem demonstrat in rebus suis nihil habere constantię tranquillitatisque, adeò corruptis iudiciis, ad obvia quæque paulo momento impelli, homines certè planè Euripos. *Prima dicta mibi.* Caprat benevolentiam Mæcenatis ab antecedentibus, & sequentibus scriptis in eius gratiam. *Specularum f.* me tibi satis ex scriptis vitaque instituto cognitu, metaphoricòs, à gladiatoribus quos populus dimicantes spectare solebat, quorum aij mirmillones, sequitor èsque, alij retiarij nominabantur; de quorum armis, modòque pugnandi legitio 8. *Satyrām Luuenal.* Ceterū hi duo versus allegoricōs sunt exponendi. *donatū iam rude.* hoc est, quem ætas maius fecit, institutique ratio ve-
sat amplius tractare ludicra. *rude.* raudus, a jādō, videntur ciudē esse nocte pro virga, quam hic à ruditate missò gladiatori datam, crediderim fuisse palmeam per *avītū pugilias.* *antiquo me incl. ludo.* cupis ô Mæcenas me contineat in assueta iam inde ab adolescentia, iocandi ludendique ratione; hoc enim videtur signare; iterum include-
re, pro iterare sèpius antiquos ludos & iocos. veteri autem instituto munera gladiatoria in foro erat *edi solita.* Plin.ca. i.lib. 19. *Vitruius de Architect.* lib. 5. cap. 1. *Sueton. in C. Cæsare. non eadem e. a.* excusatio ab ætate grandiori, alias quæ mores postulat. *non mens.* vigor animi & sententia, *νόοση:* accrescit autem cum ætate consilium, & pruden-
tia; ætatis itaque mens ferè comes est indiuidea. *Veianus armi.* argumentum ab exemplo Veiani gladiatori. hic locus, præter alios, eò me induxit: vt in argomento huius epistolæ, seu magis *ἰσθῆτα,* lyram, citharamque cum versibus lasciuis credam Væteri posuisse Horacium; hoc enim & comparatio requirit, vt singula singulis respondeant, & res ipsa; non minus enim cautionibus, lyra, citharaue, quæ non rarò quoque plus habet energiæ, ad puellarum molliendos animos, quam gladiatoriibus suis armis opus est ad superandos aduersarios. Nec existimo Horatiū per antiquum ludum, aliud deprecari Mæcenatem præter odas, et si quidam viri docti aut aliter sentiant, aut varient: lasciuire nanque sénem decet *mīamī,* sed *επεργερψω,* virtuāque notare, quis viro sénī cen-
seat indecorum? imo Satyrarum scriptio non ma-
giscum ludo sentit, quam Epistolarum, in quibus tamen nonnunquam facetè ludit, vt omittam vi-
rorum doctorum iudicio Satyras multo post odas

tempore vulgas fuisse. Quare, vt finem faciam, non arbitror eos verius, iolle senectentem mar-
tē sanus equum, ne peccet ad extremum ridendus, & ilia ducat, alio pertinere quam ad amores, in quib⁹ sénī quidē peccare est & facile, & turpe; quod ne fiat, nūc verius, inquit, id est, molliores modos, & cerera ludicra pono, quibus cōcitantur amores. *Herculis ad postem fix.* de more maiorum, qui deuotionis ergo, vel ob seruatos se auctosue, diis suis arma, seu *ἱερά μυστήρια* dedicata in templis, postibus aut muris affigi curabat. *postem. οὐρανὸς χρῆστος.* pars pro toto; postis, pro templo. *Latet abdit. agro.* λαθὼν, ζῆν ne populum. à causa finali, verius hic nō-nihil facet nec interpretibus. Commentatori laudatur Veianius, quod toties victor tandem populum exorauit millionem; Turnebo, contrà, virtuperatur, quod victus ab aduersario iugulandūsq; multories euaserit deprecante populo, adeò vt tandem sit rude donatus: quam sententia Lambinus non improbat. Evidet Commentatori subscripto, non enim solemus inertibus omnino, ignauis que libenter & sèpius patrocinari, imo timidos & supplices, &, vt viuere liceat, obsecranti, etiam odisse, Cic. auctore pro Milone. Videatur autem Veianius nō ex mercenariis aliquis aut hominibus nequam, qui viram pecunia venalem habet, sed vel ex rudiariis auctoramento reuocatis, quod à Tiberio factum legimus auctoramento centum milium, vel aliquis robusto & valido corpore fuisse, qui in gratiam populi, aut patroni in arena sese exercebat; quod quum magno cum applausu populi fortasse nō semel fecisset, tandem suis armis Herculi sacrificatis, in orium rusticum se recepit, ne toties, quoties videlicet mercenarij solabant; hoc est, turpiter, exoraret, hoc est, exorare deberet populum in arena extrema. i. vel in extre-
mo vitæ cursu (sic enim videtur id accipiendū) ne peccet ad extremū ridendus. &c. vel in arena ex-
trema, id est, in qua agitur extrema vitæ fors. vel si videbitur, sequitor Commentatori. codex vnum Bland. habet expresse, exornet, alter Bland. per li-
turā, quā Lamb., quoq; scribit se obleruasse in scri-
ptis, nec eam videtur cū Simone Bosio posthabere vulgarē. sed ab ijs dissentio. iudicet lector peritus. *est mībi purg.* ait adesse sibi monitorem, qui crebro à ludo detrectat ad exemplum Veiani, ne tandem se ridendū propinet, aut inter ludendum totus concidat effetus. hic autis purgata est vacua, docilis, attenta ad audiendū. sic Pers. Saty. 5. purga-
tas inserit aureis fruge Cleanthea. i. agentas & à virtutis liberas, qualeis decet eos esse qui percipiēdæ Philosophiæ le parant. est enim sapientia studiū quod in purgatione, & perfectione humanae vite versatur, qua, proprio, & innato nobis vigore affluit.

assumto, ad similitudinē Dei traducimur. est mihi.
 ēt̄ ū. helleisimus. monitorē autē qui ionat
 per aurem Horatio, accipio τειγνησ̄, animæ di-
 uisinōrem partem, mentem ipsam, vel rationem,
 humanorum affectū in capite, veluti prefectum,
 Platone auctore: vel ipsum animū ū. ēt̄ ū. ū.
 οὐδ̄ πάτησ̄ ὀκέανον, id est, qui in auribus hominii ha-
 bitare dicitur Herodoto. s̄b̄s̄ senescentem. verba
 monitoris ad Moratium; quorum hæc sententia
 est: ô Horati cūm adhuc sis integer & validis viri-
 bus, sanāq; ne mente, maturè, opportunè, & in ipso
 tempore, solue equum, se iunge à currū, exime
 iugum & lora; quiescere iube, cessareque à cursu,
 senescentem, senio proximum, vergentem in se-
 nectam, iam prop̄ viribus exhaustum, ne ad ex-
 tremum, sub fine, sub exitum curulis certaminis
 peccet, cespiter, impingat, rocalcitret, ridēdus, risu,
 pro gloria, & aplausu à spectatoribus excipiēdus;
 & illa ducat, anhelosus, & suspiriosus, calore con-
 cussis illis pñē concidat. pñet quoque r̄ ad ex-
 tremum, ordinari cum ū. ridēdus, pro extrema, plurimum, ridēdus. allegoricos autē per equum
 corpus intellige, cuius indulgentie affectibus ad
 hanc vñque ætatem, iſque se obsequēntē, raprum
 facetur ad amores, iocos, ludos. Venerē ceteraque,
 quibus adolescentia exerceri delectat; solet, quæ
 sub senium iubet ratio, atque adeò ipsa Philosophia
 missa facienda, seriāque tractanda. nunc ita-
 que & versus. ludicros, amatorios, qui me ridicu-
 lum faciunt; quales sunt Odæ, non etiam Satyræ,
 quarum ludus in vitiis notandis serius est, & gran-
 dioribus annis in primis conueniens: quod & in
 hac epistola facit, aliique nō paucis, sed verecun-
 diis aliquanto quām in Satyris. catena ludicra-
 citharam, lyram, saltus, choræ: hic versus est epi-
 logus proemij. quid verum atque decens. protasis
 narrationis. verum. iterum, verum animi bonum,
 ū. γελῶς ζίν, vita decorum, sic Euripides, ιππιλη-
 θηνας θυρας καὶ ἔργα. quod fortassis asperit. atq.
 decens. honestum, cum decenti virilate coniunctum.
 curio & rogo. curiosè sollicitèque inquiro.
 omnis in hoc sum. omnis, torus, ἔλας καὶ πάνθη. vide
 Satyr. 9. torus in illis. cond. condere, Festo,
 propriè est in vnam & in interiore locum dare,
 ad custodiām faciliorem: quod verbum, inquit,
 nunc significat conscribere; nunc facere, nūc com-
 ponere, & instruere: hic autem existimo non tam
 esse memorie mandare, quām inuenta, lectaque
 apud Philosophos inquisitā; conscribere, & com-
 ponere, id est, in ordinem confusa digerere; quæ
 post paulò, tam dicto quām facto depromet, pa-
 lamque faceret omnibus vtilia, quæ quidem pre-
 cepta Philosophica propter sectarum varietatem
 ei fuis opus ordinare, quod nulli addictus, id mo-

dò notaret, quod ad vitam recte instituendam iu-
 dicaret utilissimum. acne for. προγράμμης γρ̄
 ηγαστ̄, quæ facit in eos qui de secta Epicurea fa-
 ciunt iniuidam Horatio, cūm nihil inter veteres
 Poëtas eius scriptis sit sanctius, simplicius, castius,
 pauculis exceptis, nihil magis pium, religiosus,
 moribūsque componendis vtilius. dux. veri in-
 quirendi bonique principe auctore, qui inter ce-
 teros tres primi censemur, Zeno, Aristoteles, Ari-
 stippus. quo lare. qua familia Philosophica; quæ
 iecirco familiæ nomine insignitur, quod ut omnes
 eiusdem gentis, ita omnes discipulii eiusdem sectæ
 sententieque sunt cognomines, nimirum Stoici,
 Peripatetici, Cyrenaici. legito Diogen. Laert. in
 Philosophorum vitis. tuer me. me tutum, secu-
 rum, & tranquillum praestem. nullius addictus. nō
 addictus, astrictus, obligatus, ἀγωγὴς; iurare in
 verba, præceptis, dictatis assentiri alicuius magistri,
 principis sectæ Philosophicæ, deferor hospes; om-
 nibus ex æquo amicus, eò me cōfero, cum eo fen-
 tio, quæ præsens offert occasio & res ipsa. addi-
 ctus. alludit ad verba prætoris debitorem damna-
 tum addictis creditoris in seruitutem dum soluer-
 et æ alienum. Quinlib. lib. 7. cap. 4. an autem, ut
 quidam sentiunt, Horatius hic Academicis ascri-
 bendus sit, iudicet lector; mihi certè non apparer,
 nisi cum de noua Academia fuisse, Arcesilamque
 securum, nihil certò asseruisse iudicemus: qua in
 opinione eum pugnantia dicere necesse est, ut qui
 in nullius magistri verba iurare se scribar. quo me
 cunq; raspi. allegoria ab vndis marinis quibus
 naues rapiuntur ad arbitrium ventorum. satis in-
 nuit Horatius se in memoria habere illud Phocy-
 lidis, quò fortassis alludit, νησὶς λαθρύνει, περ ἀν-
 θρίου ἀνέργοις, quod sic vertimus, fortunæ inservi,
 & ventis nolito reflare. significat se non ita sectæ
 alicui amicum, ut te tanquam propriū internum-
 que, sed ut adueniam habeat, & externum, & hoc
 ipsum est seruire scenæ, ut ad Brutum Cic. tem-
 pori & quibuscum verseris se accommodare. nunc
 agilis sio. exploitio eius versus quo me cumque
 ra. si practicis, inq; causis agendis me exerceo,
 in foro obambulo, μεγατύριον, id est, cum peripate-
 ticis sio peripateticus. hoc ipsum notat r̄ agilis,
 quod non in virtute vnicā contemplando, sed in
 actione virtutis Peripateticū summum bonū col-
 locant, satis humani in ceteris & faciles, nō etiam
 difficiles more Stoico. cum hoc illud facit, lib. 2.
 Satyr. 6. luclandum in turba, facienda iniuria tar-
 dis &c. mersor ciuilibus vndis. tale est hoc eadem
 Satyr post paulò: at simul artas ventum est Es-
 quilius aliena negotia centum per caput, & circa
 faliunt latus, &c. mersor, habent omnes mei codi-
 ces scripti, & vñus vulgatus, quod vñdī quoq;
 TT conuenit.

conuenit. *virtutis veracuf.* repete, nunc sio, hoc est, aliquando, idque cum Stoicis sio Stoicus & aliero virtutem ipsam esse summum bonum, at nō infitor tamen in republica versari, camque administrare esse sapientis, sed sum virtutis rigidus satelles, nihilque nocenti remittendum censeo, etiam in minimis erratis, quando hoc decretum sit nobis Stoicis, omnia peccata esse aequalia. legitio paradoxon Cic. *in iorā tē ἀμερικαὶ.* & Satyram 3.lib. primi sub finem. *rigidus.* durus & inexorabilis, *nunc in Aristippi.* aliquando Aristippi discipulus, sector voluntatem, corporisque & affectibus indulgen, sed *furtim*, hoc est, non more ne potum, publice, cum infamia, turpiterque, sed occulte, *λαθεῖ,* nec id nisi paucis amicis eius rei conscientis, hic locus argumento posset esse, Epistola 5. legendum esse, Si potes arcanis conuiua recumbe, lectis, &c. ed quid in multis exemplaribus scriptis ferè inuenio *τὸ archanis* per aspirationem scriptum, v. iibi docebimus. *& mībi res, non saez.* huius loci interpretatio, & sententia manifesta est ex his versibus Satyr. 3.lib. 2. Quid simile isti, Græcus Aristippus, qui seruos projiceret aurum in media iussit Libya, quia tardius irent propter oras segnes &c. interpretatio Lambini, licet nō inepta, parum tamen ad rem facere videtur. iudicet lector doctus. *subiungere.* omnes scripti cod. sic habent. *vt nox longa qui.* *ιπανοδεωνγατίν περίστην.* quod verum atque decens &c. condo & compono quæ mox depromere possim, sed *vt nox longa &c.* argumenta hæc sunt à similibus. *vt nox longa.* videatur alludere ad illud Theocriti *άνδρας ιβ', ἄλυτε* *τὸ φίλα λέπτη τζίν εὺρι λαχάνη ἀστού, ἀλυτε,* *οὐ δι παθεῖται εἰ τέλλει γαγκόνειον.* hoc est, venisti dilecte puer, iam tercia nox est, tercia iam reuehit croceos aurora iugaleis, cum tamē vna dies cupidis afferre senectā possit, & assidui depressis pondere voti. *mentitur amica.* non seruat promissa. sic Satyr. 5. lib. 1. hic ego mendacem stultissimus usque puellam ad medianam noctem expecto &c. *dura premis* *cuf.* periphrasis nouercarum, dura custodia matrum, id est, dura matres, nimirum nouerce. *sc* *mibi tarda.* *αὐταρίδον,* similitudinis, qua conqueritur tardius fluere (metaphoricōs, hoc est, præterire tempora ingrata, dura & iniucunda, nimirum tumultuosa, ob principum virorum populique seditiones, quæ viris bonis sibi que omnen spem, consilium, propositum, animum detinebant in suspense, tantumque non adimebant bene grauitateque agendi, tractandi, conscribendi, vulgandique id quod cuiusque fortis, condicionis, ætatis, hominibus factu quidem vtile, neglectu vero noxiū foret. *agendi gnauiter.* non assentior ijs qui Horatium sentent, quam tantummo-

dò rem curare, in eo quod ait, agendi gnauiter, quasi sibi bene agere philosopharique fatus sit, nullo populi studio, quo ille cumque modo aut agat, aut tumultuetur, susque déque, vt aiunt, imo contra, suis in scriptis ferè omnibus hoc agit, vt compotis omnes & æquis animis moderatisque ab annis primis Philosophia præceptis imbuti, honeste beatique vitam instituant; quod & hic vehementer exoptat, quando Philosophia studiū excultum dicit ex æquo cunctis prodeſte, contraria, neglectum, nocere. Quinimos si tantum ibi suisque rebus sit utilis Horatius, quanto, quælibet, momento fuerit alijs eius honesta vita sine scripto, qui nec populi principatu gerebat, nec leges præceptaque morum poterat imperare? Quare equidem malum, gnauiter agere, interpretari, bene quidem vivere, sed ad vitam quoque & mores bonos præcepta conscribere vulgarèque, atque omnium oculis exponere tamquam vita speculum; namq; ut ornittam sequentis versus hoc desiderare, apud antiquos quoque Gnareo vel Gnarico, in vsu erat pro significo declaro, expono, vt videre est apud Festu in Gnaruisse, id est, narrasse, deinde in Glossis Guaritur, *γνωξίστη.* *equi pauperibus.* paupertas enim non bene moratis, intuituque mentibus creditur malum esse maximū, ut paullo post, & Ode 24.lib. 3. magnum pauperies opprobrium, iubet quikluis & facere & pati Satyr. 3. lib. 2. sub persona Stabeij. *locupletibus æquib;* ne effrantur supra modum, sibi que indulgeant. *neglectum.* incultum, neglectum habitum, ignoratum. *pueris.* adolescentibus, ad refrenandæ libidinem. *senibus.* que, ad æqualitatem animi seruandā, & seni mortitatem compescendam, ceteraque incommoda sic Epicurus quoque Menicæo, autore Laertio in ipsius vita, Philolophandum igitur, inquit, & iuueni, & seni; illi quidem ut senescēs in virtutibus, vigeat præteriorum gratia; huic ut iuuenis vna, & verulus sit, quod futurorum careat metus, meditandum ergo quæ faciant beatam vitam, siquidem si adiut illa, omnia suppetunt; sin vero ablit, agimus omnia ut illam habeamus. *refrat.* ut his ego. clausula iam data similitudinis; cuius hæc sententia est: Quoniam per tempora non licet vere philosophari, virtutemque suis omnibus numeris, partibus & causis, & (vt dialecticōs loquar) essentia, lites definire, ciusque partibus sigillatum declaratis, honeste beneque viuendi præcepta tradere, vt secundum id quod recta ratio decreverit, nō ignoremus, quid tenendum, omittendumque, quid faciendum sit vel non faciendum, superest ut ipsis elementis vitam moderemur, hoc est, ex ijs vice commodis, incommodisque res ipsa communis, ciusque experientia nobis oculos ponit; ex quibus

quibus si non perfecte, salte aliquo modo, id quod verum est, bonumque tandem cognoscere poterimus; nam vitare vitia, recta ad virtutem via est, quae vita menti ad verum discernendum, quam ad claram intravendum oculis lippitudo, non minus obsunt, & ad lippitudinem, vel tollendam vel corrugandam, ut collyriū planè est utile, sic docet Horatius ex effectis deprehendi vitia, eaq; fugi posse, vel emendari lectione Philosophica, auditione, & exemplis familiaribus. *elementis*. initij Philosophiae, naturæ quam menti notioribus. *non possis oculo*. *analogia* à comparatione pari. *oculo*, enallage numeri, pro oculis, sic habent omnes scripti quos vidi codices, non oculos, ut Lambinus legendum contendit, atque ad: o vulgavit præter necessitatem, ut mihi quidem videtur, si ad hunc modum verba declares, si non possis oculo tantum contendere, quantum Lynceus, id est, si non possis in rebus ipsis perspiciendis, tanta vi oculorum nisi quanta Lynceus, idq; propter lippitudinem, sic circa nolis collyrio sanari lippitudinemque arcerit sic quoque dicimus, animo contendere. Cic. Quantum committi potes animo, quantum labore contendere &c. tantum fac vt efficias. Ego sequor consensus codicum, nihil Lambino præiudicás. *Lynceus*. de Lyncei oculorum perspicuitate vide adagium in Chil. Lynceo perspicacior. *membra*. membrorum robur. *nodus*. quod in nodis, id est, articulis corporis hæreat præcipue. *chiragra*. *xugogyna*. quæ dictio *μητρας* primâ corripit abiecta & est quædam prodire tenus. *γνωμη*. quale hoc est, in magnis & voluisse sat est: in magnis enim rebus si non effectus votis nostris respondeat, at conatus tamen sua laude non caret. *est quædam*. sic inueni sine villa litura in antiquissimo Bland. codice & Buslidiano. Nannij codex habet, est aliqua prodire tenus &c. ceteri omnes habent, est quædam &c. feruer avaritia. enumeratio vitiorum, quibus implicitus animus humanus, dicitur solari se, quando legendis Philosophis audiendisque sedulo enitur ad virtutem. Expolit autem id carmē, restat ut his ego, &c. miserisque cupidine. sic habent 4. Blād. Tonf. Sil. Busl. reliqui misera, non aptè. posterior autem huius carminis pars est prioris descriptio, avaritia namque est ingens habendi cupidio, qui miserum facit hominē. *sunt verba & voces*. verbâ pertinent ad ea præcepta quæ Philosophis, doctis que hominibus litteris trâdita, lectorum studiorum lenite recrearéque possunt, quod indicat versus sequens, sunt certa piacula, quia te ter pure lecto &c. voces autem sunt eorum qui virtutem turpitudine declarata, hortantur ad virtutem capessendam. hic pertinet quod ait, si modo cultura patientem commoda tarem. *dolorem*. animi, qui

curis augendæ quidem rei plurimis,mittendæ vero metu maximo conficitur. *morbis*. *συστηματος*, èst *κύνος οφθαλμοῦ δοκοῦσις αἴρεται*, in Philosophorum placitis, id est, opinatio vellemens eius quod expedendum videtur animo penitus insita. *laudis amore*. *κινδύνος οφθαλμοῦ*, *τοξοφόνη λαγών*, *χρυσός της ιπποτοῦ*. hoc est, vanagloria, cuius cibus & alimentum honores & laudes sunt. *piacula*. medicamenta purgantia, *ραθάποτις*, id est, præcepta Philosophica. *recreare*. instaurare, reficere, *ἀναρρήσθεια* ī *τηλεούσια*. *invidus*, *iræundus*. congeries festinatæ narrationi seruiens. *αδέρφες* ferus. alienus ab omni humanitate, ita vitiis addictus, tam malitiosus, *κακοψήστης*. vt non possit mansuetieri, ad mentem redire laniorem, vicia, improbitatemque odisse, si docenti, recteque monenti attentas aureis accommodet, sc̄eque docilem præbeat. quod si faciat, vitiæque partim ex præceptis moralibus, partim ex ore docentis percepta fugere studeat, iam in via est ad virtutē, atque pro viro bono habendus est; nam *virtus est virtutum fugere*. hæc ratio quasi clausula subiecta est, per enumerationem, Philosophiæ principiis, quæ nominavit elementa, quæ per duriora tempora, minùsque tranquilla, vult esse solatio bonis viris, nimirum vt virtus fugiant, nam à contrariis, virtutum fugere, consequens habet amplecti virtutem, quemadmodū sapere est non stultescere: quæ rationes cum sint in relatione, non etiam vt definitio in eo quod naturaliter explicatur, merito in elementis Philosophiæ cœnatur, nam quod alicui conuenit, id eius contrario cōuenire nequit. *vides qua ma*. argumenta ab exemplis vita communis humanæ stultitia quibus ostendit quoque vitiorum turpitudinem inconstantiamque devitandam. *turpemque repulsam*. in honorum petitione. *animi*. tres cod. habent animo, Nannij, Tonf. Silvius. *capitisque labore*. vita periculo. *impiger extremos*. expolit quod dixit, exiguum centum, quem hic exponit pauperiem, Ad est, moderatum, & victum frugalem. *per ignes*. an per ardentes circulos, tropicum Cancri, & Zodiacum, è quod mercatorē sit ad Indos penetrare, in simpliciter pro gravissimis periculis ne cures ea que. vt non cures diuitias &c. non vis discessere & audire, & credere meliori? sensus quid om̄ est, quia pauperem esse, credis malum esse maximum, das operā mercaturā vt diues euadas, quod bonum iudicas esse summum, sed virū melius est, contemnere diuitias, vitamque in securitate tranquillam degere, quod docet Philosophus, an dirati, perpetuoque in summis perturbationibus esse miserum, quod prôducet Ianus? *quis circum pagos*. à simili. *compita*. *τρισδι*, *περγάδι*. magna coronari. Helleistimus, *στρατηγός*. O λύπτα μεγάλα.

sine puluere. vide adagium, Citra puluerem; & quæ notauiimus in odem 1. lib. i. *vilius argentum est.* explicat quod dixit, *& meliori credere non vis.* pœc enim verba sunt Philosophi docentis contentum diuitiarum, magistratum, honorum &c. præ virtutis excellentia, quæ cetera omnia sua bonitate longè iuperat. perinde hoc est, ac si dicat, ô ciues, diuitias, opes, honores miramini, & optatis tanquam bona maxima, sed stulte id facitis: nam virtute, nō argentum, non aurum est præstantius. est autem comparatio impropria secundū Stoicos. eo modo quoque dicimus, Deū meliorem esse cacodæmonem: cùm dæmon tamen nō sit bonus. *aciues ciues.* hæc abhortatio Iani pugnat ex diametro cum doctrina Philosophi; nam Ianus non per ironiam, vt volūt aliqui, sed prodocet seriò virtutis studium pecuniaꝝ posthabendum. in qua sententia ait esse senes, & iuuenes, quasi prius sit ditescendū, quām philosophandum; quod quām sit miserū, nedum stultum, docent sequentia. *hac Ianus s. de Iano legitio quæ scriptissimus in Satyram;* lib. 2. *prodo-* *cet.* palam docet; sic habent 4. Bland. Bull. Diuīx. Silu. sed Martin. edocet: Tonſ. & Nan. prædicto vulgari perdocet. Lambinus probat, prodocet, à quo non dissentio. *dicitur.* Iepius inculcata precepta Iani. *Iano suspensi loculos.* ad scēnū reponendum. *tabulamq.* ad scribenda nomina. *suspensi* *loculos* Enallage passiū pro actiō, pro suspēdentes, per Synedochēn. hæc sunt dictata Iani, quæ reciunt senes, iuuenēsque ad vsque neniā puerilem. *est animus tibi.* hic versus in cod. Bussid. vetustissimo præponitur huic, *si quadringentis;* & quidem recte (meo iudicio) nam postpositio mihi semper fuit suspecta: confrinet enim verba Iani quemque incitantis ad querendam pecuniā ante virtutem, ab animo p̄sidenti in rebus agendis, ab morib⁹ fori perspectis, ab eloquentia, & fide; que omoia maxime opere desiderantur ad mercatum & lucrum faciendum. *si quadringentis.* hic versus causam complectitur querendā pecunię, purā, honores; nam si quadringentis, id est, si census tuus non respondet legi Rofciæ, plebs eris, hoc est, eris plebeius, & ordinis plebeij, non equestris, cuius census erat quadringentorum seftertiū sub Iulio Cæsarē, id est, ad numeros nostros, auctore Budzœ, decem milium coronatorum. *at pueri ludentes.* confutatio stultitiae præceptorum Iani, mercatorumque à iudicio puerili doctrināque parentum, simplici quidem, sed verissima, quæ à natura illa prima & incorrupta promanat, à Deo op. max. in humana creatione infusa, nihil quām quod rectum erat, amare amplectique poterat. qua de re plura scribere nos veras nimia prolixitas, & argumentū longè latēque diffusum, nimirum de paritate, impaiti-

tēque, de quaternario, & rectitudine virūtis quæ est in perfectione æqualitatē: que æratum quatuor, adolescentiæ, iuuenturis, virilis & taris, & senectutis; quæ si in honestate sibi consentiant, regium virum efficiunt, sed satius est de his pauca tangere, quām plura deterere. *bis murus æneus.* *quæ vir-* *ta beatæ tranquillæque princeps effectrix.* vide in Chiliad. *murus æneus.* huic autem concinat illud in Tuscul. lib. 2. nullum theatrum virtuti co-scientia maius est. *ludentes.* non arbitror alludere ad sphæromachiam, vt quidaam viri docti volunt ex Platone, in qua Græcis, qui vicerat, Rex salutabatur, victus vero Afinus, viciturq; mandata cogebasur ezequii; nec ad Basilianda quoque, vt Nanius adnotauit. sed existimo hanc esse sententiam: pueri ludentes, id est, inter ludendum, passim, & dum mutia sibi à parentibus iniuncta peragunt, ita canunt, Rex eris si recte facies. Solebat parentes nocte melioris, vt in labore suos liberos solarentur, simul & recrearent, eis præire honestis cantionibus ad mores formandos, à vitiisque & ignavia deterrendos; vtque à patribus acceptas leges memoriaz infigerent, quas pueri inter ludendum frequenti repetitione memoriq; manda solebant, & earum oblii vel præmium propositum non acciperent, vel damnarentur socordia. hinc apud Græcos *μέγιστης*, cantiones quædam dictæ, quæ nimirum ad vitæ rectitudinem spectabant, vt quæ ex legibus recte naturæ constabant, à patribus acceptis, lege Aristot. in Problem. Seg. 1. 9. Quæstione 28. Sed apud Laërtium quoq; ex Elegis Solonis, constat leges carmine scriptas canari solitas ad memorie facilitati. quin & Cic. testis est, pueros leges xii. tab. tanquam carmen necessarium didicisse. Sic & hæc puerilis. nenia dicitur Hesychio *παιδεύσις ταχας,* quod è legibus sumta mores formabat: cumque morem ab Hebreis originē habuisse crediderim, (est enim nenia vox Hebraica) quibus à Deo parentibus mandatum fuit, vt suos liberos docerent leges patrias. *nulla paleseere culpa.* culpam pallor subsequi solet. *Rofcia dic sodes.* *ἐπάρτημα* vehemens, quod multum grauit legem Rofciam. *puerorum est.* sic est scriptum in omnibus cod. præter Martin. & maribus Curijs. ab auctoritate virorum fortium. rōmas autem subit hic formam nominis adiectiui. *is ne tibi melius.* *is rōma* ad præcepta viriūsq; doctoris; Philosophi quidem de virtute præferenda pecuniaꝝ, Iani vero contraria sentientis, per collationem viriūsq; consilij. *qui rem facias.* sic habet omnia scripta, sine aduerbio, vt quod ex interpretatione adiectum videtur. *rem facias.* lucrum. *quocunque modo rem.* iure vel iniuria. *vt propius.* à caula finali, vt sedere possit inter equites, recitanti proximus: qui locus in qua-

quardecim

et iudecim ordinibus erat equitum Romanorum. *liberum*, purgatum à vitijs. *rectum*. ad virtutes. *presens*, fidus & constans, qui non fucum, nō dolum obtrudit, non ea docet quā fugiunt, nō caduca, quā poilessorem deserunt, qualis est pecunia, sed quā immortalia sunt diuināq; ad ea hortatur. *& aptas*. aptos facit, informatque docileis auditorum animos. sic habent 4. Bland. Busl. Naon. & Siluij codex, sine villa litura: alij cum vulgatis sentiant in tā optat, sed ego cū Cantero sequor aliā, licet eam Lamb. non prober. iudicet lector. *quod si me* τραγούδηται. *iudicis fruar* iisdem. Nannij codex cum Tonfano, habent, idem. quod non dispieler omnino; nam cur non sim idem, hoc est, cur sim alias à populo & in visa communi, vt in opinione? *sequar*. opes & honoros, quos diligit populus. *ac fugiam*. pauperiem, & turpem repulsam, quas odit. *olim quod vulpes*. Apologus Aelopiacus per subiectionem. *bellu[m] multorum capitum*. à descriptione populi περιστον, ad varia cuiusq; studia, & insuper inconstantiam populi docendam, quā sine villa quiete vexant eos qui neglecto virtutis amore sentantur lani documenta. per multa capita, varietatem, inconstantiam, dissentientes opiniones inter se intellige. *par[us] hominum*. expoliatio multorum capitum, per enumerationē sententiaz vniuersiusque. *conducere publica*. hinc publicani ludis ediosi propter vctigaiā; sed & mercenarij publici, id est, qui opera, mercede publica conducunt, μεθωπί, hic eo nomine quoq; censeri possunt. *fructus & pomus*. vilibus & nullius pretij donis, fructus autem legendum censeo (idque meo iudicio) apissimè: quod sanè nō obseruasse, nisi admonitus apera litura Siluij cod. & Martini. Nam, fructis, certe nō conuenit, quis enim fructis capiatur alius quām vilissimus qui que? equidem cruxis admirerim potius, vt habent quidam codices; his enim invuktur à doctoribus pueri elemēta veliat vt discere prima. sed hæc duo fructis & pomis appositissimè consentiunt. & ne vocis, fructis, insolentia deterreat aliquem, is noverit tā fructus olim secundā fuisse inflexionis. vnde in Adelphis, nunc exacta ætate hoc fructi pro labore ab his ferō, sidiū. sic apud Caton. quoque fundus, melior erit, minūsque peccabitur, fructi plus capiet. *excipiātq; senes*. infidiosi capiant, capio' q. & veluti feras, aut pisces in viuari's dentos tandem inescatos vorent. *multis osculto creſce*. hoc geniū hominū multo est deterrium vel I Socrate teste ad Democriti, πέρι τῆς φύσης, οὐτε τὸν τῆς ἡλικίας νόον, οὐτε τὸν τῆς φύσης νόον, μηδὲν δὲ τὸν τυχέραν διαφέρεται. hoc est, omnes enim inquit, non ita eos oderunt, qui mali sunt, vt eos, qui cūm se probos esse simulent, nulla

tamen in re à vulgo differunt. verum esto. concessio opinionis varia, propter capitum multitudinem; nā dici soler. Quot capita, tot sensus; quot homines, tot sententiaz. *īdem eadem possunt*. ad ostendandam maiorem inconstantiam, scilicet utrā in proposito aliquis constet, & nō potius in horas singulas id variet; quo argumento demonstrat hoc donari posse, non omnes idem sentire; sed sibi non constare, secumq; pugnare, nulla esse venia dignum. *nullus in orbe finis*. Extrematis expoliatio à diuite inconstante, Baiisq; propter ramœnitatem loci, prætorium structoriente. *lacus & mare*. lacus marinus, nimirum Lucrinus, inter Puteolos & Misenum montem; nam lacus Lucrinus in Baiano est, & mare habet sinum Baianum. *amorem*. studium. *τραγούδηται*. festinatio, ad ædificandum. propriè arti festinans; nam Catone, in De suis virtutibus, oratione, auctore, qui multa simul incipit, neque perficit, festinare dicitur, sed prope rat, qui, quod mature incipit, transigit. *keri*. diuitis. *fervor[us] auspiciū*. hoc est, ei, loco auspici habita, murauit anum. *Theanum*. dictum Sidicinum non procul à Nola, & Sora. *lectus genialis*. lectus genialis, auctore Festo, sternitur nuptijs in honorem Genij, à generando olim, nūc à signendo dicti. *genitius*. Deus natalitus dicitur Genius. de lecto geniali, Arnobius contra Genteis, prolixè autem de eo. Garullus in noveis Pelei & Thetidis. Est præterea lectus genialis, *άλιν ερυθρού*. sed hæc pro vxore capitur. *in aula*. *νότιον* pro domo. *Protes*. allusio ad fabulam Protei in quamvis se formam transmutantis. vide 4. Georg. Virg. *quid pauper*. ne videatur Horatius nimis inuidiosè diuites solos instabilitatis culpare, & inter eos Mæcenatem, ob ædificiorū amplitudinē nouitatemque, & in Esquiliis, & alijs in locis, vt cum non offendat acerbius, facit Mæcenatem secum agere, percunctarique quidnam ipse meditaretur, an sibi in redus constaret. *quid pauper*. sup. tu agis; ei respondet Horatius. *ride*. inquit, *mutat cœnacula*. loquitur de se in tercia persona, sc̄que satris inconstantem fatetur, in sua quoque paupertate, quod pro more suo facit; nimisrum quō liberius mores rideat alienos, nimis incompositos in æqualeſque. *mutat cœnacula*. *lettæ*. nunc domi cœnat in vrbe, dormitique, nunc ruri in Tulcularo, nunc apud te, nunc apud alios, & proinde mutat balnea, & tonsores, vt vobis aliique viris principibus honestè conuerteret, & hoc modo sub sua persona pauperis nota artificiose diuitum clientelas. Quod autem sic interpretare hunc locum, tradet Sayyra 7. li. 2. vbi sub heri persona patitur à Dauro seruo (nō sive nota aliorum) se inconstantia dominati. legit hos versus eius Sayyra, non dices hodie quorūm T T ; *bacchari*

hæc tam purida tendant surcifer? ad eum vñq; ver-
sum, etenim fateor, me dixerit ille &c. & nostros
Commentarios. *conduito nauigio aqñè nauicat.*
hunc locum declarant verba Plutarchi ī tñ pte
ēn̄tūmias, ἀπόπειραι δεσμοί καὶ ναυπάτες τῷ πλωτῷ εἰ τὰ
ράπται οὐδέποτε διάκρητοι εἰσὶ γαῦλοι ἢ ἐγκάτετοι, εἴ πάλιν
ταῦται εἰσὶ τριηρεῖ μεταπόστοι, οὐδὲν πεπάνιστο, εἰλού χρήλου καὶ
εἰλού διατίται συμβιβεφίερεται εἰστε. ὅντας αἱ τὸν
εἰσαὶ ἀπεκτεπλόθεις οὐκ εἰπαρεγοταῖς ψυχῆς τὰ λο-
γοτύπηα καὶ ζεγετῶν, hoc est, quemadmodū timidi &
nauseantes, dum existimant se meliusculè habi-
tueros, si ex acatio in gaulum, tursumq; si in tri-
remem commigrant, at nihil tamea proficiunt:
ita aliud vita genus non eximit animo ea quibus
grauatur, & perturbatur. *ζεῦτις δὲ οὐτὸν ἀπογεία πρε-
γμάτων, ἀλογίσια, τὸ μὲν δυνάτος, μηδὲ ἕπιγεγός
χρηστὸς ποὺς παρέστη ὁρθῶς ταῦτα καὶ πλούσιος χρημάτων
καὶ τίνατος, ταῦτα δὲ γεγαμένηται αἵτια καὶ ἀγάπεται.* id
est, hæc autem sunt rerum inscritia, rationis pænit-
ria, neque posse, neque presentibus recte vt nō nosse:
hæc & diuitiae grauant & pauperes, hæc nuptas si-
mul & innuptas cruciant. *conduito.* quod proprio
careat. *si curatus.* sic habet vaus cod. scriptus. Diu.
nec tamen sine litura literæ t. ceteri omnes sine
vllis maculis habent, curatus; à quo non libenter
discedo; sed non nihil impellit nos ad aliam lectio-
nem verborum perspicuitas. interim tamen & hæc
interpretatio satis aperta est: Si curatus capillos, id
est, habens capillos nitidos vñctōsque, sed inæqualiter i. inepiè tonsos, quia tonsura nō respōdet nō
totori, rudes. Quin & cetera huic interpretationi con-
sentient; nam tunica pexz, eleganti, & mundi ri-
diculè subest trita subucula, vilis & detrita; sic
quoque imparem humeris insidere togam, risu di-
gnum est: atque hoc modo per hypallagen τὸ ton-
fore inæquali, pro tonsura nō inepiè ponitur. ita-
que (meo iudicio) propter consentium omnium co-
dicum τὸ curatus velim præferri τὸ curtatus, quæ
vox haud dubiè suppositio est, propter τὸ tonsore,
tametsi reclamat Lamb. qui tamen non infirmitur
in vix vllis manuscriptis aliter se invenisse. quare
dispiciat lector. *si curatus.* nunc aperte de se agit
in secunda persona, miraturque externum corpo-
ris cultum minus aptum. Mæcenati esse risui, noa
etiam animi sui mutabilitate contrarietatemque;
quod videtur non carere peruersi iudicij nota, in
amici vitis cæcutire, quod vehementer quoq; re-
prehendit Satyr. 3. lib. 1. sed alio pertinet, vt iam
dicemus. *infanire putas sollemnissime.* nō rides me
quando mecum discentio. cur? quia me infanire
putas sollempnis, hoc est, per enallagmen vñctis Gra-
co more putas sollempne, consuetum, familiare, vt
qui sunt ἀριστοφόροι, irasci facilis, iuxta impatiens, ce-

rebroſus; quod de se fateri videtur Satyr. 5. lib. 1. do-
nec cerebroſus proſilic vñus, &c. deinde Satyr. 9.
eiusdem lib. vbi de cerebro Bollanum commēdat. Postremò Epist. vlt. lib. 1. irasci celerem, &c. nec
medici, cō quod hoc vitij natura sit inſitum. *sec
curatoria.* quia ea inſititia momentanea, nec mul-
tum formidabilis est, & facile deponitur sine dam-
no, aut nominis aut bonorum. *à prætore dati.* fu-
rioso dabatur curator à prætore, si non erant agna-
ti. vide titu. de tutela, in inſitut. Iur. ciuil. *verum
tutela meorum.* tutor cum his. commendatio Mæ-
cenatis, ab amicitia & cura Horatij, qui in habitu,
cultuque corporis cum monebat munditie, sed
quod lēcum aliquando diſideret dabant natura aut
paupertati, non avaritia, non ambitioni, aut luxu-
ria. atque hoc argumento nobis est, pauperes qui-
dem esse lēpē non minus inconstantis ipsi diuitiis,
sed eō minus reprehendendos, quod hoc eis
non ex rerum abundantia, vicioſaque libidine, sed
accidat aut necessitate, quod diuitiis sit obſequē-
dum, aut natura, propter quam nemo aut vi-
tandus venit, aut laudandus. *ad summam sapientis.*
hoc Iani documentum, post prolixam digreſſio-
nem, ad turpem ciuium inconstantiam morum
que inæqualitatem, concludit hanc Epistolam pro
ciuium & populi arbitrio contra doctores Philo-
ſophos de virtute diuitiis anteponenda, perinde
ac si dicat, vt bonus, liber magistratus sis &c. non
opus est virtute, nam diues sapiens ad summam
scilicet pecuniariam amplificandam, taorū non
est Deus, & immortalis, est liber, honoratus, pul-
cher, Rex denique Regum, præcipue, id est, ma-
ximè sanus; nisi cum pituita moleſta est, id est, nisi
cūm eraungitur pecunia, & pro lucro damnum
facit: vt enim defluxus à capite per narces, ita de-
fluxus pecunie ē loculis auari sine queſtu tam grā-
uis est, vt eum nec dies nec noctis finat inter-
quiescere. Alij aliter hunc locum exponunt, ni-
mirum de sapiente Stoico, qui ex corum decretis
vñus, est omnia, sed (vt mihi quidem videtur)
non recte, cūm nūquam hic eius facta ligamentio,
sed vbiq; sit actum de pecunia lucro, de pecunia
virtuti præferenda, de gradibus honorum pro-
censu cuiusque, de inconstantia. iudicet autem le-
ctor doctus. *ad summam sapientis.* sic quoque di-
cimus, ad quācum esse calidum, ad verum sape-
re, ait Propertius. *honoratus, pulcher.* sic alibi, &
genus, & formam regina pecunia donat. *pituita.*
τὸ δὲ λοιπὸν φλέγμα καὶ χολὴ, Aristoteles de vita
breui, hoc est, reliquum vero phlegma seu pituita
& bilis, in τῷ pituita crasis est.

EPISTOLA II.

AD LOLLIVM. I.

TRÖIANI bellum scriptorem, maxime Lollum,
Dum tu declamas Roma, Præneste relegi:
Qui, quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile,
quid non:

Plenius ac melius Chrysippo & Crantore dicit.
§ Cur ita crediderim, nisi quid te derinet, audi.

Fabula, quæ Paridis propriez narratur amorem,
Gracia barbaria lento collisa duello,
Stultorum regum, & populorum continet astus.
Antenor censem bellum præcidere causam.

10 Quid Patriæ vt saluus regnet, viuatq; beatus,
Cogi posse negat. Nestor componere lictu
Inter Peleiden festinat, & inter Atreiden.
Hunc amor, ira quidem communiter viri verumq;
Quicquid delirant reges, plectuntur Achini.

15 Seduzione, dolis, scelere, atque libidine, & ira.
Iliacos intra muros peccatur, & extra.
Rarissimæ virtus, & quid sapientia posset,
Utile propositum nobis exemplar Vlyssem:
Quid domus et Troie, multorum prouidus vrbe,

20 Et mores hominum inspexit: latumque per aquor
Dum sibi, dum seys redditu parat, affera multa
Percutit, aduersis rerum immensabilis vndus.
Sirenum voces, & Circa pocula nosti:
Quæ si cum socijs stuleus, cupidusque bibisset:

25 Sub domina meretrice fuisse turpis, & excors:
Vixisset canis immundus, vel amica luto sus.
Nos numerus sumus, & fruges consumere nati:
Sponsi Penelope, nebulones, Alcinousque,
In cura curanda plus equo operata iuuenimus:

30 Cui pulchrum fuit in medios dormire dies, &
Ad strepitum cibara cessatum ducere curam.
Vi iugulent homines, surgunt de nocte latrones:
Vi reipsum serues non expurgisceris? atqui,
Si nolis sanue, turres hydropticus: & ni

35 Posces ante diem librum cum lythine: si non
Intendes animum studiu, & rebus honestu:
Insidia, vel amore vigil torquebere. nam cur
Quæ ledunt oculos festinas demere: si quid
Est uniuersum differt, curandi tempus in annum?

Dimidium facti, qui cepit, habet. sapere aude: 40
Incipe, viuendi qui rectè prorogas eum
Ruficrus expectat dum defluat amnis: at ille
Labitur, & labetur in omne volubilis eum.
Queritur argenum, puerisque beat a creandis,
Vxor: & inculta pacantur vomere silue. 45
Quod satis est cui contigit, ut nihil amplius opret.
Non domus, & fundus, non aris actruus, &
auri

Aegroto domini deduxit corpore febres:
Non animo curas. Valeat possessor oportet, 50
Si comportatus rebus bene cogitat viri.
Qui cupit, aut meruit, iuuat illum sic domus,
autres

Vrillippum picta tabula, fomenta podagram,
Auriculas cibaria collecta sorde dolentes. 55
Sinceram est nisi vas, quodcumque infundit,
acepsit.

Sperne voluptates, nocet emita dolore voluptas.
Semper auaræ egit, certum voto pere finem:
Inuidus alterius macrescit rebus optimis: 60
Inuidia Siculi non iuuenere tyranni
Meius tormentum, qui non moderabitur ira,
Infectum volet esse, dolor quod suæ serie, & mens,
Dum pœnas odio per vim festinas inulso.

Ira furor brevis est, animum rege: qui, nisi parer, 65
Imperat: hunc frenis, hunc tu compescere casena:
Fingit equum tenera docilem ceruice magister,
Ire viam quæ monstrat eques. venaticus ex quo

Tempore ceruinam pellem latravit in aula,
Militat in filiis catulus. nunc adhibe puro
Pectore verba puer, nunc te melioribus offer.
Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem

Tefta diu, quod sicessas aut strenuus anteis,
Nec tardum opperior, nec præcedentibus insto.

COMMENTATOR.

TRÖIANI bellum scriptorem maxime Lollum.
Scribes Lollio ait lecto à le poëmatæ Homeri ma-
nifestius sibi & melius exprimi ab eo Philosophia
præceps, quam ab optimis eius professionis au-
ctoribus Chrysippo, & Crantore: in Iliade enim
virtus turpitudinemque & stultitiam hominum; in
Odyssea vero sub Vlyssis persona, virtute, sapien-
tiamq; demōstrat. *Treatise bellum script.* periphrasis
Homeri,

Homeri. *declamas*. quia orator erat. *Chrysippo*. Chrysippus Apollonij filius Solensis fuit, Antistes sectæ S. oīca. *Craatoe*. Academico. hic Solensis fuit pulchritudine corporis conspicuus, non tantum à Xenocrate præceptore suo, sed etiā à Polemone, qui Xenocritus scholam exceptit, adeo fuit adamatus, ut in academia maximā dignitatem sit assecutus. *cur ita cre*. quod Homerus melius dixit Chrysippo. *distrinet*. occupet, intentum vel distractum teneat. *fabula*. Illias. dicit quo modo per singulas fabulas demonstraret virtutes, & vicia. *narratur*. ab Homero. *Barbaria*. Troiæ. *lento*. diu gesto & fortis. *collisa*. prostrata. *duello*. bello. *duellum* propriè est quod à duobus bellum geritur. *regno*. ducum. *afsum*. perturbationem. *Antenor*. ostendit quomodo causa perturbationis sedandæ, fuerit principibus commissa. *censet belli*. poscit reddi Helenam. *quid Parus*? supp. facit? repudiat, abnegat suasionem, & negat posse cogi, id est, constringi, ut reddat Helenam. *Nestor*. dux Graecorum. *inter Peliden*. Achillem Pelei filium. *Atridem*. Agamemnonem, Atri filium. *hunc*. Achillom. *amor*. Briseidis. *vtrumque*. Achillem, & Agamemnonem. *delirant*. errant, peccant. *plectuntur*. sustinent, patiuntur. ut, Venus in æstus plectantur silue. *Iliacos*. Troianos. *extra*. à Gracis. *seditione do*. apud Gracos. *scelere atque libidine*. apud Troianos. *& ira*. apud virōque. *sapientia*. prudentia. *virtus*. patientia, tolerantia. *propositus*. in Odyssea Homerus. *qui domitor Trois*. hi versus ex Odyssea principio lumi sunt, ut in arte Poëtica, Qui mores hominum multorum vidit & vrbeis. *πολέμων μητε πολύτροπος*, οὐ μάλα πολὺς πολάρχος πολλὰ δ' αἰδόπονύδις ἄστα, τὴν νέον τύραννον. *proximus*. prudens. *affera multa*. asperitatem causum ita pertulit, ut nec vndis obrui possit, nec superari à monstribus. *impercabilis*. iniunctus, indefatigatus. *vndus*. casibus, calamitatibus. *Sirenum voces*. Sirenes dicuntur fuisse filii Alcinoi. *Circus poc*. Circe fuit filia Solis, quæ carminibus suis, & veneficiis homines mutabat in feras, ut fabula est: re autem vera, mulier fuit speciosissima, quæ mentes hominum præ timio amore alienabat à se: hanc autem Vlysses deuitasse dicitur. *noſſi*. ô Lolli. *domina meretr*. non dicit Cirene fuisse meretricem, nisi fabulose: secundum Stoicos enim, avaritia, cupiditas, libido, dominæ meretrices vocantur; quibus qui seruantur, turpes vocantur, & serui; se autem, & sapientis, qui ijs virtutis parent, & solos, liberos esse volunt, surpis. in bestiam mutatus. *immundus*. impudicus. *fus*. porcus. *nos numerus sumus*. vides quos fama obscura recondit, quia nō paremus Philosophiæ, à cuius studio qui absunt, aiunt numerum tantummodo explere hominum, acc alij vlli

rei esse natos, quād ut fruges, & cibos consumant. *ſponſi Penelopa*. procī quos Homerus eauerat, in curando corpore apud Penelopen occupatos fuisse. *nebulones*. perditi, dicti à nebulæ. Varro nebulones vocat obscurō loco natos. *Alcinoique*. luxuriosi, molles, inepti, ab Alcinoo rege Phæcum, luxui dedito. *in care curanda*. ad oblequendū corpori operas. occupata. *iuentus*. sfp. nos sumus. cui iuentutem. *cessatum ducere*. ad cessandum curas, & sollicitudines, ad finiendum dolores, & mœros, ut cessent curas: ut, Quæ situm Aenean ad mortua Pallantea. solemus adhibere sonitum citharæ, aut lyrae, ut facilius sopiamur. *ducere*. trahere. *cessari*. ad cessandum, est infinitus à futuro. *non expurgiceris*. non intendis animum tuum Philoiphiz, ut in eius præceptis institutis rectam viam ingrediaris. *si noles sanus*, *curses byd*. si noles ventura vitia propellere, cùm te oppresserit, conaberis ei resistere frustra: nihil enim proficies, allusio ad artem medicam, qua solent hydropici currere, id est, se exercere, ut morbus extenuetur, ante quā ingravescat, & insanabilis fiat. *posces ante diem*. vt de nocte ad lucernam lucubres. *libram*. qui præcepta Philosophiæ continet. *lumine*. lucerna. *inuidia*. vel *amore vig*. hoc est, ex otio incides in amores, inuidiam aut aliud vitiū, quod te non sine quiete scere; & tunc demum senties maximum esse dispensum sapientia caruisse. est. edit, consumit. *dimidium facti*. id est, incepisse aliquid boni, quasi dimidietas est facti. *aude*. quasi sit audacie, conuicta niti. *aude sapere*. aude continentiam sequi: id est, aude Philoiphiam discere. sic, aude holpes contemnere opes. *qui retine viuendi*. hoc est, qui rationem recte viuendi differt in aliud tempus, similis est rustico, volenti flumen transire, & expectanti donec totum defluat. *prorogat*. differt. *ruficlus*. agit ut rusticus. *defuat*. funditus, ad plenū excedat. Qui vllum tempus præterit, quo melior fieri non laborat, stultus est ac rusticus habendus, qui cursum fluminis spectat, tanquam finem aliquando futurum. *quaritor*. desideratur. *beata*. diues, partu felix. *pacantur*. excoluntur, arantur. Virg. mansuetus arando. *quid satis est cui contingit*. monet hic, sive quæ cupit alius, consecutus, & adeptus fuerit, cupiditati suæ finē faciat. sic alibi, bene est cui Deus obtulit parca quod satis est manu. *cui contigit*. etiam in naturalibus desideriis. *agrota*. sollicitus. *domini*. diuitis. deduxit. educere potuit. *valent*. supp. vt, id est, opus est ut manus sit, si cogitat bene. vt comportatis, id est, patatis, & acquisitis; nam stulto & insano nil satis est. *qui cupit*. ut habeat. metuit. ne perdat. *& res. pecunia. lippum*. cæcumentem. fomenta pod. supp. iuuat, quia insanabilis est morbus. fomenta quidem leniunt

jenitane morbum, sed non sanant. sacerum, mun-
dum. auriculas. delectant aliquando, sed non sa-
nant. pete. pone. satis sit tibi quod habes. finem,
modum. inuidus. aliquis. macrosit. torquetur.
inuidia Siculi. hoc est, ne Phalaris quidem Agri-
gentinorum tyrannus, nō Dionysius Syracusanus,
maius inuenit tormentū, quām animis hominum
infert inuidia. qui non moderabitur ire. qui non
statuerit irē modum. dēcenter pœnitentiam descri-
bit, quæ sequitur iracundiam. infestum volerit. quia
id facit sepe, quod eum fecisse postea pœnitit. dol-
lor. nimia indignatio. dum pœnas. dum pœnas
festinanter exigit. odium enim est irē impatientia
quæ vindictam desiderat. multo. infatibili. ani-
mum. impetuū animi, & vehementiam, qui nisi
obedient, imperare cogitat, cuius āperium semper
est intolerabile. frātis. metaphorōnis, pro pre-
ceptis Philosophiz. sapientia, ratione, pātiēta &c. c.
cetera. constringe, ne evagetur. fingit equum. ar-
gumentum à simili, quod adhortatur ad sapientiae
studium à primis annis. fingit. format, instituit.
tenera. dum tener-est, docilis est. venaticus ex quo.
ordo est, venaticus catulus, ex quo tempore. Intra-
zus. id est, gustauit, perfecutus fuerit. puer. cūm
adolescens est. responderet ei sensui, siacerum est
nisi vas &c. melioribus. Philosophia magistris.
semel. primum. Virg. cūm semel in filiis imo de
stirpe recisum est, matre caret. recens. rudit. quod
si ces. dehortatur tarditatem, & hortatur strenuita-
tem. si cessat à Philosophia studio persequēdo.
sardum. ad sapientiam, cessantem. præcedensibus
enī. nec vrgeo præcedentem, ut me oppertatur
& expectet. hic ostendit, non ad alienū arbitrium,
sed ad suum fe proficere.

C. R. V. Q. V. I. V. S.

Hec Epistola ad Lollium, complectitur in signē laudē Poëtos Homeris; longè namque præfert eam philosophicis assertionibus, definitionibꝫisque, ut pote λόγις θεογονία: ad hæc virtutis omneis parteis, virtorumque turpitudinem planè & ad viuum resecat, sualeque per onions tanquam in tragœdia in actus scenaq; inducit, unde certò licet, & velut ad oculum cognoscere, quantum viri prudentes quidem consilio, fortes vero patris populōque sint armis vtiles; contrā, stultū ignaūque quām norij, quantōq; damno sunt omnibus, quando suis plus affectibus, corporiq; quām communitatì consulunt. hinc Paris insano Helenæ amore patris pennicies, illinc Ulysses sua prudētia sociorū salus artificiosè describitur. At nos Philosophi, inquit, qui in theoria nugamur, splendide quidē de virtute sentientes disputantēisque,

ad nulla verò reipublice munia propius acceden-
tes, quid aliud quām numerum exemplum homi-
num, viles & inutiles, instar pecudum, terre fruges
consumere nati, nunc otio nimio torpidi, rectè vi-
uendi rationem procrastinantes, nūc inuidia ema-
ciati, avaritia obcecati, ceterisque viajs obstupe-
facti, quod decens est, & honestum non carentes;
& huius quidem virtutē mollis delicataq; illeccbris
ne irrētamur, hortatur à primis annis, virtuti ut
demos operam, non eam quidem tantum quæ est
eo qñ arāvñ, nñ eo qñ te aq;. maxime. an ab
officio, ut maximus Curio, maximus prætor, pon-
tifex maximus, an ab eruditione? declamas. de vir-
ture disputas, exercitij vel ostentationis gratia, vi-
tiāque detestaris. relegi. s̄pius atque iterum legi
scriptorem Troiani bellī. pulchrum. honestū, de-
corum, n̄ regal. quid si virtus, quid probitas. sup-
pe. virtutum, quid turpitudine. quid non. supp. sit vi-
te, quid sit inutile. his enim quatuor virtutum in de-
monstrando, deliberandoque. plenius. perfectius.
sic habent Bland. Diuæ. Martin. Nann. codices.
Busl. Tons. Sil. planius, id est, apertius. Chrysippo
& Crant. legitio Diogenem Laertii in vitis Phi-
losophorum. dicit. canit, describit, cur ita cred.
locus attentionis. quid. sup. aliud. distinet. sic ha-
bent omnes codices, præter Bland. qui habent disti-
nct. Barbaria. Phrygia, quæ olim propriè Roma-
ni dicitur Barbaria, ob Aeneas, ut arbitor, comi-
tes primum Italissimique notos. collisa. con-
trita, fracta. duello. duellum, id postea bellum, in-
quit Varro de lingua Latina libro 6. ab eadē causa
facta Duellona, Bellona, inquit: vide Festū. effum.
sic habent 4. Bland. Tons. Sil. cod. teklii, & tulus.
censet prædicta. præcidentaria esse beli causam,
Helenamque cum suis bonis Atridis reddendam.
Ilia. iv. quid Paris. censet ut saluus vivat, &
regnē beatus? n̄ ut, accipitur, & iux. regi posse m-
sib[us] iactio, respondet Antenoris confitio, ut scien-
tia sit, Paris negat posse cogi, ut saluus, & bea-
tus regnat (hoc enim esset repugnare naturæ, nol-
le suam salutem, & regnū beatum) sed negat posse
cogi, ut Antenorī morem gerat, Helenamque red-
dat, sine qua, se neque saluum, neque beatum iu-
titiat; rautum valet amor ille mollis, in alienandis à
se mentibus. codices aliqui, & scripti, & euulgati
habent, solus: quam lectionem quoque Landinus
agnoscit, sed minus aptè, iudicet lector. hunc amor
mihi videtur versus iste non prouersus ineptè sic or-
dinari posse: Nunc vrtrumque Achillem, puta &
Agamemnonem, utrū amor Briseidis; nec minus
ira, Achillem quidem, quod amica Briseide careat;
Agamemnonem vero, quod eam reddere cogatur.
alyndeton, & verbum, utrū, numeri singularis, pa-
riunt obscuritatem, quod clarius sic exprimitur:

VV amor

amor & ira communis malo verumq; hunc vrum. quicquid delirant reges. γέρων. videtur alludere ad illud Hesiodi in Oper. & diebus, ἐφ' ἀποληγὸν δῆμος οὐρανίας βασιλεὺς. id est, populumque reponit ad poenas regum causa. *seditio, dolis, sed.* clausula argumenti Iliados, à malis belli comitibus. *intra & extra.* localia sunt. rursum quid *virtus* argumentum Odysseæ. proposuit, quasi potuit ab oculis, quod intueamur ad imitandum. *exemplar.* τὸ ἵλενον, id est, persona vel signum, vel res aliqua ob oculos posita, quā exprimamus. ex exemplum, quod sequamur factū aut vitemus, animo, inquit Festus, æstimatur. qui dominus Troia. Odys. n. ix. ἐπόμενος ἴσχει πλοίος ἔπειται, id est, ubi Troiam sacram demolitus est. *dum sibi.* ibidem Homer. ἐπίρροπος οὐ τῷ φυχῇ οὐ νόσῳ οὐ τραύῳ, id est, sedimens vitamque suam, & redditum tociorum. *immersabilis.* allusit ad illud Pindari in Pythiis hymno 2. ἀέρα λιόσιον, φάδος ὁ, id est, immersabilis sum ut tuber, sive cortex. *Sirenum voces.* *explūnus mēlos,* id est, Sirenū cantus. Hom. Odys. n. xxi. πλόος πλόος πλόος πλόος, ἡς πά τι πάλας αἴρεταις. Στήγους ὅντες ερίας εἰσὶ φίναται, &c. hoc est, primum quidem ad Sirenas accedes, quæ omnes homines demulcent, quicunque ad eas veniunt &c. verba sunt Circe at Vlyssen. fuisse autem filiae Acheloi, ex Meltemone, velex Sterope, vt habet Apollodorus lib. 1. *Circa pocula.* sic habet omnia scripia quæ legi, nō Circes: filia Solis, & Perseidetos. Hesiod. in Theogon. *pocula.* pharmaca, beneficia, incantamenta. *amica luto.* lutulenta. sic Virg. immundi meminere sicut. *nos numerus sumus.* hac tacita est ad Iliens, in hanc sententiam: Vlysses, auctore Homero, ostendit sua sapientia, cura, & sollicitudine se virum fuisse, nihilque supra modum suis affectibus concessisse, neq; Sirenis auscultasse, neque Circæ seruuisse, sed nos iuuentus plus occupata in curando corpore quam animo, quid praeter numerū sumus, canes, & sues sub humana forma? tale est illud Homeri, ιτάσθι ἄγος ἀρύπην, id est, telluris inutile pondus. sic & in Theatretto Platoni. ἀλλογύνη, de homini nihil. vide Adagiū, numetus. *ponsi Penelope.* sic habent omnes manuscripti. de Penelopæ vide notata in Satyr. 9. lib. 2. *Alcinique.* Alcinoi, vel est numeri multitudinis, id est, similes Alcinoo, vt dieimus, Catones, Scipiones, &c. vel est numeri singularis in casu gignendi, cum hoc quod sequitur nomine iuuentus; nos sumus iuuentus Alcinoi. in cunctis curanda. eutis propriæ capitii est, καὶ τὸ καρπεῖν; caput, capit; globus, os capitii vniuersum, vt scribit Pollux. itaque curare curem, erit curare caput, ornare, vngere, comedere caput, vt & facies splendeat. sic suprà epi. 2. curatus capillos potius quam curtarus; vt ibi-

diximus. vel etiam, quod nō minus placet, est indulgete animo. sic Arist. καὶ τὸ φύγειν, interprete Gaza, id est, tota anima. & in Timæo, καὶ τὸ τὸ τὸ φύγειν, id est, totus animus. pulchrum. honestum. sic suprà: qui quid sit pulchrum &c. & proinde pro summo bono habitu ex Epicureorum sententia. in medios dor. in meridiem, in multam lucem. Epicurei namque, cùm ex professo nō accederent ad rem publicam gerendam, ne fortassis animas aliquas rei getendas molestia granatus, minus esset ad genio indulgendum paratus, dici à summo reliqui dabant ventri & Veneri, edendo, bibendo, saltando. *cessatum ducere curam.* ad Gracismum, ducere cessatum, i. cessare facere, τὰς τὰς φρονίδας, ή τριμίσθι τὰς φρονίδας. aut ducere curas, id est, abiijere curas, seu nihil curare quam sit epitem eithara, cessatum, id est, sopitum seu cessantem, id est, hoc unicum curare ne cesset eithara, sic enim 4. Fastor. Ouid. largaque prouenit cessatis messis in herbis, id est, incultis, nō exercitatis, intermissis, θαλασσομαρτυρας: seu non curare aliud quam amores, quibus cessatur, id est, qui coluntur alijs curis. omisis. Bland. cod. hic habent, cessatum ducere somnum. Landinus (necio an ex scripto cod.) legit cessaneum, iudicet lector. *vt ingulent homines hominem Bland. antiquiss.* Criminatur iuuentum tam supinam, siveque salutis ita immemorem, vt etiam si possit ab imminenti malo, seque suaque seruare, nolit tamen expurgisci, seque periculis extipere; nam vt i. ipsa latrones de nocte in ardeis ierunt, iugulanq; vi magna pertunt, thesauri gratia: sic & virtus blandè struunt insidias, & clam obrepunt, vt animum labefactatum permittant. eia itaque expurgisci, & oblique principijs, inquit, ne dulcedine volupatis primū irruevit animus, postea vbi se volet eximere eius laqueis, omnino non poterit. denōtē. hoc est, per noctem. vt ad Q. fratrem Cic. properando etiam citius, quam si de nocte. vigilassent, perueniant quo velint &c. atque pro atqui, Bland. antiquiss. si noles sanus, cures hydroponi. sic scriptum est in cod. 4. Bland. Nanniano, Bussidiano, Tood. Sil. alij habent eurus vulgaris, sanola, sanus, cures hydroponi. sed lectio prior magis placet. eurus hac est sententia: si duces nihil sanitatem presentem, bonaq; valetudinem, sed eam quia quis interperant vite, inconstantiisque perdere non metuas, dum perulantiz satisfacias; futurum est, vt eam turpiter amissam, magno studio recuperare contendas consultis medicis, multisque potionibus ebihiq; , non sine periculo eius nunquam recuperande. hæc allegoria declaratur sequenti versu, & nō poscas antedictum. id est, nō legendis sedulò libris philosophicis, animū tuū sanū, & incōminatum declinabis.

decilitatibus à viuis, &c. si non intendes aximū fluidū, hoc est Philosophiz̄ præceptis legendo, audiebōq; ambutus, si te non dabis honestis occupatiōnibus, bonisque moribus, bene in republ. agendo, & bene consulendo &c. inuidia vel amore. id est, quibusuis malis animus implicitus, ac penitus fraudus: vigil. hoc est, sciens ac prudēs, viuus, vidēnsq; perib; hic videat lector mū hæc duo, posces ante diem, & vigili torquebere, prius adolecentiæ, quæ rorū ignata in suis tenebris illuminari debet, posteriusq; virili recte tribui possit, quæ vigilis apta reipublicæ proficit. nam si quid. exaggeratio à minori: si tantopere laboramus in corporis malis depollendis, adeo vt si vel puluis tenuissimus lœdit oculum, sedulò damus operam vt cum tollamus; cur tam sumus tardi in maximis animi morbis curandis? Cæterum 4. Bland. cod. cum Tonſ. Busl. & Silu. habeant, quid; alij quod: præterea Blād. 3. habent oculum; reliqui, oculos. dimidium facti. sententia Hesiодica pro procatalepsin exaggerationis præcedentis, ἔπει τούτον τὸν τόπον, id est, principium dimidium rotius. Monet Horatius ab agendo fornicari, deterri ac minē debere, rametsi initia rerum omnium, & honestatis præcipue, sint ardua, difficultaque. quare hortatur acrius, aude sapere, incipe, & perfeceris, nam dimidiū facti est cœpisse, inquit Ausonius, supersit dimidium, sursum hoc incipe, & efficies. rusticus expectat. à simili. dum defuerat annis. prætereūt horū, more fluentis aquæ. volubilis. fluidus. queritur argenteum. nunc Philosophiz̄, & rei bene gerenda studio, explicat quid Romanis prius sit & antiquias, nimirum pecunia & vxori liberoru; gratia, ad propagationem generis nobilitatisq; posteroru;. quod ei responder, Quærenda pecunia primū, virtus post-nummos. beata. beata, non hic ad diuitias illas pertinet à quibus diuites nominamus, quemadmodum Satyra vlt. lib. 2. Nasidienum beatum dixit; sed beata hic est feta, puerpera vxor, felix in pariendo, nam prius, inquit, queritur argenteū, deinde vxor beata, pueris creadis. sed hanc curam demonstrat, q̄ se stultam, à simili; nam vt similes inculta pacantur vomere, id est, aratione & cultura fiunt fertiles, ita vxorem ducito, camque diligenter cole, & secundā facies. sic Virg. 3; Georg. nimio-ne luxu obtusior v̄lus sit genitali aruo, & fulcos oblitus inerteis. Tibul. li. 2. cleg. 3. Ducite ad imperiū dominæ fulcibimus agros, quod satis est cuī contigit, iū nihil. hic habet codex Bland. verutissimum, sed per lituram; quod factum credo à scito, quia codex idem habet contingit, cum altero Bland. alij duo habent contingit, cum Tonſa. Diuizi & Sil. alij contingit. hic ostendit extremæ esse stultitiae, querere plusquam satis est, quando folius is beatus est, q̄ui sua forte corr

tēntus viuit, q̄i eos ip̄o à dñp, ēstatisq; in q̄i invictā, ζεσ, μάρτυρις αὐλαρχας νέος, inquit Polybius, id est, dignus quidem ille vir laude, & admiratio-ne, potissimum propter frugalitatem, quodq; sua forte contentus viuat, quæ sunt maximæ certissimæque diuitiae. opter. optare, & deos poscere debet, modi potentialis. non domus & fundus. nam tantum abest, vt fortuita bona subleuent animi morbes, & ægritudines, vt eas magis augmētent cupiditate & metu domus & fundus, hoc est, ampla possessio-aris acerius & auri. ingens pecunia; q̄es enim pecunia nomen est sortitum, quod Servius id nora pecudum primus insigniuit. deduxit corpora Tonſ. cod. habet, duxit dē corpore, quod ex interpretatione in eum locum irrepsisse credide-rem. febres. alij febrē quoque, alij febrim habent. si comportatis. comportata bona sunt fortuita, vel hereditaria, vel acquista; quæ vero sunt animi, ea portata censemus, id est, vera bona, iuxta illud. Biantis, omnia mea mecum porto. qui cupit aut metuit. assertio præcedentis sententia; nam cupe-ria aliena, & metuere suis, vt est aurari, ita non est cogitantis bene, id est, tranquillè, ut suis. suar. delectat, & recreat. domus & res. sic scriptum est in omnibus codicibus, à quibus non dissentendum credo. ut lippum. appositissimæ similitudines, à rebus ipsis, quæ mirant quidem quod ægrè est, sed ipsum malū non tollunt. sincerum est nisi vici. axioma perpetuum, quasi clausula dictorum; sic àn impiro animo, vitiatorique virtus locum nō ha-beret, aut eā necesse est hebescere, aut perire. nocte emta dolore vol. αἰνοδοξία, à causa finali. sed quo nam modo voluptas emi potest dolore, cui ex dia-metro repugnat in illa namque summū bonum statuunt Epicurei, in hoc vero malum summum, non alio certè modo quam à consequente, quod eiusdemodi voluptate, quæ impura est, dolor sub-sequitur & mæror; at voluptas, quam per virtutem laus comitatur, cum immortalitate, labore certè pàratur & rei bene gerenda studio; hæc quidē sui studiosos, felices, beatosque; illa vero amateis sui, miseros & infelices efficit, vt ait Menander, ἀσθλη δὲ τὰς ἴδιας λαυρέμενα. hoc est, quam frequen-ter propter voluptates mæiore afficiuntur? semper auarus egit. enumerat aliquot vitorū parteis, vt in nullis ostendat vita statum esse certum & tran-quillum. auaro nulla quies est, ei natim; tam debet quod haber, quam quod non haber. sic Ode 16. li. 3. Crescentē sequi ut cura pecuniā, maiorumque famēs. certum finem. quia auaritia infinita est, & insatiabilis, quia nec augetur copia, nec minuitur inopia. consulit itaque vi certa sibi copiā p̄scribat, in qua possit acquiescere. pete voto. op̄atio-à dijs immortali bus vt habendi uitam fedent, ant-

mumque tranquillent. *inuidia alterius*, est enim inuidia, & gritudo suscepta propter alterius res secundas, quæ torquet & exsiccat ossa eius qui inuidet. ô virtutis inuidia, comes (in rhetor. Cic.) que bonos insequeris plerumque atque adeò infectaris! *macræ sat.* fit macer, & extenuatur. *opimus* secundis & fortunatis. *inuidia*. *Siculi*, hic inuidia pro inuidientia ponitur: vide in *Tuscul.* Cic. quæ sic ab inuidia discrepat, quod hæc quidem non auctori modo suo sed etiam alijs malo est, præcipue viris bonis: at inuidentia, in eum demum reddit, à quo proficiuntur. est enim inuidia, inuidendi actus; inuidentia vero, ipsa gritudo. *qui non moderabitur ira*, est autem iralibido priuendi eius, qui viderit laesisse injuria. Cic. in *Tuscul.* *dolor* & *mens*. hoc est, mens affecta dolore, quæ ira est, quippe mens irata, seu peturbata. *per vim*: propter animi vehementiam. *ira furor brevis* est. ira pro excedentia capitur, quæ vel *άρεσκειν*, vel *έργα*. Græcis nominatur, quando scilicet animus iam cupit in vindictam erumpere, quod ferè est momentaneum. *animum regit*, τὸν δυνατόν, qui propriè est perturbatio illa appetitus, quando sanguis circu- cor motus incipit ebullire, qui ratione cohibendus est, prius quam effrebeat: tres enim τὰς ἡμίουes partes lib. 2. magnorum moraliū numerantur ab Arist. Υπομένει, παθημα, καὶ γένεσις, id est, furor, interprete Valla; concepientia, & voluntas. Cic. Offic. 3. de temperantia, Duplex, inquit, est animorum vis atque naturæ; vna pars in appetitu posita est, quæ est aqua Græcè, quæ hominem huc atque illuc rapit; altera in ratione, quæ docet, & explanat; quid faciendum fugiendumque. ita fit ut ratio præsit, appetitus obtemparet. *qui nisi paret*, obediat rationi, cum videlicet aut præcurrit, διὰ τὴν ἀργυρίαν, aut rationem deserit, διὰ τὴν ἀργυρίαν, & παρεγνωμένην. imperat. rationem subiicit, secumque rapit in præceptis. *hunc stenias*. fertur enim homo, Platone teste, quatuor perturbationibus, ut equis indomitis, quibus iniçere frena rationi necesse est, ad moderationem in rebus agendis conseruandum. *extensa* aliqui codices habent catena, alij catenis; sed parvum interesse credo. *ceruice tenera*, flexili, attate tenera. *magisteri intrōdūsus*, *intrōopus*, equis, equorum dominor. *ire viam*. ingredi. *qua*. sic codex Sil. Mart. & vera est lectio. *ceruinam pelleam* *Larrazut*. latrando discerpit, quod videlicet post ceruū capiū, ex intestinis eius, & sanguine, immixto pane cibus pelli insutus venaticis proponitur, quod vulgo dicitur, faire la curie. *militat*. feras sectatur canis. *nunc adhibe puro*. redditio compensationis, qua monet ab infancia præceptis opimis inbuendum puerum, ut in eis sece exerceat, vbi ad seatem maturam peruenierit, adhibeo, habeat om-

nes scripti codices, non adhibe, ut quid facit, niger, non rectè. *quo semel est imbuta*. tale est illud Platonis, καράκλαιον γέρεβον παιδίσκον ἐρεψε, τοῦ πολεμίου εὐφύτου παιδί τοῦ παιδοῦ δι' ἔρεναν λιναριανην ad rectiora assuefiat, remittit aliquatum & mitescit: si obrigit arata, & velut occuluit, postea adeò in contraria traduci nequit, ut frangatur citius, quām flectatur, aut manuescit: iocingo ad Nicomachum lib. 2. mortaliū Arist. ἐπιρρόν, ἕψι, διαφέρει τὸ ὄντος σύντονον εἰς μέσον, ἀλλα τὸ περιπλόν, μέσον, δι' τοῦ πάντα, id est, non itaque parui refert, hoc an illo pacto, mortali pueris assuefiat, immo plurimum interest, immo potius omne in eo momentum suum est. sed natu- ratum diuersitas non ignauum aliquem, aut stupi- dum formatorem requirit: alia namq; molles est, flexiliisque, alia contra stupida est, planèque dure: quæ singulæ analogam sibi disciplinam postulata, quæ elaborentur, ac limentur. quia ita se nunc vulgo à parentibus errant turpissimè, quemadmo- dum nimisquam sedulo demonstrat Plutarchus. in De recta educatione. eò quoq; fertur Horatius. inquiens; *quod si cassas nec tardum opperior, aut si strenuus anteus, nec præcedentibus info*. hoc est, in- genia tardiora, quæ magno labore studiisque sunt emollienda, ne obsint, alacrioribus, & rursum me- liore natura prædicti, promovantur, alacrius, & va- triusque diligenter habeatur ratio, huius quidem re- laudibus enchatum, illius vero ut propositus premijs ad labores suscipiendo inuitetur. tale quid est quod Epist. 2. li. 2. scribit, Non tamē aduersis æta- tem ducimus austris, viribus, ingenio, specie, vir- tute, loco, &c, extremi primorum, extremis vique priores.

EPISTOLA III.

AD IVLIVM FLORVM.

I V L I. Flore, quibus terrarum militet ordo
Claudius Augusti prænigus, scire labore.
Thracane vos Hebræque nivali cōpēde vīdūs,
An freatas vicinas inter currentia turrem:
An pinguis Aſie campi collēque morenus?
Quid studioſa cobors operum ſtruit: bas quoque
curo.
Quis ſibi ſez gestas Augusti ſcribere ſumis?
Bella quis & paces longum diffundis in eum?
Quid Titius Romana brevi venturus in ora?
Pindarici ſoni in qui non expalluit brauſus,

Fastidire

Baffidimus, & rios ausus aperitos:
Et uoles ut meminit nostri? fidibus ne Latini
Thebanos aptate modis studet auspice musa?
An tragicā desuit, & ampullatur in arte?
 25 *Quid mibi Celsus agit: monitus multumque mo-*
nendus,
Priusas ut querat opos, & tangere ritet.
Scripta, Palatinus quecumque recepit Apollo:
Ne, si fons è suas repetitum venerit olim.
Grex auium plumas, mouet cornicula risum
 20 *Eritius nudata coloribus, ipse quid audes?*
Qua cūcum volitas agili rhythma: nō tibi parsum
Ingenium est: non inculum est nec turpiter
birtum.
Seu lingua causis acuis, seu ciuica iura
Respondere paras, seu condis amabile carmen:
 25 *Prima feres edera vicitru premia. quod si.*
Frigida curarum somenta relinquebis posses:
Qut se caelstu sapientia duceres, ires.
Hoc opus, hoc studium parui properemus, &
ampli:
Sipatrie volumus, si nobis viuere cas.
 30 *Debes hoc etiam rescribere, sit tibi cura*
Quanta conueniat Munatius. an malè sartia
Gracia nequicquam coit, & rescinditur? at vos
Heu calidus sanguis, heu rerum inscrita vexat.
Indomitus ceruice feros: ubicumque locorum
 35 *Vtius, indigni fraternum rumpere fædus,*
Pastitar in vestrum redditum votiva iuuenca.

COMMENTATOR.

I V L I flore quibus terrarum Julius Florus
 ad quem hæc scripta mittuntur, fuit in cohorte, id
 est inter comites Claudi Tiberij Neronis, qui ab
 Augusto imperium accepit. *quibus.* in quibus.
Claudius. Claudio Tiberius Nero. *Augusti.* Ce-
 taris. priuigna. Augustus ex Liuia duos priu-
 ignos habuit. quos: adoptauit in suā familiam, scilicet;
 Claudium Tiberium Neronem, & Claudiu-
 Drusum Neronem, amicos Horati. *libero,* desi-
 dero. *Thracia.* Græce protulit. *Opus pro Thracia.*
Hebreus. supp: moretur, *et quoniam.* Hebrus autem
 est Thraciem Mons & fluuius, qui meatu tardior
 est per hiemem propter niuem, & glaciem. *niuersi*
composita. niue strictus. *an frata victimas.* hoc est, an
 Helleponens deinceps. *et surrexit.* inter Seston &

Abydon. *Luc.* tot poteris manus adiungere. *Seston*
 Abydo. ruris pro verbibus Helleponi posuit, an
 pinguis. *A sia e.* hinc dictum est, Et ipsa suas mi-
 rantur Gargara messes, studio a. cibori. litterata.
 laboriosa Drusi legio, in qua cohortes erat prætoria
 de familia Neronum, quilibet cohortum erant aman-
 tes. *Ecce quoque euro,* scire labore, res gestas, histo-
 riam rerum gestarum Augusti, *famis.* præfumis.
bellis. ab Augusto confecta, *paces,* a quo dixit, quia
 Grammatici negant, ut plurali numero, declinari
 diffundit in *auium.* memorie tradit. *quid Tisius.*
 Tisius. Septimiusrus lyricar carmina, & tragedias scri-
 psit, Augusti tempore; sed libri eius nulli extant.
 huius autem insignis monumentum est infra Ari-
 tiatam. *venturus in ora,* magna auctoritatis futurus
 apud Romanos breui tempore. *Pindarici fontis.*
 id est, non extinxit Pindarici styli magnitudinem
 sequi, ausus fastidire ingenia vulgaria, ac vilia.
fontis. sensus profunditatem. expalluit, extimuit,
 fastidina contemnere. *locus scripta,* *ausus.* ipse.
rios aperitos. Latinos Poetas, minus difficileis. *ut.*
 quomodo. *fidibusne Lat.* carmine, lyrico. Theba-
 nos. Pindaricos. *auspicio,* auspiciu dante, fastidio.
aperita. necesse est uniuersique Poëta apertos suo poë-
 mati suscipere modos. *famis & amp.* superbit, ex-
 tollitur, granditer dicit, *ut.* projectat ampullas, *pri-*
matas ut q.o. *ut.* propria scripta proferat, nec aliena
 pro suis ostenteri. *sangore ut.* ne exciperet ex scriptis
 corum librorum, qui in bibliotheca Palatina
 conditi, in auctoritatē à Cesare sunt recepti.
Palatinus. Palatinus autem Apollo dictus est, à
 monte Palatino, ubi Caesar in bibliotheca sibi sta-
 tuam posuerat, habitu, ac statu Apollinis; ubi & li-
 bri Sibyllini erant. monet etiam ne libros Sibyl-
 linos legat. *grex auium.* metaphoricō dictū pro-
 cohore poëtarum. *cornicula* ponitur abusu pre-
 graculo. est autem fabula. *Cornicula,* considerato
 nigro suarum plumarum, de omnibus avibus si-
 bi plumas adaptavit: sed cum incepisset volare, &
 unaquaque avium quod suum cognouisset, ab ea
 sustulisset, illa uuda, & tarpis, omnibus avibus ri-
 sui sive. *sc.* & Celsus futurum predicit, quando v-
 nus quisque Poëta tollere suum est. *cornicula.*
 ipse Celus cornicula. *coloribus.* plumis vanorem
 colorum. *ipse.* tu o Iuli. *agili.* facilis, ingenio-
 sus. *quid audes,* quas lectiones modo sequeris,
 quid legis, quid meditaris? comparat autē apibus
 scriptorem honorem carminum. *thyma.* flores
 vnde apes mel colligunt. *hirtum.* rusticum, *causis.*
 in iudicij, in foro. *anakatura.* ciuiles leges inter-
 pretari. *amabilis coronam,* amatoriam, *prima feres.*
 primam coronam. *frigida somenta.* auraria, am-
 bitionem, que reddunt hominem ad bene agen-
 dum plant. *frigidum.* *calefacit sap.* Philosophia.
 V. V. 3. *hec opus.*

hoc opus. ad hoc opus omnes festinemus. patet.
pauperes. ampli diuites. si parvus. si recte vivere
velimur. debet hoc etiam re. mire. quasi etiam alii
causa scribenda sint. quam reconciliationis. sit
eibius. supra. rante. quanto conatur. deceat. oportet.
Munatius. frater. male facta. perfide reconciliata.
coit. conuenit. coniungitur. resendum. resumens.
excedit. calidus s. iuvenilis discordis. infelix.
impertita. ignorantia. quia expertes estis Philosophiae,
quae voica mores format. votina invenia. quam
immolabo vobis reducibus. Lyrici iuvenum im-
molabant; Tragici hircum; Poëtae taurum.

C R V Q V I V S .

FA MILIARI S est haec Epistola, cuius argumentum præcipuum videtur notare Florum partim morosi eum fratre Munatio dissidiij, partim nimis levitatis ia reseindenda concordia cum fratre inita, quod frater caritate indignus dolet. Verum multis prius ambigibus quædā perueniat, caput attentionem Flori benevolentiamque: primum namque ex eo scire desiderat, vbi nam gentium sint Claudij Neronis casta, deinde, ecquid agant sui commilitones, quibus litterarum studiis scie interarma exerceant, quid Titius, lyricis ne, an argumentis tragicis dot. operam, quid Celsus, an tandem futurus sit. Ablopis corniculus similis? Postremo benignaum sibi Florum facere studeat, ab ingenij ipsius bonitate, ab vsu forensi, à lega pectus, à molli carmine, adeo ut ei dicat esse in promptu, ad intrima Philosophiae mysteria penetrare, aeternaque parare gloriam, si non obstant iniurie, penitusque frigidæ rerum curæ ambitioseq; oris. oris, extremæ parteis terrarum, id est, maritimæ dicuntur festo. priscignus: ex Lilia Drusilla, quam prægnantem abduxit. priscignus itaque non eo modo quo Paulus definit, dictus est; non enim ante, sed post secundas nuptias genitus est. rurere. Strabo lib. 13, è Byzantio Septentrionem versus naviganticibus, recta navigatio primo est Sestum & Abydum per medium Propontidem, posita est Afissæ ora vique in Carianam. Abydo autem Leandri in Asia, Sestus id Europa nobilis Heronis amore est opposita: de quorum inter se amore lege Musseum. Cæterū quia naviganticibus Helleponsum (quæ freta hic nominat inter vicinas turres exterræ) barum vrium turteis primi sunt in ocellis, eas maritimæ nomine complexus est; interrinkestorem non celabo Blandinum cod. veritas illuminum cum Silasio hinc habet, terras; quæ lectio si placebit, ut certè dispicere nō debet; terras interpretabimur regiones Europam & Asiam, quas

Helleponicum mare dicitur. *De pinguis* *la fide*. as Aliz secunditas, amoenitasque nos decinet, et pugnandi difficultatem exhibet, quid studio. hæc etenim de castris Claudi Neronis, quo loco sita sint; nunc de commilitonum studiis, exercitiisque dum sint in statione. curio. studiosæ diligentioresque perquirto. res gestas. res gestas Augusti latibere, est bella, & paces eius diffundere in eum, id est, scripto tradere posteris ad immortalitatem. cod. Tali habet, pacem, præterea hæc verba, moratur, struit, sumit, diffundit, habet, morentur, struat, sumat, diffundat, non inopere, ut mihi videatur, dilimitur ut coulantur ei milies. quod in omnibus scriptis vulgarisque est uniforme, iudicet lectio peritus, quid Titius. scripta omnia Bland. (vñ Commentator scriptum cerneret licet) hic habent Titius Septimiū; quæ si vera sunt, ut certè nō dubito, hallucinari necesse est Gregorium Gyraldum Poëtarū historiar. lib. 1. o. qui Titium lejungens à Secundo, facit non procul absuisse à Statio, cuius & fragmenta quædam recenset ex Grammaticis (ut fallor) Diodore & Terentiano. diuidit lectio doctor. venitrus in ora. post redditum relictus sua scripta cum magno Romani populi aplausa, vel qui ob sua scripta laudabitur a populo Romano. *haustus*. liquores fontis Pindarici, id est, suadet Pindari eloquentiam, cum sententiarum diuina suauitate induit. expellit. expatit. lacus. Et sic communia & quibuslibet obvia inuentus, facultas. ut valeat. ut meminit n. hæc plena sunt amoris benevoli. aptare modos. modulari versus Pindari Grecos cithara Latina, id est, Latinis numeris. deservit & am. an seruos, & crudelis mores principum, verbisque magnifica tragicis exprimere studeat. monitus. modicemus iure. quodam postro & auctoritate, hortamus serè argumentis. opes. pro inuentione dispositioneq; quæ sunt opes scriptoris. cornicularis. vide Adagiū, Aelopicus graculus. thyma. thymus. thymus vulgo herba suo flore apibus grata. hic proscriptis dochorum viorum capitur. non parvum. magnum, per literas. turpiter birtum. non alperum (ed placidum). circumcastra. ius ciuile Romanorum. responderet. hisc sunt respona prudentum, apud iuri peritos. frigida. cut. fomenta. nutrimenta. pereleganter diuicias & opes alit esse. fomenta frigida, alludens ad frigoris naturam, quod simul & grauat & tardat festinamentum, humilique deprimit. celestis sapientia, quæ frigidis curis contraria facit animos incalescere, secundumq; sui studiosos rapit ad supereros. si patria pinguis, ea namque sapientia docet quid patriæ debemus, quid nobis, quid propinquis, & amicis, ut mea rediens libri docent. Sic in Epistola ad Pisides, Qui didicist patris quid debeat, & quid amicis,

amicis, &c. *sistibitura*. sic habent omnia scripta quae vidi, sive villa macula. quare sic legendū cōsilio per ellipsum, ne hoc modo, sit ne Munatius tibi tantæ curæ, quanta conueniat esse. *sarta*, inaurata. *hunc calid. sang. hunc re*, sic omnes scripti cod. præter Diuæ, qui vulgatos sequitur, sed mihi probatur plurimæ lectio, *remuniscia*, fluitia, *indemnita*, dura, nondum vnu, & experientia rerum emollixa; metaphoricōs à bobus aut equis nondum dominis iugō. *magis frater*, quos indignū est, nec decet rumpere amicīam fraternalm,

E P I S T O L A I V I I I .

AD ALBIUM TIBULVM.

ALBI, nostrorum sermonum candide index,
Quid nunc te dicam facere in regione Pedana?
Scribere, quod Casi Parmensis opuscula vincas?
An ea situm filias interpretare salubres.

Curantem quicquid dignum sapiente bonoq; est?
Non tu corpus eris sine pectore, dū tibi formam,
Dū tibi diuinas dederunt artesq; fruendi.
Quid voleat dulci nutricula maius alumno,
Quā sapere & faxi ut posis qua sentias, & cui
20 Gratia, fama, paleudo consingat abunde,
Et mundus vicit non deficiente orumena?
Inter spem, cur amque, timores inter, & iras
Omnem credere diem tibi dñlxisse supremam.
Gratia superueniet, que non sperabitur, hora,
Me pingue, & miserum bene carata cute rives:
Cum ridete yoles Epicurus de gregi poterit.

C O M M E N T A T O R .

ALBI nostrorum sermonū. hac Epistola Albiū Tibullum alloquitur elegorū scriptorem, qui videbatur libros Sermonum multum laudare. Autem critiq; scriptorum Horatij, *candidus*, integer, verax, pure, sine fuso, sine fallacia. Pedano. hæc regio inter Tibur, & Prenestē fuit, à Pedano quodam, cuius adhuc monumentū dicitur extare. vel ab Italia oppido Pedo, quod non longè fuit ab urbe, sed modo nō est. *Cassi Parmensi*. hic aliquot generibus stylum exercuit, inter quæ opera, elegi, & epigrammatum dabantur, hic est qui in partibus Calvi & Brutii Tribunis militū fuit, quibus vicit Athenas se constituit. Quinque autem Varus ab Augusto missus ut eum interficeret, Rūdementem reperit, & peremoto eo, scribalū cū libris tulit; unde multi crediderunt Thyestem Casij Parmensis.

fuisse, scriptor enim multis alias Tragoedias. interpretare, vestitus salubres amenas, sine pectore. Sapientia dederunt media syllabā breui. sapiente. qui folius scit inoderate suis vti bonis; quod aut luxurio per incontinentiam, aut auaro per abstinentiam negatum est. dū tibi diuinas. contra Epicureorum sententiam, qui negant deos aliquid curare, quid voleat optet inaius. & melius suo alumno, dū vi sapere, & fieri possit. valētudo. sanitas & robur corporis, mundus vicitus. inoderata vita crupena, sacculo mario, id est, patrimonio, dū tibi diuinas, inter ibem. spes est futurorū bonorum, cura presentium, timor futurorum malorum, ita scilicet dolor presentiū, omnem credere diem. hoc est, quotidianū pugna mortitum, & sic non curabit futura. vides, quandcumque venies, ut me videas, inuenies bene paltū. porcum. in ventrem primum, corpori inseruentem, ut suprà, fruges consumere nati. Epicuri. Epicurei summum bonum in voluptate ponebant.

C A V Q V I V S .

ALBI TIBULUM scitudo ecquid agat: in villa sua & solitudine Pedana, multa nescibat, an potius philosophetur, satis indicat enim se mestriorem solari velle, ut qui non debet aliud curare, quam quod viro sapiente bonoq; dignum est, eo quod ipsi nihil ad vitam beatam delit, non corporis, non fortunæ, non animi bona, denique non quicquid parentes liberis, nutrices alumnis ad felicem vitæ statum pijs precibus optare solent, si forteasse perturbatione nonnunquam sinthuma na, interque spem metumq; nos ea grauius exerceant; contra eiusmodi turbas præsens air esse medium; mortis in dies singulos meditationem, eoque modo, nos quidem aduersa levius, prospera vero hilarius esse, lauros gratiisque. Quod ut experientur, eum ad se inuitat, vt oblitus omniū malorum secum rideat, suoque exemplo vitam instituat. *ALBI* nostrorum serm. exordiūr a iudicij ipsius candore gratitudinis ergo, ad captandā benevolentiam, *candidus index*, qui nostros sermones nō malevolè vel interpretari vel accipis, forteasse propter filium inopiaz post prodigalitatē notatum Saryr. 4. lib. 1. idque, ut arbitror, nimia patris indulgentia; quo factum credo, ut pater ipse Tibullus nunc indigenior coactus sit in villa sua vivere angustius. hic omnino necesse ut lectori meum scrupulū communicem, qui me inducit ut credam non Tibullū, qui in manibus est, hunc esse cui scribit, annis viginti Horatio junior, sed eius potius aū; nā Ecloga 4. li. 1. dicit a patre se puerū a virtus deterritū Albij filii exemplo forteasse patris Tibulli.

Tibulli nostri Elegiographi, ad quem forsitan scripta est Ode 33. l. 1. *Pedana*. Pedanorum meminuit Plin. lib. 3. cap. 5. Silvius cod. cum Mart. habet Padana. scribere quod *Cassi*. hoc est, an nihil quam scribat, numerohor Cattlio Parmensi. de quo Saryt. 10. lib. 1. sed haec ironicos dicta crediderim, quod non ignoraret eum secessisse perturbationis alicuius leniendæ gratia. *an tacitum. quidamque. ad ipsos*, deambulare, corpûscum recreare umbras captando salubreis. *reptare*. vt solent cogitabundi; & non bene affecti. *curantem*. agentem quod decet virum sapientem bonumque qui se rebus aduersis non sinit deiici, nec prospexit amissi effterri, qui ludicra fortunæ pro nihilo pendens, suis & bonis animi solatur, & reficit. *bonoque*. unus cod. Bland. habet, bonumque. *non tu corpus eras*. moneret Albium ab animi bonis, corporis, & fortunæ, à Deo acceptis, vt moderatius sui ratione habeat, incommoda viæ patientius ferat, diutissim; fruatur artificiosius. *eras*. enallage temporis, pro es, quod est Græcis peculiare in, pro iei, vt sententia sit; Non caries mente, nō es excors, dij tibi dederunt sapientiam, formâ, bonâ, diuitias, & artem fruendi, prudentiam, qua tuis vti, tua dispensare possis & administrare prudenter, quid est, quod amplius desideres? non opter maius nutricula dulci alumno, quam ut sapere possit, & fari quæ sentiat; deinde ut ei grata, fama, valetudo cœringat abunde &c. *sine pectori*. vide Adagium, corpus sine pectore. hoc est, tu non es corpte brutum, sed habes pectus, *dåsorao*, (continens pro contento,) & humam formam. dederunt. hanc lectionem probat Commentator, nec aliter inueni in omnibus scriptis, preter Mart. qui legit, dederant, cum vulgaris aliquibus; quam non reprobo. *artemq; fruendi*, tuis diuitijs; periphralis *in ingruis*; quid voleas. vuouere possit. *maius*. amplius. quam sapere, & faci ut possit quæ sentiat. hoc est, sapienter effari, & eloqui sua tensa; quod est corporis cum pectore, quod habere supra dixit Albium. & cui contingat. id est, contingere possit. *gratia*. humana benevolentia, hominū amicitia. *fama*. nobilitas ex bene factis. *valetudo*. sanitas, quæ tria cum multis alijs ferre sunt corporis bene formati seu formosi comites, quod in Albio suprà laudavit. & *mundus vi-*
gus. id est, diuitiz frugales, neque sumtuosæ, neq; sordidae. non deficiente crumenæ. hoc est, cum arte fruendi, vt suprà, quæ ars *ingruis*, curat vt semper satis sit, ita ut neque nimis abundet familia, neq; ad moderationem ei desit aliquid. haec loci huius mea est sententia & interpretatio; quæ propter simplicitatem, spero lectori docto iri probatum. integrum non diffiteor codices hic non constare. Bland. 4. habent, qui sapere & fari possit, quæ sentiat, &

omni. &c. quam lectionem Lambinus postromissa sequitur. Tons habet, quæ sapere & reliqui omnes, quam sapere & fari ut possit, quæ sentiat, & cui &c. à qua non dislencio propter verborū perspicuitatem, & sententiae consecutionem: ostendit eam prius ea omnia in Albio esse: quæ postea nutritula quævis suo alumno, imò parentes omnes suis caris libertate optare possent tam animi, & corporis, quam fortunæ commoda. Nuricum vota pereleganter, sed ea stulta, Persius extixit Saryt. 2. Tunc manus quacit (avia nutritæ) & spem macram supplice voto, nunc Licini in campos, nuc Crassi mittit in ædes, hunc optet generum Rex & Regina, pueræ hunc rapiant, quicquid calcaerit hic, rola hat, &c. *inter spem curamq;* vider Albium multum dare suis affectibus, euincere vano sapè meru aut dolore concuti, valde quæ esse sollicitum, vt que vel vrgent mala, vel impendere vindicentur effugiar, minùsue lerdant: iecurco peropportunum prescribit ei pharmacum, vt eiusmodi motus grauiores eximat animo, faciliasque compotis sensibus tranquilliisque viuat; nimurum vt quotidie cogitet ob oculos versari mortem, quam si non metuet, magnum sibi praesidium ad beatam vitam parabit: neque enim catena quoque vel morte diuiora timebit, ad quemvis euentum imperterritus, qui si lætus erit, quod minus expectatus, eō fuerit gratior. licet hunc quoque locum dicere, nondisse quæ ab Epicureorū monitis, nolleque Horatium perturbationibus illis inuolui Albium, ne cuius grauatus animus, minus reddatur alacer ad curandam cutem; sed hortatur in diem viuat, oblatis à diis, fese delicijs expletar, curet praesentia, etas non vacuorum credat; qui si praeter spem lætus quoq; illucescat, eum in lucro ponat; quod si perpetuo faciat, non esse cur in vita sit miser, & se cruciet: dicit autem se non aliter agere. *me pingue*. inquiens. & *nitudem bene curat acute vises*. sed hi postremi versus Albio risum faciunt, ad eius fortasse tactum discutiendum. *pinguem*: bene habitum. *nitudem*. elegantem & suci plenum. *curata est*. vide Epist. 2. in cura curanda &c.

E P I S T O L A V.

AD TORQUATVM.

S' potes Artharis coniuncta recumbere lectu,
Nec modica canare times olus omne patella:
Supremo te sole domi, Torquate, manebio.
Vina bibes iterum Tætro diffusa, patuſtreis
Inter Ministrum Sinuſſanumque Perrimum:

Si meus

Si melius quid habes, arcessere, vel imperium fer.
 Iam tamen splendor focus, & tibi munda supellec.
 Mitte leue spes, & certamina diuitiarum,
 Et Moschus causam. cras nato Cæsare festus
 10 Dat veniam, somnumq[ue] dies. impune licetis
 Astiuam sermone benigno tendere noctem.
 Quid mihi fortunas, si non conceditur uti?
 Parcus ob heredis curam, nimiumq[ue] severus
 Assidet infano. potare, & spargere flores
 15 Incipiam: paciūque vel inconsultus haberi.
 Quid non ebrietas designat? opera recludit:
 Spes sube esse ratas: ad prælia trudit inermem.
 Sollicitus animis onus eximit: addocet artis.
 Fecundi calicos quem non fecere disertum?
 20 Contracta quem non in pauperate solurum?
 Hac ego procurare & idoneus imperor, & non
 Inuitus: ne turpe toral, ne sordida mappa
 Corruget nareus: ne non & cantharus, & lanx
 Offendat tibi te: ne fidos inter amicos
 25 Sit qui dicta foras eliminet: vt coēas par,
 Iungarūque pari. Brutum tibi Septimūmque,
 Et nisi cœna prior potiorque puella Sabinum
 Desinet, adsumam locu[m] est & pluribus vmbriis.
 Sed nimis arta premunt olula conuiua capre.
 30 Tu, quotus esse velis, rescribe: & rebus omib[us]
 Atria seruantem, postico falle clientem.

COMMENTATOR.

Si potes archaicis conuicia. Ad Mallium Torquatum, quem initiat ad cœnam, scribit hanc Epist. ad quem etiā illam oden, Diffugere niues, rediunt iam grama campis &c. archaici. Archaii lecti erant breues; & humiles, ab Archico sic dicti, qui non magnæ staturæ fuisse dicitur vi- lium lectorum faber. olus omne. qualecumque. vt dicere solemus nos omne vinum bibere. sic & pri- mo sermonū, per omne audaces mare qui currūt, id est, qualecumque, astiuū, autumnale, hibernū. supremo te sole. occidente, ad vesperam. alijs sum- premo. id est, altissimo, & medio; vt pro supreme Iupiter. & alibi: nam mihi quærenti toniuam, dictus heri illic de medio potare die. maneo. ex- pectabo. iterum. supp. consule. diffusa. expressa. palustreis. Minturnæ dicuntur palustres, ab ingen- ti palude iuxta Minturnas, vbi Marius etiā latuit. Sinues. Petrinum. Petrinus mons est, Sinues sanæ ciuitati imminēs, vel ager Sinues viginus. arcessere. sup. ad me. vel imperium fer. Quare hoc? quia anteā

pascentes reges appellabantur, unde qui Senatu cœnam post triumphū dabant in Capitolio, Consulem vel dictatorem rogabant, ne ad cœnam veniret, se illis quod ederent domū misuros, ne illos, non vt reges domū à Senatu deduci, illi praesentibus necesse esset. vel alijs, patere me regem esse conuiuij, hoc est, vel accerſe ad te me, vel sine me regem tibi imperare. & tibi. in honorē tuū. mitte. omittit. leue spes. rerum humanarū. hoc est, cogitationes fallacieis. certamina. quibus certamus anteīe ditiores. Moschi caus. Moschus nomē est rhetoris Græci, qui accusatus fuit suscepit veneficij, cuius causam Torquatus agebat, fuit enim Torquatus causarum patronus. oras nato Cas. natalis dies Augusti fuit 9. kal. Octob. astiuam. breuem. benigno. familiari. quō. ad quid prodest. assider. similis est. spargere. latitiae causa. vel. etiā. inconsultus. stultus. designat. facit. opera. secreta. recludit. aperit, palam facit. ratae. certas & firmas, quia ebrj magna sperant, & ea sibi certa pollicen- tur. unus. curarum. addocet artis. docet fastuose loqui ebrum, & vino exhilaratum. contracta. an- gustra. imperor. fixit ex Græco, rugivous. sicut in arte Poëtica, inuidor, qd̄ orūque. non innitus. voluntarius. corruget nareus. moueat fastidium; nam quoties aliquid nos offendit in odore, nares contractæ rugam faciunt. cantharus. significat se habere vas nitida, in quibus suam imaginē quis quasi in speculo posuit cernere. lanx. discu. foras eliminet. foras, & extra limen domus effaserat. Brutā tibi Sep. procurare imperor. tibi. in gratiam tui. Brutam. puellam, vel vt alij, Burrā. Septi- ciūmque. conuiuarum sunt nomina. prior. melior. sediū. arta. monet aut vt solus, aut vt cum pau- cis veniat. olida. malè olenis, scitid. in quotus. id est, cum quot comitibus ad cœnam venias. vmbra. vmbre dicuntur a seclz, sive quos ad conuiuum nobiscū non inuitatos ducere solemus. falle. monet illum, vt dum cliens expectat illum pro fo-ribus, exeat per posticum.

CIV. V. I. V. S.

IN VITAT Horatius Torquatum ad cœnam minimè sumtuosam, ad olus cibarium ex modica patella, qui vixit erat domesticus, & planè vulgaris, cique pro condimento vinum pollicetur Minturnense, olere non multo nobilius. iubet etiam vt apparatus hic sit ei gratus, vel curer adesse lautiorem: & quoniā dies posterus nato Cæsari festus, in multā nocte sinat hilarescere, benigniusque agere, vult cum venire curis omnibus valere iussis; at enim fortunæ bonis vrendum esse; & nō ob heredes eis instar insani hominis parcendū, sed iudeundē conuidandū, flores spargendos, potandū, X X vel ad

vel ad cibetiarē & s̄que, quando ea miseris efficiat. beatos, ignauos forteis, liberet à curis, & pauperatē nesciat. Ceterū ne quid conuias offendat, vel desideretur ad lætitia, scribit omnia libenter se procurare; vt omnis supellex munda sit, & ad vique splendorē nitida, vt fidi conueniant, & amici parē, iūq; non multi, nisi sit ei visum plures umbras adducere secum: sed multititudinem tamen detestatur, metuens ex calore alarū natibus odorē grauem. *Si potes archiacis conuiua rec. lect:* ad vñ quoq; vidi cod. scripti omnes in versib⁹ ipsiſ habet. archiacis, præter Tonsanum, in quo scriptum legi Archanic⁹, sed in annotationibus vnius Blandini⁹, ex quo Comm̄tatorē magno studio descripsimus, vidi; Archaic⁹ lecti, dicebantur ab Archaico fabro. In alterius, ab Archæa, quod mēdosum est; pro Archœo fabro; quod cum Archaico conuenit: *etiam* enim & *apximāt̄*, idem Græcis notaat, nimitem, antiquiū, simplicitas antiquæ studiorum, magnificentia non amantem: in qua dictione adieciua, pro propria, sciolorū detestandus error non minus imposuit doctis, quam in *τη̄ ἐπαγγέλματος* Satur. 9. lib. 1. qua de re vide nostros ibi commentarios. Est itaque Lectus archiacus, ad vetustum morem ex ligno compositus, nō ex argento vel ebore concinnatus, quod Romæ diuitibus tunc in vñ suis testatur Plin. lib. 1. ca. 10. sed rudem illam & prieam simplicitatem pra se ferens; ob quam Quint. Aelius Tabero prætura decictus legitur, & habitus despiciui, quod in funere Africani pop. Romanum publico epulo, hædini⁹ pellibus, testis Samijs, & lectis ligneis accepisset, quod in cultam, parcimoniam in rebus publicis nō exhortuisset. Ad hanc quoq; sententiā Plutarhus de archaico in Publicola, *πάλαις ἀδελφός*, inquit, *καὶ ἀρχαῖος τῇ ἑρμηνίᾳ*, id est, simplex statua, & vetus de more cōstruēta. Quod autem Turnebus legit Archiacus, ab Archia fabro, dandū est antiquitat⁹ studio, propter tam multorum cod. script. consensum, à quibus profecto nec ego dissentire, nisi adnotaciones Blandini⁹, me variū quasi data manu in viam reduxissent. *Si potes.* hoc est, si quidē potes &c. erat enim ad rem attentior, & ferē ad fides vique parcas, quas vt notaret *ἀρφαλίας*, reiterat suā munitione in supellecili domesticā, præterea futuorum curā, de diuitijs accumulādiis cōtentione omittendā, insuper hædis causa non esse turpiter defraudandū geniū, sed in laniā potius, & cibetati dicit operā dandā, quod, vt eum perpetiat, pollicetur cōpotores fidos amicos, immemores, pareis & paucos: pecuniosi namq; fugiunt multorum conspectum, sunt eis omnia suspecta, & dictis suis, & factis insidias ponit, illis abesse domo crux. est: iūcū fortasse monet, vt per pollicum fallat.

clientem. Sed & Ode 7. lib. 4. satis ostendit eum sordidiorē vbi suader Horatus aīt amicitate veris, virtutēque bēnitute non esse parcendū hæribus auaris, sed amico animo inferiendum. *neē* times, amas, gaudes, perlitoen. *modica paella*, nō capaci. quām bene conueniunt, lecti archaic⁹, patellæ modicæ cū olere, quod omne dicit eum cōnaturum, ad describendū victum tenuem, parcum & plus quam domesticum, quem Horatius nō ex suo pollicetur, vt qui hilariis agebat, sed ex ingenio Torquati. At non infitior tamē Horatium herbis & olere victūq; tenui gauisum, sed domi secum, nō etiā in accipiendis conuiuis. *paella*, de pate lis dictū est alibi. *supremo se sole*. *χειρογυαφία* noctis aduentantis, *vitis bibes*, vinum cōn̄ modicæ viliq; consentiens, ucc à vetusitate, nec à loco cōtendabilc, sed de vetustate dubia sententia est, scibit Siganus in Commentarijs suis in fastos Rom. Ex Capitoliniō (anno V. G. 71 6.) inani intercallo inter Agrippam & Gelliū qui subsequitur, consulem, apparet desiderari nomen consulis suffici in locum Canini⁹, de quo nihil mihi compertum est. suspicor autē, ne sit T. Statilius Taurus. primum, quia biennio pōst, proconsul triumphauit ex Africa; deinde, quia anno 71 7. consul est iterum, neq; quando primum fuerit, extat apud eundem anno 72 7. Cōsules Cassiodorus suggerit Cæsarem Augustū 7. T. Statilius Taurū secundū. Statiliū Taurū antē dixi videri anno 71 6. in parte anni primum consulem fuisse, hēc Siganus. Ceterū vero consentaneum est, nō ea vina fuisse vetera: à loco aurē quantum laudis habere possint, facile is conijciat qui non ignorat, palustria plus diluta, quām nobilia, vina proferre; quo nomine Sinuesia quoque, quē sita est ad Lirum fluvium in finu Scitino, celebratur ob vini quod profert, non bonitatem, sed abundantiā. Minturoz autē inter Taracinam sūnt & Sinuesiam, vtrumque ad stadiū 80. Strabo lib. 5. *diffusa*, nata quidem ad paludes Minturnenses, & expressa; sed T. Statilio Tauro iterum consule diffusa, id est, vernaculē (vt mihi videtur) vergoten ende gheheldert, nimirū ex dolio seu cupa recēns expressa, & fusa in cados, seu vasa vinaria. *Si melius quid habes.* familiaris invitatio. si enim vulgo, hebt ghy pet beters / latet blenghen oft laet b̄ ghefegghen. *melius quid.* parati, & vini, s̄r. nulla mea scripta habent, fin. *vel imperium fer.* familiare imperium, pro eo quod dici sole, fine te exorem, morem gere, legem accipe. *splendes focus.* domus munda est, te opprimur. *leuea spes diuitiarum & cert.* quia leuea homines, id est, inconstanteis faciunt: *καὶ τὰ πλεῖστα οὐκέποτε πολλὰ ιχνα*, id est, diuitiae semper multas calamitates habent: Philemon apud Stobæum. certamias.

certaminis. liceis, *contentiones*, odia, dissidia. *dat veniam*. indulget somnū; *οὐχιρός*. *impunē*. quia causa forenses cessabunt: erit cras iustitium, quare licebit in multam lucem dormire. *astinam*. confirmat Horatium Dionis sententia, de natali die Cæsaris quē in Iulio statuit: at Cōment. & Suet. in Septembri. *benigno*. faceto, iucundo, facili. *tendere*. simplex, pro extenderet, prolongare, extrahere; *reversus*, in Tērēus. quād māhi fortunas. finis enim diuinarum vtilitas nulla nisi in vīsi cernitur. quare inquit Ioscarat. *ηλαφεῖν τὸν περὶ τὸν θάλαττον απελέσθως, γενεδί μὲν δυναμένως τοις ἡπάρχοντος παρεγκλήσονται οἱ τετταράπάχυτοι, οὐτοις ἀλλα τοις ἡπάρχοντος πατέταις ἐπιστάμενοι*. hoc est, contemne eos qui nimiam dant operam diuinis, præsentibus autem nequeunt vti, afficiuntur enim perinde arque is qui pulcrum equum possidens, est equitandū imperitus. multi cod. habent, fortuna; Diuēzi, fortuna est; Tons. & Mart. fortunam. sed doctis certum est debere legi, fortunas. ob hæredus caram. vt hæredes ditecant. *severus*. asper. *affidet in se*. sedet stulto proximus, eique simillimus est, *μετὰ τῷ λυπαῖς διάβολος τοῖς ζίοις, ἀπάρτων καὶ τῷ οἴτην τῷ τονθύμῳ ἀλλοιότερος*. hoc est, qui cū tristi severitate vitā agit (diues) is miserrimus est omnium mortalium; ait Theopompus apud Stob. *potare*, & sp̄. flor. laus hilaritatis etiam ad insaniā, & ebrietatem ήσανθίστος; nam si mediū seruari nequeat, sed in alterutro vitiorum peccandum sit, vulgo probatur magis lato animo exporigere, quām tristi frontem contrahere; nam hoc, vel Sapiente auctore, exsiccat ossa; illud autem *ebrietatem* florente facit. *quid non ebrias*. enumerat ebrietatis effecta, quæ plus ad eius laudē faciunt, quām vituperium, vt Torquato discussa morum severitate, persuadet letioribus poculis, latioribusque nunc esse agendum. *designat*. perpetrat. *διαβατίσταις ἡ πειρωταῖς, πειροῦσσαι, πειρωτῶν* noui aliquid molitur, innouat & immutat. *opera recludit*. sic & Homerus, οἵτε διπλάφρα περιστάλλουσαι, καὶ Στρατοὺς γενέσαι, πάντας εργάσασθαι τοις προσίστοις, ὅπερ τὸ ἄριστον ἔμενος. id est, vinum quamvis sapientissimum certè cantere, molliter ridere, & saltate impulit, hoc etiam prouulit verba, quæ satius fuisse racere. *inermem*. cod. Bland. habent ad pœcilia tradit inerterem. addocet artim. iactitant se attium multarum peritos. alias vini laudes si qui. desidereret, apud Stobæum de incontinentia legit Panyassis dis versus. *secundū*. pleni & abundantes: *ἰππαὶ οὐκ οὐσιογενῆτες*. *sōlūnum*. à curis: lascivum, largum. *haec ego procurabo*. dicit Horatius se nō invitum esse mensa strætorem, qui Athen. lib. 4. dicitur ηγαπέοντες. qui *mensam curat*, & quæ ad ipsam pertinent, οὐχο-

μάγνητες (inquit Hesychius) ἀλλὰ ὁ τῆς πάνος πειρατὴ συμβοτα παρεγκλήσεις. quemadmodum hic Horatius non cenam modō, sed & toralia, mappas, cantharum, lanceem &c. *procurare* & *idoneus*. ὑπεριστοῦνται πατέταις. *non inuitus*. *ιππαὶ οὐσιογενῆτες*. erat enim natura agilis, promptus, & hilarius, & genij studiosus. *τυρπετον*. immundum. de torali vide Satyr. 4. lib. 2. *mappa*. linteum quod infestinatur mensis, ὁδῶν, vel etiam quo inter edendū manus absterguntur; nam mantile a manibus dictū, datur post lotionem manibus exsiccandis. *offendat tibi te*. describitur grata conuiuis mundities. qui *dicitur for. el.* fidele silentium, quod in hilari conuiuio violare est nefas. hincapud Plutarchum, in libello De mulieribus: tiam instituendis: *τὸν διονύσιον τάρπητον τοὺς λάθην συγκρατεῖσθαι, ὃς μὲν διος μητροῦντος τοῦ σε ὄντος πλημματικὸν θεόντος. ἀλλὰ νησιαῖς παιδικῶν διορθωτας. ὃ σωμάτιον τὸ μετὸν μητροῦ συμπότολον. ὁ δὲ ιορκίδης, τὸν οὐτόντον τὸν λάθην, εὐφράτην προκατέβη*, id est, Libero patri serulam, & obliuionem consecrant, insinuantes nō reuocanda in memorī esse quæ inter pocula sunt admissa. huic concinit & illud, odi memorem compotorem; & Euripides, absurdarum rerū obliuionem sapientem esse dixit. *vt τοεῖται πατὴ*. vt pat̄ coēt, & iungatur pari; quia pares cum paribus facilimē congregantur: vt est in proverbio, *ἄλεξιληγά τίπτειν*, id est, *seqialis* seq̄ualē delectat. Hom. Odyss. o. 22. τὸ οὐρανὸν, id est, quinetiam sumus & quæcum. hęc itaque tria procuratum se dicit, munditiae, amicos fidos, & *τατε* consensuque pareis; & hęc vñica causa est ob quam Lambino assentiendū credam, legendūmque contra omnia quę legi scripta, Brutum, pro. Brutam; quod est in scriptis; & Septimium Septitium, utrumque est in scriptis: & hęc sic ordinō, Adfumam tibi sodaleis, Brutū, Septimiū, & Sabinum, nisi coena melior, & eleganter puella cum detineat. omnia scripta præter Tons. habent insulē, ad summam, cum colo post verbum, detinet. quæ causa aliquibus interpretibus exitit, vt illa Brutum tibi Septimiumque &c. cum superioribus struenda crediderint, in pœciliā sanè meo iudicio. *postor* puella Sabinum det. iocus urbanus in Sabinum. *locus est*. mensa nostra capax est plurium quos te sequi voles, ne incomitatus venias. non inuitatus enim umbras nominare solemus, *ἀναλογίσας* vide Adag. umbras: & quæ notauiimus ad Satyr. vlt. lib. 2. *sed nimis arta*. arta sine c. habent omnes scripti cod. nō hoc in loco solū, sed ubique ea vox occurrit, vt & alibi à me notatum est. arta conuiuia sunt vbi propter conuiuarum multitudinem antē & angustē consideratur. *olida capra*. olida capra, & hircus est capraru maritus, qui & fetor est axellarū per analogiam.

vide adag. Hircum oletanus. Quod autem quidam per capras olidas, scorta intelligi posse existimat, mihi certe non sit vero consentaneum; tum quod haec ~~in~~ subseruat ingenio Torquati gaudentis non immodico sumu^s, sed amici fidei, taciturnus & paribus, tum quod termine benigno cum eo velit proferre nocte, quod inter scorta quam fieri possit commode cilicet, nemo non intelligit. Scio & benigno, posse interpretari, amatorio, sed mihi non placet: iudicer lector eruditus. *tu quotus esse, velis.* quam multos tibi adesse sordales, vt & lectos parem, & apparem cetera. *zōtō dñs tōn.* atria seruantem. in atrij te obseruantem conculendite, veliu. tibi commendandi gracia, vel etiam vt honoris ergo te comutetur. *falle.* late. hoc est, eo inscio per posticū egredere, ne te detineat, hic verius tantum per mihi persuasit non sine alijs rationibus satis obuijs in Epistola, legendum esse. Si potes arcanis conuia recumbere lectu, vt inuenieram in cod. Tonlano, dum inciderem in Blandinias adnotaciones, quæ solæ mēam mente in mutarunt.

EPISTOLA VI.

AD NUMICIVM.

NIL admirari, prop̄eres est vna; Numici
Solaque que possit facere, & seruare beatum.
Hunc solem, & stellas, & decadēntia certis
Temporā momentis, sunt qui formidine nulla.
Imbuti spectent, quid censes munera terra?
Quis mari extremos Arabas distantis & Indos?
Ludicra quid, plausus, & amici dona? *Quiritis?*
Quo spectanda modo, quo sensu credū, & ore?
Qui rimei his aduersa, feremiratur eodem,
10 Quo cupiens, pacto pauor est vitrobiq. molestus.
Improuisa simul species exterret virumque.
Gaudet, an doleat: cupiat, metuāne: quid ad
rem?
Si, quicquid vidit melius, prius ne sua spe,
Defixus oculus, animoque, & corpore torpe?
15 Insani sapiens nomen ferat, equus inquis:
Vlera, quam sati est, virtutem si perat ipsam.
I nunc, argentum, & marmor vetus, araque,
& artes
Suspice: cum gemmu Tyrion mirare colores:
Gande, quid spectans oculi te mille loquentem:
20 Nauis manē forum, & vespertinus pere tectum:
Ne plus frumentis dotalibus emerat agris

Mucius, indignum, quod sit peioribus ortus:
Hic tibi sit potius, quam tu mirabilissi.
Quicquid sub terra est, in apricum proferet atus:
Desideret, condēque nuentia. cūm bene notum 25.
QVI D tibi vis Chios, Bullati. Agit Horatius cū Bullatio de locorū, ciuitatū, & vrbīū, quas ipse adierat, magnificentia, plendore, & amēnitate, num viderit aliquam, vbi potius quam Romæ, se felicem fore crederet. Qui Lebedū sibi non parū placere respondit, ibique le malle viuere, eo quod Romæ, & maris odis sit propinquitate, & viarū difficultatem proficiscentibus nimis quā molestam. Itā ne, inquit, loci cōmoditas beatum, & contrā infeliciem facit. incommoditas ī sed quis in itinere Capua Romā, luti peregrin, & imbris, optet in cauponā semper agere? aut frigoris impatiens, balnea plenē beare clamitet? nū quis inter nauigandū iactatus ventis & vndis, peregrinat, nauiganda manere, quam maris iterum factio perieulo in patriam redire iudicat? Profectō inquit, nō Lebedus, Rhodos, Mitylene, nō Roma ipsa viro sanx mentis plus ad bene viuendum requirunt, quam ad calefaciendum penula solstitio æstuo, caminūvē; aut per brumā campeſtre, nebulavē linea ad frigis propellendum, Tiberināvenatatio. verium, donec fortuna propitia est, licet Romæ bene beatēque viuere; ita vt nec Samos tranquillitatis gratia, nec Chios adeunda sit, vllāvē

villave alia regio: quia non locus, non cælum, nec quicquid extra hominē est, eum beatū efficit, sed animus recte rationi cōsentaneus, is curas auferre; mentēmq. tranquillare valer. Quare summa est insania animiq. inconstantia, in peregrinatio-ne, locorumq. mutatione, beatitudinem querere, quæ vbiq; locorū est penes te. *quid tibi visa Chios.* Omnia est vero simile Bullatiū fuisse virū bonū, sed pusilliāmē, & ad quemuis, aut belli, aut seditionis leuem strepitum, vehementer ex-horruisse: quæ res effecit eum, *γεγράψατο θεοί,* id est, erronem, & tantum non circulatorē: nam dum incumberet in id, ut tranquillè viueret, vbique locorum, semper ei aliquid fuit impedimento, quod eum fecit aliò cōmigrare. hinc factum est ut diversa loca adiret, & vrbeis multas inspiceret. haec de causa moneretur eum Horatius, ut tandem sapiat, nec amplius sibi persuadeat, locorum cōmoda vel incomoda quicquā facere ad vitā beatā, sed eam præstare animi tranquillitatē securitatēmque, quæ ut non est in rebus externis, ita locorum communicationē eam in animo efficere non posse. Sunt qui Bullatiū censem̄ circumforaneum fuisse, & incertis sedibus vagatū lucri causa: sed hoc non temere quis mihi peruaerit; acerbius enim notaſet cum Horatius. At interim tamen non negarim moneri leuiuscūlos homines, qui dolent impatientiū, si quid accidat præter sententiā: qua de causa mox cogitant de mutandis sedibus, quasi vel locus adferat infortunium, vel cœlestis aspectus; ignari vite rationem dependere ex ingenij sagacitate, prudētiāque. *quid tibi visa.* haec enumeratio locorum variiorū, indicio est, Bullatiū fuisse *πόλεμον,* id est, hominē versatilis ingenij, ad omnia peristrāda. *minorā fama.* sic habent omnia scripta quæ legi, & vera est letō. referuntur enim ad sequentem versum, cuncta ne, &c. *præ campo* & *præ Roma.* *sordens.* inculta, viliāque videntur. *Lebedum laudas.* an Lebedū Roma præfers, eò quod suprà & infrà mari conclusa, nonnumquā quoque ab infero mari per Tiberim inundatione civibus formidabilis, deinde montibus vndiq; quasi circumvallata, vias iter facientibus ostēdis perdifficileis, nec egressu cōmodo nec ingressu sc̄i *Lebedus quid sit.* hic dialogus est, quantum licuit obseruare ex notis codicū Blandiniōrum. præterea libri omnes scripti, quos vidi, habent, quid sit, nulli quām sit. *vnustanū Bland.* habet quod sit, sed per emodationem, nam supra o litteram ponitur i. Horatium percunctatur Bullatius, eò quod se credat odio maris & viarum tantummodo Roma pluris facere Lebedum, an censeat nullo alioqui vel studio Lebedum vel amore dignum. interrogataq; sciat ne Horatius quid sit Lebedus. *Gabinū deser-*

tior atq; sit vicus. haec responderet Horatius cōtem-tim in odium Lebedi, quem vicum dicit desertissimum. at Strabo lib. i. 4. Postea, inquit, est Lebedus qui centum ac 20. stadiis abest à Colophone. Hoc in loco Liberi patris cōuentus est, & Ionam habitatio r̄que in Hellestōrum, in qua sollemnia & certamina Libero patri quotānis celebrabātur, &c. insuper & Plin. lib. 5. cap. 29. ab Epheso scribit Manteum aliud Colophoniorum, & intus ipsa Colophon, inde Apollinis Clarij fanum, Lebedos, &c. Mela quoque lib. 1. cap. 17. Ibi Caystrus amnis, ibi Lebedos Clarique Apollinis fanum quod Maato Tiresiaz filia, fugiens victores Thebanorum Epigonus statuit. itaque quod Lebedos celebris esset ob scenicorū histriōnum collegium, & ob ludos ac certamina Libero patri quotannis celebria, Bullatio fortassis ipsa Roma erat gratior. Quod autē Horatius dicit Lebedū fuisse desertū, nō penitus abest à vero: scribit enim Strabo codē loco inter alia: Quare ij (Myonnesij) in Lebedum migrauerē, Lebediis peribatēr eos succipientibus, propter hominū paucitatem qua detinebantur. *Nepentū procul* &c. Sic Aristides in Themistocle, *Ἄριστος οὐδεὶς τούτῳ τῷ Νεπέντῃ πάρα τοῦτο τὸ πλοῖον λέγειν, ἐτῶν ιντοχίαν τὴν αὐτὴν δεκτήν, καὶ περιθύμως ἔχει τὸν ζώνην οὐτὲ τοῦτο τούτην.* id est, atqui nō perinde est, si quis medio in mari de iis loquatur qui in naui sunt, animiq. præsentiam demon-strat, sed ēnq; procul à procella inter parietes. *τα-mav illuc vivere vellē.* verba Bullatiū sine villa cura propinquorū, & patriæ deligentis præ Roma Lebedum, eò potissimum nomine quod procul abessest à mari, nec aliò cōmigranti traiciendum. *sed neg-qui Capua.* verba sunt Horatii confutantis Bullatiū lententiā à simili, perinde ac si dicat, si vitā metaris felicē aut infelicē ex cōmodis loci vel incōmodis, ergo in itinere Capua Romā, cauponam delige defatigatus lutūe aspersus ubi perpetuō viuas, *frigus colligit.* friget. *furnos.* furnū, inquit Festus, nigrū, vel atrū. hinc dicta furnus, furī, furnus, fuligo, fulgus, fumus, furū bouē, id est, nigrū immolabant Auerno. hic furnus est cala furnaria, *φοῦρες* Polluci lib. 5. & Athen. lib. 3. Est Varroni quoq. testus vel testū, hinc testuatiū libū apud cūdem. plenē omnino. *Mitylene pulchra.* Mitylene, scribit Strabo lib. 13. portus duos haberet, &c. & ea rebus omnibus pulcherrimē instructa est. *dum li-cep ac vultum.* sic habent omnia nostra scripta, & rectius quā vulgatī cod. propter τὸ *εκεφάνειον.* *τὸ quācumque.* *γεράμη* bi duo versūs, tu quamcumq. deus tibi fortunaverit horam, grata sume manū, nec dulcia differ in annū, in Bland. non fuere primū scripti, sed multo post tempore sunt adiecti, ut ostendūt characteres in tribus libris Blad. in quar-to fure

eo fuisse quidem, sed hoc modo, tibi fortunauerit
oram, sine nota aspirationis: præterea sequens car-
men in quatuor bland. Mart. & Sil. habet, Tu
quocumque loco fueris; non, vt. Quare ausim ne
conicere, eos duos versus esse suppositios, cum
de loci tantummodo, non etiā temporis mutatio-
ne hic agatur: vel huic postponendos, Cælum non
animum mutant, lectorē doctum monere volui,
vt mecum dispiciat hunc locum examinētque. nec
dulcia. multi lib. scripti habet, neu, sed alterum
magis placet. ut quocumq. cod. scripti bland. &
Mart. habent, tu quoq. nam si ratio. vñ si, causam,
non condicionem signat. non locus effusus latè. ma-
ris arbiter locus; terra est, quæ fuos vindique maris
effus terminos cōtinet, eius aquas & vndas arcēs
suo arbitrio, & situ. Cōuenit cū eo quod suprà di-
xit, Neptunum procul è terra spectare furentem.
Quare sensus est, nō vicus, nō ciuitas, nō vrbs, nō
regio, denique non tota terra vitam beatam, sed
sola tranquillitas animi p̄stare potest. & Seantos
d' ὁὐδὲ ἀφεῖται τόπος ἴδια πονία, ὁὐδὲ ὁὐδὲ
έργον, ὁὐδὲ φέρειν: Plutarch. περὶ φυῆς. nam
cælum nō animum mutat. sic Aelchines cōtra Cres-
iphontem, vt nota Victorinus lib. 1. ca. 13. ὁὐδὲ
ἴσις ἵσις οὐδὲ φαῦλος, οὐδὲ τέλος οὐδὲ μηδίδιξε, νατὰ
τὸ προσώπου καλὸς καγάδες: οὐ γὰρ τὸ τρόπος, ἀλλὰ
τὸ πρόσωπον μέτρα καταλαβεῖ. hoc est, quicunque domi
prauus est, nequaquam sanè, ne in Macedonia
quidem legatione fungens, vir bonus & probus e-
rit; non enim mores, sed locum solum mutauerit.
*strenua. vehemens & cito. inertia. ἀρρενίν, ἀ-
ρενία, insipientia, stupidiatq.: qui non videmus*
perpendimusque nō patriam, non locum, nō cœ-
lum nobis obesse vel prodesse ad vitam beatam.
strenua inertia dictum ἔχειν. nauibus asque
quadrigis. hoc est, summa festinatione, summōq.
studio hū quid in patria ἀγε, est, alio migramus &
fugimus, quasi bene ibi victuri, sed non fugimus
nos ipsos, hoc est, affectus animi, cupiditatēsque.
Vlubris. Vlubrenses ponit Plin. in Campania; lib.
3. cap. 5. *aquus. ixieus.*

E P I S T O L A X I I .

A D I C C I V M .

F R V C T B V S Agrippa Siculus, quos colligis, Iccī,
Si recte frueris, non est, vt copia maior
Ab Ioue donari possum tibi. tolle querelas,
Pauper enim non est, cui rerum suspetit vñs.
Si ventri bene, si lateri est, pedibūsque ruis: nil
Divitiae poterunt regales addere maius.
Si foris in medio positorum abstemius, herbis

vnius, & vrtica: sic viues protinus, vt te
Confestim liquidus fortuna riuis inauret:
Vel quia naturam mutare pecunia nescit:
Vel quia cuncta apud vna virtute minorat.
Miratur, si Democratis pecus edit agellos,
Cultaq., dū peregre est anim° sine corpore velox:
Cum tu inter scabiem tantam, & contagia lucri
Nil paruum sapias, & adhuc sublimia cures: 15
Qua mare cōpescat causa: quid tēperet annuus:
Stella sponte sua, iussa ne vagentur, & errant:
Quid premat obscurū luna, quid proferat orbem:
Quid velis, & possit rerum concordia discors:
Empedocles an Sterisium delires acumen. 20
Verūm seu p̄scis, seu porrum, & cepe trucidat:
Vtere Pompeio Grospho: & si quid petet, vlt̄d̄
Deser. nil Grosphus, nisi vlt̄, orabit & aquum.
Vilis amicorum est annona, bonis vbi quid deest.
Ne tamen ignores, quo sit Romana locores: 25
Cantaber Agrippa: Claudi virtute Neronis
Armenius cecidit. iuu imperiumq. Phraates
Cesaris accepit genibus minor. aurea fruges
Italia pleno fundit copia cornu.

C O M M E N T A T O R .

F R V C T B V S Agrippa Siculus. Ad Iccium pro-
curatorem Agrippam in Sicilia constitutum, de quo
ait in Odis, Iccī beatis nūc Arabum inuides gazis,
&c. sed vt illic cupiditatem eius perstrinxit, ita hic
parcimoniam eius laudat, sed cum mordacitate.
Aliqui dicunt quod agros illi in Sicilia donauerat
Agrippa. si recte frueris. si contentus fueris redditis
bus tuis. querelas. paupertatis. rerum suspetit vñs.
cui nihil deest. si ventri bene. si habes cibum. si
lateri. non desunt nec vestimenta de die, nec stra-
gula dormienti. pedibusq. ruis. si tibi sint calce-
menta, & caballi. si forte in medio pos. sensus est, si
verò ita viuis, vt contentus herbis, & oleribus, non
eges iis fructibus quos colligis, protinus iradiues
fies vt torus fias aureus. in medio pos. appositorum
ciborum vel aliorum supradictorum. abstemius.
abstinenſ, dictum ab eo quod abstineat temero, id
est, vino; sed hic pro sobrio possum est. vrtica. ge-
nus est herbe. protinus. vbi ex his discesseris. cōfes-
sim. confestim, & protinus coniunxit, indulgens
emphasi celeritatis. fortuna riuis. id est, Pactolus.
inauret. id est, diuitem faciat. naturam tuam, au-
rariæ dedita. vna virtute. sola philosophia: Ironi-
cōs, quasi dicat nō putas. si Democrati. Democritus
Abderites philosophus atomorū inuentor, & erro-

rum multorum, dum philosophiz intentus esset, neglexit agros suos, adeò ut vicinorum pecora ibi liberè palcerentur; tandem dementia apud iudicem reus factus, obtulit libros de re physica à se conscriptos, ob quam causam liberatus est, & præmium accepit. *cultus*, rura illius. *peregrinatus*, assidue intentioni mentis adductus, velox est ad subtilia quæque investiganda. *cum tu*, ostendit Iccius & pecunia seruire, & sapientia studere. *scabiem tantam*, inter tumultus, & curas, & scenora. *nihil parvum*, sed magnum. *sublimia*, physicam philosophiam. *qua mare*, exponit sublimia. *quid temp.* quæ sint anni temperamenta. *stelle*, planeze. *obscurum*, cur Luna nunc sit obscura, nunc clara appareat, cur per menses crescat, & decrecat. *quid volit & possit*, compagem mundi significat, quæ concors est ex diuersis partibus conexa; ex quadam enim parte discors est, ut ignis & aqua; ex quadam concors, qua mutuo colligantur, & in se mutuo cōmutantur, utrum humor igne, & ignis humore pascitur. *Empedocles*, sup. curas scire. Empedocles & Stertinius nomina sunt philosophorum. *delires*, nihil agar. Stertiniū acumen, pro Stertinio, περιφρεστός. Empedocles Agrigentinus, multa quæ ad Pythagoricam sectam pertinet, metro & versibus tradidit. Stertinius philosophus ducentos & viginti libros Stoicorum Latinè scriptis; hos notat, quod versibus suis obscurorem fecerint philosophiam. *seu pisces*, hoc est, siue laude. *seu porrunc*, siue parce viuis. *Grospho*. Pompeius Grosphus amicus fuit Horatij, cuius meminit in odis, eques ex Sicilia oriundus. *petet*, à te. *deder*, offer. *orabit*, petet. *annona*, quali matieres. hoc est, facile possum haberi amici quibus multa desunt. *quid aliiquid quo sit Rom. loco*, qua fortuna disponatur. *loco*, statu. *Cantaber*, gens Hispaniz. *Phraates*, hic Rex Perilarū fuit, quem pullum à ciuibus regno Cæsar reddidit; hic auctem vietus Tiberio se dedidit, & signa Romana quæ capta cum Crasso fuere, restituit. *genibus min.* deuolutus ad genua.

C R V Q . V . I . V . S .

FR V C T I B N S Agrippa Siculus. Scribit Iccius non esse eum de paupertate cōqueratur, si collectis in Sicilia fructibus Agrippæ recte fruatur; nam si satis est ei, ut genio indulgeat, corpus ornat, & equitando pedibus consulat, quid à rege desideret amplius? Quinimo si parce vinit oleribus, & herbis contentus, eum tandem fore ditissimum, eo quod vel pecunia naturam mutare non possit, cuius est in visu semper esse & scenore, vel quod ad vitæ magnificentiam, virtutis amore ab eo ne-

glecta, fieri indies accessione maior, qua in re fuerit omnibus admirabilior. Democrito, qui ruris modò reliquo studio philosophabatur, cum Iccius ipse in lumen etiam rerum copia, non auri, non argenti splendorē cupiditatēq. possit auocari a sublimium rerum contemplatione, causisque indagandis, nec non euoluēdis sedulo philosophorum naturalium monumenta. Ceterum siue splendide vitam instituat, siue tenuiter, ei commēdat Pompeium Grosphum, ut eo familiariter vtarur, & opem ferat, si quid petet, de rebus autem Romanis cum certiore facit, Cantabros ab Agrippa, Pbraatem à Claudio Nerone deuictum, fortunāq; Italie omnia pleno cornu defundere. *fructibus*, ex agris fructuatis, paucis vestigalibus, quos colligis, coactor ab Agrippa constitutus in Sicilia, non est cop. ad phrasim Græcam *canit id est*, seu *canit id est*, hoc est, fieri nullo modo potest, ut maiores facultates tibi donet Jupiter. *suppetit*, abundat, cui satis est; animus enim hominis, non area diues est appellanda. *si ventri bene*, non arbitrator hæc dependere vel ex Epicuri, vel Metrodori sententia, de sana, & firma corporis constitutio-ne; in qua summum bonum illi statuerant, sed potius ventris commoda grata significare Horatiū, non egere Iccium cultu ornatūque corporis, non caballis, non equis quibus ad splendorem magnificiāq; veharit suspiciaturq;: ait enim diuinitas cūa regibus non ampliores habere posse, quoru[m] pompa est præcipua in vestitu, & equitatu; nec fuit Iccius Epicureus, sed Stoicus & rerum sublimium studiosus, ut hic manifestum est, & ode 29. lib. 1. *in medio positorum*, in medio posita dicuntur fortunæ bona, quibus sine discrimine licet omnibus vti. *absternius*, à oris proprietate autem est epitheton continentiae de maiorum sobrietate vide Hieroglyphicon, contentus parvo, apud Pierium, lib. 57. in initio. *urtica*, Plin. de urtica lib. 21. ca. 15. Incipiens ipsa nasci vere, non ingrato multis, etiam religioso in cibo est, ad pellendos totius anni morbos. vide Qioscoridem lib. 4. At cum dicit, si viuis herbis, ad quid subiicit, & vrtica, quæ herba quoque est, omnibus paſſim obvia, cum lactucis adhuc tenera edi quoq. solita? quid si per vrticam intelligamus pisciculum. Siculum, carnis tenerissima, concoctuque facillem, quæ Athenæus lib. 3. ἀργαλέῳ nominat? sic ut pisciculum illum herbis incoctum estaret? Alioqui Romanis pisces erant in delicis, ut videtur est in cena Catiana, Satyr. 4, lib. 2. *sic vixes protinus*, hic ip omnibus scriptis est interpunctio, quare sensum hunc esse crediderim, si coepis absternius semel viuere, protinus, id est, deinceps sic viues, ut liquidus fortunæ riuis te confestim, id est, ordi-

est, ordine, & sine intermissione insurget, & diuitem faciat. sic enim rō confestim, apud Sosipatrum lib. 2. institut. Grammat. Statilius Maximus interpretatur illud Sallust. fecit ut nunciis confestim lugubribus. *fortune riuis inaureret*. videtur alludere ad Midā fabulam, qui vt elueret auream famam cōsilio Apollinis immerso capite Pactolum sic inaurauit, vt arenas aureas perpetuo trahat. *vel quia naturam*. natura pecuniae in vīo est, eaque non prius interit, quam in vīo esse & senore desit; iccirco mutare suam naturam nescit, sed maiori semper maior accedit, non minus quam vīda superuenit vīdæ. Quare si pergit Iccius frugaliter viuere, quia putat cetera virtute minor, fore dicit, vt eo vel inuitio & incito majoris continenter ex fructibus accessione pecuniae, totus fiat aureus. hæc autem nostra est opinio, sine confutatione alterius, quam vnicuique liberam relinquimus, nimic ut supra rō naturam, intelligamus, tuam, quod nō fieri potest sine nota auaritiae, quam sapientis est fugere in amici commendatione; vel multa ironicos erunt accipientia. *miramur si Democr.* hoc est, quid miramur agellos Democriti philosophantis vicinum pecus depasci, cum tu in summis opibus, in maximo pecuniae lucro nibil quam philosophatis, sublimiā, inquiris? *pecus edit agellos*. Diogenes Laërt. in vita Democriti scribit eum adeò fuisse studiosum, vt ex vicino horto sibi cellulam feligeret, ibique sc̄ipsum includeret: & cum aliquando pater ipsius bouem ad immolandum adduxisset, ibique alligasset, tamdiu hoc ab illo non fuisse cognitum, quoad hunc ille sacrificij causa excitauit, ac bouis admonuit. Deinde ibidem scribit, cū verò lege cautū esset, vt qui patrimonii consumferat, sepulcro patrio non dignaretur, eo cognito, vt ait Antisthenes, ne inuidorū: & detrahentiū caluniae pateret, legisse illis constat magnū Diaclomū, & quingentis talentis honoratum esse, & tēreis imaginibus publiceq; sepultū. *peregrē est*. hinc est in Eunuchō, cū isto milite presens, absens vt fies; corpore quidē præsens, sed absens animo. Aristoph. in equitibus, οὐτὶς ἔσπειρε ἀπὸ θηρῶν, hoc est, animus autē tuus presens peregrinatur. hinc quoque est cū facimus attentionē, quod dicimus, adeste animis. *velox cogitatione nihil velocius*. *inter scabiem & contagia*. hoc est, inter scabie cōtagiolam, ξαρπεγκῶν, à scabie corporis, ad animū, quod est pecuniae studiū, & amor lucris; quia eius contactus non minus solet inficere animos cupiditate, quam scabies summā cutē corporis erosione molesta depascere. miratur itaque Iccium ex φιλέτοις non fieri φιλέμηκτοι, id est, ex studio virtutis, pe-

cuniae amantem lucrīq; cupidum. *que mare compescant omnes*. Aristot. 2. lib. μετάφ. hanc dare causam videtur, à natura vnicuique elemētorum datum locū, in quo & esse, & manere gaudet, nec cū extra eum est à motu cessare dum eō peruerterit. Aquarū autem locum in cauo terre, mare nominat, quō aquaz omnes, pluviæ, fluuiales, fontanæ defluunt, ibique se continent naturaliter, vnde non nisi per vim expelli queunt, magis quam cetera suis regionibus. *temperat annum*. Temperamentum omne calidi est & frigidū, quippe cū ex his duobus natura & seruerur, & constet. Aristot. Problem sectione 30. cap. 13. horum autem comites, humidum quidem frigidū, calidi autem siccum esse solet; hinc accretio, decretio, maritatis, & terū acerbitas, ceteraque proueniunt. *stella sponte sua*. Aristot. de mundo: Itaque siderum quæ comprehenduntur, alia fixa cum vniuerso torquuntur, alia in eisdem recepta locis, &c. alia cū vagis sint, profectō nec ad motum eadem celeritate qua superiora, nec inter se similem agendum apta sunt, &c. hūc legitio. *vagentur*. qui septē hinc planetæ nominantur, επανταχίσιμοι, id est, vigor, erro; πλανῆται, stella erratica. *obscurum Lunæ orbem*. orbis Lunæ per se obscurus à sole illuminatur, hinc Luna lucens luce aliena. Ouid. 1. Metamorph. Nullus adhuc mūdo præbebat lumina Titan, nec noua crescendo reparabat cornua Phœbe. *rerum concordia discors*. ἐξόμορφος mundus inferior, & que in eo sunt, compositus vnitusque ex quatuor qualitatibus primis, frigore, calore, humido & sicco, cum aliis quæ ex harū missione nascentur, graui, leui, molli, duro, &c. quarum concordia conseruantur, discordia cuncta pereunt. *Empedocles*. de Empedocle lege Diogenem Laërtium, hic elementa quatuor statuit rerū omnium principia, ignē, aquam, aērem, terram, vt testantur hi versus, Σὺς ἀργυρός, πέρητο φιλέσθιος, ήδ' αἰδωτής, ιῆτις δ' ἡ δικρόνος ἴτισεροι οὐκέτος έργετος, aut vt Plutarchus refert, ιῆτις δ' ἡ δικρόνος τούτη σεργάθη φερέτος. hoc est, Iupiter albus, & alma soror Iuno, atque potens Dis, & Nefis lacrimis hominum quæ lumina compleat; præterea amicitia cuncta copulari, & discordia dissolui; οὐλατη μὴ φιλότητη σωμάτεων ιτεῖ, ξανθη, οὐλατη δὲ οὐ διχαγέτη φερέτος. hoc est, nonnumquam coenac etiam amor simul omnia, rursus nonnūquam sciuncta iubet contentio ferri. *Sertiniū deliret acu*. sic habet omnes scripti lib. de Sertiniō medico, Plin. lib. 29. cap. 1. Quintus verò Sertinius imputauit principibus, quod sertiniis quingenis annis cōtentus esset: sexena enim sibi quæsta virbis fuisse numeratis domibus ostendebat. Par & fratri eius

merces à Claudio Cæsare infusa est, &c. hunc autem notari opinor ab Horatio, in Empedoclis fortassis opinionibus afferendis. Stertinum acumen, id est, Stertinius ut rigor ferri, id est, ferrum, 1. Georg. sententia Democriti, id est, Democritus, apud Lucret. tris & ferri rigor, Prudent. verum seu pisteis. reuertitur ad intermissum propulsitum suprà: si forte in medio positorum, &c. seu porrum & cepo. trucidata, inquit, aut impropriè; habent enim quæ terra nascuntur vitam quandam; aut in odiū eius generis herbe, quæ c dore, sapore & calore ipsi fuit execrabilis: ode Epodica 3. Parētis olim siquis impia manu senile guttur frēgerit, edit cicutis allium nocentius, &c. trucidare, pro prōterere. utere Pomp. Gros. assūme & hospitē & amicū. vtrō. per atynteton r̄ &; vt sit, & si quid petet, defēr, & vtrō, hoc est, etiam non rogatus. nisi verum. non orabit te quod est iniquum. Non temere mihi persuaserim Pomp. Grosphum in Sicilia unde oriundus erat, lites habuisse aut de fundis aut pecunia aliāve de causa; quare Iccio eius causam commendat Horatius ab æquitate. *vilius amicorum est anzona.* hoc est, in bonis viris iuuandis paruo constat amicitia, quia boni viri si egent, nil quod iniquum est perire; ita & facile, & sine periculo amici, eis subuenient. vel parua est amicoru gratia inter se, si viros bonos sibi commendatos egerē siunt, aut non defendunt. annonam amicū interpretor gratiā, benevolentiaq; qua & fuerit & sustinetur amicitia. Vile autem Horatio se. è est, quod est parui pretij: vt ostendimus odo 20. lib. 2. & alius in locis. hoc carmen in scriptis ferè habet interpunctionem post r̄ annona; sic vt r̄ bonis, videatur pertinere ad verbū, deest, quod in anti. quiss. cod. Blan. Syncopatum legitur, d'est, cum apostrophi supra d litteram. In Mart. & Sil. & vulgaris aliquot librī, cōma ponitur post r̄ bonis: ob hanc causam indicauit etiam publicē in auditorio aliquando hī esse Hellenismum, bonis amicorum, id est, bonis amicis, qualis bonis scriptoribus non rarus est, vti Plin. nigræ lanarum, ouorum oblonga, &c. & hoc modo sententia simplex est, & aperta: quid enim eo est dilucidius, annona vilis est bonis amicis vbi quid deest? dissipat lector dœctus, & bonus ne tamen ignores. epilogus epistolæ, de statu Romano, quem scribit indies amplificari, adiectis imperio hinc Cantabris, Agrippæ virtute, quod dicit in gratiam Iccij; illinc fortitudine. Claudij Neronis Augusti priuigni, Armenio Phraate subiugato. aurea. benigna. defundit. si habent omnia scripta præter Mart. qui habet, diffudit. *Copia.* dea vberatis. alludit ad copiæ cornu ipsius Herculis. vide Phornutum in Pace.

E P I S T O L A X I I I .
A D : V I N N I V M A S E L L A M .

V. proficiscentem docui te sepè, diuque, 10.
Augusto reddes signata volumina Vinni;
Si validus, si latuus eris, si denique posceris:
Ne studio nostri pecces, odiumque libellis
Sedulus importes opera vehemens minister.
Si te forte mea grauius vres sarcina charta:
Abiūcio potius, quam quò perferrre iuberū,
Clitellas fermis impingas: Asineq; paternum
Cognomen vertas in risum, & fabula fias.
Vtribus vteri per cliuos, flumina, lamas.
Victor propositi simul ac peruenieri illuc:
Sic positum seruabu onus, ne forte sub ala
Fasciculum portes librorum, ut rusticus agnum:
Ut vinosa glomos furiua Pyrrhia lane:
Vt cum pileolo soleas coniuia tribulu:
Ne vulgo narres te sudauisse ferendo
Carmina, qua possunt oculos aureisq; morari
Cesaris. oratus multa prece nitere porr̄.
Vade, vale, caue ne titubes, mandataq; frangas.

C O M M E N T A T O R .

V. proficiscentem docui te. C. Vinnius Fronto ad quē hæc epistola scripta est, patrem habuit cognomine Asinam, ad quem alludit, & hanc appellacionem nominis vultus ingenio conuenire. ut proficiscentem. cū à me proficisceris. volumina mea, si latuus erit. supp. obserua. posceris. supp. reddes mea volumina. pecces. supp. vide. odiumq; lib. se imp. vide ne odio inepiat habere libellos, propter nimiam tuam operam, & diligentiam. sedulus. hoc est, velut agens sine dolo. opera vehemens. hoc est, assiduo labore. minister. supp. quali. vret. oneri erit. sarcina. figuram facit eum paterni cognominis Asinæ. abiūcio. sup. a. re, reddi mihi. quò ad Cæsarem. iuberis. à me. clitellas. sarcinulas. feris impingas. importune feras, dimittens ob hoc meos libellos, quò voceris Asellus. Asineq; pater. cognom. permanet in translatione Aselli, quia cognomen patris erat Asina. per cliuos. ascendendo. lamas. lacunas maiores, continentis aquam pluviam seu cælestem, ~~l~~as. id est, qua ingluvies est & vorago viarum, seu fossæ fluuiorum. hinc quoq; dictæ sunt Lamiæ puerorum voratrices. Ennius, siluarum saltus, latibras, lamásque lulosas. simul ac. mox vt. illuc ad Augustum. sub ala. axella. ut rusticus. quasi. ut vinosa. velut ebria. Pyrrhia nomen est ancillæ in qua-

in quadam fabula Titinij, quæ furata lanæ glomos, ira gestauit, ut deprehensa sit. tribulis. alperè. hoc dicit ad comparationem stultitiae. *glomos*. glomus est rotundus globus filorum. *ut cum pileo*. hæc apud antiquos consuetudo veteranorū erat, pileum portare cum calceis. *coniuia tributis*. eiusdem tribus. sensus est: néve sic suffarciatus eas ut vnuus de tribu, qui ad ecenam vadens ipse sibi soleas fert cum pileolo; incertum est quem noter. *carmina* mea. *oratus* tu. *nitere*. adlabora. *caue*. antiquo more; per tertiam coniugationem.

C R V Q V I V S.

MAndat Horatius Vinnio, in tradendis Au-
gusto suis libellis, ut à prescripto ne abeat, ne eius nimio fortasse studio ipsis pro benevolen-
tia conciliere odium. si verò existimet tanto se o-
neri ferendo non fore parem, deponat id potius,
quam sua tarditate cognomen Afina paternuludus, & fabula fiat. at si clivis transiens, ceterisq.
vix difficultatibus superatis, ad Cæsarem venerit,
hoc ut onus libellorum videat, ciuiliter, candidè,
& opportunè tradat Augusto, caueaque ne vacil-
let immemor, & mandata frangat. *ut proficisci-
tem*. Cōfirmat memoriam Vinnij repetitione mo-
nitorum. est autem hic ellipsis *et* ita, figura Ho-
ratio *vstatissima*; *ut* sensus sit, ita reddes Augusto,
&c. ut docui te proficisci. hoc est, eum gestum ser-
uabis in reddendis meis voluminibus Augusto,
quem te diu multumque docui, sc̄um abires a me.
sep̄ diu, dictio hæc Cic. familiaris est, diu mul-
tumque pro, magno studio. *si validus*. hæc adiū-
cta sunt opportunitati. *ne studio noſt*. moderata sit
opera tua in nobis & libellis Augusto tradendis.
ſi te foris, *negociaſtūlūs*, à pigritia, alludens ad no-
men Afina. *abiicio*, reculato, remittito ad nos. *fe-
rus*. rudis, stupidus, *ayglos*; ironia: in afinis quidē
est stolida quadam contumacia, sed ne scintilla
quidem magni animi, qualis est in equis: *ut poē-
ta*, frena ferox spumanter mandat. quidam hic le-
gunt, fessus, per elisionē litteraz, sed hoc in nullis
meis scriptis inueni. *impingas*. illidas, & corruas.
vertas in ris. efficias ridiculum. hic ex prescripto
Prisciani, *impingas*, *vertas*, *fias*, ponuntur per en-
allagen modi, pro *impingito*, *vertito*, *firo*, *nimi-
rum* ut *coniunctio*, quam, copuler simileis mo-
dos: dixit enim abiicio potius. At si Linacer Grā-
matico peritissimo, Gofino, & Lino, eiūque me-
lioris note non paucis aliis, fidem damus, assenti-
xi Prisciano non est necesse: sunt enim illa, *impingas*, *vertas*, *fias*, non minus imperatiui modi (sub
terminatione subiunctiui) præsentis temporis,
quam *abiicio*: imperandi namque modus, ut a-

pud Græcos, propria saltē voce, futuro caret,
etiā doceat aliter Donatus, & eius sequaces: ita
etiam futuri temporis aduerbiis, inquit Linacer,
coniungi omnibus suis temporibus potest, non et-
iam præteritis. nemo certe sanx mentis dixerit,
scribito heri: sed apte, scribe, scribito, scribas, nunc.
bras, postridie, &c. legitio Linactum De recta stru-
ctura, lib. 1. de Verb. &c. *viribus uterū*. admo-
nitio ridicula in tantillo chartarum pondere. per
elios videtur significare Romā cliuolum, nempo
septicollē. *victor propositi*. postquam itinere con-
fecto, superaueris & euiceris vix difficultates tibi
propositas, & iter confeceris. *sic possum*. *δεικπ-
νος*, hoc est, tu compositus decoro gestu tenebis
manibus libellos, sine villa iactātia, aut inani gesti-
culacione, eos nunc ostentādo, nunc rogatus occu-
lendo. *ne foris*. *οτι μη σιβαλα*. alludit Horatius ad:
id prouerbij, *ιπδ μάλης*. de re turpi quod dici so-
lebat, aut clancularia, furtiuavē. præcipit itaque
libellos ut gester decorē, ne suspicio sit eum ferre
chartas *infasias*, quas *ιπδ μάλης*, hoc est, *κριθέλω*,
clām, latenter, & quasi furtum portamus. hoc ad-
agio Lucianus facetē vitur in dialogo Charon-
tis, Menippi, & Mercurij; vbi inducit Mercuriū
phi olophum quēdam vitiis omnibus exuentem.
ηλι, inquit Menipp. *το βασιντειν ιπδ μάλης χρη*.
τι ο μίνηται; *ιηλακίου ησεμη*. πολλα c̄ το διο
χειροπειρασμάντο. hoc est, unum præterea, quod
omnium est grauissimum, habet sub ala, quidnam
& Menippe adulationem Mercuri, quæ in vita ei
ad lucrum multum profuit. *ut rusticus agnum*.
quem surteptum *ιπδ μάλης*, id est, latenter fere-
bat, licet autem hoc referre ad rusticum, seu in-
ciuilem gestandi modum; sed aliud mihi proba-
tur magis: quis enim tanquam inurbanum ride-
bit rusticum, vel ei virtio dabit, si sub ala gestabit
agnum, quod ei pro sua vita condizione est ho-
nori? Quare tria hæc quasi *ιηννα* doctrinæ Ho-
ratianæ pertinere opinor ad rem turpem & clan-
culariam; quod indicat quoq. quod subdit de Pyr-
rhia. *glomos*. sic habent tres Bland. cum Mart.
Diua. & Sil. quartus Bland. habet glomus, per
quartam flexionem. Tons. habet globos. *ut cum*
pileolo sol. portauit *ιπδ μάλης*, hoc est furtum. *ne*
vulgo narres te. Arbitror hos versus sic ordinādos:
Tu oratus multa prece, ne vulgo narres te mul-
tum laborasse, festinūque fuisse in tradēdis Cæ-
sari carminibus, quæ & illum legentem, & audiē-
tem vehementer afficiant. id est, versus aut politè
mordaceis, aut ne mali alicuius suspicionem im-
veant: solet enim iter festinārū viris aulicis esse su-
spectū. *nitere porr̄*. adhortantis, age, da omnem
operam. *risibes*. metuas, & in dictis sis incōstans.

EPISTOLA XIII.

AD VILLICVM

S V V M.

- VILLICE siluarū, & mihi me reddēris agelli,
 Quem tu fastidū, habitatum quinq; focū, &
 Quinq; bonos solū Bariam dimittere patres:
 Ceteremus, spinas animō-ne ego fortius, an tu
 5 Euellas agro: & melior sit Horatius, an res.
 Me quamuis Lamia pietas, & cura moretur
 Fratrem marentis, rapto de fratre dolentū
 Insolubiliter: laenam iſluc mens, animusq;
 Fert: & amat spatiū obstantia rūpere clauſtra.
 10 Rure ego viuentem, tu dicis in vrbe beatum.
 Cui placet alterius, sua nimis rim est odio fors.
 Stultus vterque locū immeritū causatur iniquē.
 In culpa est animus, qui se non effugit vñquam.
 Tu mediaſtinus tacita, prece rura petebas:
 15 Nunc vrbum, & ludos, & balnea villicus optas.
 Me constare mibi ſciū, & diſcedere trilem
 Quandocumq; trahunt iniſa negotia Romam.
 Non eadē miramur: eo diſconuenit inter
 Mēq; & te, nā, que deſerta, & inhofſita teſqua
 20 Credis, amena vocat mecum qui ſentit: & odit
 Quatu pulchra putas: fornic tibi, & vñcta po-
 Incutunt vrbiuſ desideriū, video: & qud (piua
 Angulus iſte feret piper & thus ocyuſ tua:
 Nec vicina ſubeft vinum prabere taberna
 25 Qua poſit iſbi: nec meretrix tibicina, cuius
 Ad ſtrepitum ſalias terra graui, & tamen vrges
 Iampridem non tacta ligonibus arua, bouemq;
 Diſiunctum curas, & ſtricti frontibus exples.
 Addi opus pigro riuius, ſi decidit imber
 30 Multa mole docendus aprico parcere prato.
 Nunc age, quid noſtrū concentum diuidat, audi.
 Quem tenues decuere roge nitidiq; capilli:
 Quem ſciū immunem Cynara placuisse rapaci:
 Quem bibulam liquidi media de luce Falerni:
 35 Cenabreni iuuat, et prope riū ſomnū in berba.
 Nec luſiſſe pudet: ſed non incidere ludum.
 Non iſtis obliquo oculo mea commoda quisquam
 Limat: non odio obſcuro morsuq; venenat.
 Rident vicini glebas & ſaxa mouentem.
 40 Cum ſeruū yrbanda diaria rodere manū.

Horum tu in numerum voto ruis, inuidet vſa
 Lignorum & pecoris tibi calo argutus & horit:
 Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.
 Quā ſciū vterq; libens (cencere) exerceat artem-

C O M M E N T A T O R.

VILLICE siluarum, & mihi me. Caſtigat vil-
 licum ſuum qud ager ſius ei cordeat, quē quinq;
 tamē ſenatores aliquando poſſederant. siluarum
 mecarum. me reddensis agelli. quoniam cū ſuſ
 fecerat vrbiſ tædio, ibi ſuis ſtudiis vacabat. ha-
 bitatum. poſſeſſum à quinq; bonis patribus. foci.
 domib; ad octauum lapidem vltra Tibur in via
 Valeria. Valerienseis igitur ſenatores agellum
 ſuum poſſeſſiſe ſignificat. ſolitum. ſupp. agrum.
 Variam. ad cam ciuitatem. Varia oppidum in Sa-
 binis olim, nunc vicus imminens Anieni. di-
 mittere. traſmittere. ceteremus. ego & tu. spinas ani-
 mo. ſenſus eſt, videamus vtrum tu agrum, an ego
 fortius animum colam. euellas agro. ſupp. spinas.
 an res. ſup. Horatii, id eſt, ager. me quanuis Lam-
 ſenſus eſt; etiam ſi amici cauſa in vrbe detineor,
 vt eum. conſoler, tamen ruſ meditor. hic Lamia,
 de quo in odis, Aeli veruſto nobilis ab Lamo, &c.
 fuſt Formianus, vt omnes ferat Lamia. moratur.
 detinet Rom. fratrem. ſuū. rapto. etrepto. mor-
 tuo. insolubiliter. vt nullū ſolariū admittat. iſtuc.
 in agrū. fert. duci me. ſpatiū obſtantia. feſtinate
 ſe dicit ruſ, & veſociter diſſicilia omnia itineris
 veſle tranſire. cui placet. hoc eſt, mihi qui voſ
 habitare ruri, odio eſt vrbs, & tibi qui viſ habitare
 in vrbe, ruſ eſt c dio. vterque noſtrū. cauſatur. cul-
 pat. mediaſtinus. hoc eſt, in ciuitate, in vrbe media
 viuēs. Aſtu enim dicitur ciuitas. vnde & Teretius,
 in aſtu venit, ſic intelligendū, non vt quidā intelli-
 gunt mediaſtinū quāli ministrū obſequij, & officij
 balnearū. nuue. cum eſ ruti. conſtare mibi. ſtabilem
 manere. diſcedere. rure. inuia. odio la mihi. non
 eadem miram. non. delectamur eisdem. ad. ideo,
 propterea. inhofſita. deſerta. teſqua. loca aditu
 diſſicilia, & inculta, lingua Sabinorum ſic nomi-
 nantur: vnde quāuis loca deſerta, inuia, & com-
 pleta ſentibus eo nomine vocantur. fornic. lupu-
 lar. vñcta pop. redolens, & optimi cibis plena.
 video. intelligo. ocyus. ſenſus eſt, oditi ruſ quod
 malē colis, nam citius, te villicus, piper, quod in
 Italia non naſcitur, feret, quām vinum, quo abū-
 dare conſeuuit: nam per vuā, viuū intelligendum
 eſt. viuū prabere. quāz viuū prabeat. & ideo ruſ
 deſteſtaris. ſalias. ſaltes. ſtrepitum. iucundē, non
 cantum inquit, ſed ſtrepitum, vt eum meretricis
 audum exprimeret. terra. graui. lepidē, de inepto
 & pingui. vrges. fodis. hoc eſt, licet abominis
 agrum

*agrum eum, tamē assiduo labore premis. iam pri-
dem. multo antea. disfunctim. post laborem. cu-
ras. ironicos ex superioribus. exples. latias. pigro-
tibi. si decidit imber. si riuius negligenter ante tue-
rit munitus, tibi pigro nouum addit opus. multa
mole. ingenti labore. docendus. imber. Ironicos
omnia. nunc age. hortantis. concensum. senrentiam.
cur non confonemus, & in idē sentiam usq[ue] super
me. decuere. ornauere. immunit. sine damno. sine
donis. sine munere. quod prestat gratia. bibulum.
potorem. media de luce. de medio die. cena br. sup.
modo. quia senui. nec lusisse pa. dum eram iuue-
nis. incidere. finire. ifsic. in agro. limat. terit. vn-
de lima. odio obscura. inuidia. quod tacitum est o-
dium. & occultum. venenat. noue. id est. fascinat.
rident. non inuident. urbana. sup. tamen. non ru-
stica. diaria. cibaria. horum. seruorum urbanorum.
voto. tua voluntate. inuidet. cum videt te lignis
& oleribus abudare. & lacte. calo. seruus. vnde &
calones. à ferendis lignis. horiti. olerum. ephippias.
sellam; alij sagmata; nonnulli ea quae propter iugum
equis curulibus imponuntur. & hoc verius.
quam scit uterque. sensus est. vt tu ruri sis colens
agros. & artem quam cœpisti; & ille calo tibi inui-
dens in vrbe maneat. cœfbo. iudicabo. exerceat.
supp. vt.*

C R V Q V I V S.

VILLICE silvestrum & mihi me. Non æquo
seri Horatius animo Sabinum agellū quasi
sterile, villico suo nō esse curæ, qui tamen aliquā-
do quinque patrum familiis, aleidis fuerat satis,
quod. ipse delectatur vrbe relicta, velut vnicis sue
vitæ deliciis: à quo si nunc solito diutius abest, hoc
dandum esse pietati. Lamia morte fratris peracerbè
dolentis; interea se in animo habere perruptis vr-
banis molestiis, istuc cœvolare, quando nihil optet
magis quā ruri viuere, ibi⁹: beatus esse. Quod au-
tē villicus cōtrā, sc̄ in vrbe beatiorem fore opinat-
tur, in eo non locum ipsum, non rus, sed animum
eius inconstatia notandum cul pandumq. iudicat,
vt qui more hominū sus pecta sus, alienæ sortis sit
appetens, qui urbanus aliquando rura, nunc cōtrā
rusticus urbana cogiter, so vero ait perpetuo in a-
more ruris sibi constare, aēcō vt eius amoenitate
Roma sibi longē sit inferior, quā tamen tāprope-
remizatur villicus, non ob aliud sanè quām quod
ruri carceret urbanis ille cōtamenis, vñcta opulen-
tāq. popina, tabernis vinariis, tibicinis, saltationib-
us; quæ magis ei suere cordi, quām rura, boues,
iunuli, Horatio iucundissimi; qui si iuuenis alii-
quando luserit, indulgentius Cynarae operam de-
derit, de medio die potauerit, nunchis valere ins-
sis, se ait coenā breue, & in herba iuxta riui somnū
iuare, nullo à yicinis veneficij metu, qui gaudent

cū nunc glebas frangere, nūc saxa mouere. Quod
cū villicus oderit, malitq. in vrbe cū seruis urbanis
aridū vñctū rodere; id aut ex instinctu astuti calo-
nis alicuius eū desiderare, qui tantā agrif felicitatē
inuidēs ei succedere studet. Quare si lapiat villicus,
sua contentus torte, quā nouit agriculturā suaderet
vt exerceat, sinatq. calone in vrbe sua ligna ferre.
nibi me reddentia. exhilarantis, animūmq. meum
reficitis, qū istuc ex vrbe me confero. foci. fo-
cus pro familia, quād is d.i.s laribus esset facer. Va-
riā dimittere pa. sic habet omnes scripti libri quos
vidi, præter Ton. & Div. qui vulgariter cōsonant.
Sed pluriū cōlenium secutus sum cū antiquis ad-
scriptis, vt videre in cōmenta licet. quid si Vatiam
legamus? Halicarnasseus enim antiquitatum Ro-
manarū lib. i. Rursum, inquit, à Reate versus La-
tinā viam euntibus, occurrit ad trigesimum stadium
Vatia, &c. Agellus autē Horatij quem à Mēcenate
aceperat, tanta erat fecunditate vt quinque
Patres in sua familia singulos aleret, qui vbi tem-
pus, & res ipsa postulabant, Variam ibant ad lites
discernendas. An autem per bonos patres Roma-
nos Senatores intelligas, qui dū per tranquillum
reipublicæ Romanæ statum licebat, iis in agris
paucis contenti vitam agebant tanquam præfecti
causis Variani diiudicandis, nihil arbitror impe-
dire. Codex Ssl. & Martinius cum euulgatis iam
olim duobus, quibus Ascensius quoq; tubicribit,
legunt Varia in ablative casu, quæ lectio verior
apparet, quasi ager ille Romam dimittere soleret
Senatores Romanos per viatores arcessitos, si
quād è republica quid statuendum esset: Priscis
namq. Senatoribus erat volupe rura potius colere
quā in vrbe otio ignaviaq. perire. hinc illud Pers.
i. Satyr. Cūm trepidā ante boves dictatore induit.
vxor, & tua aratra domū lictor tulit, &c. dispiciat
lector. à Varia autē dicta est, vt arbitror. Plin. lib.
14. cap. 2. vua Variana in Sabino; tameſi veli is.
sic nominaram quod colore variet. de Valeria-
na autem via, cuius in Cōmenta. est mentio, vide
Strabon. lib. 5. De fecunditate autem huius agri
Sabini, vbi Horatius suam villam habuit, Blondus
Flavius in Italiz illustratæ regione tertia Latina,
à Strabone, inquit, de-hac regione Columnensi
familiae ante quadringenitos annos, sicut nunc est
maiori ex parte subiecta, & quidem apud Præne-
ste, montes peritissimè sunt descripti, sed minor
non ponit loca, qui illis in montibus sitam Hora-
tij Elacci poëtæ villam omisit, vbi sancti Iōannis
in campo Horatij nunc appellant, &c. Deinde in
quarta regione Vmbria, Sequitur, inquit, ad Ti-
berim Farsati amnis ostium: fuitq. is fluuius pri-
scis temporibus Farsar, & Fabaris appellatus: nam
Seruus dicit Fabarim esse fluuium, qui per Sabi-
nos.

nos transiens, & Farfarus dicitur; unde Plautus, dissipabo te tanquam folia Farfari. & Ouid. & amoenæ Farfaris vnde; prout certè nunc etiam sunt amoenissimæ: longissimo enim tractu postquam Farfarus monteis reliquit, per plana labitur culta, opacis vndique tectus arboribus: qua quidem in amoenissima planitie monasterium ipsi fluuiu de xtrorum imminet amplissimum, Farfense appellatum, castella ad decem possidens: quorum primum Fara dictum collit impositum est monasterio imminenti; & illi dextrorum adiacet oppidum Poggium Curtesij, à Curtesio amne subcus delabente vocatum: quem quidem fluuiu Alliam Persico nomine dictum fuisse constat. Farfensi etiam monasterio dextrorum imminet Nerula oppidum nobile: Superius sunt Scandrilia, Topphia, mons sanctæ Mariæ, Fraxum, Poggium donadeum, Salixanum, Poggium Maiani. hæc vero vallis, quam Farfarus interluit, tam multis habitata castellis, ea esse videtur, in qua Horatius vil lam habuit. haec tenus Blondus, quem recensuimus eò verbosius quod sit inuenit ratus. certemus spinas. ~~σπινας~~. videamus, inquit, an merito de meis spinis conqueraris, quibus à me te pungi doles, an ne portius ager meus apud me iure clamiter se spinis vastari & interire contendamus, an ego spinosior acerbior. sim tu castiganda tua pigritia quam decet bonum patrem familiias, quando videt mera villici incuria suum agellum, citu, squallore, inutilibus herbis, spinis, rubis, & sentibus silvestreis spinas. spina, metaphoricōs, cura, sollicitudo, molestia, quæ cruciat animum. hic autem etiam pro dura, & aspera oratione, verbis aculeatis, quibus obiurgando pungimus. melior sit Horat. hoc est, ego ne sim, an ager meus vi xiosior, senticosiorque. me quamvis Lamia. altera ~~σπινας~~, absentia per translationem in pietatem, qua detinebatur Lamia consolandi gratia, ob fratrem inq natura morte sublatum. ad Aelium Lamiam est ode 16. lib. 3. pietas & cura. pia cura debetur amico dolenti; nempe consolationis officium. insolabiliter. vox Horatiana, ~~εἰνένε~~, ~~εἰνένε~~, ~~εἰνένε~~. spatis obstantia claustra. spatiola claustra, loci distantia, & intercapidine se iuncta. alia namque sunt brevia, & angusta claustra, quales sunt equorum carcères. sic & angustia Ponti Bosporos, ~~κληδονίας πόρος~~, in epigramm. rure ego viventem, τὸ κενοῦδον, cui placet alterius. video 1. Satyr. lib. 1. Qui sit Mæcenas, &c. est odio sors. cod. Tom. Busl. Sil. & vnuus Bland. habet, est odio res. fortassis ex eo quod paullò supradixit, & melior sit Horat. an res. sed aliud magis placet. stultus vterque. stultitia suo more cōmūnem facit, ad libertate criminatiois. immerit. qui non mete-

tur odium. non effugit unquam. sic suprà ad Bullarium, Cælum non animum mutat qui trans mare currunt. *tu mediaſtinus*. Mediaſtinus seruus est qui stat in medio paratus omniū ministeriis, non in balneis tantu, vt vult Priscianus; tēd vbiue locorum tā in vrbe quam ruri. est autem dictio mērē Latina: attamen Cōmentat. vult esse Latino-Græcā, ~~τὸν τοῦ ἔργου~~, aut potius Græcā per antistochion d in litteram, ~~μετάτυπος~~, quasiū media viuens vrbe; in qua significatiōne hic accipi debet, ~~τὸν τοῦ ἔργου~~ villicus in versu sequenti. *sacra prece*. id enim petere tacitè dicitur, quod quis admiratur, laudat, cōmendatque. *me cōfūstare mibi*. *τὸν ἄντερα* incōstantiæ villici. *disconuenit*. male cōuenit. *τεſca*. teca seu tesqua, loca sunt agrestia, deo ſacra: hinc teca, & tēpla pro codē augures dicebant, quod illinc tuerentur quatuor cali plagas ad auguria peragēda; prius tueſca, inquit Varoli. de ling. Lat. a tuendo, id est, videndo: poſteat teca dicta. & quoniā termini auguriorū aut erat excellē prærupēt. rupes, aut arbores, aut ſiluē longinqua, teca loca dicta ſunt deferta, dura & aspera, inaccessaq. ad eckiuē: atq. hoc modo descriptum descriptioni ſubiicitur: si quis enim ſcīcetur que ſint loca teca, non inepti ſpondebitur, ſunt loca deferta, & inhospita. In antiquissimo Bland. cod. pro nam que deferta, &c. legitur, *νᾶ γὰρ*, & suprà ſcriptū, vbi: quod lectorē celare nōlui. *foenix tibi*. enumeratio cauſarū, que & vrbis defiderū, & ruſis iniiciūt odiū. foenix volu prati venereæ (cuius ſubdit interpretationē, nec meretrix tibicina, &c.) *vnctā* popina gulę ſeruuit cū taberna viuaria, que nulla ruri erat. *angulus*. agellū Sabinū. cōtentum nominat angulū, dicto villici ſubſeruēs. *feres pipi* & *tus*. hæc verba ſunt accipienda quali à villlico in agrorū sterilitatē pronunciata, perinde ac fi dicteret; quis non odiflet hos agros, qui quāta maxima diligentia coluntur, arantur, foduntur, ci- riū ſpaper & tuſ proferent; quod omnino fieri nequit, quā vinū, cui tamen cōlum ſatis est benignū: hæ ſunt odij cauſa. *prebere*. ~~εἰνένε~~. ad ſtrepitū. ſtrepere eft chordarū in cithara ſeu lyra. vide odea 3. li. 4. terra gravis. videtur alludere ad illud Hom. *ἴστασις τὸς ἀρρένες*, telluris inutile pondus. *et tamen virges*: hæc non ſerio, vt interpretatur Lābinus. ſed accipienda ſunt ~~εἰνένε~~, *εἰνένε*, velut à villico ſcripta, aut Horatio nunciata in ſui laboris commēdationem, & agri infecunditatē: ſestq. ironica commemoratio operū villici, nō reſerenda ad epistolæ principium, que tu fastidis, &c. ſed ad odij cauſam, nempe & quod angulus iſte feret, &c. *et tamen virges*. ſupp. vt ſcribis aut nuncias. *diſiunctum*. ſic habent omnia ſcripta: *non deiunctū*, vt Lambinus legit, que nō ſequor. *ſtrictū*.

stricis, *districtis*, *hoc est*, *diligenter pacis*, *ne desit*
agris colendis, *strigosior factus*. *pigrō*. *vbi nihil est*
quod præterea agas in agris fodendi, *in boue saturando*,
multo labore per agros riuos deducis, *ne pluvia noceat*, *diruatque multa mole*, *multo molimine diuertendus*, *fossis*, *aggeribus*, *saxis*, &c. *concentum diuidas*. *quid nos efficiat discordeis*, *disidenteis*, *Διεφάντες*. *concentus hic est unisonus*,
ὑμφωνία, *non συνφωνία*: *idem dicere*, *idem velle*.
quem tenues, *commemoratio studiorum iuuenium*. *nitidiq; capillis*, *vnguento delibuti*, *quos ep. 1.*
curaros capillos ostēdimus, *portius quām curtatos*,
vt vulgati. *Cynare*, *de Cynara ode 13. lib. 3.* & *ode 1. lib. 4. rapaci*. *auidae*. *qualia sunt scorta*, *cana brevis iuuans*. *lupp.* *nunc me*, *quem tenues aliquando decuere togæ*, &c. *nam ætas mea nunc grandior*,
alios mores, & *aliam vitam postulat*, *quām iunior*.
lusisse pudet. *hilariter induluisse genio*, *Venerique dediisse operam*. *non incidere*, *abrumperem*, *moderari*,
huc facit illud Iuuen. Satyr. 8. *breue sit quod turpiter audes*. *obliquo*, *maligno*. *morfuq;*, *obretatione*, *maledicentia infestat*, *malè precatur*. *rident vicini*. *hoc est*, *tantum abest ut vicini meis comenodis inuideant*, *ut etiam gaudeant*, *mihique congratulentur opera rustica exerceant*. *cum seruis ellipsis*, *hoc est*, *at tu mavis cum seruis urbani* rodere *urbana diaria*, *id est*, *renuenter viuere*, & *famere*, *quām ruri abundare*, *teque explere*. *horum tu in pum.* *mirum est Lambinum hic meminiisse Porphyriōn*: *quasi in eo*, *cum seruis urbana*, &c. *rd seruis possit esse verbum*, *vt vult Porphyri*. *quando rd horum demonstret esse nomen*. *inuidet vsum*. *hoc est*, *hoc tibi suader calo versipellis*, *nimirum*, *ut in vrbe viuere malis*, *quām ruri*. *quod is inuidat tua felicitati in vslu lignorum*, *quibus abundas*, *nec aliud ad ferre debes*, *in vslu pecoris*, *id est*, *peculio*, *in vslu hori*, *id est*, *oleris copia*, & *amicinitate*. *opat ephippia bos*. *vide Chiliades Erasm.*

E P I S T O L A X V.

AD G. V MONIVM

V. A. A. L. A. M.

Q uæ sit hiems Velia, quod calū Vala Salerni:
Quorum hominum regio, & *qualis via*: *nam mibi Baias*
Musa superuacuas Antonius: & *tamen illius*
Me facit inuisum, *gelida cùm perluor vnda*
Per medium frigus. *sanè myrteta relinqui*,
Dictaq; cessantem neruū elidere morbum
Sulfura consenmini, *vicus gemis inuidus agri*,

Qui caput, & *stomachum supponere fontibus audent*
Clusinos Gabiosq; petunt, & *frigidatura*.
Mutandus locus est: & *deueratoria nota*
Prater agēdus equus. *quò tendu*? *nō mili Cumas*
Est iter, *aut Baias*, *leua stomacho habens*
Dicet eques. *sed equi frenato est aut in ore*.
Mator vrum populum frumenti copia pascat:
Collectōsne bibant imbrevis, *putēosne perenneis*
Dulcis aqua: *nam vina nihil moror illius ora*.
Rure meo possum quiduis perferre, *parique*
Ad mare cùm vnti generosum & *lene requiro*:
Quod cursus abigit: *quod cum spē diuine manet*
In venas animumq; mēū: *quod verba ministret*: 20
Quod me Lucana iuuenem compender amica.
Tractus vter plures lepores, *vter éducat apros*,
Vera magis pisces, & *echinos aquora celent*:
Pinguis vt inde domum possim Phœaxq; reuerti,
Scribere te nobis, *tibi nos accredere par est*. 25
Manius, *vt rebus maternis atque paternis*
Fortitor absuntis, *urbanus coepit haberi*,
Scurravagus: *non qui certum præsepe teneret*:
Impransus non qui ciuem dignoscet hoste:
Qualibet in quem uis opprobria fingere certus: 30
Pernicies & tempestas baratrumq; macelli:
Quicquid quiescerat, *ventri donabat auaro*.
Hic, *vbi nequitia fautoribus & tumidis nil*,
Aut paullum absulerat, *patinas caenabat omisi*
Vilis & agmina: *tribus vrsis quod sati effet*. 35
Scilicet ut ventres lama candente nepotum
Diceret vrendos correllus Bestius: *idem*
Quicquid erat nactus preda maioris: *vbi omne vereat in sumū* & *cinerem*: *non hercule miror*,
Aiebat, *si qui comedunt bona*, *cum sit obeso* 40
Nil melius turdo, *nil volua pulchrius ampla*.
Nimirū hic ego sum. *nam tutu & paruula laudo*
Cum res deficiunt: *satis inter vilia fortis*.
Verum vbi quid melius cōtingit & *vñctius*, *idem*
Vos: sapere, & *solos aio bene viuere*, *quorum* 45
Conspicitur nisi dis fundata pecunia villis.

C O M M E N T A T O R.

Q uæ sit hiems Velia. *Cōsulit Horatius Vaa-*
am de lo *corum* *quorundam salubritate ad lippi-*
bb *tudines*

tudinis suę curationem, quoniam Musa Baias adire ei diffuadebat. *qua sit hiems.* Hyperbaton abhinc usque ad eum versus, scribere te nobis, tibi nos accredere par est. *hiems.* quale tempus. *Velia.* adverbialiter. *Salerni.* *Velia,* & *Salerni* oppida sunt in Lucania. Salernum à salis copia dictu est. *Musa.* Antonius Musa ægritudine Augusti artem suā illustravit: nam cum dolore æthrico laboraret, & ad summam maciem perductas esset, curāte Amilio medico, qui eum adeò calidis curabat, ut testū cubiculi eius velleribus muniret: hic postea in contrarium versis omnibus, non solum perfusionibus frigidis, sed etiam gargarismis, Cicerinæ aquæ, quæ est Atellæ in domo Cæsariorum, & potionibus viis est, ita ut intra breve tempus eum curaret: ob quam causam ab Augusto usque ad sesterium quadringenties ex senatus consulta accepit. *Hic autem Musa Horatio iussit,* ut lauacro frigido veteretur propter oculorum dolorem. *supervacuas.* inutileis præ fame. *illæ me facit iniuriam:* mirè, quasi Baiae hanc iniuriam sentiant, si eis frigida, etiam frigoribus mediis præferantur. *sand.* valde: ut Salust bellum sanè sciens. *murteta.* non longe ab Auenio lacu sunt calidis aquis abundantia, quæ creduntur ab inferis refundi. *hinc murteta,* quasi morteta, quibusdam dicuntur, quod illinc animæ quoq. mortuorum inferos petant: sed murteta propriæ à myris frequentibus dicta, sunt aquæ sulfureæ; atque salubres, ad quasdam infirmitates depellendas, quales erant apud Baias, ad quas frequenter ex diuersis partibus homines confluabant: sed postquam ob longinquitatem itineris cœpissent derrlinqui, & ad Clusinos fontes Gabiosaque, ubi erat aquæ frigidæ, intermissis Baiis concurrere, dicit. quod ipse vicus Baianus contentum suis quis cœpit ingemiscere. *dictaq.* quæ putantur. *cassantem.* pigrum, & neruis inharentem. *elidere.* per fudore. *sulfura.* aquas sulfureas. *vicus.* Baianus, ordo est: Vicus Baianus inuidus ægris gemit reliqui murteta, & contemni sulfura dicta elidere morbum cessantem in neruis. *inuidus.* sup. quia itur ad alia loca. *qui.* supp. ægri. *fontibus.* supp. frigidis, scilicet ut curentur. *Clusinos.* Clusinæ, & Gabinæ aquæ sunt frigidæ; Clusinæ in Etruria; Gabinæ, in Sabinis. *mutandus.* supp. ergo. est. supp. mihi. *nota.* loca familiaria. *præter.* anastrophe, pro præter diuersoria. nota, id est, præter Baias. *quò tendis?* ad equum loquitur. *læua.* *stom.* ordo est, eques stomachosus læua habena, dicet equo suo, quò tendis? non est mihi iter Cumæ aut Baias. *stomachosus.* iracundus. *aurùs.* frenum: nam equus cum frenatis est, in ore aureis habere dicitur, & frenis admendus est, non verbis. *læua.* qui Baiae, Capuam cunctibus à dextra sua. *major utrum.* pop. supp. te-

nobis scribere par est. *collectos.* cisterninos. *perennis.* semper mananteis. *nam vina ni.* ostendit se nolle bibere vinum illius regionis vbi Lucanz præstant aquaria incepti, quoniam infirmum est; in agro autem suo, qualcumque haberet, se libenter vti, sed ad mare veniens requirere generosum. *nihil moror.* quia non placent. *rure meo.* ablarius aduebitascit. *ad mare.* prope mare. *generosum & lene.* suave vinum. *quod.* quale. *cum spf distis.* ebrietatis causa. *manet.* transcat per vilcera. *quod verba.* ut suprà, Ecundi calices quem non fecere disertum. *quod me Luca.* quod mihi præstet vineis ad Venerem, quod calidiorem faciat. ad amplexus. *tractus uer.* Velinus, an Salerninus: tractus autem sunt locorum spacia. *educt.* nutrit. *apros.* plureis. *echinos.* marinæ. *pinguis.* crassis, & voluptuosus. *Pheaxq.* Phæaces enim, quorū rex fuit Alcinous, luxuriosè vndebeat, ut scribit Homerus. *Mauius ut rebus.* quoniam de se, velut luxurioso locutus est, subiecti de Mævio fabulam: qui Pantolabus dictus est, ab eo quod quicquid offerebatur accipret: erat autem & urbanus & mordax, itaque in eum largi erant, & qui urbanitate delectabantur, & qui mordacitatem eius timebant. *scurra.* hoc est, talis corpit haberi scurra, ut non esset contentus propria mensa, neque poneret discrimen inter ciuem & hostem; quia æqualiter omnes morderet. *vagis.* non uno loco consistens. *certum præcertam.* idem. *impransus.* non saturatus. *non qui-* ciu. hoc est, cum eluriret, cuilibet maledicebat, ut alij placere posset, à quo pasci vellet. *dignoscere.* discernet. *hoste.* extraneo in quemvis siue ciue, siue hoste, *pernicias.* damnu. *barathrūq.* vorago. *que-* sierat. acquirere poterat. *avaro.* suo. *nequis.* iux. *fautoribus.* qui ea delectabantur. *timidus.* quecum metuebant. *nil.* de parcis. *paullum.* de luxuriosis. *omnis.* bubuli pinguioris. alij intestina volunt. Omnis propriæ est caro bubula. *agnine.* sup. carnis. *scilicet.* sup. adeò vox erat Mævius. *neporum.* nebulonum. *Bestius.* nomen parciissimi cuiusdam Romani. *idem.* Mævius. *verterat in fumum.* cum omnia deuorasset. *bona.* sua. *obeso.* crallo. *manum-* ait Horatius. *hic ego.* talis ego sum: in hoc con'ca-*to.* *inter vilia.* in paupertate. *fortis.* ego. *quid.* ali-*quid.* *unctius.* opulentius *idem.* ego. *uos.* qui lauti estis. *quorum cons.* allegoricōs. potest hoc Epicurus dicere, qui ait diuitias, ut non appetendas, ita nec fugiendas si contigerint.

C R V Q V I V S.

Q VAE sit hiems *Velia.* Horatius ex actionis pituita defluxu in oculos vehementer af- fectus, ut lauacris calidis ei malo mederetur, Baias profi-

proficisci solebat. Antonius autem Musa medicus ad defluxionem retudinam dixit ablutiones frigidas esse utiliores; ciq[ue] suasis accedere Clusinos fontes, aut Gabios, quos expertus fortassis Horatius dolorem non mitigare, aut etiam quod maritimis magis gauderet, scripsit Vaala, ut ex eius litteris cognolceret, in primis aeris Velini & Salernini temperiem: deinde vera regio frumenti esset abundantior, & aquae bonitate praestantior. de vino Velino, & Salernino nihil esse quod scribat; nam domi se quidem, & in agro suo posse sumtu modico vitam tolerare, & quiduis perferre; Sed ad maritimis tractus ubi venerit, vinum se requiri quod est generosissimum, & apparatum ciborum, eduliorumque non minus lautum cum ad animi iucunditatem, tum ad corporis vireis confirmandas: quod ut fiat expeditius, postremu nosse desiderat ex eius scriptis, Velius ne ager, an Salerninus fertilius leporis alat, & apros, cum piscium marinorum copia, ut latius domum beneque habitus reuerti possit: hoc enim vita genus sibi gratum esse, quod Maxiu[m] cuiusdam nepoti non displicuerat, qui splendidè fessus, & opipare nutritabat, domi quidem dum voraret hereditaria bona; foris vero partim diuitiis scurrando, partim maledicendo, tantisper dum relictus a sautoribus suis, vilissimoque cibo domi coactus vicitare, diceret, qui sua bona comedent, eos se non mirari, ut qui vita præterita non immemor, delicatissima quæque conditorum genera palato non ignoraret sapidissima. ad eum sanè modum dicit Horatius, domi se tranquillè vivere paucis contentum, sed foris non reuixerit, si quid contingat laetioris condameti sapidiorisque: beatos eos praedicando, quibus per opulentiam, deliciis iis semper frui datum est. *Quæ si hiems V.* inscriptio huius epist. in 4. Blad. Buil. Tonf. Sil. est ad Numonium Valam. In uno autem Blandin. additum est De lauacris frigidis. In Diu. cod. est ad Gualam. Lamb. ex numismatis Fuluij Vrsini, & Clementis Teuenini, legit *Ad C. Numonium Valam.* equidem ex numismate Lautedani vidi delineationem Huberti Goltzij, in qua legi, C. N. V. M. O. N. I. V. A. L. A. qui interrogatus a me vatis lectionis rationem; protinus, ut est antiquitatis non minus peritus quam sedulus obseruator, respondit consularia numismata, propter punctula quædam minuta tam cognitu esse quam lectu difficultia: simul & ad oculum in sui descriptione numismatis demonstravit punctum minutissimum inter C. N. & V. M. O. N. quod non aduentibus ita imposuit, ut N littera non mini apposita legerint, N V. M. O. N. I. V. S. *hiems.* aciornne, an temperatior? *Velia.* Velia oppidum in Lucania, antea Helia dicta. Vide Plin. lib. 3. cap. 5.

& cap. 7. Contra Vefiam, inquit, Pontia, & Iicia, vtreq[ue] vno nomine Oenotrides, &c. calum. au purum, & serenum, an nubilum & pluviostum? quale solet esse in locis paludosis. *Salerni.* Plinius lib. 3. cap. 5. à Surrento ad Silarum amnem 30. m. palsum ager Picentinus fuit Iunonis Argiae templo sub Iafone condito insignis: intus oppidum Salerni, Picentia, &c. *querum hom.* qui mores, que vita ratio. *qualis via.* buc repete ad sensus perfectionem verum 2. postpositum, Scribere te nobis, &c. *nam mihi Baia.* *vñlareyia,* cur pro coniunctudine Baiana balnea non accedat. Suadebat enim Anton. Musa medicus Augusti Cesar. ut *ψυχολάγη* vteretur, id est, frigidis balneis ad depellendas r[es] t[em]p[or]is, p[er]mutatis ixi[er]op[er]as: id est, humorum in oculos defluxum, qui & lippitudinem adducit, & ingentem dolorem. de cuius curatione lege Corn. Celsum De re med. lib. 7. De hoc autem Anton. Musa medico, Dio. 53. & Sueton. Tranquillus, qui præter magnam pecuniarum vim aureorum annulorum ius, nec non staruam ei patres ere collato, iuxta signum Aesculapij statuisse auctor est. Erat enim, inquit Dio, Antonius Musa liberatus. Libertis enim ius a aurulorum proprium erat, ut idem ait: cui certe ob ingenij elegantiam, hoc ei a patrino nomen impositum fuisse credimus. ab eo Augustus Cesar famatus fuit, & a morbo difficiili liberatus anno vrb. cond. 730. auctore Signo[n]io. *superuacuas*, non inutileis modò, sed etiam pernicio[s]as, propter evacuationem, quæ & emaciati, & vireis debilitat, nec rheuma diuerit, aut fistit, id precipue quod sub osse defluit in oculo. videto Celsum lib. 7. *me faciensum.* hoc est etiā si utr[um] vnda frigida in refrigerandis capitis in oculos meatibus; tamen nihil minus cessat dolor, adeo ut Baia iratas credā mihi inuidere iunctionem. Hic monere lectorum peritum volui, in libris Bland. inuenisse me, perluor, & suprà noctatum, a iâ peruehor. an autem rideat medicum Musam, qui non aduertat id ei malum à natura ingenitum curari non posse, quamvis per medias vandas veheratur, etiam bruma i frigore, usque cō ut esca caput, & stomachum fontibus Clusinis supponat, qui corpus suum quasi peruehant, id est, penetrant; nihil tamen sibi profore censeat. dispiat mecum lector. *sanè myreeta.* cod. scrip. alij, myreeta, habent, alij mureta, sine dictamine: nam in Satyr. alibi ostendit, & verti sine offensione vlla, in u, vocaliter Latinam. sic depygis depugis: ut eleganter docuit Mekerchus noster, doctior an humanior nescio, in libello De recta pronūciatione lingua Græca. *dīctōḡ,* quæ dicuntur & à medicis & ab ægris profligare frigidos humores in articulis corporis hærenteis, qui morbus *æphîas*, id est, articularis no-

minatur. *vicus gemis.* *αργονηγεφικός.* an non ludit Mulam, & ipsam quoque multitudinem imperitam, quæ vnius Augusti frigida sanati gratia, credit eam quibusvis morbis propulsandis i. lioneam, auctore quoque Musa, qui quasi ex eodem lebete φάρμαξ, haurit quibusvis corporis malis infirmitatibusque curandis aptum? nou prius habita ratione punita ne sit, an bilis egritudinis fomes, & origo prima? nam si contrariorum sint effecta contraria, quis inficiabitur ex defluxu frigido naram in-neruis, seu verius articulorum ligaminibus inflammationē balneis calidis aquisq. sulfuratis seu Baianis esse tollendam? *qui caput & stomachus.* Corn. Celsus lib. i. cap. 9. aqua, inquit, frigida infusa, præterquam capiti, etiam stomacho prodest, etiam articulis, doloribusq. qui sunt sine ulceribus, &c. quæ verba planè Hippocratica, sunt intelligenda, modò dolores & affectus in corpore è bile, aut bilio sanguine procedant, vt lib. 5. aphor. 23. a: ioqui ægrotus versatur in summo vite discrimine, vt non frustra dicat Horat. *qui audent:* nam præter vim propè intolerabilem ea perfusione partibus corporis male affectis illatam, incertus est de virium suarum reparacione. *Clusinos.* sic habet cod. Bland. antiqu. & Sil. quos sequor, non sine causa, vt lector doctus, si aduertat, facile iudicabit sic legi debere; non etiam Clusinis, qui casus hic irrepsit propter rō fontibus. Clusini autem fontes à Clusio-dominatis sunt, quod oppidum est in Etruria. sic enim Plin. lib. 36. cap. 13. ex M. Varzone, Sepultus est, inquit, (Portena rex Etruriae) sub vrbe Clusio, &c. Idem lib. 3. cap. 5. ponit Clusinos nouos, & Clusinos veteres. *mutandus locus est.* ne solus in omni multitudine videat Antonio non assentiri, cuiusq. de ablutione frigida præscriptum vili pendere, si Baias accedam mihi familiares. Quod autem hoc faciat plus vt Antonio gratuletur Augusti curationem, quam vt subleuetur ab oculorum doloribus, indicat vietus ratio, quam caprat apud Velinos aut Salerninos, vbi cum lautiis obsoniorum, requirit vinum non dilutum vel tenui, quod facere possit ad lippitudinis mitigationē, sed generosum leneque, quod exhilaret animum, scilicet commendet amicæ Lucanæ. Sed ea Venerea diæta lenire ne poterit oculorum ex lippitudine caligationem? commodum ne fuerit eiusmodi collyriū? *deuerforianota.* sic habet Blad. cod. antiqu. reliqui omnes, diversoria; hoc recentioribus, illud veteribus vñstatius. *stomachosus.* *χρυσός, ὀρέθρους.* de quo Satyr. 9. lib. 1. *sed equi fren.* hoc eit, quid stomacharis verbis in equum, & irasceris, quād non ignoras habena, non verbis agendum equum? *maior utrum pop.* interrogations iste plūsne voluptati, quam subscruiunt curæ sa-

nitaris acquirendæ? rō utrum, distributiuſ est, nos interrogarium, putoſ ſe perennus dulcis aqua. sic habent duo cod. Mart. & Bland. antiqu. reliqui omnes, iugis aquæ. dicitur alij, utra lectio præualeat alteri, ego certè manu non vorerim (vt aiunt) iugis ne an dulcis legam; iugis enim aqua, id est, fontana iugiter promanaas, perenneis gignit putoſ vnde aqua, hauritur, riuique perennes deducuntur, ad discriminem putoſrum ex aqua pluvia nō perenni, quos collectos imbrevis hic nominat. *nam vina nihil.* hoc eit, per occupationem vina Velina, & Salernina, non ignoro eſe acerba, aquosa, & renua, qualia tamet in agro meo Sabino, frugaliq. vita non reiicio, tamen in maritimis ciuitatibus, quæ non dubito aliundē allata, generosa requiro, nobiliaque vina, quibus velut irrigatus animus totus hilareſcat, &c. *echinos.* de echinis vide annotata in 5. Oden Epodicam, & Satyr. 4. lib. 2. *vt inde dam.* rō ut, capitulū *πλατύς. Phœax.* tres Bland. cod. habent Phœaxque. quid si Phœgax, vt veniat δέ τὸ φίλον, id est, nuditus, splendidusque? *scribere te nobis.* hic versus, vt ostendimus, ad multas clausulas reuocandus eſt. *Manius & rebuq.* Fab. Manius Pantolabus. Hoc lepidum eſt *ixtor,* vt liberiū circum præcordia ludat, aut Antonij Muſe, aut Vmonij Vaalæ fortiter. non segniter, fortiter, pro sententia ſuæ fortis nepotum, laudabiliter, conſtanter. *scurra. ἀργυρίνη,* quod omneis intueretur, obſeruaret, aſtentaretur omnibus. *præſep.* nec domum, nec mēſam statam haberet. eſt autem epexegesis *τοῦ vagus. impransus.* famelicus. iuxta id quod fertur, fames, & morabilem in naſum conciunt. *hostis.* antiquo more peregrino. hoc eit, dum fameret, in omneis erat æquè maledictus, amicos, inimicos, ciueis, exteros, nobileis, ignobileis, &c. *ſingere certus.* promptus, paratus. sic habent duo cod. Bland. Tons. & Sil. alij habent, ſauus, cum vulgatis. *barathrum.* de barathro alibi apud Festum in *τῷ barathrum, pro βαθὺς fortasse legendum ēpūs. donabat.* 4. Bland. habent donarat. *nequitia fautor.* nequitia, fautores, interpres, luxuriosos, sic enim nequities accipiunt ad finem Satyr. 2. lib. 2. Illum aut nequities, aut vñtri inscriba iuriis postremo expellere. sic & nequitia eiusdem lib. Satyr. 3. Quincti progenies Arri pat nobile fratrum nequitia & nugis, &c. Timidos autem expono auaros epithero proprio. Itaque à ſui ſimilibus luxuriosis parum, à timidis, id eſt, auaris autem cum nihil auferret, &c. *vilius & agmina.* sic habent 4. Bland. Busl. Nan. Diu. Sil. alij ſequuntur vulgatim; ſed aliam ſecutus ſum, quid omniſum ago inum tenuis ſit & tenerius, quam quod tale barathrum compararet. *tribus vñſis.* quid ſi notet Vſinam gentem? ſcilicet ut ventres. hoc eſt, eius-

eiusmodi comedones candente ferro lancinando potius perfodiendosq; dicebat Bestius, quām nutritandos, & in viuis seruandos. *correctus*. Bestius. hauc lectionem habent omnia quām vidi scripta. vnuus Blād. habet, corruptus: quō magis miror alios enarratores Horatij ita ēa magis p̄p̄r̄t̄ hūc locum velut indignum in quo se grauius torquent, maluīsēque nugas suas obtrudere, quām vera, & antiqua lectione proposita lectori consuere: quās satis est aperta dilucidaque. sed eo malo ferè laborant interpres, in elucidatione scriptoris alicuius, vt longius evagari, & lectionemque multis aliundē sententis consarcinariis delectare studeat potius, multaque varietate reficere, quām scriptorem ipsum fortassis obscuriorē illustrare: qua in re dum multam lectionem per communes locos digestam, seseque conantur ostentare ~~etiam~~ ^{ad} ~~aliquod~~ ^{etiam}, fit ut viris doctis habeantur ~~etiam~~ ^{ad} ~~aliquod~~ ^{etiam}, sed ne loquacius egrediat, huius loci, vt mibi persuadeo, hæc est sententia. Cūm tanta esset Mænij & sui similiū nepotum voracitas, & ingluviæ, vt non sua tantum sed & aliena vorarent, neminiisque ob eam causam parcerent, non probis, non improbis, non anaris, non luxu perditis; forè Mænius incidit in Bestium, cuius avaritiam sordeisque ita impotenter est insectatus, vt ira Bestius accensus, eiusmodi ventris dixerit lamina potius vrendos candeante quām in vita tolerandos. vide quām nihil habet hęc lectio scrupulis, pr̄ somniis aliorum. De Corn. autem Bestio, scribit Plutarchus eum Ruscum Imbrici socerū sui filium, quem accepérat seruandam, dedisse mori, vt eius auro potiretur. Meminit quoque Peri. Bestij Satyr. 6. *correctus*. castigatus à Mænio, multisque coniuciis laceratus. *quidquid omne*. pro omne quod. verterat in fu. alludit ad vim decoctionis. hinc decoctores dicti obligitorritores, ~~de~~ ^{etiam} *verterat*. comedunt bona sic est in omnibus scriptis, nō etiam, bene. comedere autem bona, Græcis est ~~de~~ ^{etiam} *verterat* ^{etiam} *verterat*, λαμπτῆς ζεῦς, ~~etiam~~ ^{etiam} *verterat*, id est, splendide vivere, & heluari, suas facultates prodigere. *verterat*: turdo inter aureis datur à Martiali prima gloria. Pers. Sat. 6. nec tenuem solitatem turdorum nosse salinam. est autē turdus vernaculae *ven* *ipster* *ost* *cremer*. *volua*. sic habent Blandin. vera, & antiqua lectione. Volua autem proprietate suilla intelligitur, olim habita in deliciis: epitheton, ampla, lignat voluam ciecticiam, quās suis primiparæ erat optima ganeonibus. Epigræmatoph. in xeniis: Te fortasse magis capiet de virginē porci, me materna graui de sue voluas capir. vide Plin. lib. vodecimo, cap. 37. & 78. *pulchrius*. delicatus. *nimirum hic ego sum*. redditio comparationis, cum non suppetunt multa, contentus sum paucis, etiam non optimis: at si quan-

do lautius quid offertur, non ago Stoicum, sed Epicureum, laudoque vitam beatam. *idem vos* *sapere*. probat certas diuitias, et si modicas, ad laute viuendum: quales sunt antiqui census in vtilis, agris, pascuis, pecudibus, à parentibus relictis: alias autem quās sunt prodigorum, inconstantium hominum, & auarorum, quibus cum luxu, & fœnore res est, laudat minimè, vt qui vel appetunt semper vel negligunt turpiter.

E P I S T O L A X V I .

AD Q V I N C T I V M .

N e percunctoris fundus meus, optime Quinti.
Arvo pascas herum, an baccis opulent et oliva,
Pomisve & pratis: an amicta vitibus vimo:
Scribetur tibi formal quoquaciter & situ agri.
Continui montes, nisi dissoientur opaca
Valle: sed vt veniens dextrum latus aspicias Solz.
Lauum discedens curru fugiente vaporat.
Temperiem laudes. quid si rubicunda benignè
Cornu vepres, & pruna ferant? & quercus
& ilex

10 Multa fruge pecas, multa dominū iuuet umbras.

Dicas adductum propius frondere Tarentum.

Fons etiam rivo dare nomen idoneus, vt nec
Frigidior Thracam, nec parior ambiat Hebrus:

Infirmo capiti fluit vialis, vialis aluo.

Hæ latebra dulces: etiam (si credis) amæna

15 Incolumenti tibi me præstant Septembribus horis.

Tu rectè viuū, si curas esse quod audiu.

Iactamus iampridem omni te Roma beatum:

Sed vereor ne cui de te plus quam tibi credas:

Néve putas alium sapiente bonoq; beatum:

Neu, si te populus sinum recteque valentem

Dictaret, occultam febrem sub tempus edendi

Dis: mules, donec manibus tremor incidat vñctis.

Stultorum incurat a pudor malus bulkera celat.

Si quis bella tibi terra pugnata mari

25 Dicat; & his verbis vacuas permulceat aureis,

Tene magis saluum populus relit, an popu-

lum tu:

Seruet in ambiguo qui consulit, & tibi, & vrbi

Iuppiter: Augusti laudes agnoscere posu.

Cum patet sapiens emendatueq; vocari,

30 Respon-
b b 3

Respondēsne tuo, dīc fodes, nomine? nempe
Vir bonus ac prudens dīci dēlectōr ego, ac tu.
Qui dedit hoc bodie, cras, si volet, auferes: ut si
Desulerit fasceū indigno, derrabat idem.

35 Pone: meum est, inquit: pono: tristisq; recedo.
Idem si clamet furem, neget esse pudicum:
Contendat laqueo collum pressissē paternū:
Mordeat opprobriis falsis, mutemq; colores:
Falsus honor iuuet, & mendax infamia terret:
40 Quem nisi mēdōsum & medicandum? vir bo-
nus est quis?

Qui consulta patrum, qui leges iuraq; seruat:
Quo multa magnaq; sēcantur iudicibus:
Quo res spōsore, & quo causa testē tenentur.
Seū vide bunc omnis domus, & vicinia tota
45 Introrsum turpem speciosam pelle decora.
Nec furum feci, nec fugi: si mibi dicat
Seruus: habes pretium: lorū non vriter, aio.
Non hominē occidi, non pascēs in cruce coruos.

Sum bonus & frugi, renui, negatq; Sabellus,
Cautus enim metuit foueam lupū: accipiterq;
Suspectos laqueos: & opertum miluū: hamum.
Oderunt peccare boni virtutis amore.
Tu nibil admīces in te formidine pena.
Sit spes fallendi: miserebis sacra profanū.
Nam de mille fabā modius cum surripū vnum,
50 Damnum est hoc leuius mibi, non facinus ta-
men. esto.

Vir bonus, omne forum quem spectat, & omne
tribunal,

Quendocumque deos vel porco, vel boue placat:
Iane pater, clare, clare cūm dixit, Apollo:
60 Labra mouet metuens audiri: pulchra Lauerna
Da mīli fallere: da iusto sanctoq; videri:
Noctem peccatis & fraudibus obiisse nubem.
Qui melior seruo: qui liberior sit euanus

In triuī fixum cūm se demittit ob affēctū:

65 Non video: nam qui cupiet, metuēs quoque: porrū
Qui metuens viuet, lōber mībi non erit vñquam.

Perdidit arma, locum virtutis deseruit, qui

Semper in augenda festina, & obruietur re.

Vendere cūm posu capiūm, occidere nosl.

70 Seruier vtiluer: sine pascat datur, aveq;

Daniger; ac mediū biem et mercator in vndis

Annone profit: portet frumenta, penūq;.
Vir bonus & sapiens audebit dicere, Pentheu:
Rector Thebarum, quid me perferre patiō?
Indignum coges: adimā bona, nempe, pecus, rem, 75
Lettos, argentum, tollas licet, & manūs &
Compeditibus sauo te sub custode tenebo.
Ipse deus, simulatq; volam, me soluet: opinor:
Hoc sensi: moriar. mors vltima linea rerum est.

COMMENTATOR.

N e percuteris fundus menu. Alloquitur Quintū
deitu agri sui in Sabinis, dicens eū amē-
nitate graissimum, ita vt inter duos monteis situs
conuallia teneret, oppositus Soli orienti simul &
occidenti. Et ex obliquo loquitur de æquanimitate,
& temperantia, qua re contentus esse debeat
vnusquisque; arguēs quosdam dissimulatis vitiis,
bonos potius videri velle laudarique quām esse.
ne percurritur. supp. fortè. arus. frugibus: aruum
autem ab arando dictum est. ager segetis ferax, &
præparatus frumento seminando. herum. me. op-
ulentem. diuitem, & opulentum me faciat. amicitia.
vestita, maritata. forma. agri mei. loquaciter. am-
plē, & eloquenter, λαλεῖ Græc, ita vt quasi op-
eris sine errore omnia cognoscas. valle. hāc vallem
in Odis vocat Vsticam. vt veniens. vt, extremo ve-
niens Sol accipiebat. leuum. latus. discedens. in oc-
casum vergens. fugiente. occidente. & ita describit
situm agri sui ab ortu & occasu Solis; quasi dicat,
totus ille ager meus vñus mons est, nisi dissociarē-
tur ipsi montes valle in medio iacente. atque ita
ostendit agrum suum inter duos monteis iacere
medium. tamperiem. agri mei. laudes. laudare po-
tes. corna. poma agrestia moris similia. vepres. spi-
neta, virgulta quæ circa sepes sunt. dominum. me.
dicas dicere potes. Tarentum. tam esse agrum meū
amōnum quām est Tarentum. notandum Horatiū
in Italia nihil magis laudare, quām Tibur &
Tarentum. fons etiam. supp. est in agro meo cui
nomen est Bandusius. idoneus dare. hoc est, tam
magnus est, vt det nomen riuo qui dicitur Digen-
tia. Thraciam. Thraciam. infirmo. xgro. ha. lacabra.
agri mei, hāc mea sedes. præfane. præstabunt. So-
pemb. horis. Autumnali tempore quo grauiores
regnant morbi. tu recte viuis. si tam recte viuis
quām fert opinio mea. iactamus. laudamus. omnis
Roma. nos omnes Romani. beatum. supp. es. ne
eū. alicui. alium sapienti bon. præter sapientem,
& bonum, nemiuem esse beatum. dictaret. dicat.
occuleam febrem. trahit exemplum de febricitantib-
us, qui cupiditate gula prouocati simulant in cō-
vicio

uiuio febre se nō laborare, vt liberiū possint cibis quibusque vesci, donec super ipsum cibum manus tremulae reddantur. & sicut is est stultus qui plus credit aliis quam sibi, cūm habeat febre virtutum mentem repletam: ita non est sapiens qui propter applauſum, & vulgi rumorem se beatum putat. *sub temp. ed. studio cibi. vñctia. cibo.* si quis bella. iensus est, si quis laudes Augusti Cæſaris decantet in honore tuum, numquid aureis accommodabis illi *dicas. assigner.* ordo est: si quis bella, scilicet Cæſaris terra mariquæ pugnara tibi dicat, sup. cūm possis laudes Augusti agnoscere; & his verbis permulceat aureis tuas. *te ne magis saluum,* &c. hic versus est Vari in Panegyrico Augusti, quo venit Horatius quasi aſſentator aliquis, vt eo permulceat aureis Quinctij: & hoc exemplum est, ex quo quis intelligat, an verē ei dicatur, tu sapiens es. *aureis tuas. itēne.* ô Cæſar, verba fuit permulcentis aureis vacuas Quinctij. sumta ex Panegyrico Augusti, scripta à Varo. *seruet in ambiguo.* ordo est, Iupiter hoc in ambiguo seruet, qui & tibi & verbi conſtituit. hoc est, vt in incerto ſemper sit, vtrū tua ſalute ô Cæſar, magis populus, an tu populi indiges; & per hoc, vt cum populi ſalute tua penſanda sit, oſtendit autem Cæſaris erga populum amorem eſſe tantum, vt sit incertum vter alterum magis diligat. *seruet.* sup. ſed. *poſſis.* supp. cūm. *reſpondes ne.* numquid respondeſt tuo nomine, quia ſapiens vocari, illi homini, qui laudes Augusti tuas oſie dicat, non illius? *dici delector.* ac ſi diceret etiā ſi non mereamur. *qui.* sup. populus; ita veſapiens dicariſ. *auferet.* hoc eſt, si populus te falſo prediſauit, citio teſtimoniuſ ſuum conuerteret, quoniam tu id non fueris. *deſerūtris faſces.* dicit non eſſe amplectenditas alienas laudes, ne nos deferant; ſed eas quas in nobis agnoscimus ex virtute naras, que ſolē habent perpetuam dignitatem. *idem. populus. pone.* depone quod tibi dedi. *meum eſt.* mea laus eſt, inquit populus. *idem. populus. furem.* eſſe me. *deger.* supp. ſi. *contendas.* sup. ſi. confirmet me ſtrāgulasse patrem. *mordear oppro. f. supp. populi. quaſi dicas:* cūm mordear fallis criminibus hominū, ob hoc mutém nec colorem? non vriue faciam. *falsus honor.* populi. *mendoſum. iſtanum.* *vir bo.* eſt quicquid interrogatiuē, qui conſulta p. reſponsio tota eſt per ironiam. oſtendit talem non eſſe verē bonum, ſed velle videli, & eſſe laudis ambitionum: quia quicquid facit, hoc eum lege coactum facere. *ſecundatur.* finiuntur, deciduntur. *cauſa. foreſtis.* videt. cognofcit. *domus.* ſua. *vicinia tora.* omnes vicini. *introrsum tur.* & ſolummodo fama bonū. *ſpeciosum pel.* deco. extrinſecus simulatione virtutis. *nece furturn feci.* contra eos nunc loquitur, qui ſe putant, honore dignos cum nil commiſſerint

cur damnentur. *ſi mihi di.* ordo eſt, ſi mihi dicat ſeruuſ, non furturn feci, &c. *loris non vr.* non vaſulas: talis ne eſt vir bonus, ſi metu poena: coni- netur à malo, vt ſeruuſ: *non homi.* ſeruuſ. *nō pasces.* dominus. *ſum bonus.* *Or.* ſeruuſ. *negitatque Sabellus.* dominus ſciliſt Horat. in ago suo Sabino-exiſtens. *cantus enim.* allegoricōs. ab animalibus callidiſ, qui vix decipi queunt. *in te. contrate.* ſit ſpes. ſupp. tibi. *ſacra prof.* bona malis. *nam de mille.* cōtra Stoicos, qui dicunt omnia peccata eſſe equa- lia. hoc eſt, quando, inquit, furaris vnum modium fabe, de mille modiis, dānum eſt mihi leuius iſto pacto, nō faciūſ tamen; nam ſi ausuſ ſuſiles, totū abſtuiſles; ac per hoc non minus fures dicendus. *ordo est.* iſto pacto dānum eſt mihi, id eſt, apud me leuius, non faciūſ admiſſum. *vir bonus.* qui videtur, non verē eſt. ſed quem populus probat, conſerens in eum dignitates, honores, iudicia; ironi- cōs. *Iane. ô. clard. clara voce. Apollo. ô. labra mo.* ſilenter loquitur. *metuens aud.* ſupp. cūm dicit quod ſequitur. *pulchra Lauern.* ô. deſcribit potesta- tem dea Lauernæ. Lauerna in via Salaria lucum habet. eſt antem dea furum, & ſimulacrum eius fures colunt, & qui conſilia ſua volunt tacita; nam preces eius cum ſilento exercentur: ſiedicta for- taſte à latrone, nam fures olim laternae, & la- uernones dicebantur. *da iuſtum. me. videri. po-* pulo. *noctē. latebras. frandibus. mēſis. obiice.* ô Lauerna. qui. quo modo. *in triuīis.* in loco publico. *fa-* xum. latenteſ. demittit. inclinat. *non video.* nō in- telligo. porr̄d qui *metuens.* conclusio ſyllogistica. *perditid armā.* fortitudinem. *virtus.* libertatis. *obruitur.* occupatur. *re. pecuniis.* diuiniſ. *vendere.* cūm *poſſis.* allegoricōs. nam captiuū ſeruum illum vult haberi, qui pecuniae parandæ ſemper ſeruit. ſenſus autem eſt, talem, inquit, qui pecuniae ſeruier, patere vt ſeruum laborare. eſt enim eiusmodi hominū aliquis vſlus, & certè plus alii quam ſibi proſunt, vt mancipia. Igitur aret, inquit, ille, nau- get, & annoz proſit: taleis enim populus probar. *ſeruet. populo. paſcas. gregem durus. ad laborem.* mercator. auarus ipſe. *anomia.* publicx audabit di- ce. ſup. quod liber pater dixit ad Pentheu. *Pentheu.* oſtendit quod ſolus ſapiens libereſt, exemplo fa- buloſo ſumto ex Bacchis Euripidis, in quibus inducit poēta Liberum patrem dicteſtem Pentheo. vinctum ſe tenenti, quid eſt quod me poſſis cogere pati? adimam bona, auferas licet, te vinciam ta- men; deus me ſoluet, mors liberabit. per Bacchum. intellige virum bonum & ſapientem, quem neq- carcer, nec metu mortis, nec villa viſ, nec diuiniſ. poſſunt efficiere ſeruum; & ſic ridet minas tyra- ni. *adimam bona.* dixit Pentheu. *tempo.* ſit ita. re- ſponsio Bacchi. ſimil aſque ſtatim vbi voluero. *hoc ſentis.*

sentit. *sapp. sapiens. mors ultima linea rerum.*
γράμ.

C R V Q V I V S.

NE percūcteris fundus meus. Situm fundi sui paucis delineat Horatius, ut quid ferre possit ipse coniecit Quintius, nimirum eum esse in umbrofa valle, sois ortu, & occasu illustrata, temperataque, nec fonte minus amoena, quam riuo ex eo decurrēt tam infirmo capiti, quam alio salubri. Sed quod ibi quasi in suis latebris nō recte viuere fortassis Horatio improverauerat, Quintio responderet, eum recte viuere, qui qualem se dici gaudet, talis reuera existit, hoc dicto satis amare notans. Quicquid non esse virum bonum sapientemque, ut qui ex sententi, & applausi populi existimet, aut beatum se, aut miserum, non etiam ex recti conscientia, quasi nesciat populam quois vento leuiorem; nunc hoaores largiri, nūc adimere; nunc vanis laudibus aureis permulcere, nunc multis opprobriis afficere: quibus certe rebus aut delectari vehementer, aut dolere stultorum est: qui se quoque bonos simulant, legesque & iura seruare fingunt, ut ab imperita multitudine commendentur, quando animo sint impurissimo turpissimoque, nec nisi, seruorum more, metu pœnæ quicquam bovi meditentur; sacra quidem in protapulo diis facientes, at si spes sit, Lauerna propria, latendi, suamque turpidiudem celandi, iusti, sanctique pretextu, fures sunt rapacissimi, miscentes sacra profanis, & ad vilissima queque se demittentes, ut adimpleant habēdi sitim, cupidi metuq. perditii semper in augenda re. Quod quām procul sit à vno bono sapientequē, docet exemplo Bacchi, qui nullis minis, ne mortis quidem metu potuit adduci, ut quid præter decorum faceret. ne perconzeris. perconzari verbum signat Quintium πολυτέλειαν τῶν ἀδετπίων γενῶν, id est, uimis in alia na mala curiosum indagatorem, quales ferē sunt præpotentes, qui nimia sibi φιλαυτία pulchrè placentes in foro versantur otiosi ab animo, ecquid agant, quid meditentur, quantum in bonis habeat alij, diligenter inquirentes. optimè. cipit. &c. ut illud Comicum, salue bone vir. Quinti. sic scriptū est in antiquiss. cod. Bland. per c litteram. aruo pascas. ne. bacis. per c vnicum scriptum est in omnibus præter Mart. qui vulgatis consentit, pomisve an pratis. ita tres cod. Mart. Sil. & Bland. legunt; & meo iudicio vera est lectio: nam & pomis adhærens bacisoliu, separandum est à pratis, ponit enim agri tria genera, agrum, aruum, seu satium agrum constitutum oliu, pomis, &c. & agrum pascuum. an amicta vit. an vini sit ferax. loquaciter. quām respondet hoc apte verbo percuteris, loquacitas enim siue garrulitas percontatori est

propria, ut vulgo fertur, Percontatore fugito, nam garrulus idem est. necesse est itaque Horatio, ut personæ subseruiat, esse loquaci. continuui mones. descriptio situs agri. de his mōribus in sua Umbria scribit Blondus Flauius in hunc modum: Ab ipsis autem Imelæ fluvioli ortu apud Pedelucum mōtes incipiunt, qui sinistra ciuitate Recina perpetuo in meridiem cursu continuati, semperque crescentes, & quām longè ab Apennino recedentes, Equicolorum olim nunc Taliconij montibus proximè adhaerent, Tiburque feruntur, &c. Et post paullò: Imelæ autem sinistrorum est propinquum villæ, nunc oppidum Vacuna appellatum; cuius meminit Horatius ad Aristium, Hæc tibi dictabā post fanum putre Vacunæ. Deinde hæc verò valles quam Farfarus efficit tam multis habitaram castellis, illa esse videtur in qua Horatius villam habuit: montis enim quos à Pedeluco Tibur vsque continuari ostendimus, hac sola valle interrumptur, &c. Vide præterea quæ scripsimus epist. 14. in dictione Varia. nisi dissidentur. modi potentiales, id est, dissociari deberet, interrumpi que. nescio an hoc ad Quintij stupiditatem docendam pertineat; quis enim montis iguoret, nisi interiecta valle, continuari: valle. Comment. ait in odis nimirum 17. lib. 1. hanc vallem nominari Vsticam: crediderim potius in montem villæ Horatianæ propinquum dici Vsticam, eiique ex opposito Lucretiæ imminere montem, cuius cadem quoque ode mentionem facit. sed ut. per ellipsin, ita. destrum latus. an non hoc argumento est suam villam non esse latebras, quod ei videtur impropositæ Quintius? currus fugiente. Bland. antiqu. habet, cursu. quid? si rubicunda. sic habent omnes scripti præter Mart. Nan. & Sil. qui habent, quod si. sed lectorum celare nolui inuenisse me hæc verba, quia montes continui dissociantur opaca valle in medio iacente, secundum hanc glossam ubi ponitur, si, legendum est, ni. Itaque hic pro, quod si, legendum erit, quod ni, perinde ac Tarentina vallis non corna, pruna, glandeis, ceteraque silvestria, sed fructus meliores proferat: quod & Strabo lib. 6. scribit: Illa enim (Tarentina) tenuis quidem, ceterum fructuum bonitate præcellens: nam & mel eius, & vellera vehementer laudantur. Non ignoro & illa, apud Strabonem aliò referrri posse; at interim tamen Tarentini solum secundum coluere & pascuum: hinc Tarentina lana veteribus commendatissima. Deinde Strabo paulò suprà, Cumque aquarum indigæ est (Iapygia) nihilominus lata suppeditat palcua, & arboribus referta spectatur, &c. Dispiciat itaque lector peritus hunc locum. benignè. cod. Ton. cum duob. Bland. habet benigni. si querqus. aut potius, ni querqus, ut volvus

volunt Blandinij. fruge. frugis propriè est agris satiū; quare aut impropriè pro grande ponitur; aut ridet Quintū curiosum ruris alieni. *Tarentum.* sinus autem Tarentinus inter duo promontoria est, Salen ab oriente, & Lacinium ab occidente. Tarentum autem est in depresso solo, quæ tamen arx exædificata est, paululum altius attollitur, inquit Strabo: quare non ineptè confert agri sui situm, cum situ virbis Tarenti. fons etiam commendatio fundi sui à fonte. idoneus. iugis dñs dñs. infirmo capiti. an ad sanandum Quintū caput habe latebra. hoc repetere videri potest Horatius, quasi antea sibi ignominiose obiectum à Quinto, ipsū scilicet latere turpiter in agro suo, & cum pecudibus sordidè viuere; latius esse Romæum in splendore versari, suāque laudationes à populo audire. cui responderet Horatius, inquiens; tu recte vivis, si curas. perinde ac si dicat, ego studeo talis esse, qualem velim me loqui famam; tu ò Quinti, idem facito, omnes Romani iamdudum clamant te esse beatum, hoc effice, vt verè sis beatus. hoc autem dictum, tu recte vivis, &c. est Socratum, cuius meminit Cic. 2. offic. hanc viam ad gloriam, & quasi compendiariam dicebat esse, si quis id ageret, vt qualis haberi vellit, talis esset. sed verior. arguit ambitione Quintū. alium sapiente bonoꝝ beatum. Solipater lib. 4. institutionis Grammat. ait esse Solocetum, & absolutum pro relativio poni, vt inquit, nēne putes alium sapiente bonoꝝ beatum, pro beariorē. equidem malum esse Græcam constructionem, ἀλλος το εφει περὶ άγαθῆς πάτητο, alium à sapiente bonoꝝ. nec s' sit populus. argumentum ab externo corporis morbo, ad internum animi malum. donec manibus. donec febris tremore manuum seipsum prodat. *stultorum.* γνώμη. sic quoque stultorum est animi celare vitia sub praetextu viri boni. vacuus. inane. vanæ laudis audiendæ cupiditas. tene magis. hi duo verius redolent Horatianum stylum, quare potius eos sub tertia persona ab ipso scriptos mihi persuaserim, quam vel à Vato, vt Comment. vel ab alio poëta. cum pateris. sic Virg. sensit medios delapsus in hosteis, id est, se delaplum. suo dic. sod. nomine. cōgruo nominis? nēm̄. afferentis. perinde ac si dicat, neminem ita à se alienum, vt non malit bonus dici, quam malus; sapientis, quam stultus: negligere enim quid de se quisque sentiat, non solum arrogantis est, sed etiam omnino dissoluti; Cic. 1. off. qui dedit hoc. inconstantia populi in dandis, & eripiendis honoribus. pone. depone. verba populi. tristiaꝝ. abrogato magistratu. colorem. sic habent Ton. Mart. Sil. quos sequor. mendosum. viriosum, caputque vana gloria. & medicandum. hoc est, non malitiosum fraudulentumque, non calli-

dum & versutum, sed animi simplicitate seductū, vt qui plus assentatori quam sibi tribuat, quique non animaduerſa populi levitate, credat eum falso aut laudare, aut vituperare neminem: quo nomine medicandus venit, hoc est, monendus, instituendusq. melius, & præcepis philosophicis imbuēdus, vt quid verum sit, quid falsum intelligat, & nescio an alludat ad illud Homer. ἀεται φύει ιδιῶτη, id est, virorum bonorum mentes sunt medicabiles, quales certè iudicarim eos qui nimia quadam facilitate, non etiam mera malitia in erroneam opinionem prolabuntur. Hanc autem lectio habent 4. cod. Blandin. Bull. Ton. & Sil. quos secutus sum. iudicet lector doctus. *vir bonus est quis?* i. p. m. p., per subiectionē virtutē vulgo probatæ; quasi bonitas animi, ex opinione iudicioque multititudinis pendere possit, & humana conuerteratione factis que externis, quæ ferè simulata esse solent. Hæc itaque viri boni descriptio quæ ex opinione est, & populi fama vera esse nequit. quo res sponsore. sic habet cod. Bland. antiquissimus, & verissima lectio est hac tenus ignorata doctis, qui vel inuiti tantum tribuerint Horatio, vt responsorem interpretarentur iurisconsultum, præter omnem Latinitatem: fateor equidem prudentum responsa legum peritis esse notissima, sed responsores non perinde. tenentur. non amittuntur; sua causa, viro bono teste, non cadunt actores. sed videt hunc om. aduersariam, quæ domesticorum, vicinorumq. testimonio cōfutat hanc viri boni descriptionem, quæ potius est hypocrita. nec fursum feci. inducit Horatius seruum secum argutantem, vt ostendat eum non esse vitum bonum, qui domi quidem turpis est, in foro vero, & populi conspectu decorus metu pœni, non etiam virtutis amore. sum bonus & frugis. hoc est, sum frugi bonoꝝ. vide Satyr. 7. lib. 2. negotiaḡ. Sabellus. sic scriptum est in antiqu. cod. Bland. quod mibi non parum placet, atque adeo plusquam vulgata lectio, propter γνωμόφυσιν. sic & Plautus Bacchid. actu 4. scen. 10. neque placit mores quibus, &c. & queritare, patitare, preparare, apud eundem. *cautus enim* diluit argumentum ferui à simili, lupus vitat foueam, accipiter laqueos, & milius hamum, iccirco-ne mutata natura desinunt esse rapaces? tuò serue nequam, nec fur es, nec fugitivus, nec homicida, idēo. ne es frugi bonoꝝ. nulla sit fouea, aufer laqueos, & hamus, redibunt-ne ad prædam feræ? impunè tibi peccare liceat, aut spes sit tua furta, rapinas, fraudesque celandi, nihil non audebis, confundes fasque nefasque. metuit lupus. deuilitat, φυλακήται milites. sicut habent 4. Bland. cod. vt sit trisyllabum. reliqui sequuntur vulgatam lectioem. oderunt peccare. virtutia omnia sceles. quæ habent odio, advirutem

vel naturae ductu, vel recta institutione propensi. sic Bas apud Stobaeum, ἡτοὶ δέ τις οὐδενός, ἀλλα δέ τοι δέσποτος θεός τις αὐτούς μάταιος, id est, non metus, sed decori gratia abstinere conuenit à peccatis. *sic spes fallit à contrario. fallendi. celandi. larvare. damnum est hoc leuius mibi.* Plato lib. i. de Republ. *καὶ τίς τι κλίσιν ἀηδίοντος μέσῳ ἐγγραφήσος, τίς αὐτὸς δίκησθε εργάζοντες γαρ ἐκλεῖστοι, ἔπειτα προταῦτα, δυάριον δὲ εἰλάτοις κεκλεότα.* id est, si quis publicum aliquid furetur, siue magnum, siue parvum, eadem poena constituarer; nam & qui exiguum aliquid furatur, eodem quidem studio, potentia vero minori furatus est. Hic versus ab Accursio recitatus (auctore Lambino) diversus à vulgata lectione, à me quoque inuenitus est in Sil. cod. sed paullò aliter, nimirum: *damnū est hoc leuius mibi, non facinus tamēn. esto. Vir bonus omne forum. reuertitur ad eum quem descripsit, ex opinione famaque vulgi virum bonum. quem spectat. obseruat tamquam vite probatae quoddam αρχίτοπον. Iaxe pater. hoc imitatus est Pers. Satyr. 2. Mens bona, fama, fides, hæc clare, & vt audiat hospes: Illa sibi introrsum, & sub lingua immurmurat; ô si ebuller patrui præclarum fūtūs, & ô si sub rastro crepet argenti mihi seria dextra Hercule, &c. metuens, nolens audiri ab assistentibus ea quæ secum precatur tacite. fallere. effice vt. alios lateant mea sceleris. da iusto auctōnō vide. sic haber cod. antiquis. Blandin. quem secutus sum, propter tē mihi, reclamantibus omnibus aliis, quos tamēn non improbo, sed hac mihi simplicior appetet lectio. noctem & nubem. hoc est, noctem nubilosam, pro densissimis tenebris, & ignoratione, ne quis ea peccata, eas fraudeis audire, videre, reprehendere aut cognoscere possit. qui melior seruo, qui lib. qua ratione quis dicat eum bonum virum, qui fraudulentem, fœlestus, quianarus est, meliorem seruo aut liberiorem, qui pecuniae causa quiduis facit & patitur. Hæc lectio inuenitur in 4. cod. Blandin. Busl. Nan. Sil. & Diu. sed Mart. & Tons. habent, quod, cum vulgaris, quos non sequor. *in triuīs fixum.* à lusu puerili, quo in viis numo fixo prætereunt illuduntur. ad eum modum Pers. Inque luto fixum possis transcedere nummum. *qui cupiet, metues quoque.* Cic. i. Parad. de avaris, neque ea solum quæ habent augendi libidine cruciantur, sed etiam amittendi metu. *qui metuens viuet.* Syllogismus ex Enthymemate: Qui cupit & metuit, non est liber; avarus cupit, & metuit; liber iraque viuere nequit. *perdidis arma. abiicit arma. p̄lātōris. locum virtutis. est sux stationis, & ordinis desertor. λαχοτά-**

της. ν. φυγῆς. Hi in militia capite puniebantur: vnde translationes hæc suntæ sunt. Quin ex hypothesi bellum statuit virtutum vitiorumque, nec non avarum constantiæ, & liberalitatis armis abiectis, stationeque deserta, ab avaritia duci captiuum; quæcum tamen iure belli possit occidere, precatur samen avaritiam vt vendat potius quam eneget, sinatque seruire viliter. *occidere nolis. sed vendere, & efficere seruum. pascat durus arerā.* enumeraat opera seruilia, viroque bono propt̄ indigna; qualeis arteis mechanicas solemus Græce appellare *εργαντας τέχνας καὶ ιδιωτας.* *vir bonus & sapiens.* descriptio viri boni, & sapientis ab exemplo fabuloso Penthei Tyranni extrema quæque mala comminantis Libero patri, id est, viro bono, si non faciat imperata, ciq̄ue morem gerat, quæ recti conscientia sisus, magno animo contemnit, sibiisque tyrannum non posse nocere declarat, eriamsi ablatis omnibus fortunæ donis, quæ sua non esse censem, corpus quoque multis tormentis, & cruciatiibus affligat, vt qui in virtute, quæ est immortalis, omnia sua collocet. *Pentheus.* de Pentheo vide Satyr. 3. lib. i. *nempe.* scilicet, responderet *vir bonus επωνυμός,* quod sciat ea non esse sua, sed fortunæ, *pecus, rem, lect. arg.* verba Penthei, per timesim orationis, tollas licet. *vir bonus ad Pentheam. in manicis.* Pentheus vincula duæ comminatur, manicæ à manibus, quibus manus vincuntur, vt compedes à pedibus dicuntur. *ipse deus.* vic bonus a solo Dei nusu depedens, ciq̄ue fidens pro nihilo ducit acerbissimas tyraani comminaciones: iccire liberè responderet, *Ipse deus Iuppiter, pater meus, mox ubi volam, id est, precabor eum;* me liberabit à vinculis; meque ad se arcesset, immortalemque deum faciet. *opinor.* verba poëtae interpretis. *opinor.* id est, existimo in ea sententia esse virum bonum, vt citius moriatur quam turpiter seruiat: quam mortem qui subiit, nihil vlt̄ri pati poterit; est enim *vltima linea rerum.* id est, finis malorum. vltima autem linea vel ab Arithmeticis, qui in vltima linea suorum numerorum collocant unitatem; vel à Geometris, qui vltima linea figuræ perficiunt, vt trigonus duabus lineis duætis, addita tertia constat: aut si linea pro delineatione capit, vltima linea sumitur à pictoribus; nam sicut linea seu manus vltima picturam, sic mors vitam perficit, ante quam nemo beatus verè dici potest. Hicomitto vitam nostram nihil esse quam breue curriculum, omnesque ab initio vita tamquam prima linea per multas in rebus agendis medias ad extremam usque decurere, quæ & vita meta, & mors nominatur.

E P I S T O L A X V I L.

A D S C A E V A M.

- Q**UAM VITIS, Scena, fatu per te libi consu-
lis, & scis
Quo tandem pacto deceat maioribus vti:
Disce docendus abhuc, quid censet amiculus: vt si
Cæcus iter monstrare velit: tamen aspice, si quid
5 Et nos, quod cures proprium fecisse, loquamur.
Si te grata quies & primam somniu in horam
Delectat: si te puluis strepitusque rotarum:
Si latet Cauponæ: Ferentiumum ire iubeo.
Nam neque diuitiis contingunt gaudia solis.
10 Nec vixit male, qui natus, moriensq; se felicit.
Si prodeesse tuus, paulloq; benignius ipsum
Te tractare voles, accedes sic cùs ad vinctum.
Si pranderet olus patienter: regibus vti
Noller Aristippus. si sciret regibus vti;
15 Fastidiret olus: qui me notat. vtrius horum
Verba probes, & facta, doce: veliunior audi.
Cur sit Aristippus potior sententia: nam que
Mordacem Cynicum sic illudebat, (vt aiunt:)
Scuror ego ipse mihi: populo tu. rectius hoc, &
20 Splendidius mutro est, equus vt me portet, alat rex.
Officium facio. tu posci vilia: verum
Dante minor, quamvis te fers nullius egentem.
Omnis Aristippum decuit color, & status, & res:
Tentantem maiora, ferè presentibus equum.
25 Contrà: quem duplicit anno patientia velat:
Mirabor, vita via: si conuersa debeat.
Alter purpureum non expectabit amictum:
Quidlibet induitus celeberrima per loca vadet:
Personamq; feret non inconcinnus utramque.
30 Alter Mileri testam: cane peius & angue
Vitabis chlamydem: moriorur frigore, si non
Rettuleris pannum: refer, & fine vixit inepue.
Res gerere, & capos ostendere cuiib; hosteis:
Attingit solium Iouis, & caelissia tentat.
35 Principibus placuisse viris, non ultima laus est.
Non cuius homini contingit adire Corinthum.
Sedit qui timuit, ne non succederet: esto.
Quid? qui persuerit, fecitne viriliter? aequi
Hic est, aut nusquā quod querimus. hic onus hor-
40 Vi patruis animis, & paruo corpore maius. (ret,

Hic subit, & perfert. cur virius nomen in aucto est:
Aut decus & preium rectè perit experiens vir.
Coram rege suo de paupertate tacenes
Plus poscente ferent, distat sumas-ne pudenter;
An rapias, aequi rerum caput hoc erat, hic fons. 45
Indotat a mibi soror est, paupercula mater.
Et fundus nec vendibilis, nec pacere firmus,
Qui dicit, clamat, victum date. succinit alter:
Et mibi dñs tuus fiderat munere quadra.
Sed tacitus paci si posset coruus, habebet 50
Plus dapis, & rixa maledo minime, inuidieq;.
Brundisium comes aut Surrentum dulcis amœnū,
Qui queritur salebras, et acerbū frigus, et imbreis:
Aut cistā effractam, aut subducta viatica plorat:
Notare refert meretricū acuminata: sape catellū, 55
Sape peris celidem raptam: fibi flentis: vii mox
Nulla fides damnis, veruq; doloribus adficit.
Nec semel irrisus triuus attollere curat
Fracto crure planum: licet illi plurima manet
Lacryma. per sanctum iuratus dicat Osirim:
Credite, non ludo; crudeles tollite claudum.
Quare peregrinum, vicinia rauca reclamat.

C O M M E N T A T O R.

QUAM VITIS Scena satis. In initio huius epist. docet Scenam quomodo poterioribus amicis obsequi debeat, diciq; si tñ debeat cum manere in urbe propter strepitū & clamores tabernarum, vt transferat se in oppidum Ferentium desertum, & per hoc quietum. Aliter: Preceptra viri ad Scenam, equitem Romanum, an affectandi sint potentiores? & laudat Aristippum Cyrenaicum, quod affectauerat cù regibus viuere. quamvis Scena sat. excepit, tibi consulis, prudēsis, maioribus vti. obsequi, maiorum, & potentiorum amicitiam tenere. amiculus. ego. utriusq; cœsori. cæcus iter. verecundè, quasi ipse imperitus alteri cato ostendere velit quid sit agendum. proprium feciss. quod tuum esse velis. quies noctis. puluis strep. cōcursus diuersorum hominū in via, ac per hoc frequentia, & sordib, offendit. sis. Ferentium ire. oppidu Campaniæ; alij municipium voluit via Labicanæ ad 48. lapidem: alij Ferentinū quod est in Tuscia. diuitiis. sensus est: habet & paupertas voluptates suas, si molestia caeat in lemotis locis. se felicit. latuit, vt & natus, & moriens ignoraretur, qui vixit obscurè. Est autem Epicureorum hæc sententia Graeca, λάθη σύνει, id est, late in vita, si prodeſſatuſ, si vis tuis esse
cc 2 vtilis,

vitilis, innocesce, indulgentius viue, *benignius*. liberalius, suauius. *accedes*. lectare. *siccus*. pauper, & tenuis. *ad vndeum opulentum*, & locupletem. *si pranderet olus*. Diogenes ad Aristippum, vel, ut alij volunt, Antiithenes ad Aristippum, proponit autem ex historia duos philosophos Diogenem Cynicum, vel Antisthenem adulationem potentiorum declinantem, & sua paupertate contētum. Aristippum secta Epicureorum sautorem. Olim Diogeni olera lauanti dixit Aristippus, Diogenes si regibus sciret vti, fastidiret olus. Cui Diogenes, Aristippus si noller regibus vti, pranderet olus: & hoc modo retor sit dictum in suum auctore. *vtrius hor*. Horatius ad Scœum, *dote*, me o Scœa. *Cynicū*. Diogenem, vt postea, *scurr ego*, ait Aristippus. hoc est, mibi viuo, mihi iurribus obsequor. tu. o Cynice populi fama sectaris. verba Aristippi ad Diogenem. *equus ut me por*. Græcè, ἵππος μὲν φίδης, Κανθάριος μὲν τρίφων. alat rex. supp. & vt. officium facio. officiosum me ipsum exhibeo, id est, humanum. tu posci vilia. o Cynice tu poscis olea. verum es. supp. tamen. fers, dicis. nullius. rei. omnis Arist. omnis color, id est, omne genus vita, & condicio. Laudat Aristippum exsentientia Platonis, qui cum inuenisset eum naufragum, viliq; induitum vestimento, laudavit eum dicens, omnis color, & status, & res decuit Aristippum, ea scientia præditum, vt æquæ sciret vti magnis ac paruis. status. honor publicus. & res. diuinitas. *presensibus aquum*. ferè æqualiter patientem. *majora & minoria*. id est, diuinitas & paupertatem. contrà. econtra. quem duplici. Diogenem Cynicum notat. *duplici panno*. diploide, vili veste, pallio. *mirabor*. mirum erit, inquit, si decebit splendor hominem foribus assuetum. *conuersa*. mutara. alter, Aristippus. non expect. vitabit. quidlibet. quamlibet vestē. celeberrima. publica. *vtramq; pauperis & diuinitis*. alter. Diogenes. Milesi. apud Milesios, vbi lanæ sunt optimæ ad ornatum corporis. Virg. teste. *cane peius*. facerè admodum in hominis Cynici stultitiam, qui pretiosam vestem non despiceret modò, sed etiam timere videatur. *reuleris*. supp. dicit aliquis Aristippo. *pannum*. ipsi Diogeni. refer. redde. *fine*. permitte. *vinat*. sup. vt. aiunt Aristippum inuitato Diogene ad balneas dedisse operā, vt omnes prius egredieretur, ipsum Diogenis pallium induisse, ei que reliquie purpureum; quod. Diogenes induere cum noller, suum reperiit: tunc Aristippus increpitum Cynicum famæ seruientem, qui algere maller, quām cōspici in veste purpurea. *res gerere*. res gelatas ostendere. loco accusatiū stat, res gerere. tale est illud Persij, Scire tuu nihil est, non cuius. Græcum est, & *parres arðps eis nō gerget*; *īcīs ē wās*, hoc est, non omni homini tutum.

est Corinthum nauigare, propter Laidem Corinthiam, & alias meretrices, quæ non nisi multis talentis vnam noctem sui copiam faciebant. Cum autem Corinthum nauigantes, ferè Laidis amore tenerentur, Aristippus etiam hac fama eō perlaus est, & vsus Laide, non etiam eius amore deuinatus. cūmque p̄ se ferret quod amore Laidis nō caperetur vt ceteri, cīque obiceretur quod meretricem habuisset, habui, inquit, sed non habeō. sic. per allegoriam, significat amicitias principum aut non adeundas, aut preferendas. quod cum difficulter fieri possit, melius eas non adire. sedis. remansit, cessauit. *succederet*: bene cedere, ne non contringeret. Terent. hac non succedit. *est. concedo*. *quid supp. dicis*. hic est. in virtute, in sapientia. hic onus. alius. ut. vt pote. hic subit. alius, pura fortis. perfer. onus. *virtus nomen*. secundum Epicureos. experient. supp. quid sit virtus. *coram rege suo*. adeo gratau verecundiam ait, vt sepe plus percipient nihil petentes, quām flagitantes. Conuentiens locus principio: proposuit enim docere quo modo maioribus vrendū esset. poscens. quām is qui poscit. *pudenter*. verecundē. *rapias*. invercundē expolcendo. *rerum*. petendarum. hic fons. vt scias quemadmodum petas. *indorata mibi*. Hæc verba sunt impudentis, & expressit eos qui figuratē petunt. *nec pascere*. etiamq; vendatur patrimonium, non iutificit mihi. *qui dicit*. hoc regi suo. *clamas*. non dicit, sed mendicat. *succinit*. succedit alius cliens. pulchre exprimit mendicorum cantilenas, qui succinunt sibi inuicē. *quadra*, quarta pars panis, id est, dimidium accipit, dum impudenter perendo, etiam aliud ad eandem petitionē aecendit. *sed tacitus pasci*. exemplum de coruso, qui strepitu vocis dum alias auciis aduocat, minus habet dapis; similiter qui clamosè petit, minus accipit. *si posset cor*. si non palam instaret, careret æmulo. Coruus enim repertā prædam clamore, & frequenti crocitatione, alii auibus prodit. *Brundisium comes*. idem, inquit, quod meretrix facit, quē simulatis damnis plorabunda spoliata, facit etiam regi suo amicus minor, cum se queritur in itinere comitem ductum, aliquid perdidisse aut incommodum sensisse. *Brundisium*. oppidum in Calabria. Surrentum, oppidum in Campania. *salebras*. iteris aperitatem. *subducta*. furio ablata. *refert*. imitatur *acmina*. astutia, & meretricum impudentiam. sic & Plaut. in Truculento, aut petit aurum, quod concissa pallula est, aut emta ancilla, aut aliquod rafum argenteum, &c. *caseillam*. alij ornamentum capitis volunt, alij colli. est autem catena parua. *pericelidem*. aureum cruris vinculum. flentis. *īlātōrō*. mox. postea. *nulla fides*. affiditatis mentiendi hoc facit, vt postea nec vera damna conque.

conquerenti credatur. *plaustrum*. erronem. meadæcem. qui solebar multos sic fallere, in quorum vehicula volebar tolli, ut fingeret se crux fregisse, qui postea verè cùm fregisset, & idem precatetur, ei non est creditum. *per sanctorum*. etiam si, vel quamvis iuret. *Ostirum*. deum Aegyptiorum. non ludo. nō iocor. *claudum*. me. *peregrinum*. qui te non nouit. *vicinia*. vicini. *rauca*. vociferans ad rauim.

C R V Q V I V S.

QVAM V I S Scœua. *satis*. Pro senio suo monet Horatius Scœuam iuniorem, ne in vsu, & rerum cognitione, vitaque humanæ conuocatiōne, nimium sibi tribuat, sed disceat viuere, & vt maiori bus, prius id quam se nouisse iactet. Cuius rei gratia duo vitæ genera commemorat, alterum quidem oriosum, ignavum, abiectum, & tantum non omni ex parte turpe, cuius quasi ectypion Cynicū proponit: Alterius autem: velut auctorem statuit Aristippum benignius agentem, nec abhorretem consuetudinis humanioris: Scœuamque interrogat vtrius viuendi ratio sit ei probatior: Sibi quidem potiorem videli alt Aristippi sententiam, qui & regibus vti nosset, sibi, sui: que nos inutilis, & seruire temporis, tenuiterque vitam instituere: Cynicus non item, vt qui regū fugitans, sordide, abiecta que viueret oleribus contētus, & pallio, omnis splendoris, vitaque liberalioris impatiens, populo ad gratiam plauderet viliaque posceret. Cui illudens Aristippus, nūc in equo, & purpura reges comitabatur, nunc ad tempus paratus, & amictu, & vātu viliori contentus omnibus erat omnia, principibus quidem viris officiō gratus, nec, vbi res ipsa poscebat, non acceptus alii. Ceterū si principes viri, bene gerendis rebus, immortalibus diis proximi sunt, quis neget iis placere, in primis esse laudabile? nolitq. quam vel impudenter descendō more Cynico, vel aliquod infortunium mentiendo, potius agendo fortiter Aristippo duce, obsequendoque & tacendo pudenter a regibus accipere munera, & in splendore viuere: *quamvis Scœua*. exordit ab ironica concessione humanæ experientiæ, maioris quam videbatur ætas Scœue ferre posse. *tibi consilis*, tibi sapis, & vales consilio proprio. *deceas*. quo vñque sit decorum, & honestum potentiores adire, salutare, ad forum subsequi, deducere, reducere, aliaque humanitatis officia facere, sine turpis assentationis nota. *maioribus*. maiores statura, maiores ætate, qui ante nos vixerunt, maiores potētia, diuitiis, opibus, pecunia, quos fecitri solent minores, id est, impotentiores, pauperiores, opis & patrocinij gratia. *vsi. suçñ*. viuere cum maioribus & versari. sic pro Gluent. Cic. vti

tali matre noluit. *decendus adh.* ergo non satis peritus rerum, quas tibi assumis pertc. *amiculus*. diminutius vñmum, nunc cōtemtim, alia blandius. *vsi*. pro etsi vel eriam si. *cacus iter mons*. alludit ad statuas in triuiss indices viarum cæcas, viatoribus tamen nō inutileis, quas ard̄ *curvæ* nominamus, seu *igūia*. iccirco ait, *tamen aspice*: nimirū vt iter recte facias. *sibi proprium*. à te inuentum, tibi vñ cognitum. *loquamur*. iudicemus. loquutus enim Mercurij statuas rectam viam per typos seu characteres insculptos. *si te grata*, distributio vita humanae, in otiosam, & pñcē abiectam, in actuam, & benigniorem. *primam somnus*. hoc otium est hominis ignavi, nulla laude dignū, alium censet Homerus vitum fortē esse debere, nimis illud tolleret, vigilantem, impigrum, prudentem, circumspicuum, &c. *Illa. 3. οἱ πατρίς τοις οὐδὲ γενέσις*. id est, indignum duce id est, noctē dormire per omnes. vide Chilia. Era! *si te pul.* indecora viro molitiae. *si ledet*. sic omnes scripti præter duos Bland. qui sequuntur lectionem vulgatam. *Ferentinum*. Ferentines Plin. lib. 3. cap. 5. in Capania ponit. Strabo lib. 5. Ceterū mediterranea præter iam dictas vrbeis extant Aretium, Perusia, Vulfinij, Sutrinum: ad hęc oppidula complura, Belati, Ferentenum, Falerij, Faliscum, Nepira, Stantonia, aliaque complura, &c. *nam neque dimicibus* dinites, potentes, maiores sunt hic eiuldem noræ, quorum gaudia solent esse luxus, ambitio, salutaciones, &c. est & ignavia, mendiciq. sua voluptas, otium turpe; est & viris fortibus, & studiosis sua, sed ea vera est, & sola voluptas, quæ cum animi tranquillitate securitateque beatum ficit. *nec vixit malo*. ex opinione quidem Epicureorum, qui in nihil agendo summum bonum collocabant, quo nomine quoque ad rem publicam nō accedebant, ne fortassis aliqua gerendē rei nimia sollicitudine implicitus animus serio voluptati vacare nequirit. At si Stoicis operam demus, nihil est infelicius in vita, quam sibi viuere. vnde est illud Plat. sibi tatum natum esse neminem, sed & patria, & propinquis, & amicis: *οἱ δῆμοι* (vt Musonius apud Stobœum in Seneccute) *η εἰκότε φύσις ἡγετεῖ* ζωὴν αὐτὸς τὴν δημοτὴν τὴν εἰκόναν, καὶ τὸν ἀνθρωποντὸν εἶχεν τὸν εἰδῶλον τὴν τὴν φύσιν βιώντα. *εἰς αριστή*. hoc est, nam si cuiusq. natura dicit vñquodque animantium ad suā virtutem, certè consentaneum est vero, secundum naturam viuere hominem, nō cùm in voluptate, sed cùm in virtute vita degit. τὸν δὲ καὶ εἰκόναν δικαῖος τοπάρχος ἐστι, καὶ μίζα φρεστὸν ὅτι ἀντὶ εὐαλπίου καὶ διερράλεος ἔσται, οἰς διφερούσιν τὸν καὶ λαρὰς θεοῖς εἰπάντων. hoc est, nam tunc demum, & laudari iure poterit, & magnificet de se ipso sentire, bonaque spe, an-

spe, animique fiducia confirmari, quibus & honestam lætitiam, & gaudium stabile necesse est esse comites. Plura super hoc themate legitio apud Plutarch. in disputatione. An recte sit dictum, *λέγεται Κίανος*. Videtur itaque Horatius ludendo Scœua hic quidem applaudere, sed non ita ut Aristippi sententiam non pluris faciat, vt videre est in sequentibus. *si prodeesse tuis*, aliud vite genus επιγνωστος. hoc est, i tibi loli nolis, sed etiam patriæ, & amicis esse utilis. *benignus te tractare*. hoc est, non ita duriter vivere, & austere, vt *απειρωπός* videaris. *siccus*. sobrius, aridus præ sobrietate; vel *ξηρός γενετικούς* vrenscibis aridioribus *ad unctum*. vinctus hic, non tam delibutus vnguento est, quamq; egregius obliterator; non tam caput, quam guttur habens condimentis inunctum, quales sunt poretes dientesque luxuiq; indulgentes. Cod. Bland. antiq; habet inūctum, vna voce, pro valde vnc̄tu, *qui me notat*. sub persona Diogenis Horatius à Scœua notatus, quasi Mæcenatis, & Augusti, principiū, virorū assentator cum sub Aristippi persona remordet, tāquam in concinniore inepioremq; quam qui regibus vti nosset, eisq; coniuercere. *verbaprobes*, professionem, dictaq; laudes, *facta*, viuēdi instituti, vitam ipsam morēlq;. *audi*. ab vñ terū, & experītia meritō sibi vendicat Horatius auctoritatem docendi Scœuanam sc̄iuniorē. *mordacem Cynicum*, mordere canis est, qualis ex professo Diogenes erat *xvixit*, dictus *λέγεται κυνός*, id est, canius à cane, quod canis instar mordebat, id est, amarè reprehendebat malos: allatrabat autem solum eos qui non dabat, hoc est facetus iocisq; cum eis agebat. legitio eius vitā apud Diogenem Læc̄t. in Philo'sophorum vitis, nec non & Aristippi *sic illudebat* his verbis iudebat. *scurror ego ipse*, putato Diogenē momordisse Aristippū, quod *εἰ τὸ συγκρέπειν*, id est, in affectu dis regibus, risum captasset: ego, inquit Aristippus, scurram ago, id est, facetiis urbanisq; dictis, regibus quidē risum moueo, sed mihi, id est, in rem & vtilitatem meam: tu quoque populo scurraris, non vt hinc aliquid tibi accedat cōmodi, sed ad gratiam, & populū plausum. Scurra autem dictus est *λέγεται συγκρέπειν*, vt doctissime notauit Ioseph. Scaliger; aut *ενεργεια*, quod est se insinuare, assectari, applaudere ad gratiā. Hinc scurra, duplicata r̄ littera, qui dicitur quoque glossario *θάκιστος* seu *δημιουρός*, *θάκιστος*, seu *δημιουρός* id est, intēris oculis obseruare, quod est scurrarū, vt sint ad nutū patrati. Quin & *κωνσίας* olim scurra nominatus est, à militate dictorum personæq;. *παρά θεοπάτης*, id est, stercoro: hinc *αντίκοντρος*, id est, vilis homo, ex media plebe, stercorarius, *κωνσίας*, olitor; Sueto-nius in Claudio cap. 8. interdum ferula, flagrōve aglut per ludum excitabatur à copreis, vbi vulgari

codices habent tropeis, sed inepte. Præterea in Tiberio cap. 61. interrogatum eum (virum consularem) ubito & clarè, à quodam nano astante mēse inter copreas, cur Paconius maiestatis reus tamdiu viueret, statim quidem petulantiam lingue obiurgasse, &c. vbi vulgo legitur Caprees. *rectius hoc*. *scurrari*, quām populo. *splendidius multò est*. hic omnes scripti habent intercūctionem, perinde ac si *huc equus ut me portet, alat rex, officiū facio*, sint eis coniungēda: id nō scio. an rectius ista *equus ut me pax*. prioribus adhærent, ad declarandū implēdorem in equo & vietu regio, insuper, *officiū facio*, videtur facere ad sequentia, in hanc sc̄entiarū: Ego mihi quidem scurrādo officium meum regibus; facio à, quibus tacendo pudenter accipio munera magnifica; sed tu scurrando poscis vilia, &c. *verum dante minor*. hic locus varie legitur. 4. Bland. cod. Busl. Nan. Sil. verum dante minor. Mart. habet rerum. Diu. rerum es dantē m. vulgati habent, verum es dante m. ego certè subsequor cōsensum plurium cod. scriptor. atque sic ordino, Tu o Cy nice, quamvis ferre nullius nec rei nec personæ egentem; verumtamen dante minor id est, impotentior, & pauperioreo, qui tibi dat, poscis impudenter vilia dona, non splendida, nec regia: atque hoc modo docet Aristippus verumque scurrari bona, se quidem tacendo humanius, Diogenem vero poscendo impudentius, arrogantiūque, vt qui opulentior cetetis, potentiorque hominibus imperare se dicaret, cū tamen re ipsa poscendo accipiendoque se pauperem declararet egenumque. Dispiciat lector peritus. Lambinus ex scriptis legendum censet, vilia rerum. cui non affentior. Diu. cod. & Busl. habent, tu pascis vilia; quod non displiceret, pro comedis; nisi obstat rō dante. quid si rō vilia per antimieriam interpretetur, viliter, eo quod dicit, officium facio, quod ex opposito pugnat cum rō poscis? *minor*. impotentior, pauperior, vt suprà rō maior. potentior, dition. *omnis Aristippum*. laus Aristippi à commodis moribus, qui natus, factus, promptus fuit ad omnia: cuiuscemodi solemus appellare omnium horum homines: de quo Diogen. *λέγεται δικαιος ἀριστος οὐ τοτε, νομοχειρ, νομοερωτης νομοτελος πριστος αριστος*, id est, poterat autem sese accommodare & loco, & temporī, & personæ, omnemque vitæ statum commode imitari, atque exprimere. *color*, amictus, & indumentum quodcumque. *status*, condicio vitæ quævis *res*. pecunia, tenuitas, vt qui captans thalora, si sua spe excideret, suis contentus, secum viuebat. *duplici panno patientis*. descripicio Cynici ex habitu. *duplici diploide*, id est, lato pallio quod in humerū reiectum duplicatur; vel dupli pāno, hoc est, pallio, &c.

lio, & tunica, quod indumenti genus erat pauperiorum. *patientia*. Cynici ex professo patientes erant & liberi. *vita si conuersa*, non magis quam fellem crocoton, ut fertur: nimis enim durum est, ex professo assuetus relinquere. *personam utramq. iuxta dictum Socratis*, aptus erat Aristippi virtus modus, *Cicero agnitus etiam etrupsus alter Milesi textum*. hoc est, Milesian chlamydem, pro veliū delicatiore. hinc Milesij *evanescere* dicti sunt Maximo Tyrio, id est, in habitu mollissimi. *iustiores* namque dicuntur bene & eleganter vestiti, quibus opponuntur *oī pāxīa hūpīcīdōs*, id est, vilibus pannis induuti, ut Cynici. vide *Adag. domini Milesia. cane peius & angue*. vide *Chiliad. chlamydem*. vide nūn legendum sit *chlamidem*: erat enim *χλα-
σις χλαϊδ* & vēstimentum admodum molle & delicate, *ιμάντος λεπτός*. Polluci. *moriens frigore*. persacerus locus in Cynicum: frigus enim hic tam ad animum, pro stupore, metu, ineptis, quam ad corpus pertinet. *res gerere & captos*, quandoquidē suprà concessit. Epicureis non omnino infelices eos esse qui latē loixerunt; hic ex opinione Stoicorum demonstrat eos esse felicissimos, & ad deos accedere proximos, qui recipiūt. administrandæ totos se deuouent, fortitudineque patriam tutantur. *principibus placuisse viris*. hoc est, quia non omnibus datum est, ad rerum gerendarum gloriani immortale peruenire, saltē eos laudare, affectari, eis placere & applaudere ob beneficia in Républ. collata, quis neget in laude ponendum? verūm ut *non cuius homini contingit*, &c. ita non cuiusvis est principibus viris placere, non ignauit, non desidis, non timidi, sed agentis fortiter, & quo suis labores subeuntis virisque sapientis. *non cuiusvis homini*. videto *Chiliad. Eraf. sedis. latuit ignauus. notat Epicureos*, qui pusillanimitate potius à rebus gerendis, regibusque probandis abstinuerunt, quam vertis philosophie præceptis. Nec non Cynicos improbaris arguit qui reges impudenter dona posse potius quam officiosè maluerunt accipere, in virtio ponentes omnem urbanitatem. *estō. concedit Epicureis* suum viuendi modum à turba remotū, sed ea lege ne insultet in virtutem Stoicam, quam nomen aiebant inane. *iccreo eos interrogat, quid?* qui peruenit Corinthum. *hoc est*, qui affectus est fauorē principum viatorū, studio, labore, cura, sollicitudine, fortiter agendo censes eum nulla laude dignum, sed virtutem & turpem? *atqui hic est nus.* infert per subiectiōnē, gloriam & honorem esse in agendo fortiter, contra Epicureos, qui cunctā dūcunt ad voluptatē referenda quę facimus. *hic onus.* timet desperatione quadā subire labores cum potentioribus viuendi. *ut parsus animis. causa timoris à pusillanimitate & ignavia. aut virtus nomen.*

hoc est, aut fruſta sudatur in vita humana virtusque colitur, aut vir prudens rerumq. expertus iure laudatur, & debitibz honoribz afficitur. *virtus nomen ina*, videto epist. 6. ad Numicium. *coram rege suo*. docuit vitam humanam in vslu rerum, cōueriationeque & virtutis actione, ea longè præstatiōrem esse quæ est in orio ſecuſuque & voluptate. nunc reuertitur ad id quod initio proposuit, nimirum quoquā debeat vti potentioribus, ostendens egenos a patronis suis Aristippi more tacēdo ſuumque officium faciendo plus accipere, multoq. eis effe gratiore, quam qui poſcunt impudenter: quod vernacula ſententia conſirmat, *ſchamelich ghezien / es half ghebeden. coram rege suo*. hoc est, patrōb & amico suo potentiore. *de pauper. tac. nō conquerentes de sua tenuitate, & inopia pudenter tacendo. rapias. dare imperes poſcendo. atqui rerum caput*. hoc est, ſumma totius rei de qua agimus, quam doceamus, est vt cum ditioribus amicis, patronisq. vnde commoda multa ſperamus, decenter vertemur: quod fieri pudenter ſumendo dona, non etiam poſcendo; qua gratia Horatius à Mæcenate ſe laudatum ſcribit epift. 7. ſepe verecundum laudasti; rexque paterque audisti coram, nec verbo parcus abſens, &c. *indotata mihi foror est*. prius thema poſcēter impudēter, ob inopiā, & onera propinquorū, per inſinuationem: non enim aperte poſcīt, ſed egestatī cōmemoratio, tacita petiſſio eft. *ne vendibilius*. non facile vendi poſteſt. *firmus*. propter frugū prouentum incertum, quo nō raro frustrantur cultores. *qui dicit*. qui ſic queritur de ſua paupertate, perinde eft ac ſi aperte dicat, dato alimentū. *succinit alter*. alter cliens, vbi hoc intellexit ex conciente qui in ſe domini promiſſam liberalitatē mifer celare nō potuit (vt eft eiusmodi mēdicorum genus furile & iactabundū) protinus accurrit, oſtaſa que ſua calamitate dominoq. moleſtus promiſſi diſmidiatū impetrat. *quadra. Ton. cod. habet quadrā: quod nummi genus erat apud Romanos*. hinc quadrans ratius, cui ratis erat impreſſa. Alij omnes ſcripti habent, quadra. Romani autem quadras nominabāt panes quadratos. hinc vulgo dici videtur, quadra propria viuere. & illud Iuuen. Saty. 5. Vt bona ſumma putes aliena viuere quadra. Athenæ. lib. 3. de panibus: *βλωμιλίου τε ἄρτου ὀνομάτιθαι λίγην, τούς ἔχοντας στρώμα, οὐς ἡμέραις τρόπατος* (vbi *κεδράτος*, ponitur interprētē) *λίγανοι*, id eft, Blomilios panes nominari dicit, qui incidi poſſunt ſeu diuidi, quos Romani quadratos appellant. Hesiod. in Oper. & dieb. *ἄρτον διήντας πτεργαρφον ὀκταδωμον*. id eft, panem quadrifidum cenatus morsibus octo. *sed tacitus pasci*. hęc corui crocitatō ſuo clamore arceſſentis alios coruos ad naſtam p̄edam, mihi perſuader, ſeruum.

seruum seu clientem non conquestum domino de sua paupertate in praesentia conferui, sed sua garrulitate, ei prodidisse, quæ sibi damno fuit, & inuidit. *Brundisium comes.* posterius thema poscet inuertere, idque non sine turpi mendacio, conquerentis itineris molestias, & aeris iniurias, surreptamq; sibi pecuniam ad viaticum, quo plus scilicet à patrono accipiat. *catellam.* catellæ, monilia sunt muliebria, *xlavines.* periscelides. feminalia, tibialia, virginum ornamenta cruri alligata. *veriusq; doloribus.* sic Perf. verum nec nocte paratum plotabit qui me volet incuruasse quæla. interrogatus Aristoteles, quid boni conseqüentur qui mentiri gaudent, vt cum vera dixerint eis non credatur, inquir. *irrisus.* qui in triuiss illusus fuit. *attollere.* erigere in pedes. *fracto.* laeso grauiter, mutilato. *plasmum.* *māras.* est enim *māras* vox merè Graeca, pro impostore, errone, insigni prædicto versutia, qualeis apud Athen. lib. 14. fuerunt Cephisodorus, & Pantaleo, & Marras apud Alexandriam (vt idem testatur) qui huiusmodi proponebat Aenigma, se feram quandam apud se natire, quæ semetipsam ederet. *mānet.* emānet, lacrymerit afflatim. *Oſrim.* hic Herodoto lib. 2. Bacchus est. apud Thebœos per Oſrim iurare erat sacrolanctum, vt & Atheniensibus Græcorum solis per Isidem. *sollito claudum.* legitio in Chiliad. tollat te qui non nouit.

E P I S T O L A X V I : I I . A D L O L L I V M . 2.

*S*i bene te noui, metues, libererrime Lollî
Scurrantia speciem prebere professus amicu.
Vi matrona meretrici dispar erit, atque
Discolor; infido scurr e distabit amicu.

*J*Est huic diuersum vicio vitium propè maius:
Asperitas agrestia, & inconcinna grauiq;
Quæ se commendat tonsa cute, denibus atria,
Dum rulse libertas mera dici, veraq; vivere.
*V*IRTVS est medium vitorum, & vtrimeque
reductum.

10 *A*ler in obsequium plus aquo pronus, & imb
Derisor letti, sic nūcum diuinit horret,
Sic iterat voces, & verba cadentia tollit,
Vt puerum saepe credas dictata magistro
Reddere: vel parcer minum tractare secundas.

15 *A*ler rictus de lana sape caprina
Propugnat nugis armatus: scilicet, vt non
Sic mibi prima fides: & vere quod places, vt non

Acrier elatrem: pretium et tu altera sorde.
Ambiguer. quid enim? Caſtor ſciat an Deli-
chos plus. *B*rundisium Minuti melius via ducat an Appi. 20
Quem damnos a Venus, quæ præcepſ adea nudat:
Gloria quem ſupra vīcu & vefit, & vngit:
Quem tenet argenti ſic impotens famamq;:
Quem paupertati pudor, & fuga: diues amicus
& aper decem viuſi inſtructior odit, & horret.
Aut, ſi non odis, regit: ac, veluti pia mater,
Plus, quam ſe, ſepere, & virtutibus eſſe priorem
Vult: & ait propè vera. mea, contendere noli,
Stultitiam patiuntur opes: tibi paruula res eſt.
Arcta deces ſanum comitem roga. define mecum 30
Certare. Eius apelas cuiuscumque nocere volebas:
Veftimenta dabas preſioſa: beatus enim iam
Cum pulchriſ tunici ſumer noua confilia: expes
Dormiet in lucem, ſcorio poſtponet honeſtum
Officium, nummos alienos paſcer: adimum
Tbrax erit, aut bolitoris ager mercede caballum.
Arcanum neque tu ſcrutaberis vlliū vñquam:
Comiſſumq; reges & vmo tortus, & ira.
Nec tua laudabiliſ ſtudia, aut aliena reprendes:
Nec, cum venari volet ille, poēmata panges. 40
Gratia ſic fratrum geminorum Amphionu, atque
Zeti diſiluit: donec ſuſpecta ſeuero
Coniūcio hyra fraternali ceſſe puratur
Moribus Amphion. tu cede potenti amici
Lenibus imperiu: quotiesq; educet in agros
Aetolus onerata plagi iumenta, canēq;:
Surge: & inhumana ſenium depone camena:
Cœnes vt pariter pulmenta laboribus emta:
Romanis ſollemne viri opus, veile fame,
Vitaq; & membru: prefertim cumvalesat, &
Vel curſu ſuperare canem, vel viribus aprum
Pofſis. adde, virilia quid ſpecioſius arma
Non eſt qui trahet: ſciſ quo clamore corona
Prælia ſuſtineat campeſtria, denique ſeuanam
Militiam puer, & Cantabrica bella tulisti
Sub duce, qui templi Partherum ſigna refigit
Nunc: & ſi quid abeſt Italiq; adiudicat armis.
Ac, ne te retrabas, & inexcusabili abſis:
Quamvis nil extra numerum feciſe, modamq;
Caras: incedam nugari ſure paterno: 50
Partitur

- Patientem l'ntrem exercitum: Actia pugne
Te ducet per dueros hostiles more refertur:
Aduersarius est frater: lacus, Adria: donec
Alteriusrum velox Victoria fronde coronet.**
- 65 **Consenire suu studiuu qui credideris te,
Fauor veroq; tuum laudabit pollice ludum.
Protinus ut moneam (siquid monitoris eges tu:)
Quid de quoq; viro, & cui dicas, sepe video.
Percunctaeorem fugito: nam garrulus idem est:**
- 70 **Nec retinere pacula commissa fideliter aures:
Et semel emissum volat irreuocabile verbum.
Non ancilla tuum iecur viceret villa, puerve
Inter marmoreum venerandi lumen amici:
Ne dominus pueri pulchri, careve puelle:**
- 75 **Mancere te paruo beet: aut incommodus angas.
Qualem comedens, etia atq; etia aspice: ne mox
Inscutiant aliena tibi peccata pudorem.
Fallimur, & quondam non dignu tradimur: ergo
Quem sua culpa premet deceptus omittre tueri**
- 80 **Vi penitus notum: si tenent crima, fortes
Tuterisq; tuo fidente prasidio: qui
Denie Theonino cum circu' roditur: ecquid
Ad te post paullu ventura pericula sentier?
Nam tu res agitur, paries cum proximus arder:**
- 85 **Et neglecta solent incendia sumere vireis.
Dulcis inexpertu cultura potensis amici:
Expertus metuit. tu, dum tua nauis in alto est,
Hoc age, ne mutata retrosum te ferat aura.
Oderunt hilarem tristes, tristemq; iocosi:**
- 90 **Sedatum celeres: agilem gnatuum q; remissi:
Potores bibuli media de nocte Falerni
Oderunt porrecta negantempocula: quamuis
Nocturnos iures reformidare tempos.
Deme supercilios nubem, plerumq; modestius**
- 95 **Occupat obscuris speciem, taciturnus acerbi.
Inte cuncta leges, & percunctabere doctos,
Quaratione queas traducere lenitor euum:
Ne te semper inops agitet vexetq; cupidus,
Ne paucor, & rerum mediocriter vtilium spes:**
- 100 **Virtutem doctrina paret, naturane donet:
Quid minuas curas: quid te tibi reddat amicu:
Quid patet tranquillit: honor, an dulcelucellum:
An secretum iter, & fallentis semita vita.
Ne quodties reficit gelidus Digensis arimus,**

**Quem Mandela bibit rugosus frigore pagus: 103
Quid sentire putas: quid credu amice precari?
Si mihi quod nunc est, etiam minus: & mihi
viuam,
Quod superest aui, si quid superesse volunt dix:
Sic bona librorum, & prouisa frugis in annum
Copia, ne fluisse dubia, spe pendulua hora. 110
Sed sicut est orare louem, qui donat & auferit:
Det vitam, det opes: equum mi animum ipse
parabo.**

COMMENTATOR.

'S i bene te nos metues liberr. *Lollis*. Præcipitur in hac epistola, fugiendum esse vitium adulatio-
nis, & contraria, nimis dutitiae. Quare qui adulatio-
ni non vult seruire, videat ne in peius vitium in-
cidat, sed inter utrumq. medium tenorem seruet,
scilicet, ut quisque suo amico neque adulator exi-
stat, neque amaritudine animi increpando eum ca-
stiget. *liberrime*. ô nobilissime. *Lollis*. hic Lolius
etiam ad confundarum peruenit merito virtutis &
beneficio Cæsaris anno vrb. 73 j. *scurrans*. tur-
piter adulantis, *prabere*, *te*, *amicum*. grauitate be-
niuolum dignitatęque. *ut*, *quēadmodum*. *dispar*.
disimilis. *infido scurra*. *supp*. ita. hoc est, quanta
differentia deberet esse inter matronam nobilem &
meretricem, tanta debet esse inter amicum, & in-
fidū scurra, ita ut amicus simpliciter diligatur, &
scurrā contemnatur. *infido scurra*. hoc est, ei qui
amicitiam simulant in prosperis, & in aduersis de-
serit. *est hinc*. adulacioni. *prope maius*. hoc est, as-
sentatio nimia, & scurrilitas in amico vitiola est,
sed asperitas penè grauior est, & peior priore. *af-
ficitas* agrestis. Quidā inquit, fugientes vitium adu-
lationis, in peius incident, scilicet in vitium ho-
minis inconcinni, & incompositi, feti, & asperi
quasi agrestis: sunt etiam qui quasi virtute sua li-
berrima, & pura confidentes, circa amicos suos se-
ueri, & asperi apparent, dum eos castigare volunt,
adeò ut ipsa cutis nimis seuēritate ita tonsa videa-
tur & aspera, quasi capillos habuerit, & atri quoq;
sint dentes. *gravis*. secura & socialis. *tonsa custo*.
qua tam aspera est ut barba tonsa, qua se cōmen-
dari volunt ac si seueri essent. *dentibus*. sup. & *li-
bertas*. scilicet illa asperitas agrestis. *mota*. pura.
veraque virtus. vere virtutis est ita in amicitia
stare, ut neq; adulteris, neq; asper sis, sed ab utroq;
semotus. *utrimq;* ab utraque parte, adulacione scilicet,
& asperitate in amicitia, *reductū*. remoti,
absoluē positū. hæc est definitio virtutis, qua ita
debet inter cōtraria vitia esse posita, ut ab utrisque
dd. sit re-

lit remota: ideo amicitia nec nimium adulatio*n*i deseruit, nec austerritati. *ini* deris. *lecti*. eius qui in ima parte lecti decumbit. *horret*. horrere se fingit. *iterat* *voces*. id quod leniter dictum est repetet laudat. verum diuitiae laudando verba eius. repetit, an eas voces s^ep^e reperiit quibus cum laudat? *cadentia*. excedentia, & temere prolat^a suscipit pro mirandis. vel. sup. credas. *mimum*. histrionem, iocula. torem. *secundas*. prius partes sunt dictatoris, se- cundae mimi, qui refert dicta prioris. *alter rixatus*. aliud vi^tiu^m inducit, scilicet alper hominis, cui ostendit definitione virtutis non coenire. *de lana capr.* prouerbium, hoc est, de re vili, & p^{re}ce nulla; de nihilo, quia capra nulla est lana, sed pili. ordo est, alter rixatus de lana caprina, s^ep^e propugnat augis armatus. *nugis*, inutilibus argumentis, λόγοις, scilicet ut non sit. verba aperi hominius rixantis. *elatrem*, libet dicam. *premium et us alt.* hoc est, altera vita non est tanti ut raceam quod censcio. *sordes*, est despiciui. *ambigitur*. certamen est. *quid enim?* qua de re. *Castor sciat*. hoc est, agitur de gladiatoriis, aut de Pautomis, vtr si sunt scientiores. Castor & Docilis erat illius temporis nobiles gladiatores. *melius via*. supp. an. de hac re certamen & contentio, an via Minutij melius ducat Brundisium an Appij. *Appi*. pro Appij. quem dano*na Ven.* amor Veneris. gloria quem sup. gloria cupidit^a, supra virie, quæ plus & quo delectat gloria. pudor. l^up. tenet, awo noīr decem. vite. multis. *infructior*. ad peccandum. *odis*. minorē amicū. adeo aliena inuitus patitur, ut nec sua virtus alteri indulget. *regit*. moderatur, castigat, & vult emendare, cum ipse sit peior. *plus quam se*. ipsam. *virtutibus*. sup. in. *Vult*. puerum. uuum. & ait prop. sup. diues amicus, ad amicū pauperem. *mea*. (*contendere noli*.) verba monensis diuinitus. ordo est, meq^e opes stultiorum patiuntur. hoc autem contendere noli, per parenthesis est insertum. *stultiam pat. op.* quibus cōpensio stultitiam meam. *arta decer*. modica. habebant enim antiqui patres pro qualitate opum. *rogas*, quæ erant bister, id est, sex vñnarum vel quinque. *sanum comitem*. mentis compotem. *define mecum*. noli imitari mea virtus. *Eutrapelus*. Iterum Horatius loquitur. Eutrapelus dicitur fuisse illis temporibus locuples, cui hoc cepit, heton impositum dicitur, quoniam solebat inter vendendum non in urbem iocari, aut in personas vilium hominum, aut in scrura ipsa; nocebat autem liberalitate, ut refert Horatius. *beatus enim iā*, h^c cogitabat Eutrapelus, cū daret aliquid inimico, quod sibi beatus videretur, sciens cum habitu, stultis, animis mutari. hæc autem omnia ad suasionem dicuntur. *spes nouas dormier*. sicut nobilis. *in lucem*. sup. vñq;. *scorto posse bon.* hoc est, scortum erit ei

carius, quæm honestū officiū. *paſſet*. scenerabitur sic vñlitis suis. *ad inum*. ad extreūm. *Thrax erit*. hoc est, tā pauper erit ut Thraz. auctorabitur te in ludū ut sit gladiator retium, nō mirmillo securor. *holitoris ager*. erit hortulanus. holitores dicuntur holerū venditores. *negru*. ô Lolli. *cōmissumq^e tegeſ*. id est, ab amico tibi dictu debes celare. *vino sortus et ira*. potuētus. ebris enim multa tecera pandūt. *aliena studia*. net cū venari. vnde est illud Salust. nādēm velle ac idem nolle, eadem firma est amicitia. *poēmatu* p. sed ibis cum eo venatum. *gratia sic fr.* amicitia dum alteruter suū studium lequitur. *Amphion atq^e*. Amphion, & Zethus, Louis, & Antiope filii diversi studij fuere. Amphion enim cithara canebat, Zethus autē pastoris fungebatur officio: propter hāc vitę diuersitatē tā diu dissidebant, donec Amphion discordia vitādē causa citharā omitteret. *suspecta*. odiosa indignatū Zetho, quia rusticus fuit, & ideo dicit seculo. *lyra*. Amphionis. tu. ô Lolli. *cede*. da locū. *educet*. *venatū*. *Ætolia*. Greci. Meleager Oenei regis Calidonie filius venādi studiū fuit, vnde Calydonius aper. ergo Aetolis, id est, amplis, & validis. *plagis*. laqueis, retibus. *surge*. progredere cum illo. *inhumana Camæne*. quæ nō pascer te, quæ victū non adferet. *parit*. *labor*. *emta*. quæ venādo capta sunt. *Romanus*. venādi studiū Romanis vult fuisse propriu. sollemne. cōlūctum. *opus*. venandi. *prefersum*. cum val. maximē cūm sanus sis. admonet autem. Lollium virtutis, sub specie venationis. *&*. supp. cum. *speciosus*. quæm tu Lolli. *sic*. ô Lolli. *quod clamore cor*. vide quo modo in campo Martio cum clamore circumstantiū ludis. his autem virtutem Lollij laudare contendit. *fuscinae*. exercetas. *campesaria*. in campo Martio. *Cantabrica bi-* *tul*. *s. duce*. Augusto Cæsare, de quo in odis, Seruir Hispane retus hostis orz Cantaber. s. d.c. *Par-* *thorum fig.* signa Romana, quæ Crassus amiserat. Persia ad Augustū per Tiberium remiserunt iam victi. abeſt. imperio Romano. *adiudicat*. adiūgit. ac ne te retrahas. *et negatois*. subsequentis ludi in villa paterna. te retrahas. amicitia amici. tui. *extra numerū*. sapientia. *modumq^e*. mensuram in- terdum. sup. tamē. *ruse paterno*. in villa patris tui. sensus est, quāuis sapiens sis, & omnia moderate, sapienterque facias, ramen aliquoties ludus proprius simulavus est, ut amico satiascat, ne sine excusatione absis. *partitur*. jocando scilicet, vel imitando verum factum, rem gestam. *ligræsis*. nauicis. *exercitus*. puerorum. *Aetia pugna*. naualem pugnam apud Aetium promontorium, quam gessit Augustus cum Antonio, imitaris. *hostili more*, imitando rem gestam. *refertur*. exprimitur. *ad-* *versarius* est. hæc omnia potes ioco imitari. *frater*. tuus,

aus, ut fingit, est tibi. **Hadria**, mare Hadriaticum, in quo pugnabat Cæsar, & Antonius. **consentire**, obsequi, ut eorum obsequi studiis, aduerlus nemini. **utroq poll**. Syneodochieōs, manu vtrā, sublata, parterē, lepius motu: hoc enim genus est valde laudatiū. **quid de quoq; v. mita feretia**, ac, ut verius dicā, magni præceptum. **videto**. caueto. **percunctatorem**. tyorum secretorum. **garrulus**, quia protinus prodet. **patule** semper patentes ad audiendum. non **ancilla**, monet quādō in domo amici erit, ne amer puerum eius aut puellā, ne forte captus eius amo- re pandat sua secreta. **ulceret**, amore vrat. **intra marmoreum**, in palatio diuitis amici. **dominus**, amicus tuus diues. **mimere te paruo**, dans tibi pue- zum aut puellam, cūm deberes longē maiora acci- pere. **aut munus paruum**, vocat Venerem. **angat**, cruciet, cū non vult dare quod poscis, aut si tibi nō faciat adamare puerū porestarem. **qualem com- mendes**, laudare velis. præclarum præcepū, quādo, inquit, aliquem vis alicui tradere amico, vide ne commendes temerē, ne eius peccatum te efficiat verocundū. **aspico cognoscere diligenter & cōside- tra** eius mores, incutiant, cōmoueāt, **pudorem**, ve- recundiā. **fallimur**, decipimur humano more. **non dignum**, indignū laude. sensus est, quem laudae- ris semel, & eius culpa deceptus fueris, noli illum laudare amplius. **tradimus**, cōmendamus. **de- queris**, tu, tueri, defendere. **ut penitus norū**, hoc est, non debes aliquid tibi ignotum ita tueri, sicut ami- cū tibi, & familiārē. **tentest**, intētent, tuterū, cum amicum quē videris à malo homine vexari. **dente Theonino**, dente mordaci. Luthienus Theō, liber- tinus, dæcitatris amaritudine, præter ceteros, ita patronū suum exasperauit, vt domo eius summo- ueretur, & quaternario legato iuberetur restē sibi palumā emere, per hunc ergo maledici & detra- Etiores intelliguntur. **equid**, nūquid. sensus est, no- li cessare, quin defendas amicum tuū; nam paulo pōst idem vbi euenerit tibi, te vicissim defender: nā cūm proximus vicini tui paries arder, quid re- stat, nisi vt tuus etiā incendatur? est autē honesta allegoria demonstrans vicinorū periculū nostrum esse. **sumere vires**, vt transcant ad proximorū edi- ficia. **dulcs**, sup. est. **inxperitis**, hominib; qui nō sunt experti. **expertus**, ali, quis potenter amicum. **tu dum tua nauis in alto est**, hoc est, tu qui ceperisti, vide ne amicos offendas, & ingratus fias, quo argumēto ostendit, aut non suscipias, das potentiorū amicitias, aut suscep- ptis obtemperandu. **tu**, ô Lollī, **dum tua nauis in alto est**, hoc est, dū nauigas altum mare, est autem hic nauigare, esse in amicitia potenteris amici, cui est obsequendū. **bor aga**, persecuta, nauiga, id est, obsequere. **mutata retrosum**, ne amittas partam amicitia, allegoricōs, nā duites, vt aura, sunt mu- tabiles. **oderunt hil**, præcepta quibus cauedum ne potentiores amici offendantur. **iocosi**, leti, sedarū, lenthum, tardum, nauumq; strēnum, remisi, pi- gri, oderunt, potulent, negantem, renuentem, lu- mere nolentem, **teores**, vomitus, aut teores vi- ni, **deme superoilio**, hoc est, ô Lollī, desine leuerus esle, **acrori**, crudelis, **leges**, deliges, & percuncta- beris ab his, **quarassione**, quia sape per ignorantia vitiosi sumus, leniter, sine molestia, **cupido**, habē- di auiditas, **num**, numquid, **panor**, amittendi me- diocriter, cū mediocritate, & modo, hoc est, nō po- test vlo modo fieri, vt cupido supra modū haben- di, & mediocritas vtiliū rerum possint regnare simuli, **virtutē doct**, interrogatio, hoc est, vtrum do- ctrina sapiamus, an natura? **tibreddas**, vt alibi, mihi me reddentis agelli, **quid pure**, quid verē te de- lectet, & tranquillam viam reddat, **bonos an dul**, que vulgo animū trāquillare creduntur. **lucellum**, **intronq; casinor**, paruu lucrum, **fallentu**, la- tentis, **semita**, philosophia, me quoties, hoc est, quo- ties in meo agro lūm Sabino, **Digētia riuius**, epex- egesis, **Digentia**, nomen proprium riui, **Mande- la bibit**, pagus est in Sabinis, & nō pagus bibit, sed qui in pago habitant, **rugosus**, quia contractos fa- cit, **precarī**, ô Lollī, quid putas me deos aliud pre- carī, dum viuo in rure meo, nisi hoc quod te hor- tor, videlicet, doctrinā, virtutem, imminutionem curarum, & veram delectationē, **quid nūc est**, sa- tis sit quod habeo, **spes bona lib**, notandum quod studio solito, librori copiam prius, quam frugis, fructuq; præcatus est, **neu fluitem dub**, hoc est, ne animus dubia spe vitæ si inflatiabiis, sed **satis est ora**, hæc, inquit, à Ioue petam, quæ mihi præstatre non possum, scilicet vitā, & opes, ceterum vt æ- quum animū habeam, in mea magis est potestate,

C R V Q V I V S.

SI bene te noui, metues lib. Lollī. Eiusdē ferè argu- smēti est hec cū præcedēte epistola, in qua Horatius dicto factōque probat Aristippi sententiā, detestās austoritatē Diogenis nimis horridā, & vt Scœvā ibi monet, comitatis erga potentiores amicos humaniorisq; officij, à quibus citius obse- quēdo quiduis impetrat, quam poscēdo turpiter: ita hic Lollium quoq; rustica libertate rudē, quasi dedolare studet, lenioreq; suis efficere, vt qui icur- se nomine censeret eos omnes qui familiarius agerēt cū suis amicis, urbaniūsque, hoc autem vt fecit commodissimē ex virtutis definitione, quæ sita est in mediocritate, ita & icurras quidē depin- git ex effectis, vt qui plus equo ditionibus sint ob- sequiosi, ad eorum outum iure iniuria quiduis fa- cientes. & non præterit amicos quoque intactos, qui nimis aspera, planēq; agresti libertate vnu- tur in inferiores amicos, adeò vt in eorum grati- am de vel latum quidem vnguem discederent

à semel auferitatis opinione sibi persuasa, ne si vita quidē morte sit cōmutanda, quos in moribus, habitu, gestū, corporis vbi. volunt esse irreprehensibile, ipsi viuis infinitis instructiores obdūtias se vulgo tales necesse nec haberi posse credunt. Itaq. Lolliu ut liberet ab ea seueritatis illaudatæ specie, præcepta tradit ex quibus cognoscat, quomodo sine iusta reprehēsione sit cū amicis viuendū. Primum vt fidei cōmisi tenax sit. Deinde ne sui plū sit quād alieni studiosus, sed amicis se pro viribus accōmodet, corū studia sectetur & approbet, nes ab iis, nisl cū eorū gratia, dīcedat lōgius aut diutius abit: quē si credant lemel suis animis obsequi, & cōsentire studiis, futurum ait vt ipsius non seria modō, sed & ludica magno plausū collaudent. Rursum, ne in laudando vituperandō sine delectu apud quēuis sit facilis, sed percontatorē fugiat ob garrulitatē. prēterea ne in domo pōrētis amici quid amer, cuius frēndi copia, aut parui est, aut ne negata cruciat animū. Ne quem cōmenderemē, aut turati velit; amici quidē poterit obsequiū non graue videri in expertis, sed hoc formidare expertū: quare hoc iugū qui semel subiit, scđulō curerit ne excutiat temerē, sed eius ingenio per omnia morem gerat, aut precium feret ob stultitiam. Postremo Lollium hortatur vt ante omnia doctorum monumenta diligenter euoluat, ex quibus discat in vita quid sequendum, quid fugiendum sit ad animi tranquillitatem, vitamque beatam. *liberrime.* exorditur ab ingenio Lollij, liberi quidem; sed superlatiū gradus plus indicat eum ad alterum vergere, quod in excessu est, *extremum*, quād eam libertatē quē in medio virtus est, nimirū ad asperitatem. *Scurrantes*: qui gaudent alieno cibo. vide quē notauius epist. præcedente ad Scœum. *prabere speciem scurr.* agere scurram, sc̄ipere personam seu parteis turpis asfētatoris. *professus amicum.* *ιπαγήθαπεν θεον*, idest, cū decreuisti ellē atque adeò iam factus es amicus alicui, ut *matrona* argumentum à simili. de matrona vide Satyr. 2. lib. 1. *dispar.* moribus, & ingenio. *discolor.* vultu, gestūque. *αποδέσμης ἔλεγχος*, *άποτελεσματικός τάγματος πάροντος ἐποχῆς* id est: *ταῦται παρέμενες πλὴν τούτων οὐταί οὐτε οὐταί κολακεῖς εἰσιν εἰναῖς.* id est, Antilthenes (apud Stobaeum) aiebat, ut meretrices bona omnia suis amatoribus optat adesse, prēter mentē & prudētiā, ita & adulatores, iis quibus cū agunt. *est huic dīversum vit.* opponitur ex diametro scurritas asperitati mora, viuitū vitio, extremum extremo; asperitas enim culpar non culpanda, scurritas vero laudat non laudanda: at virtus est mediū viuitū ex vtroq. extremo ad definitos gradus desumū, tēperamentō quē certo compositū, quē laudat digna laude, & vi-

tuperanda reprobat; quālis est comitas in amicitia. *prop̄ mārie.* *Ιεράρχης* nāq. plausibilis appetit, & aliquid p̄t te ferre humanitatis, sed asperū esse, mi- nimē. *asperitas agrestis.* *εξαχύτης*, *οὐληγότης ἀρσην*, in vultu, voce, alloquo, tota deniq. vita, & cōuersatione fera quādā, & intolerabilis duritia. *que se cōmendas.* hēc ab omnibus enarratoribus referuntur ad corporis neglectū; quod mihi parū pla- cet, nam opinor eum alludere ad illud Sophoclis in Aiacē malitigophoro, *ἔργα γὰρ οὐ κατέχει* al per e- nīm putat. se commendari tonsa cure. *οὐκέτι κατέχει*, id est, ad cutē vslq. radendo seu ad viuum re- fecādo, *ἀπόρρηψε έτοις οὐγάρος*; id est, etiā tangen- do carnem, hoc est, nimis duriter amicum castigā- do, sic vt ab eius nomine & fama visibī tempe- ret. Sic Plaut. Captiu. Sed vtrōm strictim ne di- cam attonsurum esse, an per peccātū, nescio, ve- rū frugi est, vsque admūtilabit probē. agit de- herō cūcta exactius percontaturo, & velut ad cu- tē vslq. rasuro. ad eum modū duri in amicos ho- mines, arbitrantur se commendari tonsa cure, nom- sua, sed amici & dētibū atris, hoc est, agresti mor- dācitatē, & horrēnda cōtentione s̄pē de re nibili, vt paallō pōst ostendit. sic ode epodica 6. an si quis: atro dente me periuerit, inultus vt flebo puer: *vir- sus est medium vit.* ex hac virtutis descriptione manifestū est, neque scurritatē, nec asperitatē, sub virtute cōtrineri. *υτινης reducunt*. tēperamentū inter se cōtrariis extremitis, vt vtrīq. hinc inde de- cedar aliquid ad medij cōpositionem, qualis tem- peramenti ratio ad medios colores ex cōtrariis ex- tremis, albo & nigro, peritis pictoribus satis est cognita. *imi derisor lecti* legit̄ annotata Satyr. 4. lib. 1. & Sat. vlt. lib. 2. *στενού δινιτί*. hac de cau- fa Crates *τὸς κόλακες φοῖοι εργαζομένοι φάγοις*, id est, adulatores nominauit eccepulones ad nutuū. id enim genus hominis ad nutū diuinitis paret, vt eius menſa adslit & simul indulget genio, sine vla- la honesti cura, omnium dictis annuens. *vel par- tēs minūm.* Asconius Pedianus expōnens illud. Cic. in Verrem, Scilicet vt in actoribus Grēcis fieri vidēmus s̄pē illum qui est secundarū partiū, aut tertiarū, cū possit aliquanto clarius dicere, quād ipse primarū, multum summittere, vt ille princeps quād maximē excellat, &c. actoribus, inquit, Grēcis palliatarū scilicet fabularum, in iis enim etiam Latinē sunt, Grēca omnia seruatūr. Nam Latinē fabulae per pauciores agebantur per- sonas, vt Attēlānz togate, & baiuī modi alia. Tū mox subdit, Comœdia quinque actus habet, hoc est, quinquies dicitur in scena. Est ergo persona primarū partium, quād s̄pē actu regreditur, se- cuadarū & tertiarū, quād minus, minūsq; proce- dit. Terent. primas parteis, inquit, qui ager, erit Phormio.

Militia quamquam piger & malus: vitilis vrb̄i.
 125 *Si das doc parvū quoque rebus magna iuvari:*
Oſ tenerum pueri, balbunq̄, Poēta figurat:
Torques ab obſcenis iam-nunc ſermonibus aurē:
Mox etiam pectus preceptis format amicū,
Aſperitatis, & inuidia corrector, & ira.
 130 *Reclē facta reſert: orientia tempora notis*
Inſtruit exempli: inopem ſolatut & egrum:
Caſtis cum pueri ignara puella mariti
Diſceret vnde preces, vatem niſi Muſa dediſſer:
Poſcit opem chorus, & præſentia numina ſentit.
 135 *Caleſtes implorat aquas doct a prece blandus:*
Auertit morbos: metuenda pericula pellit:
Impetrat & pacem; & locupletē frugibus annū.
Carmine diu ſuperi placantur: carmine manes.
Agricola prisci, fortes. paruoq̄, beati,
 140 *Condita poſt frumenta leuantes: tempore feſto.*

Corpus & ipſum animum ſe ſini dura ferentē
Cum ſocijs operum & pueru & coniuge ſida
Tellarem porc̄, Siluanum Læte piabant;
Floribus, & vino Gerium memorem brevis aui:
Fescennina per hunc inuenta licentia morem
Verſibus alternis opprobria rufſica fudit:
Libertasque currentis accepta per annos.
Lufit amabiliter, donec iam ſexus apertam
In rabiem caput vertitocuſ, & per honeſtas
Ire minax impunē domos, doluere cruento
Dente laceſſit, ſuit intactis quoque cura
Conditione ſuper communi. quin etiam lex,
Pœnaq̄ lata, malo qua nolle carmine quemquā
Describi, vertere modum formidine fuſtu
Ad benedicendum delectandumq̄ redalitī.
 145 *Gracia capta ferum viſtorem cepit: & arteis*
Intulit agrefli Latio. ſic horridus ille
Defluxit numerus Saturnius, & graue virus
Munditia pepulere, ſed in longum tamen euum
Manſerunt, hodieq̄ manent vſtigia ruru.
 150 *Seruſ enim Gracis admouit acumina chartis:*
Et poſt Panica bella quietis, querere cœpit, (ret.
Quid Sophocles & Thespis, & Aeschylus veſte fer-
Tent ſuit quoque rem, ſi dignè vertere poſſet:
Et placuit ſibi natura ſublimis, & acer.
 155 *Nam ſpirat tragicum ſarib: & feliciter audet,*
Sed turpem putat in ſcriptis metuique lituram.
Creditur, ex medio quia res arceſſit, habere
Sudoris minimum: ſed habet comœdia tanto
Plus oneris, quanto venie minuſ. aſpice, Plautus
 160 *Quo pacto parteis tutetur amanti ephebi:*
Vt patru attenit, lenonius vt inſidiosi:
Quantus ſit Doffennus edacibus in paraſitu.
Quām noſi aſtricto percurrat pulpiſa ſoco.
Geffis enim nummū in loculos dimittere: poſt hoc
 165 *Securus cadat, an recto ſteſt fabula talo.*
Quem tulit ad scenam ventoso gloria curru,
Exanimat lentus ſpectator: ſeduliuſ inflat.
Sic leue: ſic parvū eſt, animū quod laudis auarū
Subruit, aut reficit. valeat res ludicra ſome.
 170 *Palma negata macrum, donata reduciſ optimū.*
Sape etiani audacem fugat hoc, terret q̄, poēta;
Quod numero plures, virtute & honore minores,
Indocti ſolidique & depugnare parati.
Si diſcordeſ

- 183 Si discordet eques, media inter carmina poscunt
Aut versum aut pingiles his nam plebecula gaudet.
Verum equiu quoque iam migrans ab auro ro-
luptas
- 184 Omnis ad incertos oculos, & gaudia vana.
Quatuor aut plureis aulae presumunt in horas,
- 190 Dum fugiunt equis turme, pedumq; ceterne.
Mox trahunt manibus regum forensi retortis.
Effusa festinans, pilenta, perorata, nauis.
Captiuum portatur ebur, captiva Corinebus.
- 195 Si foret in terris rideret Democritus, seu
Diversum confusa genus panthera cameo,
Siue elephas albus vulgi conuertaret ora:
Spectaret populum ludis attentius ipsis,
Ut sibi prabente mimo spectacula plura.
- 200 Scriptores autem narrare putaret a scillo
Fabellam sardo. nam que peruincentre voces
Eu. luere sonum, referunt quem nostra theatrae.
Garganum mugire putas nemus, aut mare Tuscum:
Tanto cum strepitu ludi spectantur, & artes,
Divitiaeq; peregrina: quibus oblitus auctor
- 205 Cum steti in scena, concurrit dextera leue.
Dixit adhuc aliquid? nil sanx. quid placet ergo?
Lana Tarentino violas amicatas veneno.
Ac ne foris paces, me, quae facere ipse recusem.
Quarectè tractent alii, laudare malignè:
- 210 Ille per extentum funem mibi posse videtur
Ire poeta, meum qui peccatum inaniter angit,
Irritat, mulcet falsis terroribus implet,
Ut magus: & modò me Thebù, modò ponit A-
thenus.
- 215 Verum age, & hui qui se lettori credere malunt,
Quam spectatoris fastidia ferre superbi;
Curam redde breuem: si munus Apolline dignum
Vis complete libri, & vestibus addere calcar:
Ut studio maiore petant Helicona virentem.
- 220 Multa quidem nobis facimus mala sepè Poete:
(Vi vincta egomet cadam mea) cum tibi librum
Sollicito damus, aut fesso: cum ledimur, vnum
Si quis amicorum est ausus reprobendere versum:
Cum loca iam recitat areoluimus irrevocati:
- 225 Cum lamentamur non apparere labores
Nosfr, & tenuis deducta poëmatica filo:
Cum speramus eorum venientiam, res sumit arque

Carmina reficeri nos singere, commodatos vist
Arcessas, & egeret vetes, & scribere cogas.
Sed tamen est operae pretium cognoscere, qualeu
Aeduois habeat belli spectata, domique 130
Varum, indigno non committenda poëte.
Gratus Alexandro regi Magno fuit ille
Charillus, incultus qui versibus & malè natu
Reputul accepisse regale numisma Philippos.
Sed veluti tractata nota am, labemq; remittere 235
Atramenta, ferè scriptores carmine fædo
Splendida facta dinunt. idem Rex ille, poëma
Qui tam ridiculum, tam catè prodigus emis:
Edicto veruit, ne quis se, prater Apellem,
Pingeret; aut aliis Lysippo duceres era, 240
Foris Alexandri vulnus simulantia, quod si
Iudicium subtile videndi artibus illud
Ad libros & ad bac Musarum dona vocares:
Baculum in crasso iurares aère narum.
At neque dedecorant tua de se iudicia, atque 245
Musara, que multa dantis cum leude tulerunt
Dilecti tibi Virgilius Variusque poëte:
Nec magis expresi vulnus per ænea signa,
Quam per vatuum opus mores, animique ritorum
Clarorum apparet, nec sermones ego malem 250
Repente per humum, quam res componere gestas:
Terrarumque strew, & flumina dicere, & arcus
Montibus impositas, & barbara regna, cuiisque
Auspicijs totum confecta duella per orbem,
Clastraque custodem pacis cohidentia Ianum, 255
Et formidat am Parthi, te principe, Roman:
Si, quanquam cuperem, possem quoq; sed neq; patru
Carmen maiestas recipit tua: nec meum audet
Rem tenere pudor, quam viriles ferre recusent.
Sedulius as aurem, stulte quem diligit, vrgit: 260
Principiè cum se numeru commendat, & arte.
Discit enim ciues, meminitq; libentius illud, sur.
Quod quis derideret, quā quod probat & venera
Nil moror offi: iū, quod me grauat: ac neq; facto
In peius vulnu proponi corveus vsquam, 265
Nec prauè factio decorari versibus opto:
Ne rubeam pingui donatus manere: & vna
Cum scriptore meo capsa porrectus opera,
Deserat in vicum vendensem tuus, & odores,
Et piper, & quicquid chartu amicitur inepti. 270
Com-

COMMENTATOR.

CVM tot sustineas & tanta negotiaſ. Augusto increpant Horatium quod non ad ſe quoque plurima ſcriberet, vt Suetonius auctor eſt, in pri- mis cum laude Cæſaris ſe ſe excufar, ne iſum in re publica occupatuſ, ſuis ſcriptis deſinereſ, deinde paulatim eò delabitur, vt iudiciuſ ſei cōporis dam- ger, quo antiqui Poëtae laudauſt quidem propter retuſatem, ſed noui contemnuntur, etiamſi veteri- bus ſint meliores. ſolus. mire ſolus. appetet enim deuictio Antonio, & mortuo iā Lepido, qui triu- uiſi cuſ Augusto fuerant, hanc epistolam ad Cæſa- rem ſcripta, euerſi. protegas. moribus. ſuis. legibus. tuis. in publica in rei publica utilitate delinquam. longo fermone. lōgiſ & prolixis ſcriptis. moror. tardē, occupe. tua cōpora. quibus occupatus eſt: aut tem- pora regnati. Romulus. laudat virtutē Cæſaris, qua dicit ei ſoli contigifſe, vt inuidiam viuſ superaret. & cuſ Caſtor Pol. fratres fuere filii Ledz. poſt inge- nia. poſt hinc vitę. deorū in temp. diuinis honoribus conſecrati. hominumq. col. g. dū excolunt, & ad me- liorem ſtatū perducunt. componant. ſedant, finiūt. Virg. ante diem clauſo cōponet vefper Olympo. agros affigunt; dū diſtribuunt colonias, id eſt, cuſ vacuas hominibus ciuitates aliunde adductis habi- toribus implent, & agros eis adiacenteſ diuidūt. oppida condunt. iuicuad. dum ea, inquit, faciunt quz tu, & tamq. aſt fuerint tam grata plorauerent. ſupp. duſi. haec omnia fecerent. fauorem. laudem. ſperatum. à populo. qui contundit. Herculem ſig- nificat; qui inter duodecim nota portenta Hydrā quoque peremit: quilicet tantæ fortitudinis eſſet, non caruit tamen inuidia donec mortuus eſſet. fa- talis. mire fatali: ita namq. hic laboſ ſemper exer- cuit Herculem, vt fatalis crederetur. vt Poëta, vt duros mille labores rege ſub Euryſtheo fati Iuno- ni iniquus pernulerit. aut fatali, id eſt, capitali, vt fatalis incertisque iudex. compreſi. cognouit. do- mari. compelſi poſt mortem. ſic alibi, virtutem incoluſem odimus, ſublatam ex oculis querimus inuidi. viri enim. inuidi labore ſtimulat, inuidos facit. fulgore. sapientia ſua. pragauat. auger. ex- tintus. mortuus. ſup. tamen. preſenti. viuenti. maenras. opportunos. ante conſeruationem. ho- nores. deorum.. iurandas. ad quas iure debemus per nomen tuum. Exequitur dicere quorū illa tendant: & eſt ſenſus, alii quidem poſt mortem impendimus honores adificando templa, confe- crando altaria, ſupra quæ iuramentum perſolu- tur, ſed id tibi viuo impendimus. nil. nullum ta- lem. alio tempore. nil ortum t. adhuc, quæ- lis tu es. ſed tuus hic pop. ſenſus eſt: tuus populus Romanus hoc tantum bene iudicat, quod te om- nibus preſent, ſed in aliis errat, quæ nō ſimili ra-

tione ponderat, dum omnia noua fastidit, etiam ea quæ à Poëtiſ ſcribuntur nouis, adeo delectatus ve- teribus, vt leges 12. tabularum, & ſedera cuſ anti- quis regibus facta, cum Sabinis & libros annaleis, ita veritati habeant consona, quaſi Muſe ea ceci- nerint in Albano monte. in uno. in una re. di- cibus. regibus. aſtimat. diiudicat. ſemora. abſtracta, ac per hoc defuncta, completa. fastidit. ille popu- lus. ſic. adeo. bis q. vi. id eſt, decemviri: nam poſtea duæ tabulaſ ſunt ad litze. ſanxerunt. con- firmarunt. aquat a. conſociata. Sabinus. cum qui- bus æquabat cōdiciones. pentifcum lib. quos Nu- ma ſcriptos reliquit. annosa. volumina. Epexe- ſis veterum Poëtarum & Sibyllatum futura p̄- diſcentium. Muſas in mont. lo. quia Egeria Nym- pha dicitur cuſ Numa Pompilio in Albano monte fuiffe locuta. ſi quia Gracor. ſenſus eſt: si Roma- nus populus ideo negat nouellos Poëtas bonos eſſe, quia non ſunt antiqui; nihil reſtar, niſi vt de- negemus ea quæ ſunt naturalia: ita vt os olea nou- ſie durum, nec testa auciſ: quod eſt contrarium. truſina. codem examiſe quo Graci. quod multa loq. contra corum iudicium eamus. nil. ſupp. eſt duri. venimus. ergo perfecti ſumus, nō haberam- plius fortune felicitatis quicquā quod nobis p̄a- ſter. pingimus. nos Romani. dies. processus tem- poris. arroget. afferat. id eſt, ſi vetuſtas, inquit, & honestas in carmine tamquam in vino per tempus inquirenda eſt, velim ſcire quorus annus laudabile carmen efficiat: verū illud quod retro centū annis compoſitū eſt, an illud quod nuper. ab hinc. retro. deſtitit. mortuus eſt. perfectos. ideo perfectos, quia veteres. referrit. computari. viles. ideo viles, quia nouos. finis. annorum definitio. eſt. vetus. annorum determinatio. probus. laudabilis ille Poëta. quid? qui de. defunctus eſt & interrogatiuē. minor. in- nior. id eſt, quid de illo Poëta dicemus, qui poſtil- lum qui ante centū annos mortuus eſt, deficit vno tantum anno vel mense posterior? an quos. an in- ter eos ſcilicet nouos. reſpuit. non quia indoctos, ſed quia nouos. iſte quidem. reſponsio. anno. de centū annis. ut or permiſſo. Horatius. paullatim. ſicur, inquit, paullatim carpitur cauda equi quo vſque tota ſit extraēta, ita & ego paullatim eu- clam numerum centum annorum, donec ſubducto aceruo numeri diciptatur ille qui per retuſatem temporis laudat Poëtas, & aſtimat virtutem car- minis numero annorum. ruens acerui. hic aceruuſ eſt Sorites, qui p̄adominans eſt, cūm falſitatem veritate conſiſmat: vt ſi quis dicat, Dico me men- tiri & mentior, verum igitur dico. eſt etiam Sorites cūm ultra modum capacitatris affiſionem au- dientis breui adiecture producit, dicendo, vnum, & vnum. vt hic Horatius facit. fatus. annoaleis. f. f. virtutem.

virtutem. sup. carminis. miratusque. probat. Libitina. facetē dictum: quasi à feretro laudationem. Poëta defunctus accipere debeat. *Libitina. fere-trū. id est. mors. Ennius & sap. Philosophus; nam vidie in somnis animam Pythagoræ in suum cor-pus deuenisse. & fortis. bellicosus. propter ani-mam Euphorbiique transierat in Homerum. & alter Hom. quia le eius animam habere dicebat. critici dic. x̄eons, id est, judicium: x̄eons, id est, iudex singularum rerum: itaque secundum criti-corum sententiam Ennius secundus fuit ab Ho-mero. per hos ergo Poëtas qui sequuntur, ostendit sapientiores esse nouellos quam veteres; quia quanto iuniores, tanto perspicaciores. *leniter cura-non curat. quo promissa. quem successum habet.* utrum ea sit nec ne: id est, an Pythagora μνημό-*χως vera si ad falsa. hoc est. anima transmigra-tio ex uno corpore in aliud corpus. Nauim. iunior Poëta. in manibus. in vita. &. supp. tamē. men-sibus. supp. legentium. sanctum. venerabile. am-bigitur. dubitatur. v̄er utro. v̄er de duobus di-citur; quis de pluribus. prior. melior. senia. So-phoclis. alti. Eusipidis. Actius iunior poëta suo ingenio præcelluit Euripidem, qui fuit altus & ingenio sublimis. *Afrani toga.* Afranius togatam Comediam scriptis, id est, Latinam; nam Græcæ Palliate dicebantur. Afranius in Comœdia secu-tus est stylum Menandri, & ideo toga dicitur illi conuenisse, id est, stylus. properare. appropinquare laudi Epicharmi, qui fuit antiquus. Comicus Siciliensis. vincere. supp. dicitur alios Comicos. granitata. verborum. Terrena. arte. proprietate verborum & dispositione, vnde principatum inter omnes Comicos habere dicitur. *hos ediscit. anti-quiores. Nævium, Pacuvium, Aclium, Afranium &c. memoria. tenent Romani & admirantur in theatris, despicientes iuniores licet præcellant. bipata. circumdata. spectac. admiratur. hos. ve-teres. ad nostrum. supp. v̄isque. Linii. pro Liuji. Liuius Andronicus antiquissimus Poëta primus Co-medias scriptis. est. supp. aliquid in quo peccat. miratur. vulgus. aperferat. præponas illis. com-pares. coqueret. errat. supp. meo iudicio. credit. affirmat. ignauè. humilietur & rustice. ordo est, eti sateret eos multa ignauè dicere. *mecum facit. me-cum sentit. equo. sibi propitio. infector. detraho. expurgat se dicens, quod non per inuidiam talia loquatur de veteribus Poëtis: non censeo, inquit, delenda carmina Liuji, quæ quondam mihi dicta-uit sequens Orbilius magister, sed indignor & miror alii ea præferri tamquam emendata, nihilque di-stantia à perfectis carminibus, cum adhuc sint mendosa. plagosum. plagas inferre gaudentem. Orbilius. doctorem meum. per transitum carpit****

& ludit Orbilius ludimagistrum. *exactus. perse-ctis. inter qua. carmina Liuji. smicuit. ex inspe-rito apparuit. concinnior. sonorior. venditæ. lan-datione cōmendat & pro honesto computat quod vile est. reprehendit. in recentioribus. cras. rusti-cæ. inlepidique. indecenter. sed. sup. indignor ob hoc reprehendi quod nuper compositum est. ne-veniam. sup. indignor posci antiquis, sed eis de-ferri præmia. & honores. Atta. antiqui Poëta. fabula peram. quæ inscribitur Materterra, recte nec-ne perambulet crocum florēisque, id est, in scenam recepta sīr, quæ floribus & croco spargitur. si da-bitem. quid ergo fore credes si reprehendam? pa-tres. senes, aut senatores. gravis. compositus. do-fus. peritus actionis. Aesopus autem & Rofcius fuere nobilissimi histrio[n]es. egit. in scena recita-uit. durum. quibus sola placet antiquitas. perere-culpari à minoribus. imberbi. in sua pueritia. per-denda. amittenda. obliuioni tradenda. fateri. lūp. turpe purant. Salij Nume c. quod sacerdotes Salij cantabant; qui Salij dicebantur, quia circu[us] aras saliendo canebant. carmenauē Numē erat hym-nus quem fecit cantari à xij. sacerdotibus Martis. ministris, in celebritatem illius dici qua ancile de celo cecidit. fuerat enim fatatum, quod quād diu illud haberet Romanum imperium, nō pataretur detrimentum aut periculū alicuius destructionis. quod mecum. qui dicit me nescire quod ipse nescit. ingenies. maiorum, quibus non tam fauet quāna nos odit. sepultus. defunctis. nostra. scripta nouo-rum Poëtarum. nouitas. noui Poëta. tererētque. in vsum conquereret. viritim. per singulos viros. ut primum. postquam. positi. depositis. rugaz. ludere & otia sectari. in virtutem. deliciarum pro-pter prosperitatem. fortunæ. nunc. aliquando. asbletorum. certaminum. assit. cupitdē desidera-uit. marmoris. sup. nunc. id est. aliquando. fa-bros. artifices. amanit. cupidē periit. suspendit. sup. nunc. id est. habuit vultum suspensum, id est, dependentem à tabulis pictis, id est, admirata est picturas. tibicinibus. tibia canentibus & fistula. tragediæ. actionibus Tragicis. submatrice. hoc est, ita lasciuiebat, inquit, populus per diuersos ludos, sicut pueri sub nutrice solet lasciuere. expidē pot. sup. Gracia. matræ. celeriter. plena. id est, satia-ta. ut alibi, & amata relinqueret pernix. aut odio-. alicui. ostendit nil nos amare vel odiisse, quod tan-dem satietate non mutetur. hoc pacies h. ut diuer-sis. studiis animi paſcerentur. ventique ſec. prospira. Roma. Roma. sup. quondam. transit à Græcorum studiis ad veterum Romanorū confuetudinem, quæ à posteris fuit mutata leuitate populi, versā-que in studium poëtria. sollempne. confuetudine vſitatum. recluſa. aperta. clitenti. amico minori. premore.*

promere iura. de iure respondere. *cavos num.* sub chirographo datos. *nominibus.* idoneis debitoribus. *secuti,* honestis & legitimis, non etiā illicitis *maiores.* senes. *minori.* iuniori. *dicer.* sup. studia. *crescere res.* augeri bona. *dannoſa.* proprium epitheton libidinis. *musauit men.* hoc est, omnibus dictis studiis postpositis poëtice solam complectitur. *calor.* feruet, accenditur, incitatur. *pueris.* omnis zetas. *seueri.* proprium Epithetō. *fronde.* edera, que est Poëtarum. *ipſe ego.* Saturē; nam sibi quoque nō pepercit. *Parthus.* qui perfidi ſepe fuere ducibus Romanis; nam Crassodatis induitis, rupto ſcedere ſubito eū. *adorti sunt & peremunt.* mendacior. dicit tanto ſe ſtudio Poëtice teneri, ut in publico quidē mentiretur ſe verſuſcribere; at domum tamen reuersum ante ſolis ortum tabellam arripare. *prius orto f.* ante ortum ſolem. *nauem ag.* ducere, gubernare. haec exempla faciunt contra Poëtas, qui audent ſcribere verſus, cum tamen ſint ignari poëtice, quando in aliis ſtudiis nemo ſit tam temerarius, qui audeat aliquid nifi antea perdoctus. *ignarus nauis.* Pers. nauem ſibi ſi poſcat peronatus arator luciferi ruſis exclamet Melicerta periffe frontem de rebus. *abrotanum a.* Pers. Diluis eleborum certo compescere puncto ignarus , vetat hoc natura. *didicit.* medicandi arte. *promittunt.* proſtitentur. *fabricia.* opera. *scribimus.* nos Romani. *indocti d.* ſic in arte poëtica: qui nescit verſus, tamen audet fingere. *hic error.* quo docti indoctique ſcribimus. *error.* paruus. *leuis.* leuitatis plena. *virtutes.* vtilitates. *collige.* argumentare. docet quomodo poſſe diſcerni bonus Poëta à falſo, ſeuans bonū ordinem ſecundū artis præcepra, dura ostendit: quibus malis carere debeat, & que in ſe habere bona. *derimenta.* damna. *ridet.* pro nihil depurat. *socio.* ſuo. *incogitas.* intendit, molitur, non cogitat. *ſiliquis.* leguminibus. *pene secundo.* non ſilagineo, nō primo, nō poſtemo, fed dilipſorario. *piger.* malus, imbellis, *γνυμος,* ſegnis. *utilis.* ſup. tamen eſt. *ſi das hoc.* ſi permittis Cæſar. *paruis quoque.* id eſt, vt magnæ reſiuentur paruis. oſteſdit non paruam vtilitatem ſuis carminibus poëtas adferre vrbī; nam pueris & puellis patrimis & matrimis ea decantantibus irati dij placari creduntur: quale eſt iphiſus Carmen ſeculare in Capitolio ſic cantatum. hoc autem antiquitus ita institutū fuſe pro felici ſtatu recipi. vt zetas innocentior carmine Deos placaret. *figuraz.* cōponit docendo: poëticas lectionibus or. intantis adhuc debile balbiūm que corrigitur. Pers. & tenero ſupplantat verba palato. *iam nunc.* à puer. *ſermonibus.* vitiolis & turpibus. *mox etiam.* deinde. *peſtis.* pueri. *formas.* informas. *amicia.* vtilibus & honestis ſen-

tentijſ. *corrector.* monitor & caſtigatoſ. *reforſ.* laudat. *orientia tem.* futuræ ætatis. *notis.* pratoritatis rebus gestis. *ſolatūr.* præceptis Philoſophicis. *ignara puell mar.* virgo. *preces.* hymnos verſibus compoſitos, dithyrambos, pænas, odas, proſodias &c. *chorus.* puerorum ac virginum. *preſentia.* propitia. *implorat.* ipſe chorus. *docta predocte.* composita, vel quam didicit auertit. carmine. vt Maro de morbis. Timidi damaſ morbiqne fugaces nunc int̄ que canes & circum tecta vagantur. *pacem.* deorum & ſinem belli. *forſes.* ad laborem. *paruoque bea.* paucis contentu. *condita poſt.* poſt mellem. *leuantes.* teleuantes. *tempore.* die. *corpus.* ſuum à laboribus. *finis.* ipſius laboris. *pueris.* hilis, vt ne pueri ne tanta auimis. aut pueris, id eſt, vernis. *Tellorem.* Cererē. *porco.* iuc vel porca. *Genium.* deum naturæ. *eui.* vix. *Fescennina.* iocularia carmina, probrolāque: ſic diéta à loco vnde primū procelerunt. *licentia.* perulaaria, propter laſciua & proterua verba. *morem.* conſuetudinem cantandi, & mutua opprobria obiectandi. *libertasque.* Fescennini carminis. *accepta.* coſfirmata. *annos rec.* ſingulos. *lufit amabil.* quia tam diu lulus, comediaz, & carmina Fescennina fuerunt amabilia, donc ipſa libertas verteretur in vitium maledicentia publicæ, nominatim vitia carpēnd: Quare indignati non ſolū illi qui detractionibus contumeliiſque lalefabantur, verū etiam quibus ingratū erat nobilibus peroniſ con-tumeliam inferri, lege coniūterunt, vt nemo nominatim carperet aliquem nifi fuitib⁹ cædi vellet. *apert. in rab.* in aperta conuicia. *ire domos.* familias nobileis. *minax.* terribilis. *dente cruento.* mortu⁹ detractionis. *Laceſſi.* nobiles. hæcad Co-mœdiam archæam, id eſt, antiquam ſunt referenda, que mordax fuit ſub Polemone Comico apud Atheniensis, qua poſtea ad Romanos tranſlit. fuit intat̄. licet noa carperentur, tamē alios carpi dolebant, timenteſ ſe quoque aliquando lædi posſe. *quinetiam l.* qua cautum eſt ne quis carmē maledicū ſcriberet. *vertere mod.* rationem ſcribendi. *formidine fuit.* propter ſupplicium fuituarium coſtitutum in auctorem carminis maledici. *ad benedict.* non lacerandum aliquem aut vituperandum. *victorem.* Romanum principem. *cepit.* gratia literarū. *agrefi.* adhuc indocto: quia ante cognitionem artium rustici erant & rudes. ſic per translationem liberalium artium. *horridus.* in-compoſitus, defluxit. mollius cœpit fluere, aut deſiit. *numerus Satyr.* id eſt, vetus carmen Italiz: Saturnia enim Italia dicta eſt. *graue virus.* morū rusticitas & carminum id eſt, poēſis que erat Saturni temporibus. *mundissia.* artes liberales affi-dio ſtudio exultæ. *auum.* ſeculum. *vestigiarur.* ſuſticipitatis

rusticitatis simplicitatisque in Romanis Poëtis.
 fersus. Romanus. *acuminis*. oculorum, sensuum,
 ingenii. *quietus*. fugato Annibale. ostendit post
 deuictam Africam Romanos cœpisse pœnitèce ope-
 ram dare. *quid Sophocles?* omnes Græci Poëtæ.
 ferrent. dicent. tentauit. populus Romanus.
 rem. poëma Græcum. vertere. transferre in ser-
 monem Latinū. placuit sibi. populus Romanus.
natura. ingenio naturali. *Tragici*. sublimem. ma-
 teriâ aggreditur. *feliciter*. sup. quod incipit. *me-*
tristisq; lit. timet emēdari quod scripsit: & hæc cau-
 sa est cur ingenii Latinorum noui peruenient ad
 perfectionem, quod stulte erubescant. *ex medio ex*
vulgo. *quia res arcifissi*, quia vulgareis res scribit,
 est autē hyperbaron. ordo est. Comœdia creditur
 habere minimū sudoris, quia arcifissi res ex medio,
 id est, quia de communibus rebus loquitur: ut in
 arte poëtica, ex noto carmen fictum sequar. *one-*
ris. inscribendo. *aspice Plau*, hortatur lectorem
 vi studiosè consideret, quomodo Plautus discurrat
 per Comœdiām, pueris, ephebis, patribus, seruis,
 singulis personis suas partis tribuēdo. *partes tut*,
 senem vt senem, puerum vt puerum describendo,
 &c. *attensi*. auari, seueri, *infideli*. loculis infi-
 diantes. *quantus*. sup. *aspice Dossennus*. Attella-
 narum scriptor. *edacibus*. gulolis adulatoriis.
non astricto. sed amplio. *socco*. eloquio. metaphor.
 uotat. loquacitatem ipsius: modestus enim &
 parcus in sermone dicitur habere. quasi astrictum
 soscum. *gesfit*. gaudet Dossennus magis lucrum
 quam laudem adipisci. *post hoc*. post luctuam per-
 ceptum. *cadat anx*. si placeat an explodatur. *qua-*
tulis. transit ad gloriosum Poëtam, qui si nō lau-
 detur & animum. & artem abiicit, tristaturque:
 contraria laudari se vident fit temerarius ac tumeficit.
quem. sup. poëtam adduxit. *gloria*. *vana*. *lenitus*,
 piger & negligens. *sedulus*. diligens, attentus. *in-*
flat. supp. *gaudio*, superbire facit. *sic leue*. ita bre-
 uis & parua est laus subtrahita vel adhibita. *valeat*.
 abeat, pereat. *Ludicra*. iocularis. Comœdia. *palma*.
 laus. *macrum*. tristern. *opinum*. reddat latu. *au-*
daceam. bonum & fortrem. digressio. *quod*. supp.
 siot. *plures*. sup. quam docti. si *discordes eq. eque*
 stris dignitas. hoc est, si eques dignitas obmu-
 murando studium populi sibi displicere. ostendarat,
 statim ad arma conclamata populus, carminaq; re-
 mouenda, & alios ludos producendos. *media int*.
car, quæ recitanteur. *aut pugil*. Terent. pugilum
 gloria, suu. imboli codem accessit expectatio. *bu*.
ludis. *gauder*. hos ludos præfert carminibus. *iam*
migravit. à nobilium virorum auribus recessit de-
 lectionis audiendorum carminum, qui tamen ver-
 us index esse solebat. *voluptas carminū*. ad *in-*
certos. qc. *al*. *incerta ludq; spectacula premuntur*.

impeditur, seu diu pressa quiescunt. *autem ap-*
paratus prætextare. dum fug. id est, dum Pyrrhi-
 cha populus delectatur. *trahitur*. sup. dum. *ma-*
nibus reg. for. id est, reges captiuū trahuntur: vide-
 tur Iugurtha cum duobus suis filiis vincetus repre-
 sentari ad illusionem. *effeta fest*. hæc vehicula sunt
 captiuorum: sunt autem Gallica. *pilenca*. vehicu-
 la matronarum, sicut petorrita famularū. & hæc
 omnia ad spectaculum adduccebantur. *maner*. aut
 in pictura, aut dum trahuntur per Tiberim, qui nō
 aberat procul à theatro. *portatur*. in spectaculum.
captiuus Corint. opes Corinthi, vasa Corinthia, &
 ipsa vrbs depicta. *senus autem est*, dum Poëta re-
 citarent in scena sua carmina, vel dum ageretur
 Comœdia, populis ad trevis vel quatuor horas cœ-
 uerit suos oculos ad alia spectacula, quæ in thea-
 tro exhibebantur: deinde exorabat bestiarum ma-
 gistros, ut adducerent in theatrum. Camelopardali-
 um, aut Elephantum album: quo etiam se con-
 uertebant nobiliores aliqui, qui præcipiebant cel-
 late recitationem carminum, aut Comœdiām in-
 termitti. quæ res non passim turbabat poëtas. *si*
forcer. si viueret. *rideret*. stultitiam hominū. *pan-*
thera cam. dicitur enim Camelopardalis nasci ex
 panthera & camelo. *sive elep. alb*. qui iouentu ra-
 rus est. *spectaret*. Democritus, & rideret. *sibi*. De-
 mocrito. *prætentem*. populum. *mimo*. quam mi-
 mus, histrio. *scriptores*. poëtas. *putares*. Demo-
 critus. *Garganū*. Garganus mons est Apulie. ar-
 tes. mimorum. *divitiae per*. in vestitu actoris &c.
 quibus. divitias peregrinis, vario cultu. *oblitus*. in-
 dutus, quasi circumlitus & commaculatus. *concur-*
ris dex l. plausus datur, priusquam aliquid dicatur.
 dixit adhuc interrogatiū legendū, loquitur
 ex persona corum qui recedentes à pulpito ad lu-
 dos ierant, iterūmq; iterūmq; requirūt, utrūactor
 aliquid boni vel noui dixerit. *nibil sanè*. respon-
 det ille. *quid placet*. sup. populo. *lana Tarent*. id
 est, sola vestis actoris. *lana*. sup. tincta. *veneno*. fu-
 co. ne forse p. ò Auguste. *lensus est*, ne ò Cæsar for-
 tas cogites me vituperare, quod alij faciunt Co-
 mœdi & Tragedi, dicā tibi, ille Poëta videatur mihi
 bonus esse, & rem difficilē aggredi posse, & quasi
 funambulus per funem discurrere, qui & vi catni-
 nis de inani re moderatur affectus animi mei, ut
 aliquid scribens nunc constringat animum ad doc-
 lorem, nunc prouocet ad forsa, mulcat iterum,
 nunc terreat, & quasi magus promittat se agere
 magna: videlicet ut describens locum Thebanum
 vel Athenarū, m̄hi videatur eō me statim trans-
 ferre. *alij*. Comœdi vel Tragedi. *per extensum f.*
 metaphor. id est, iter recte scribendi ingredi. *means*.
 id est, cuiuslibet. *inaniter*. re inani: *vt magnus*. qui sic
 immutat sensus humanos, ut credat id esse. verus
 quod.

quod non est. *verum age.* ô Auguste. & his. sup. poëtis. *spettatoris.* alicuius è vulgo. *fassidia.* qui volunt e despici à populo Rom. *curam reddere.* b. sup. attente audiendo. *Apolline.* vt, quique pīj vates, & Phœbo digna locuti. hortatur Augustum, vt videat diligenter qui poëta sint digni reponi in sua bibliotheca, quos negligentiores vult exitari laude & muneribus. *varibus.* sup. negligentioribus: *cultur* stimulum & irritamentum scribendi carminis. *multa* quidem. Saryricē non parcit sibi, dicens se facere quod cuipat in alijs. *ut vimeta ego:* vt de me ipso loquar, vi mihi non parcām. Prouerbiū in eos dicitur, qui sibi volentes nocent. *cadam:* resecem. *cūa tibi libr.* enumerat culpas, ob quas poëtarum carmina licet bona habeantur tamē *vilia,* quagū hæc est prima, importunitas oblationis: *rum si quis amit.* secunda culpa, impotentia correctionis amicis. *cum lossa.* tercia, iteration recitationis sine iussu auditoris. *irreversari.* iniussi, quæ nemo petit ut repetamus. *cām lamentamur.* quarta, querela iagritudinis lectoris, qui nec laudat nec munera donat. *non apparere.* non vulgari, non laudari. & *tenuis filo.* subtili artificio: *deducta poēti* sup. non apparere. *cū speramus* quinta, spes magnificæ remunerationi, à principibus viris. *ut simul.* mox. *commodus,* tu largus, vilis. *arcessat:* voces, adesse iubeas. inter: *accerio* & *arcello* hoc interest: accerio, id est, *voco,* & *venit à te* aetio acci: quod est quartæ coniugationis: *arcello* autē idem significat quod & primitium eius à quo derivatur, id est, arceo. Secundum Priseianum arcello venit ab arcio, quod nunc dicimus adcio: & est cōpositum ex ar p̄positione, & ciō verbo, quod est *voco*, quia antiqui dicebant ar, pro adi. *sed trāmētis* opere. hoc est, dignum est ut cognoscamus quis poëtarum dignus sit scribere tua facta, quæ nō sunt committenda inepto poëta. *aditros.* aditū sunt templorum custodes & facerdores, dicti ab aede & sacrī tuedis. hic poëtae sunt & vates, qui decantē virtutem Cæsaris pro meritis. *virtus.* sup. tua, id est, tu Cæsar. *indigno:* indocto. *gratus* Alexanorat Alexandrū Magnū, qui sine iudicio poëtam Chœrilum dilexent. *malè natī.* malè compositis, nō ingeniosis. *regale numisma* P. epexegelis. *Philippos.* ordo est, qui Philippos regale numisma retulit acceptos versibus inculcis, & malè natis. *Philippi nummi* Byzantini erant signati vulnu Philippi regis patris Alexandri. *sed velutibz à simili.* *transversa.* conrectata, contactu maculant & polluunt. ferē. sup. sic. *linunc.* obscurant, perdunt, decerpunt. *idem.* Alexander. *tam card.* caro pretio. *alim Lyssippo.* hoc est, alius quam Lyssippus. noua locutio. Lyssippus in signis fuit statuarius. *dueret.* formareret, funderet. *simulantis.* exprimentia, reddentia.

voltum. ora. *iudicium.* Alexandri, ô Cæsar. *vo-* *cares.* referes. *Bœotum.* durum ingenio. Bœoti hebetes sunt habiti, quasi *Cœti, òm̄i x̄p̄ovs.* Bœotus autem aliquis ex Bœotia. *crassō aëre.* dicunt enim Philosophi, quid qui natus est, & viuit in crasso aëre, non sit subtilis ingenij. *natum.* Alex- andrum. *at neque dedecor.* ordo est, ut dilecti tibi Virgilius Variisque poëci, non dedecorant tua de se iudicia &c. *multa dantia.* tui, ô Auguste. *tule-* *rant:* acceperunt, quia iam his singulis donauerat Augustus decies festiū. *nec magis exp.* per hēc Alexandro prefecit Augustum. *per aēneas.* sup. ap- parent per fusionem. *sermones.* intelligit Horatius opus suum Saryrarum. *repentes per h.* humili stylo scriptos. *gesfas.* quæ tua virtus gessit. *montibus im-* *posi:* quæ licet montibus essent impositæ, tamen à te capite sunt. *ansificijs.* tuo ductu. *confecta.* finita. *Iānum.* templum Iani post devictos hosteis, totumque terrarum orbem pacatum clausit Au- gustus. Virg. Claudetur bellī portæ. *te principe.* existente. *si quantum cupi.* iuxta Aescularchum, qui dicebat se non posse scribere quod vellet, nec velle quod posset. *sedulitas autem.* assiduitas autem in laudandis amicis. sensus est: imperitus laudator, dum nimium studiosè laudat, magis vulnerat, & alterit amici gloriā, si malis versibus id agat, quam commendat: curius enim quis memoria comple- ditur quod sūdicum est, quam quod estradmissione dignum; ut malus pictor magis deformat quam ornat nimis cariosè pingendo. *urget.* laudat. *nisi moror:* nolo aggredi quod nequeo. *propo-* *nī cereus.* in publico poni fictus ex cera. *decorari.* laudari. *prauē factis.* prauis versibus. *cum scrip-* *to re m.* in eodem enim libro est scriptoris nomen, & eius qui describitur; ut in Virgilio Aeneas: in Homero Ulysses. *amicitur.* inuoluitur.

C R V Q Y I V S.

CVM tot sustineas & tanta negotia solus. Quod ex aeroibus virisque principibus fa-
ctum erat antea nemini, in hoc Romanos nō pa-
rum collaudat, qui viuo præsentique Cæsari dica-
tis artis honores diuinos exhiberent, ut qui iudica-
rent obies terra marisque gestas ab eo, beneficiāq;
in tempibz maxima nihil habere vetustatem cum
Cæsare conferendum. Verū: eam iudicij recti-
tudinem non habere eos irrēteris, quæsū commun-
ni sensū destitutos, vehementer exprobrat, ut qui
præsentibus neglectis, sola ea censerent optima
quæ essent antiquissima. Sed nec ferre potest eos
aut poëtas viuos, aut recens eorū scripta nulla nec
lectiōne nec laude dignari, quod quām sit ab om-
ni sensū alienū, multis nec id leuibus, argumentis
ff; demonstrat;

demonstrat; in primis Chrysippis syllogismis per detractionem vnius anni & alterius tertijque à centenario, quo anno definita erant à Criticis antiquitatis laus & auctoritas: quam detractionem tantisper fieri posse ait, dum centenarius feret totus corrus, illudatürque Criticum iudicium. Deinde veteres Poëtas cum recentioribus, & eorum inter se scripta committi cupit, vt eos vel ad mentem redire compellat, cognitis antiquorum non paucioribus, & fortasse crassioribus quam recentiorum vitijs: aut eis philautia doceat vel fastu, vel odio, præsentis poëtas impugnare; quando certum sit eos hoc facere, non quod illepidè ineptèque, verum quod nuper scripserint. id autem peruerteri iudicij de nouitate virtutum non fuisse apud Græcos, testantur, inquit, monumenta veterum scriptorū, quæ præsentium manibus teruntur: qui non minus belis inter se, tumultib[us]que finitis lasciuire, athletica exercere, marmora picturasque admirari, ludos exhibere & carmina scribere pulchrum æstimauerunt, quam nunc Romani rebus omnibus terra marique compositis: quos maiorum suorum seueris studiis, instituti que vita, morumque præceptis longū valere iulisi, quid aliud ait quam coniux, comilari, ludere, carmina conscribere doctos indoctosque, senes iuuenesque? Quod certe scribendi studium, inquit, etiam leuis quedam sit insania; tamen quam sit vtile reipublicæ, vel hinc coniucere licet, quod maior pars non agantur habendi cupidine turpique avaritia; sed paucis contenti vitam degant penitus innocentem. & suo carmine fortuna ludicra rident, quæ miseris sollicitant, & animos hominum à curis perturbationib[us]que liberare student: insuper si parvus magna iuuani possunt, os pueri tenerum bene formatum, balbutire poëta dedocet, probisque moribus sermonib[us]que iam assuefactum docet omnem piestatem, prauitatem omnis castigator & recta præcipit, & ventura prædicti: piadostaque carmina decantare, deos iratos placare, & ab ijs fausta omnia impetrare præscribit. Sic agricolæ primi cum coniuge liberisque & vernis ruris labores solati cantionibus fabulisque diis sacra faciebant, luseruntque amabiliter inter se, donec nimia licentia exiret in aper tam maledicentiam; quæ tandem lege in auctores lata, pœnaque fustuaria coercita est. Atqui roditas illa rusticitasque antiqui carminis, cum demum Græcis artibus expoliri cœpta est, quando post bella Punicâ Sophocles, Thespis, Aeschylus & id genus scriptores Græci in manibus esse, eos Latinè vertere Romani scribendō; imitari cœpere, satis quidem feliciter, satisque Tragiæ pro Romani animi sublimitate; sed quod hunc deterret auditoris exibitatio; illi pro voto non

responderet aplausus; alij odiosa esset populi leuitas, ab instituto à multis defitum est, qui malueret à doctis, principib[us]que viris sua scripta legi, quam inconstanti superboq[ue] populo recitari. Cuiusmodi saepe Poëtas simul & hortatur Horatius Augustum, vt ad scribendum munieribus extimile; & eum non minimis laudibus effert; qui non ad Alexandri morem Choril[us] aliquem ineptum ad præclara sua gesta, factaque fortia describenda, sed magnifica, scq[ue], principe digna largitione Poëtas excellentissimos, Virgilium Variumque inuitauerit destinaueritque. Cum tot suffit. Exorditur à depreciatione breuitatis epistolæ, captans Augusti benevolentiam à negotiorū magnitudine, quæ non patitur eum prolixis scriptis legendis operam dare. res Italas. illustratio negotiorum res Italas. imperium & dignitatem Romanam. sic Ode 14. lib. 4. ô tutela præsens Italiz dominazque Romæ. moribus ornes. sic. Ode 15. lib. 4. Et ordinem rectū & vaganti frenatcentiæ iniecit, amouitque culpas, & veteres reuocavit arteis. legibus emendes. eadem Ode 15. Non qui profundum Danubium bibunt edicta rumpent Iulia. Romulus & Lib. diuinii honores Augusto viuo publicè decreti à populo Romano, quod antea nec Romulo nec alicui ex heroibus contigerat, per comparationem commendant Augusto rem publ. Romanam. Liber pater. cur Bacchus dictus sit Liber pater, alibi à nobis dictum est. in templo. an in celos, qui templæ sunt deorum, fanis in terra eis dicatis post mortem, ad denotandam. *āndīos, dūnterrā, b.* typus hic est optimi principis erga subditos. *oppida cont.* Tons. cod. habet, firmant. ploravere. alludit ad *ārī iūsū*. *ārī, ārī rōū nūpērās,* quod est indignat[us]: hoc est, indignantes vlti sunt ingratitudinē hominū, quibus bene fecerant. *hydram, hæc,* inquit Apollodorus lib. 2. lernæ intra paludem Lernam enutrita, plana omnia & campæstria eruptione facta disperdebat, in pecora & agros ſuicbat &c. hunc legit. sed huius fabulæ interpretationem videto apud Palæphatum De nō credendis fabulosis narrationibus. vide adagium. Hydram secas. *inuidiam sap.* huius apud antiquos erat Hydra symbolum: eit enim inuidia monstrum inexpugnabile, innumerisque capitibus armatum, quorum uno reciso, protinus duo vel plura succrescent. *vrūt enīm.* vrūt oculos omnia splendida dñe rū éñlæ, non sine dolore, dein hebetant & caligare faciunt: ita metaphoricos, qui virtutes rebus gestis reddunt graueis aliis & inimitabiles, nominis sui splendore & gloria vrunt inuidos. Prægrauare arteis infra se politas, est virorum bonorum, fortium & artificiū, qui bene, fortiter, & sapienter agendo, sibi arteis virtutesque quasi subiiciunt, moderanturque, & alijs

alijs propè inimicabiles præbent. *præsentib; ad Augustum*, redditio comparationis à dissimili. *per nomen pos.* Bland. vetustiss. habet, numen. hoc autem iudicium populi Romani de aris vino Cæsari sacratis, etiam si collaudet Horatius in gratiam Cæsaris, assessorum tamen magis est, quam ex dicto Solonis vero consentaneum, qui neminem beatum censem dum in viuis esset. *cetera nequaquam aduersaria: nam quem iam iam laudat à fano iudicio populum, nunc contrà reprobatur qui sibi parum constans; vt veteribus ducibus præstulit unum Cæsarem superstitem, non ita nunc, præsentia cetera ex æquo præteritis anteferrat. temporibus defuncti, quæ desierunt esse in tempore: effecta pro causis efficientibus. sic fautor: ex pollio. veterum. eorum quæ à veteribus scripto tradita sunt. *saxeruntur*. partim ex Solonis & Atheniensis legibus, partim ex moribus Spartanis institutisque. *rigidiss.* duris, pertinacibus, propter longa cum eis difficultaque bella gesta. *pontificum lib.* ius pontificale de sacrificiis, *ægypcius in pompeis* dicta Halicarnasseo, si recte memini. *anno savolum*. id est, antiqua, in quibus iam inde à Numa descripta erant oracula & vaticinia. Romani imperij & rerum gerendarum. hyc facit illud Plinij lib. 7. cap. 33. diuinitas & quædam calitū societas nobilissima ex feminis in Sibylla fuit, ex virtis in Melampode apud Graecos, apud Romanos in Martio: quæ Martij carmina sunt apud Tit. Littium lib. 5. *si quia Gracorum*. hæc hypothesis vel ex æquo Romanis & Græcis scriptoribus conuenit, vel naturæ, inquit, dissidentia loquimur. Tale quid apud Stobæum differit de peregrinis & domesticis Poëtis ipse Eupolis, ὁν καθόντες τὸν ξίνον μὴ λέγοντες τοφάντες. οὐ δέ πε τοῖς ιδεούσι τοῖς, μηδὲ οὐ χρέον φρεγάντες, επιδημταὶ τῆς πείναις πάντων δικαιούχοι φρεγάντες τοῖς πατραρχαῖς τῶν φρεγάντων τῷ οὐ λόγῳ, id est, vbi peregrinos quidem Poëtas audiuntis, illis sapientis dicitis: si verò ex nostraribus aliquis illis non insipientior, ad poësin se applicat, omnino videtur despere: quin & insaniare & mente non constare censetis. Bland. cod. antiquiss. habet Graiorum. *pensantur ad. metaphoricos*. nō est quid multa. τὸ quid, pro cur. sic Virg. si ad virtutam spectes, nihil est quoddam pœnula laudes. sensus autem est, frustra cum id genus hominibus contendimus; nam dieere nihil esse doctum, nec laude dignum nisi quod est antiquum, hoc perinde est ac si cum ratione insanias: quis enim sanx mentis nucis corticem neget esse duram? & oleam intus lapillum habere durum? vide adagium, nil intra est oleam &c. Tons. cod. habet, ddrū. *pallinus*. vide oden 3. lib. 4. dulcem quæ strepitum &c. *tauclus*. ἀλφαραβιούς. Plutarchus in Thormistocle;*

ιτι τὸς ἀγῶνας ὅπερ τὸν πατριόδος ἔλαυφι, id est, ad obeunda certamina pro patria se νυχιτ. *si melior*. d. ironica concessio: quia ad iudicium poëmatis aīstemporis vnius habendam rationem, velim id tēpus definiti, vt certi quid eade re cognoscamus, ne perpetuò sit litigandum. *preium chart. cod.* Bland. antiqu. & Tons. habent, chartis pretium, idq; mollius meo indicio. *perficit*. Busl. & Nan. codices habent prospicit. *quid: qui deperit. iōπνιψος* Chryssippea ad concludendum Soriten. *respuit*. sic Bland. antiquiss. Sil. & Mart. quos sequor; reliqui, respuit; vulgari habent respuit. *iste quidē vet.* permisso Critici eius qui redit ad fastos &c. *vtr* *permisso*: quod mibi permittitur, sed datur ab eo qui redit ad fastos &c. *caudæ pilos*. vide adag. caudæ equinæ pilos vellere. & Plutarch. in vita Ser torij. *ruentis acer*. Acerius, hic est Chryssippeus syllogismus, à Chrysippo Philosopho auctore & invenitore, vt videre licet apud Diogenē Laertium in vita Chrysippi. hi autem valde sunt captiosi & fallaces ex amphibolia, compositione, diuisione, aliisque elenchis: vt si quis dicat, dico me mentiri & mentior, verum igitur dico & non mendacium. Tale est illud Lucretij, Deniq; nū sciri si quis putat, id quoque nescire sciri possit, quo se nū scire faterur. Sorites autem Pseudonymus est capiōsum interrogandi genus, cùm aliquid particulatum vel additur vel demitur; quale est hoc Horatij, annū centum anni reddant laude dignum Poëta? Centum. quid si mensis desideretur, debinet esse lectione dignus? non. Quid si annus? non. Quid si duo, tres, quatuor? nō. ergo nō ex annis estimanda est scripti dignitas, addō vt nec antiquissima scripta sint optima. Hac autem consecutione veitur Horatius inducens argumentum à simili, nimirum equinæ caudæ vellenda, inquiens, vñr permisso, id est, concessio, putā, non vñr, alterum, tertium annos demere vel addere auctoritatē Poëta, quare nec centum id posse: quos aceruum hic nominat allusione ad Soritæ significationem. *fastos*. consulareis, libros annaleis. Quidam lib. scripti habent, fastus. *Lithitina*. vide Satyr. 6. lib. 2. *Ennius*. & sap. enumerat antiquos Poëtas lectione laudéque dignos Criticorum iudicio, propter antiquitatem. Ennius autem natus est, auctore Agellio, C. Mamilio Turino (sic legit Signius in fastis, non, vt Agelius, Manilio, nec, vt Glareanus, Manlio Luctino) & Q. Valerio Falcone consl. (nō Flacco, vt Glareanus) anno Vrb. cōd. 514. *sapiens*: quoddam autem Ennius & didicerit sapientia precepta, & sapiens fuerit, testantur eius hi versus artificiosè à Scaligero fil. in ordinem apud Festum redacti: Nec quisquam sophiā, sapientia quæ perhibetur, in somnis vidit priusquam sam dñe dicere capit.

cœpit. Nam, pro ipsam, *critici dic.* Grammatici scriptorum censors, qualis fuit Mecius Tarpa in arte Poëtica. *Nævius in manu.* Cn. Nævius Poëta Campanus fabulas tum primū docuisse, dicitur, anno Vi. cond. 523. cū Spurius Carbilius Maximus Ruga cognomentum cum uxore fecit diuertiū. fuit itaque Nævius Ennio senior. *ad eō sancit. īm̄φόνημα ēip̄orūk̄oī. Pacuvius.* M. Pacuvius Brundinus fuit, ex Ennij sōrōre genitus, vt scribit Plin. vel, vt Eusebius, ex filia Nepos: Tarenti propè nonagenarius diē obiit anno Vrb. cond. 600. auctore Sigenio, Q. Fulvio Nobiliore, Tito Annio Fusio Conſl. L. Actio senior, nam Cic. teste simul fabulas docuere Pacuvius, octogenarius, Actius tricenarius. *Quintil. autem lib. 10. Tragedie,* inquit, scriptores Actius & Pacuvius clarissimi, grauitate sententiārum verborumque pondere & auctoritate personarum; ceterū nitor & summa in excēlēndis operibus manus, magis videri potest temporibus quām ipsis defuisse; virium tamen Actio plus tribuitur, Pacuvium videri doctiorē qui esse docti affectant. hæc Fabius. *dotti senis.* Commentator per doctū ſenem interpretatur Sophoclem, cuius famam vuln̄ obscurare Pacuvius. Sophocles enim supra quintum & nonagesimum annū agens extinctus est. Deinde per altum, quem vult Actiu superare, intelligit Euripidem, qui reuera & altus & superbus fuit, & μετρύιας dicitur. cū enim fabulam recitarer, à populo rogarus, vt sententiam quādam immutaret, respondit ſe in publicum progressum vt populum doceret, non vt ab eo diſceret. Ceterū, vt nō improbē Commentatōrē, nam & Afranius Menandro, & cum Epicharmo Plautus hic conſertus; ita liberum relinquo lectori ſuum iudicium, adeo vt aut Quintiliā ſuprà ſententiā, aut Commentatōrem prober, ſed non ſine ironia. *dicitur Afrani.* hoc est, L. Afranius in togata, cū Menandro conuegit in Comœdia eius palliata, fuit & Attellanarum ſcriptor; ex cuius fabula Agellius, quæ Sella inscribitur, hos versus recitat, *Mē genuit vſus, mater peperit memoria, me Sophiam vocant Graij, vos ſapientiam.* *Plautus ad exemplar.* M. Actius Plautus aliquo tempore vixit cum Nævio: de quo Festus, Poëta Attius qui Vmber Sarcinas erat, à pedum planitie initio Plotus, poſtea Plautus est dictus, *properare.* non laboriosè nec grauiter, ſed humili ſtylo, iacolō nugasque ſcribere suas Comœdias. vide Adag. Siculæ gerre, pugæ, deinde Plautus, inquit Festus, non Atticissat, ſed Siculissat, id est, Siculè loquitur. *Epicharmi.* Epicharmus Syracusius, auctore Suida, vixit anno Vrb. cond. 484. cum Hierone Syracusano. At Neanthes in libro De viris illiſtribus & Strophæaus eum Craftinum fuſſe ſcribunt, à Cra-

ſto vrbē Siciliensi. *Cecilius.* Cecilius Statius natione Gallus, Mediolanensis, Crinito auctore, cōtubernalis Ennij Poëtz, eodem anno quo ille vita defunctus, iuxtaque Ianiculum ſepultus, floruit anno Vrb. cond. circa 573, vt ſcribit Eusebius. *Terentius.* Publ. Terentius Afer Carthaginensis, auctore Donato, vixit cum P. Scipione Africanō, Aemiliano & C. Lælio, quibus vſus est familiariter, anno Vrb. cond. 607, natus ſub ſinem ſecundi belli Punici, mortuusque ante initium tertij, vt ſcribit Donatus. *Lius ſcriptorius.* Liuius Andronicus Romæ primus fabulam exhibuit C. Claudio Centhone Appij Ceci filio, & M. Sempronio Tuditanuſ, conſl. anno ipſo ante natum Ennium anno Vrb. cond. 513, auctore Sigenio. vide Festum in voce *Scribas.* *rectum videt.* non ſemper errat in iudicio, an quia ſuprā probauit eius iudicium in honoribus Augusto decretis? eſt ubi, quando, id eſt, aliquando rectum non videt. *antiquæ obſolete, antiquo more. Ioue iudicat aquo.* huic aduersatur iratis diis. Satyr. 3. lib. 2. vide adagium, Genius malus. *delendaq.* cod. Tonſ. Diuæ, Sil. Bland. antiquiss. legunt, delendāue. *minimum.* Tonſ. Mar. Sil. legunt, nimirum. *Orbilium.* doctorem Grammaticum, qui post militiam iam quinquagenarius reddit ad intermissa litterarū ſtudia, Romæque docuit, maiore certè fama propter acerbitatē in antiſophistas & diſcipulos, auctore Suetonio, quām emolumento. Ciceronis ſtate vixit, atque ad annos propè centum peruenit, amifla rerum omnium memoria. hinc Bibaculus Poëta: Orbilius vbinam est litterarum obliuioſ florēſque per. hoc eſt, ſcenam croco & floribus in persam, theatrāque. *Atta.* Titus Quintius Atta ſic dictus, teſtē Festo, quod propter vitium erorum aut pedis, plantis infiſtens potius attingere terram quām ambulare videbatur, Attellanarum & Togatarum ſcriptor, Romē mortuus eſt C. Mario & M. Aquilio conſl. anno vrb. cond. 452. *Idiſorus* huius carmen recitat, *Vertamus vomerem in ceram, mucronēq; aremus osleo.* quod ſignificat poſt ſtylum ferreum Romanos ſcripliſſe ſtylo osleo. *vel quia mil.* à philautia. *vel quia turpo.* à nimio fastu. ſeas perdonā. adeo diſcile eſt aſſulta relinquare, vt non temere Dionenem dixisse ferant, *νέοντας ιαγόντας νεάντες, μετὸν ἀντί,* id eſt, mortuum curare, & admonere ſenem, perinde eſt. iam Saliphre Numa e. Festus, redamtruat edicitur in Saliorum exultationibus, cū preſul amtrauat, quod eſt, motus edidit, & referuntur in uicem ijdem motus. Lucilius, Praeful vt amtruar, inde & volgū redamtruat olli. vide Dionysiuſ Halicarnass. lib. 1. de Salis; & oden 36. lib. 1. *solus vult ſcri. v.* quia ignorantia confidentiam parit. & vulgo

& vulgo quod laudat quis, id intelligere creditur.
 quod si rūm Gra. confusat iudicium Romanorum
 in recens scripta peruersum, ab æquitate Græco-
 rum, studiōque in nouos suos Poëtas, qui iam nul-
 li essent, nisi tunc recepti fuissent in auctoritatem.
 ut prius pos. huic ferè contentit illud Publiani,
 Fortuna nimium quem fouet stultum facit: animi
 namque mortaliū prosperis & ex sententia suc-
 cedentibus rebus omnibus, opinionēque & spe-
re se, vt otio somnoq; præferat eiusmodi scri-
bendi carminis negotium, quod neque ætatem
decet iam grandorem, neque sibi commodum
sit, cū propter ingeniorum diuersitatem, tūm
propter officia amicis præstanta, & vrbis strepi-
tum diurnum nocturnumque, nisi ipse satis sibi
esse judicer ab ineptis poëtis commendari, cūque
eis mala componere carmina: Nam ad legi-
timum poëma laudēq; dignum conscribendum,
non turbam ait, sed solitudinem requiri, ani-
mōque præstens, cōque censorio opus esse, ver-
susq; castigari debere, non etiam stultorum
more poëtarum, sui studio, aut virtiis delectari,
aut ea videre nolle, quod non est sapere, sed in
errore versari ad instar Argivii, qui se vel emen-
dari nollet sanariq; vel id moleste ferret. A quo
sanè malo non multum vult dissentire videri se
iam fe-

iam senem rugari; carmina fidibus modulanda
(qui ludus pueros decet) adaptare; iocos, Vene-
rēisque tractare, neglectis veræ beatæque vita
perfectis numeris, modisque. Quo errore quoq;
aut turpiter agitari eos qui diutinas accumulare
laborant: Quæ, tantum abest, ut ad sapientiam
tranquillitatemque quid valeant conferre, ut et
iam quanò fuerint ampliores congetæ, tanò
magis stultæcere faciant, animumque pertur-
bent: non sunt enim perpetuæ, sed cadueæ; non
propriæ, sed alienæ, ut quæ transeant in alterius
manus, alienenq;urque. Dicit itaq. Horatius non
eo se teneri studio, sed pro rerum suarum statu
viuere modicæ, nulla hæreditis cura, quantum res
polcit, ex acero tollere, cōque vti iucundè, non
profusè, non auarè: quo virtus qui caret, aut cum
rectè viuere posse. *Flori bono*, locus benevolentie,
à fidelitate. *Neroni*. vide Epistol. 3. lib. 1. *Tibure*
vel. externum, tibi incognitum. *candidus* & *tal.*
commendatio serui venalis à colore, lano & inte-
gro, nec deformi corpore. *talos*. de talis quibus in
animantibus inueniantur, diximus alibi. *num-
morum mil.* oft. octo milia nummum seu lester-
tum sunt § 8. libræ, 6. solidi & octo grossi Flan-
drici. *verna*. quasi verna, id est, quasi seruus ex
ancilla tua natus. *litteris Grecis*. eruditione.
Solebant enim vernæ, quò vendibiliores esunt, li-
beraliter institui, ut ingenui: nec non vt heris
suis in litteris essent *āravynas* à imitaberi. sic ha-
bent omnes Bland. Buss. Diut. Sil. atque ita le-
gendum censeo. *canet ind.* à musica naturali. In-
dochum quod non didicisti. vt in Epist. precedente,
docta prece. sic code 6. lib. 4. reddidi carmē docilis
modorum vatis Horati. Carmen indoctum, qua-
le rustici canere solent, natura duce, non arte pe-
xiti: poculis aptius & ebrietati, quām suis num-
eris absolutius. *multa fidem*. *āravynas*, *ψις* vanita-
tis, ad fidem emtori faciendam. huic concinuit
quod dici solet: vino vendibili non opus est sus-
pensa hedera. &, proba metu faciliè emtorem
repperit. *extrudere*. 4. Bland. Tonf. Mart. Sil.
habent, excludere: quod mibi magis appetet
vendendis mercibus idoneum: excludunt ut enim,
qua claustris exempta ventui proponuntur. Extrudere
autem videtur, nescio quid, in rebus distra-
hendis habere vilitatis & contemptus. dijudicet
lector. *res urget*: non paenuria rei familiaris, non
creditor, quia in ære meo sum, non alieno, pau-
per quidem, sed bona fidei, non impostor: hæc
omnia venditoris verba fidei facienda seruuntur.
mangonum. mango qui liberum hominem aut
eriam teruum emit, aut rapit & vendit, *āravynas*. sunt & mangones equorum. cessavit.

piguit enim mandata facere., & contumax fuit
reponsatörque, vt solent cessantes serui pigri &
ad imperata tardi. in scalis latuit. in rō latuit
noranda est *āravynas* nigra, ad minuendum seu
mitigandum fugæ vitium. latuit, id est, fugit.
patitur autem locus hic *āravynas*, hoc modo ordi-
nandus: hic semel cessauit, id est, aliquando
tardior fuit, &, vt fit, latuit, id est, fugit metuens
habenæ pendentis in scalis, id est, metuens ve-
berari. Quid autem Petrus Victorius vir de Latini
litteris optimè meritus scripsit hunc locum
sic ordinandum, idem ante eum habuit Acron
vulgatus, vt patet in Commentariis. ex antiquis
scriptis Blandiniis. excepta. hoc est, à me expedita,
non etiam tacita, propter legem redhibitoriam.
ledat. cod. Bland. antiquiss. habet, ledit. *ille ferat*.
niango, inquit Horatius, securus pœna, id est, de
pœna emtori præstanta ex edicto adiutorio, acci-
pere potest ab emtore nummos. *prudeus*. Horati-
tius ad Florum quasi mancipij emtorem. *dicit*
tibi. videtur alludere ad Græcum, *ītēnō vīpōs*,
quod est lancerem legem. *lite morar. iniqua*. iniquæ
litigias cum trāgōne, *propēmancūn*. te inscriben-
do mancum esse, comparat Horatius vitio fugæ,
ne teneatur euictiōnis pœna. *epistola*. antiquiss.
Bland. habet epistula. *veniret*. 4. Bland. Tonf.
Mart. habent, rediret. iudicet lector. *si tamen at-
tentas*. videtur esse *āravynas*, *āravynas*, & hoc mo-
do disponendum; si tamen attentas mecum fa-
cientia iura, quid tum profeci? perinde acsi dic-
cat, si non admittas meam purgationem, quid
superest aliud, quām vt iniquæ meū litiges? su-
per hoc. *ītē rōtō*, insuper, præterea. *Luculli mi-
les*. vtitur à rebus gestis exemplo militari, vt
ostendat nunc sibi non esse opus scribere car-
mina, vt olim, quando premeretur inopia re-
rum, bello quoque perditarum, sibi que (vt mi-
liti Luculli) creptarum, dum quieti Athenis ope-
ram dedisse à Bruto euocatus infeliciter. *ad
āsem*. hoc est, ita vt vix ei quicquam esset reli-
quum. as autem Flandric 17. *miten of dae-
ontrant. hosti*. Mithridatico. *īeūnis dent. ac. dici*
namque solet, quod famæ & mora bilem in na-
reis conciunt. *præsidium regale*. videtur signi-
ficare Tigranocertam. de qua sic Appianus in
Mithridaticis: Ita Tigranocerta capta ingenti
præda ditavit exercitum, ipsoe vībs recens
condita ambitioè contractis vndique incolis.
&c. hanc autem Dio lib. 35. ad finem nominat
Nisi bin (Beda lib. de rerum natura Ninivie)
inquiens, super hæc omnia in exercitu quoque
Luculli sedicio erat; nam Valeriani milites
(quos hic militem singulariter exprimit) qui

hh 2 mili-

militia liberati prius, iterum stipendia faciebant, iam ante ad Nisibin tumultuatu fuerat, victoria quiete & rerum copia luxuriantes, ad hac absenti Lucullo degentes, &c. hunc legato. *bonsiū*. Bland. antiquiss. habet opinis. *bū dena super*. iestertius seu nummus sunt duo asles & scinis. Flādseuen seskina. Sestertium autem generis neutri, id est, duæ ibid Romanæ & sēlibr. argenti, seuen ponden grooten & 35. stupei. libra autem Romana seu mina aut ponde, 3. pond. grooten Vlaensch minn 10. stuuers. Itaque bis dena sestertia, id est, viginti milia sestertiūnum nummūm sunt centum quadranginta sex ff grossi. præter vigintistūeros. *eundem* militem Luculli, quippe Valerianum. *mentem*. Bland. antiquiss. habet mēteis, & fortalē rectius, pro animis. *i bone*. imperatoris ad militē *ωρογενή*. *ibit eō quō vis*. Dio ad finem lib. 35. ita factum est, inquit, ut quamdiu ex sententia succederent, prædālque laboribus pareis adipiscerent milites, Lucullo dicto audientes essent: postea quām aduersas res experti, pro spe metum sibi propositum viderent, eius autoritatem defugerunt. *Roma nutriti*. v.d: quanto artificio suum à primis annis, non in militia, sed liberalibus litteris studium Romæ coeptum commemoraret, deinde Athenas prosectorum philosophiæ dedisse operam, ut suam innocentiam Cæsari, nihilque ex proposito factum demonstraret in eastris Brutianis, nec immeritò Cæarem ei remisi: se culpam. *adiecerē bona*. laus Athenarum ab artibus & disciplinis bonis, qualis omnis est rationalis discip'ina, quæ verum & rectum dignoscere docet à falso & caruo, quæque agit de inquisitio- ne veri seu summi boni. *emouere los*. sic ad unum omnes habent scripti cod. quos legi & habeo. *rudem*. nimirum philosophiæ, non armorum studi- sum. *laceris*. fortitudini & virtibus militum Cæsarianorum. *humilium*. abiectum. *Claris & fundi*. totius patrimonij, per proscriptionem. *ut versus facer*. ad acquirendam gratiam virorum principum, Mæcenatis in primis, ut eius præsidio cōciliaretur Augusto. *paupertas impul*. huic subseruit Mimus, hominē experiri multa paupertas iubet. vide Adag. paupertas sapientiam fortita est. *sed quod non dicit habentem*. ordo est, sed quæ cicutæ poterunt vñquam fatis expurgare habentem me quod non deficit, id est, non possit decesse ad rectè viuendum, seu id quod fatis est ad vitam tranquillam, *μὴ τὸ περιττό*, *μὴ τὸ ἔχον*, id est, non tenuiter agentem, non egenum. vide nūm huic conueniat ille mimus, Inopis paucia delunt, avaritia omnia. *expurgare cicutæ*. sic habent omnia scripta quæ legi, sine villa litura: quare mihi regio fuerit *τὰ cicutæ*, suo loco mouere, quod ta-

men à Lambiao factum est, quo alio consilio non video, nisi ad id faciendum cum inductū credam, quod cicutæ, præter herbam, etiam eucurbitulam ventosam denotet, quæ Gallis nominatur *cigne*. cuius vocis analogia fortasse sibi effinxerit legendū esse *σκύας* seu *σκύα*, pro eucurbitula medicinali instrumento; præsentim ob eam causam quod cicutæ purgando cerebro bon' tantum sit inutilis, verum etiam sumentibus mortifera: verūm quid hoc malū vel abliūdī est *τὰ cicutam* suo loco seruare, quando id sentire videtur Horatius, nulla cicutæ (non enim cerebrum inducit) ita expurgari posse, hoc est, validissimo medicamento, quin credit se prius emoi posse quām censere, versus scribere melius esse quām dormire & quiescere? vt omittam in uno cod. Bland. inuenisse me, *cicutæ*, id est, medicinæ vehemētissima: deinde in Siluio, cincta hic est species hellebori. Quod ab Auicenna non dissentit, qui, vi notant aliqui, dicit hellebori nigri nomine cicutam quoque appellari. *pradantur*. scientibus prudentibus eripiunt iocos, Venerem, id est, *τετάσ* vigorem, oblectamenta, naturæ vireis, &c. *poēmatæ*. scribendi singendi; carminis propensionem. *Bionem*. nō arbitror huc Bionem Aristophanis patrem fuisse, ut habet Porphyrio vulgatus, & ex eo alijs, sed malum Cōmentatori & Acreni vulgato subscrībere. Bionemque hunc fuisse Borythieniten sophistam, non in homines tantū, sed etiam in deos impium: vt quos in vñscendis hominibus irriserit, Plutarcho teste, de vindicta numinis; cōsque nihil esse dixerit, ut haber Diog. Laertius. Alij malunt hunc Bionem fuisse Tragicum ex his qui Tharsici dicti sunt, quem Laertius inter Bioes nonum statuit. *prop̄ dissentire*. hic prop̄ generatim capitul' seu vanuerſaliter, id est, omnes tres. *prater cetera*. præterea, *τὰ τίβης*. me *Roma ne poēm*. sic in omnibus scriptis, & multo molliius legitur quām in vulgatis, Romæ me ne, &c. hic *auditum scripta*. sic posteā, multa fero, ut placem genus irratibile vatum: fuit enim Horatius ex criticis vñus; ut in Epist. ad Pisones, si quid tamē olim scripseris in Meti descedat iudicis aureis & patris & nostras, &c. *humanæ* tres Blād. habebant humanæ, per æ diphthongū, sed in duobus nota diphthongi subscripta manifestè cernitur eraſa. alijs omnes habent humanæ, sine diphthongo. Solipater inst. Grammat. lib. 1. humaniter quidem, inquit, significat φιλοτεχνῶς, humanè autem ἀπεριττῶς, quod est, humano more: perinde ac si dicat, vides quām sunt hæc interualla inter Quirinalem & Auentinum montes, euntibus cōmoda, *εὐποίησις*, imo potius quām incommoda sint humanæ, id est, humano more, ut sunt humana omnia, in quibus plus est mali quā boni,

boni, plus fellis quam mellis: aut *ἰερωνός* huma-
 nè *ἀνθρώπος*, rūt' *ἰσι*, *αὐμύτρος*. *ιγνῶς*, vt apud
 Aristoph. in *Ranis*. *rerum pura sunt plateas*, sic le-
 gitur in *Bland.* vno & *Ton.* *ano codice*, & genuina
 est lectio, vt lector doctus facile animaduertit:
plateas sunt pura rerum, id est, *impedimentorum*,
ιερωνός, peiinde acsi dicat, *plateas qua itur ad*
mōtem Quirinalem & Auentinū, esse molestissimas,
 propter ea quæ viatoribus & deambulan-
 tibus paſim obſunt: forum enim Romanum, tē-
 plum Louis Feretrij, Palatiūm, Capitolium, loca
 inter hos monteſ media erant frequentissima, vt
 hic ostendit Horatius. *pura*. ſic habent omnes
 p̄aeter *Matt.* cod. qui *equitū vulgāram lectio-*
nem: *pura autem rerum*, talis eſt ſtructura, qualis
 ode 22. lib. 1. *Integre vita*, ſcelerisque purus, &c.
obſit. ſic *Ton.* & *Sil.* quos ſequor ſine vlo peri-
 culis; & aptior eſt lectio, vt mihi appetet, quam
 obſtet, quam tamē non reieco. *feſtinat calidus*.
bac enumeratio eſt impedimentorum, quæ de-
 clarat eum nunc ironiōs eſe locutū. *mulis*. ſar-
 cinarii ſeu ſagmarii, *οὐγκύζεα*, inquit Suidas, τὰ
 βασάνα ὡμέλιον τὸν περιφερεῖον τὸν
 ἐπαντίων, id eſt, quæ ferunt ſupelleſtilem &
 apparatum terum neceſſariarū, vt muli clittellarii,
 geruli, &c. *redemptor*. vide oden 1. lib. 3. *torquet*.
 fucula *instrumento fabrili*. *machina*. hinc ma-
 chinaius, fabricator operum quæ manu ſimil &
 ingenio conſciuntur, robustus, ſollers. *funera*: ad
 ſepulturam elata. *pluſtris*. onerarii. *Columella* *plaſtrum* eſt quo firmitus conuehitur. *luctantur*.
 occurrēdo cōtendunt. *in nunc* *ἔτι*. ironia cu *χλωτό-*
μη. *somno gaudent*. otio & quiete. *vix canere*. ly-
 zica ſcribere. *contacta*. ſic habent tres Blād. *Diuæ*.
Ton. *Mart.* *Bull.* *Sil.* quos ſecutus ſum. *Bland.*
 antiquiſſ. legit cantara, qu: d'mihi in primis placet
 cum hac adhortatione, ab aliis prius dicta. *Nann.*
 codex habet cunctara. diuidicet lector. *ingenium*
sibi quod. argumentum à maiori, *διαλεκτικής*. In
 ſummo otio & quiete qui iam multos annos *A-*
 thenis versantur ſi hoc non p̄eſtiterint, egó-ne id
 Romæ poſſim in ſummo ſtrepitū? *anos septem*.
 finitum pro infinito. *infenuit*. quali ſua moroti-
 tate ante tempus ſenium contraxisse videtur. *ſla-*
sua taciturnus. *οὐρεγκός* in id genus hominū,
 qui poſt multos annos ſtudiis philosophicalis im-
 penſos, vbi ad politican vitam necelē eſt accede-
 re & familiariter viuere, ita vana quadam ſcientiæ
 opinione planēque ſcholastica, vel grauitate phi-
 losophica elati minimēque urbana, ceteros velvet
 è ſublimi despiciunt, vt eos obuios ne ſalutatione
 quidē dignentur, tantum abeſt vt blandius eos al-
 loquantur. hinc ait, *ἔριſu populum quaſit*, quod
 non tam ad carminis ſcribendi quam pertinet ad.

in epiſtitularem moū vitæq. cōmunis. *digner*. ve-
 lam, *ἐγγένεια*. frater erat Ro. hæc de ineptis ac-
 cipienda ſunt, qui negleſti à populo præconis ſi-
 bi mutuis applaudefabant: quo exemplo mirabili-
 ter ait eos inter te poetas ſibi placent ipsi, qui re-
 liecīt Athenis vel inſcrita, vel taciturnitate, cūm
 populo eſſent riſi, ſuare inter ſe laudum præco-
 nes erant. *calatumq.* artificiosiſſimum, ſummuſ
 poēma. *molimine*. quibus atribus. *circum* maxi-
 mum, id eſt, eos qui in circu & exercent ſe & ſpe-
 ciant: aut circum *εὐερεχειας*, id eſt, theatrum.
 Cōmentator & alij per metrin verbi, circumſpi-
 ciunt, hæc interpretantur, equidem malim eſſe
 alyntheton, hoc modo, ſpedemus circum, & va-
 cuam Romanis variis ædem. diſpiciat lector.
ſpedemus. non excludit ſe numero eorum poēta-
 rum, quò rideat liberiūs. *ſi fortè vacas*. omnes
 lib. ſcripti ſic haebent, t̄ o vacat, vt vulgati quidam.
procul audi. ne propius accedas, ſed quāli ex inſi-
 diis ſectare, vt aliud agere te cogitent, *ποιητικές*.
Samnites. Samnites erant gladiatores, ſic ab arma-
 turā Samnitū dicti, ſue Sauniis: nā Saunia genus
 erat haſtarū, Gracis, inquit Verrius, appellatum.
 Lucilius, Saonianus ſpurcus homo, id eſt, gladiator.
lumina prima. duo *Bland.* aperitè habent, prona,
 ſed antiquiſſ. per lituram, *lumina prima*, id eſt, pri-
 maluce, vt volunt a: iqui, ſed non aperitè, vt mihi vi-
 detur: alij pro lucernis nocturnis. ſe Tacitus in
 Nerone, vrebantur Christiani in vſum nocturni
 luminis. alij pro ſtellis ſub noctem emicantibus.
lento duello. alij lento duellum interpretantur,
 non gladiatoriū, ſed Samnitū cum Romanis pro-
 pter Sabinas raptas. *diſcedo Alcaeus*. inquit Ho-
 ratius. *ſi plus adpoſcere*. cod. *Ton.* habet, ſe attolle-
 lere. *irritabile*. οἴχοσ. quibus ira cōmotis, ſi re-
 pugnes, magis prouoces, neque ſine magno tuo
 malo diſceleris. *obtūrem*. modi potentialis, obtu-
 rare poſſim ſine periculo. *legentibus*. ſua ſcripta
 recitantibus. *ridentur mala*. clausula per trāſiſio-
 nem. *ultr̄ ſi tac. laudant*. poētarum philautia.
inuita. ipſo ſcribēte inuito & reniente. *vehemens*.
 ad inveniōne. Vehemens per crālin, metri cauſa.
 ſic alibi, nihil deterius. *beabit*. amplificabit, di-
 bit. *virtute carentia*. 4. *Bland.* habent calentia,
 quos Cōment. ex antiqui illis ſcriptis ſequitur.
 videat lector. *ſatyrum*. agilem. *agrestem*. tardum.
pratulerim ſcript. reuertitur ad id quod ſuprà di-
 cit, gaudeat ſcribentes & ſe venerantur, &c. qui ſui-
 ferus ſcripti que carminis ſtudio ſic delectantur,
 vt vel conſulto ſua vitia p̄iſtrent, vel ea pro vir-
 titibus habeat, ſecuri vulgo de ſe diectorum: quos
 non minus mēte captos, planēque despere dicit,
 quā Argium quendā nobilē: Qui licet iſtorum
 more ad humanā conuerſationē latiſ eſſet aptus,
 b̄b ; tameū.

tamen nō esse apud se dum in vacuo theatro plauderet, & se crederet audire tragēdos, dolerētque amicorum opera se ab ea mentis voluptate liberatū, sicut ringuntur hi poētae tua vita corrigi. & ringi. ringi hic itaſci est stomachique, quod res ex voto non succedat, sed sine externa & aperta significacione. Argis. ex Aristotele de mirabilibus auscultationibus iuitio habemus, tale quid Abydi contigilſe: sed hoc nihil verat quo minus Argis quoque tale quid vſu venerit. Quid si Argis, metonymicōs, pro Argiuis poni credamus, vt alibi Mauris, pro Mauritaniis: vt sensus sit, fuit non ignobilis aliquis ex Argiuis? &c. *in vacuo larus ſeffor.* tale argumentū tractatur à Sophocle in Aias flagellifero, vbi Euryſacen puerum beatum dicit, quod expers sit sensus malorum, neque ſciat quibus rebus aut lætandum sit aut dolentū, quod eft intelligentia malū quidem detrimentum, ſed ex eorum numero que non habent dolorem. ſic & Medici pāpērē quædā nominant ārādūwā, quæ cruciatum nullum faciunt. poſſet qui rupem. vt cui ſensu exterior non penitus eſtet fuliginosus. bitemque bilis arra ſi ex liuore cerebri frigido feſculenſoque generatur, terroris, triftitiae, pertinacitūmq. & ſaþe ridiculū imaginacionū plenam melancholiā adſert; ſio ex calido eft & retorido, Dneiād̄ns, immanisq; & omnino delira phreneticāq. generatur affectio capitis. pol me occidiſſia. expoſtulatio ab iuquo, vt videbatur Argiuo. per vim. purgatiuam. ſenſis gratiſſ. err. ſenſu caregrata res eft in malis. In Oedipo Sophocles. vi de Adag. in nihil ſapiendo iucundissima vita. nimirum ſapere. hæc tacita eft ὥστη τάλψ: dixit enim eos non ſapere, qui ſuis malis delectantur; nunc contrā, ait ſapere eſſe, non nugari, & carmina pueris, id eft, iunioribus relinquenda, ſcribere, ſed verē, id eft, beata tranquillaq. vitæ cognoscente modos. edificere. uigilāvēr, cognoscere, exercere. quo circa mecum loquor. cīdād̄ns λόγο. ſe ait ſecū cogita: e in diuiriis acerandis nihil eſte ſapietia: hoc ex obliquo inducens ſub ſua persona ad deterrēdum Florum fortuitis bonis addiſtiorem, vt ſuprà epift. 3. lib. 1. prima feres ederē vietricis præmia, quod ſi frigida curarum foimenta relinqueret poſſes, &c. narrareſ medico. hoc eft, adires medicum ſcificaturus remedium. argumentum ab interno & propè incurabili morbo ſi vulnus tibi. ab extero in corpore & oculis obiecto malo. ſi cupidum. id eft, ſi te tranquillarent. mercatus & ære eft. ſic cod. antiquiss. Bland. alij tres, quicquid libra mercamur & ære. Alij ſequuntur lectionem vulgatam. indicat autē nihil quicquā vel emitione vel vſu capione cuiquam eſſe propriū; & proinde nos in eo plus æquo ſtultescere, quando nobis id

proprium ducimus, quod alienari & alterius eſſe potest. libra mercatus. de emitione per æs & librā Boëthius in Topic. Cicer. & Budæus in Pādeſt. ſimul & de mancipacione vſu capioneque. villicus Orbi. per apocopen pro Orbij. à testimonio & cōfessione villici, qui alterius ager eft emitione, doceſt eum quoque eſſe tuū, ex cuius fructibus numerata pecunia vitā ſuſtines, & nihil eſſe vel māripatione vel vſu capione opus vt viuas iucundē. oecat. fructis glebis regit. Verrius, auctore Festo, ab occidēdo deducit, quod ecedat grandeis globos terre: Cicero ab occidēdo fruges ſatas; ſed malum deriuari at occa quod eft raſtrum Iſidoruſ. daturas. ſic habent 4. Bland. Tonſ. Sil. & genuina eſt lectione, vt non diſſiculter lector peritus cognoveret. ſe dominū ei pecunia de rebus emtis iam numerata, etli ſit Orbij villicus. mercariſ ag. tuum facis. trecentis milib. id eft, mille quadringentis quinquaginta nocem. Fland. praefer decem ſolidos grossi, qui erat centus equeſtris ſub Iulio. emtum. Olim ab Orbio. numerato. id eft, iam & nuper villico numerata pro fructibus emtis pecunia. an olim. vt Orbius, perinde acſtūdīat, vter felicior, tūne qui viuſi iucundē ex emtis fructibus, an Orbius, qui fortassis à villico recondit accepit pecuniam, miſereque ac ſordide vicitat? Aricini quoniam Veientis. quoniam, habent omnes ſcrip. libri quos vidi prater Mair. q̄i in vulgata ſequitur. ſed alterum conuenientius appeter: ostendit enim causam cur nihil interſit inter eum qui iam olim agrū emit, quādo ei necesse eft eius fructus redimere ad vſum vita; & eum qui numerata quotidie pecunia fundū paullatim ſuum facit, at aliam tamē lectionē non damno. Veientis & arni. cod. Tōfanus habet Veientis auſti. diſpiciat lector. ſit proprium quicquam. ſic habet omnia ſcripta. quid autem ſit propriū, vide Satyr. 6. lib. 2.. nunc prece. Cariflum eft quod precibus emittunt, nam beneficium accipere, libertatem vendere eft, inquit Mimus. nunc vi. à potentioribus illata, & quod iure bellī (vt aiunt) poſſidetur. ſorte ſuprema. legitima ſuſceſſione & legato. perpetuus nulli d. imo, homo ipſe vitæ cōmodatus, non donatus eft. Tyrrenha ſigilla. forteſſe notat agalmata. ſunt qui non. iorū ūi hellenis. Herodis palmetū. Strabo lib. 1. 6. Hiericus eft campus à montana quādam circumdatuſ, quæ in theatri ſpeciem ad ipsum declinat: hoc in loco eft palmetum, cui immitia eft etiam alia materies domēſtica & ferax, palmis abundans, ſpatio ſtadiorum centum, & totum irriguum & habitationibus plenum, vbi & regia eft (Herodis) & balsami viridianum, &c. hūc legitio. & paullò pōst: Pompeius circumcidis quibusdā quæ Iudæi violenter ſibi alciuerant, Herodem face.

sacerdotio præfecit, &c. *seit Genius natale.* vt à pōētis fingitur Genius deus humanae naturae, quasi sit hominū conservator, ita ab eisdem quādā Iuno desribitur humanae naturae dea tutelaris; quasi virorum quidem sint Genij, mulierum autē lunes. hinc apud Petronium iurat meretricula, Lunonem mē mihi iratam habeā. & apud Iuuenalem de domino molli & muliebria paciente, Et per Lunonem domini iurante ministro. Genij autem iidem cum angelis, quos ethnici putabant cuiusq. genitūrū præfecta numina, simul & nasci & interire cū homine; quæ (vt Ammianus ait) edidit in lucem hominibus, velut eorum actus reætura, salua fatali firmitate credebat; *διάφοροι μεταγενεσίαι τοῦ θεού*, Menandro. lege Festum. *temporas astrī*, aspectū astrorum felicem facit, & sidus natalitium quod *έργον πονούμενον*, nominant *έργον*. *vultus mirabilis*, aliis aīque aliis. *albus* & *ater*, prosper & aduersus. *υπαρχει* ex modico. à sua persona Flo- ro cōmendat vltm bonorum moderatum, quem in omnibus suis scriptis habet quām cōmendatissimum. *quantum res posſit*, quantum fuerit vnde & honestum, nec metuum. non erit mihi curæ, non cauebo, *καὶ φύλαξην*, non plura datū, an datū ab hærede futuro: non placet, nisi iudicemus Mæcenaē fuisse hæredipetam, quando ei daret mune- ra, fundos & agros. an. datū à patre; nec hoc grata est; patrimonium namq; bello ciuilī amiserat, vt paulo supra. itaque datis, id est, relictis à me, iīsq; ab hærede acceptis. *scire volam*. experiar vi- uendo. *quantum simplex*, id est, *quantū simplex & hilaris apparatus distet à luxurioso sollicitoqué*. *discordes parcus auaro*. id est, quid intersit inter frugalē vīctū & sordidum. *dīstas enim*. hoc est, tua prodigere, sumtum iucundē liberalitē; facere, & auarē semper plura querere, nec frui præsentibus, multū inter se discrepant. *quinq̄a tribus*, quinq̄atres, *κυνική τετρα*, inquit Solipat. lib. 1. inst. Gram. item eodem, *Quinq̄atrus* pluraliter, non *quinquatria*: nō enim dīctæ sunt quinq; dies atri, sed quod *quinquatrus* antiqui dicebant à quin- quando, id est, lustrando, quod eodie arma anci- lia lustrari sint solita. Comment. hic Sosipatro aduersatur de quinq. atris diebus ex scriptis Bland. vbi lacuna ingens antiquitatē omnem obforbit: habet enim: & Mineruæ ideo dicati quia ingenio vñ sunt Romanii. rō ingenio, in vno ex iis Bland. habetur, ingenua; in alio, ingenita: antiqui: summus autem totus ad finem huius epistolæ, partim ob- literatus est, partim lacer. *ego utrum*. totus hic lo-

cus allegoricōs exponendus, pro eo quod est, ani- mum tuū neque splendore neque tenuitate mu- tari, sed ad omnē euēntū esse constātē & im- perturbatū. *non tamē aduersis*. Būsl. habet, auer- sis. non es auarus i abi. quid cetera? lōcus hic varie legitur. præter duos Bland. omnes quos legi scri- ptū habent, nō es auarus: cum interrogatio- nis nota. abi. quid cetera? cum interrogatio- ne. *iam simul isto cum virtio fuge*: rite caret, &c. sine interrogatio- nis nota eo vīque, *quid te exenta*, &c. Sed nec vna in omnibus est interpūctio; nam duo Bland. Būsl. Nan. Tonf. habent, non es auarus: abi. quid cete- ra? iam simul isto cum virtio fuge: rite caret, &c. as- seriuē. Diuæ. & Mart. non es auarus: abi. quid? cetera iā simul isto cum virtio fuge, &c. duo Bland. quod cetera iam simul isto cum virtio fuge. vulgati nuper habent, non es auarus, sine interrogatio- nis nota. abi. quid cetera? iā simul isto cum virtio fuge- re? caret tibi peccus inani ambitione i &c. singula cum interrogatio- ne, vīque ad eum versum, *vīne- res si recte nescis*, &c. deligat ex his lector peritus quē sibi videbitur commodissima: mihi certè vul- gata nuper non improbatur, sed sine interrogatio- ne, ex hec loco, iam simul illo cum v. &c. vīque ad, quid te exenta iuuat, &c. Verūm quia om- nia scripta habent, fuge rite caret, &c. non li- benter ab iis dislentirem, ita vt sensus sit, si non es auarus, iam vide vt cetera vitia ritè, bene, & peritè fugias; ad quæ deuitanda, magnum iam tibi sublium paratum est; vna enim cum auaritia valere iusta caret peccus inani ambitione, mortis formidine, ira, dolore, &c. qui- bus auarus cruciari solet, vehementerque con- cuti. *Theffala*. Colchica. *natales*: Mart. & Sil. ha- bent, fataleis. quid? te exenta leuat *spinis de pluri- bus vna*? sic habent cod. Bland. tres per interro- gatio- nis notam; quasi dicat, vna spina de pluribus exēta, nimirū auaritia, me leuat minimē: ic- circō subiungit, *vinere si recte nescis*. hoc est, si adēta auaritia, vita tibi præterea iniucunda est, nec te compōnere vales vt tranquillē viuas, more- re, ne diutius sis miser, & finito viuere te perito- res. *lusisti*; *satis*. hæc sumta sunt ex Odyss. δ. 6, ῥ. δ' *ἴφεγοντες τετράτε, καὶ αἰδίσσοντες οὐρανόν*, id est, *ἀφεγ- δίοις ἐδόρα*, τετράτε, *ἴφεγδιτετράτε*, id est, Veneti operam dedi. eadem verba Latine vertit Luius Andronicus vel reclamante Eustathio Homerū e- narratore. *Et pulsat*. cod. vñus Bland. habet adno- tatum, alij legunt, plaudat; quod aptius appa- ret, pro explēdat.

EPISTOLA TERTIA LIBRI

SECUNDI AD PISONES

D.E ARTE POETICA.

AD PISONES.



- V M A N O capiti cervicem
pictor equinam
Iungere si velut, & varias in-
ducere plumas,
Vndique collatis membris, ut
turpiter atrum
Desinat in piscem mulier formosa supernè:
5 Spectatum admissi risum teneatis amici?
Credite Pisones, isti tabula fore librum
Persimilem, cuius, velut agri somnia, vana
Fingentur species, ut nec pes, nec caput vni
Reddatur forma. PICTORIBVS atque poëtis
10 Quidlibet audendi semper fuit aqua potestas.
Scimus, & hanc veniam petimusq; datusq; vi-
cissim:
Sed non ut placidis coëant immixta, non ve
Serpentes aubus geminentur, rigribus agni.
Incepit graubus plerumque, & magna professis
15 Purpureu. Latè qui splendeat, vnu, & alter
Assiutur pannus, cum lucus, & ara Diana,
Et properant aqua per ambo ambitus agros,
Aut flumè Rhenu, aut pluviis describitur arcus.
Sed nunc nō erat his locis: & fortasse cupressum
20 Scis simulare. quid hoc, si fractus enat ex spes
Nauibus, are dato qui pingitur? amphora caput
Institui, currente rota cur vrceus exit?
Deniq; sit, quod vis, simplex dūtaxat, & vnum.
Maxima pars vatuum, pater, & iuuenes patre
digni,
25 Decipimur specie recti. breuis esse labore,
Obscurus sio. sectantem leuia, nerui
Deficiunt, animiq; professus grandia, turget:
Serpit humi tutus nimium, simidiuq; procelle.
Qui variare cupit rem prodigaliter vnam,
30 Delphinum filius appingit, flutibus aprum.
In uitium ducit culpa fuga, si caret arte.

Aemilium circa ludum faber imus & vngueis
Exprimet, & molleis unitabitur are capillos.
In felix operi summa, quia ponere totum
Nesciet. hunc ego ine, si quid componere curem, 35
Non magis esse velim, quam prauo vivere naso.
Spectandum nigris oculis, nigroq; capillo.
SVMITE materiam vestri, qui scribiti, aquam
Viribus, & versate diu, quid ferre recusent,
Quid valeat humeri. cui lecta potenter erit res, 40
Nec facundia deseret hunc, nec lucidus ordo.
Ordinis haec virtus erit, & Venus, aut ego fallor,
Ut iam nunc dicat, iam nunc debentia dici
Pleraque differat, & præsens in tempus omittat.
Hoc amet, hoc spernat promissi carminis auctor. 45
In verbis etiam tenuis, cauusque serendis,
Dixeris egregiè, notum si callida verbum
Reddiderit iunctura nouum. si foriè necesse est
Indiciis monstrare recentibus abdita rerum:
Fingere cincturis non exaudita Cerbegus
Contingeret, dabiturque licentia sumta pudenter.
Et noua, fictaque nuper habebunt verba fidem, si
Graco fonte cadant, parè detorta. quid autem
Cacilio, Plautoq; dabit Romanus, ademtum.
Virgilio, Varioque? ego cur acquirere paucia
Si possum inuidor, cum lingua Catoni, & Enni
Sermone patrum distauerit, & noua rerum
Nomina protulerit: lucuit, semperq; licebit,
Signatum præsenze nota producere nomen.
Vi filia solis pronos mutantur in annos,
Prima cadunt: ita verborum vetus interit atas, 60
Et iuuenum ritu florent modo nata, vigentq;.
DE BEMVR morti nos, nostraque. sine re-
ceptus
Terra Neptunus, classeis Aquilonibus arcer,
Regi opus, sterilisve diu palus, aptaque remis
Vicinas vrbeis alit, & graue sentit arerum:
Seu cursum mutauit iniquum frugibus amni,
Doctus

- Doctus iter mēlius: MORTALIA facta peribunt:
Ne dum sermonum flet bonos, & gratia viuax.
70 Multa renascentur, que iam cecidere, cadentiq;
Quae nūc sunt in honore vocabula, si voler̄ v̄s:
Quem penes arbitrium est, & ius, & norma loquendi.
Res gesta regumq;, ducumq;, & irissis bello,
Quo scribi possent numero, mōstrauit Homerus.
75 Versibus impariter iunctū querimonia primū,
Post etiam inclusa est: voti sententia compas.
Qui rāmen exiguis elegos emisoris auctor,
Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est.
Archilochum proprio rabies armavit iambo.
80 Hunc sōci cepere pedem, grandesq; cothurni,
Alternū apūm sermonibus, & populareis
Vincensem strepuit, & natum rebus agendis.
Musa dedit fidibus Diuos, puerōsque Deorum,
Et pugilem victorem, & equū certamine primū,
85 Et iuuenium curas, & libera vim referre.
Descriptas seruare vices, operūmque colores,
Cur ego, si nequeo, ignorōque, poēta salutor?
Cur noscere, pudens prauē, quam discere malo?
Versib⁹ exponi tragicis res comica non vult.
90 Indignatur item priuatis, ac prop̄ foco
Dignū carminibus narrari scena Thybe.
Singula quoque locum teneant fortita decenter.
Interdum tamen & vocem commedia tollit,
Iratusq; Chremes tumido delusigat ore:
95 Et tragicus plerumque dolet sermone pedestri.
Telephus, & Peleūs, cūm pauper, & exul veerg;,
Proiicit ampullas, & sesquipedalia verba;
Si curat cor spectantū testigisse querela.
Non sati⁹ est pulchra esse poēmatā: dulcia sunto,
100 Et quounque volente, animum auditoris agunto.
Vi ridentibus ardent, ita flentibus adsunne
Humanū vulnū, si vis me fieri, dolendum est.
Primū ipsi sibi: tunc tua me infornia ledent.
Telephus, vel Peleūs, malè si mandata loquētū,
105 Aut dormicabo, aut ridebo. TRI STI A mestum
Vulnū verba docē: ita sum, plena minarum:
Ludentem, lasciuia: severum, seria dictū.
Format enim natura prius nos intus ad omnem
Forcunarū habitum iuuat, aut impellit ad iram,
- Aut ad humum merore graui deducit, & angis: 110
Post effert animi motus interprete lingua.
Si dicentū erunt fortunis absona dicta,
Romani tollere equites, pedisēsque eac̄hīnum.
Intererit multum diuīsne loquātur, an heros:
Maturisne senex, an adbuc florente iuuenta 115
Feruidus: an matrona potens, an sedula nutritrix:
Mercatorne vagis, cultorē virēntis agelli:
Colchus, an Assyrinus: Thebis nurrisus, an Argis.
Aut famam sequere, aut fibi conuenientius finge
Scriptor. honoratum si forte reponis Achillem: 120
Impiger, iracundus, inexorabilis, acer:
Iura negat fibi nata: nihil non arroget armis.
Sit Medea ferox, inuicta: fibilis Ino,
Perfidus Ixion, lo vagi, tristis Orestes.
Si quid inexpertum scena communis, & audes 125
Personam formare nouam: seruetur ad inum
Qualis ab incepio processerit, & fibi constet.
Difficile est proprie communia dicere: tuq;
Rectius illācum carmen deducis in actus,
Quām si proferres ignota, indūlāque primus: 130
Publica materies priuati iuris eit, si
Nec circa vilem, patulūm, moraberis orbow:
Nec verbum verbo curab⁹ reddere fidus
Intrep̄s: nec desilios imitator in arctum,
Vnde pedem proferre pudor vetet, aut operis lex. 135
Nec sic incipies, vt scriptor cyclicus olim:
Fortunam Priami cantabo, & nobile bellum.
Quid dignum tanto feret hic promissor bisu?
PART VRIENT montes: nascerit ridiculus mus.
Quāndrectius hic, qui nil molier incepit! 140
Dic mibi Musa virum, capta post tēpora Troia;
Qui mores hominum malorū vidit, & v̄bēt.
Non sumum ex fulgore, sed ex sumo dare lucem
Cogitat; vt speciosa debinc miracula promat,
Ani ph̄st̄em, Scyllām, & cum Cyclope Cha- 145
rybādim:
Nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri,
Nec gemino bellum Troianum orditur ab ouo.
Semper ad euentum festinat; & in media res,
Non secus ac notas, auditorem rapit: & que
Desperat tractata nite scere posse, relinquit. 150
Atque ita mentitur: sic veris falsa remiscet,
Primo ne medium, medio ne discripes imum.
ii. 155

- Tu, quid ego, & populus meum desideret, audi.
 Si plausorū eges aulas manentib[us], & vsque
 155 Sessuri, donec cantor, vos plaudite, dicat:
 Aetarū cuiwq[ue] nobandi sunt tibi mores,
 Mobilibusq[ue] decor naturis dandus, & annū.
 Reddere qui voces iam scū puer, & pede certo.
 Signas humum, gestis paribus collidere, & iram
 160 Colligit, ac ponit temere, & mutatur in horā.
 Imberbū iuuenis, tandem custode remato.
 Gaudet equis, canib[us]q[ue], & aprici gramine cāpi:
 Cereus in vitium flebi, monitorib[us] asper,
 Vitium tardus prouisor, prodigus crū,
 165 Sublimis, cupidusq[ue], & amat a relinquerē pernix.
 Conuersis studiis, etas, animūisque virilis
 Quo sit opes, & amicitias, inseruū bonori:
 Commississe cauet, quad mox mutare labores.
 Multa senem circumuenientia in cōmoda: vel quod
 170 Querit, & iuuentū miser abstineret, ac times vit:
 Vel quod res amatuū timide, gelidēq[ue] ministrat,
 Dilator, s[ed] longus, iners audīcique futuri:
 Difficilis, querulus, laudator temporis acti.
 Se puer, censor, castigatorque minorum.
 175 Multa ferunt anni venientes commoda secum:
 Multa recessiones adiungunt. ne forē seniles
 Mandentur iuueni partes, puerōq[ue] viriles,
 Semper in adiunctis, euōq[ue] morabitur aptū.
 Aut agitur res in scēni, aut acta refertur.
 180 Segniū irriuant animos deuissa per aures,
 Quād que sunt oculis subiecta fidelib[us], & qua
 Ipse sibi tradidit spectator, non tam intus.
 Digna geri, promes in scēnam; multaq[ue] tolles.
 Ex oculis, qua mox narrat facundia præsens.
 185 Nec pueros ceram populo Medea trucidet:
 Aut humana palā coquat exsta nefarim Atreū:
 Aut in aē Procrea veretur, Cadmū in angue.
 Quodcumque ostendit mibi sic, incredulus ed.
 Nēne minor, nea[si]t quinto productior alii.
 190 Fabula, que posci vult, & spectata reponit.
 Nec Deus interfit, nisi dignus vindice nodus.
 Inciderit: nec quartā loqui persona labores.
 Actorū partes chorū, officiumq[ue] virile
 Defendat: neu quid medios intercedat actus,
 195 Quod non propositio conduceat, & bereat apie.
 Ille, banū fauēat q[ue], & consilieut amicū,
- Et regat iratos, & amet peccare timenteū.
 Ille dopes laudes mensa breuiū: ille salubrem
 Iustitiam, legesq[ue], & aperte otia portia.
 Ille regat commissa, Deōsque precessat, & eret,
 Ut redeat miseria, abeat fortuna superbit.
 Tibianū, vt vunc, orichalco vincta, tuba q[ue]
 Aetula, sed tenuis, simplexq[ue], foramine paucō.
 Adspirare, & adesse chorus erat vtilis, aq[ue].
 Non dum spissā nimis complexa sedilia fluerat:
 Quo sanè populus numerabilis, ut patet parvus,
 Et frugi, castusq[ue], vere condusq[ue] coibat.
 Postquam capiū agros extēdere vicit, & urbem
 Latiōn amplecti mutus, vīnōque diuino.
 Placari Genius festū impunē diebus:
 210 Accepit numerisque, modisque licentia maior.
 Indoctus quid enim saperet, libērque laborum,
 Rusticus, urbano confusus, turpū honesto?
 Sic prisca morūque, & luxuriam addidit arti.
 Tibicen, traxique vagus per pulpitā vestem.
 Sic etiam fidibus voces creuere severū,
 Et tulit eloquium insolitum facundia præceps,
 Vitiumq[ue] sagax rerum, & diuina futuri
 Sortilegiū non aſcrepus sententia Delphī.
 Carmine, qui tragicō vīlem certauit ob hincum,
 Mox etiam agrestis Satyros iudaicis, & asper
 Incolumi gravitate iocum tentauit: eo quod
 Illecebrū erat, & grata nouitate morandus
 Spectator, funditusq[ue] sacris, & potis, & exlex.
 Verūm ita risores, ita commendare dicaces
 Conueniet Satyros, ita verbere sexū litor.
 Ne, quicūq[ue] Deus, quicūq[ue] adib[us] bīsus heros,
 Regali confecti in auro nupti & ostro,
 Migrat in obscuras humili sermone tabernas,
 Aut, dum vias humū, nubes, & mania capet.
 Effutire leueis indigna tragœdia versu:
 Ut festū matrona mouet in ſa diebus,
 Intererit Satyri paulūm pudibunda proternū.
 Non ego inornata, & dominālia nomina ſolūm,
 Verbāque, Pifones, Satyrorum scriptor amabo:
 235 Nec ſic enīat tragicō diffīlētē colori,
 Ut nihil interficit, Daunīſe loquatur, & audax
 Pythias, emuncto lucrat a Simone talentum:
 Ali custos, famulusq[ue] Dei Silenus alumnī.
 Ex noto fictūm carmen ſequar; vt ſibi quisque
 240 Speret

Speret idem: sicut multum, frustraque labore
Ausus idem, tantum series, iuncturaq; pollet:
Tantum de medio sumti accedit honoris.
Silui deduci caueant, me iudice, Fauni,
245 Ne, velut innatis ritu, ac pandorentes,
Aut nimium teneris inuenientur versibus ut
quam,
Aut immunda crepens, ignominiosaq; dicta.
Offendantur enim, quibus est equus, & pater,
& res:
Nec, si quid fructus viceris probas, & nucis emtor,
250 Aequis accipiunt animis, donauis corona.
Syllaba longa brevi subiecta, vocatur iambus,
Pes citius: unde etiam trimetris accrescere iussit
Nomen Iambus, cum seno redderes iste,
Primus ad extreum simili sibi. non ita pridem,
255 Tardior ut paullo, grauiorq; veniret ad aurem,
Spondeos stabilem in iura paterna recepus
Commodus, & patiens: non ut de sede secunda
Cederet, aut quarta socialiter. hic & in Acci
Nobilibus trimetris appetet rarus, & Enni.
260 In scenam missos magno cum pondere versus,
Aut opere celeris nimium, oura q; carentis,
Aut ignorare premit artus crimine turpi.
Non quiuis videt immodulata poëmati iudex,
Et data Romani venia est indigna poëta.
265 Icircone vager, scribam q; licenter? an omnia
Visuros peccata pulcem mea, & tuus, & intra
Spem venie cautus: vita tamenque culpam,
Non laudem merui: vos exemplaria Graeca
Nocturna versare manu, versa diurna.
270 At nostri procul Plautinos & numeros, &
Laudare sales: nimium patienter verumque,
Ne dicam stolidi, mirati: si modi ego, & vos
Scimus inurbanum lepidi seponere dicto,
Legitimumq; sonum digiis callemus, & autem.
275 Ignorum tragica genui inuenisse Camena
Dicitur, & plausus vixisse poëmati Thessi:
Quae canerent, agerentque peruncti fecibus ora.
Post hunc personam, palliis, reperit honesta
Aeschylus, & modicis instruit pulpita regis,
280 Et docuit magnumq; loqui, nimirq; cothurno.
Successit versus his comedia, non sine molea
Laude: sed in vicium libertas excidit, & rim

Dignam lege regi. lex est accepta, chorugis
Tarpiter obicitus, sublato iure nocendi. 285
Nil intentatum nostri liquere poëte:
Nec minimum meruere decus, vestigia Graecis
Ansii deferere, & celebrare domesticas factas:
Vel qui prætextas, vel qui docuere cogatas.
Nec virtute foret, clarissime potentium armis,
Quam lingua, Latium; si non offendaret unum- 290
quemque poëtarum lima labor, & mora. vos &
Pompilius sanguis carmine reprehendit, quod non
Multa dies, & multa lucta coercuit, atque
Perfectum decies non castigavit ad vnguem.
Ingenium misera quia fortunatus are
Gredit, & excludit sanos Heliconi poëtas
Democritus: bona pars non vngue ponere curvit,
Non barbam: secreta perit loca, balnea vitat.
Nanciscetur enim pretium, nomenq; poëte,
Si tribus Anticyri caput insatabile numquam 300
Tonsori Licino commiserit: ego leuis,
Qui purgor bitem sub verni temporis horam.
Non aliis faceret meliora poëmati. verum
Nil tanti est, ergo fungar vice coti, ac usum
Reddere que ferrum valer, exorsis ipsa secandi.
Munus, & officium, nil scribens ipse, docebo:
Vnde parentur opes: quid alat, formetq; poëtam:
Quid deceat, quid non: quid virtus, quid ferat error.
Scribendi recte, sapere est & principiū, & fons.
Rem tibi Socratica poterunt offendere charte: 320
Verbaque prouisam rem non trueta sequentur.
Qui didicit, patria quid debeat, & quid amicū:
Quo sit amore parens, quo frater amandus, &
hospes:
Quod sit conscripti, quod iudicu officium: qua
Partes in bellum misi ducit: ille projecto
Reddere persona seu conuenientia cuique.
Respicere exemplar vita, morumq; iubebit
Dolcum imitator, & vias hinc ducere voces.
Interdum speciosa ioci, morataq; recte
Fabula, nullius Veneris, sine pondere, & arte, 320
Valdebat oblitus populum, metusque morditur,
Quam versus inopes rerum, nugeq; canora.
Gravis ingenium, Gravis dedit ore rotundo
Mus loqui, præter laudem, nullius auris.
Romani pueri longi rationibus affim 325
ii 2 Dicunt

- Discunt in parte centum didecere dicat.
Filius Albini, si de quincunce remota est
Vncia, quid superat? poterat dixisse, triens, eu.,
Rem poteris seruare tuam. redit vncia: quid sit?
330 Semper ad hoc animos exago, & cura peculi.
Cum semel imbuerit, speramus carmina fingi.
Posse tenenda cedro, & leui seruanda cupresso?
Aut prodesse volunt, aut delectare poeta,
Aut simul & iucunda, & idonea dicere vita..
- 335 Quidquid pricipies, esto brenus: ut citio dicta
Percipiatis animi dociles, teneantq; fideles.
O M N E superuacuum pleno de peccato manet.
Facta voluptatis causa, sint proxima veris.
Nec quodcumque volet, poscas sibi fabula credi:
- 340 Neu prans Lamie viuum puerū extrahat alio.
Centuria, seniorum agitans experita frugis:
Celsi pratereunt austera poēmata Rhamnes.
O M N E tulit punctum, qui miscuit vile dulci,
Lectorem delectando, pariterque emonendo.
- 345 Hic meret era liber Sosius: hic & mare transie,
Et longum noto scriptoris prorogat eum.
Sunt delicta ramen, quibus ignouisse velimus.
Nam neque chorda sonum reddit, quem vult
manus, & mens.
- Poscentiq; grauem persepe remittit acicum:
350 Nec semper serier, quodcumq; minabatur, arcus.
Verum ubi plura sicut in carmine, non ego paucia
Offendar maculus, quas aut incertia fudit,
Aut humana parum cauto natura. quid ergo?
Ut scriptor si peccat idem librarium usque,
- 355 Quāns est monitus, venia caret: & citharædus
Ridetur, chorda qui semper oberrat eadem:
Sic mihi, qui multum cessat, fit Charius ille,
Quem bis, terq; bonum, cum risu miror, & idem
Indignor, quandoque bonus dormierat Homerus.
- 360 Verum opere in longo fas est obrepere somnum.
Ut pictura, poësis, erit que, si proprius stes,
Te capiat magis: & quadam, si longius abstes.
Hac amas obscurum: voleret huc sub luce videri,
Iudicis argutum que non formidat acumen.
- 365 Hec placuit semel: has decies repetita placebit.
O maior iuuenum, quamvis & voce paterna
Fingeris ad rectū, & per te sapi, hoc tibi dictum
Tolle memor: certum medium & tolerabile rebus.
- Recte concedit, consulens iuri, & acto
Caussatum mediocris, abest virtute diserti
Meſſalla, nec ſcit quantum Cassellum Aulus:
370 Sed tamen in prelio eſt. MEDIOCRI BVS.
effe poëtis
- Non homines, non Di, non conſeffere columnæ.
Vi gratias inter mensas symphoniam discors,
Et crassum vnguentū, ei Sardo cū melle papanet
Offendant, poterat duci quia cena sine iſſio:
375 Sic animis natum, inueniūtque poēma immādiū,
Si paullum à ſummo diſceſu, vergit ad imum.
Iudere qui nescit, campeſtribus abſinet armis:
Inductusque pile, diſcine, trochib;e, quiescet,
Ne ſpiffa riſum tollant impunè corone.
- Qui nescit, verſus tamen audet fingere. quid nit
Libet, & ingenuus, præſertim confusus equeſtrean
Summā nummorū, vicioq; remotus ab omni.
Tū nihil inuita dices, faciesve Minerua:
380 Id tibi iudicium eſt, ea mens. ſi quid rāmen obno
Scriptū, in Meci descendat iudicū aurei,
Et patria, & noſtris; nonūq; prematur in annū.
Membranis iuvi positi, delere licebat,
Quod non ediderit: NES CIT vox missa reuerſi. 390
- Siluestris homines ſacer interpiſque Deorum
Cadibus, & victu ſædo deterruit Orpheus:
Dictus ob hoc lenire tigreis, rapidisque leones.
Dictus & Amphion Thebana conditor arcu
Saxa mouere ſono teſtudinis, & prece blanda
395 Ducere quo vellet. fuis hec ſapientia quondam:
Publica priuatis ſecernere, ſacra profanu:
Concupiu: prohibere vago: dare iura mariū:
Oppida molis: leges incidere ligno.
Sic honor, & nomen diuinū variibus, atque
400 Carminibus venit, poſt hos, in ſignis Homerus,
Tyrtæusque mares animos in Maxia bella
Versibus exacuit. dicta per carmina ſortes,
Et vita monſtrata via eſt, & gratia regum.
Pietis tentata modis: ludisque repertus,
Et longorum operum ſini: no force pudori:
405 Sit tibi Musa lyra ſollers, & canor Apollo.
Natura fieret laudabile carmen, an arte,
Quodrum eſt. ego nec ſtadium ſine diuine rena,
Nec rude quid proſie video ingenii. alterius ſic
410 Altera poſſis opem reges, & coniugias amicis.

QVI

- Q u i s f u d e s o p t a c a m r u s u c o n t i n g e r e m e t a m ,
 M u l t a r u l i s , f e c i q u e p u e r : f u d a u i t , & a l s i t :
 A b s t i n u i s V e n e r e , & v i n o . q u i P y t h i a c a n t a t
 415 . T i b i c e n , d i d u i t p r i u s , e x i s t i n u i s q u e m a g i s t r u m .
 N u n c f a r i s e f f d i x i s s e . E g o m i r a p o e m a t a p a n g o .
 O c c u p a e s e x t r e m u s c a b i e s : m i h i t u r p e r e l i n q u i
 E t , q u o d n o n d i d i c i , f a n e n e s c i r e f a t e r i . (e s t ,
 V i p r a c o , a d m e r c e i s t u r b a m q u i c o g i s e m e n d a s ,
 420 A s s e n t a t o r e s i u b e t a d l u c r u m s r e p o e t a ,
 D i u n e s a g r i s , d i u n e p o s i t i u m i n f a n o r e n u m i u s .
 S i v e r o e s t v n c t u m q u i r e c t e p o n e r e p o s s u ,
 E t s p o n d e r e l e u i p r o p a u p e r e , & c r i p e r e a c r i s .
 L i s i b u s i m p l i c i u m : m i r a b o r , f i s c i e t i n t e r -
 425 n o s c e r e m e n d a c e m , v e r u m q u e b e a t u s a m i c u m .
 T u s e u d o n a r i s , s e u q u i d d o n a r e v o l e s c u i ,
 N o l i t o a d v e r s u s t i b i f a c t o s d u c e r e p l e n u m .
 L a t i s i a . c l a m a b i t e n i m , P u l c r e , b e n e , r e c t e .
 P a l l e s c e t s u p e r b i s : e t i a m s t i l l a b i t a m i c i s
 430 E x o c u l u s v o r e m : f a l i e t , t u n d e r p e d e t e r r a m .
 V t , q u i c o n d u c t i p l o r a n t i n f u n e r e , d i c u n t ,
 E t f a c i u n t p r o p e p l u r a d o l e n t i b u s e x a n i m o : s i c
 D e r i s o r v e r o p l u s l a u d a t o r e m o u e s u r .
 R e g e s d i c u n t m u l t u s v r g e r e c u l u l i s ,
 435 E t t o r q u e r e m e t o , q u e m p e r s p e x i s s e l a b o r e n t .
 A n s i t a m i c i t i a d i g n u s , s i c a r m i n a c o n d e s ,
 N u m q u a m s e f a l l a n t a n i m i s u b v u l p e l a t e n t e s .
 Q u i n c t i l i o s i q u i d r e c i t a r e s ; c o r r i g e , f o d e s .
 H o c , a i e b a t ; & h o c . m e l i u s t e p o s s e n e g a r e s ,
 440 B i s , t e r q u e e x p e r t u m f r u s t r a : d e l e r e i u b e b a t , .
 E t m a l e c o r n a t o s i n c u d i r e d d e r e v e r s u s .
 S i d e f e n d e r e d e l i c t u m , q u à m v e r t e r e , m a l l e s :
 N u l l u s v l r r à v e r b u m , a u s o p e r a m f u m e b a t i n a n e .
 Q u i n s i n e r u a l i s i e q u e , & r y a s o l u s a m a r e s .
 445 V i r b o n u s , & p r a d e n s v e r s u s r e p r e b e d e t i n e r t e u :
 C u l p a b i t d u r o s : i n c o m t i o a l t u e s a t r u m
 T r a n s f u r o s e c a l a m o s i g n u m : a m b i t i o s a r e c i d e s .
 O r y a m e n t a : p a r u m c l a r i s l a c e m d a r e c o g e t :
 A r g u e t a m b i g u e d i c t u m : m u t a n d a n o t a b i t :
 450 F i e t A r i s t a r c h u s . n e c d i c e t , C u r e g o a m i c u m
 O f f e n d a m i n n u g i s ? b e n u g a s e r i a d u c e n t e
 I n m a l a , d e r i s u m s e m e l , e x c e p t u m q u i s u n i s t r e :
 V t , m a l e q u e m s c a b i e s , a u s m o r b u s r e g i u s v r g e t ,
 A u s f a n a t i c u s e r r o r , & i n a c u n d a D i a n a ,
 455 V e s u n u r e i g i s s e m e n t : f a g i u n t q u e p o e t a m ,
- Q u i s a p i u n t : a g i t a n t p u e r i , i n c a u t i q u e s e q u u r t u r .
 H i c , d u m s u b l i m e u s v e r s u s r u c t a t u r , & e r r a t ,
 S i v e l u i s m e r u l u s i n t e n t u s d e c i d i s a u c e p s
 I n p u c e u m , f o u e a m v e : l i c e t , s u c c u r i t e , l o n g u m .
 C l a m e t , i o c i u s , n o n s i t q u i t o l l e r e c u r e t . 460
 S i q u i c u r e t o p e m f e r r e , & d e m i t t e r e f u n e m :
 Q u i s c i s , a n p r u d e n s h u c s e d e i c e r i t , a t q u e
 S e r u a r i n o l e z d i c a m , S u c u l i q u e p o e t e
 N e r r a b o i n t e r i t u m . D e u s i n n o r t a l u b a b e r i
 D u m c u p i s E m p e d o c l e s , a r d e n t e m f r i g i d u s 465
 A e t n a m
 I n s i l u i s , s i t i u s , l i c e a t q u e p e r i r e p o e t i s :
 I - N V I T V M q u i s e r u a t , i d e m f a c i s o c c i d e n t i s .
 N e c s e m e l h o c f e c u t : n e c , s i r e t r a c t u s e r i t , i a m
 F i e t h o m o , & p o n e s f a n . o s e m o r t i s a m o r e m .
 N e c s a t i s a p p a r e t , c u r v e r s u s f a c t i e r : v i r u m 470
 M i n x e r i s i n p a t r i o s c i n e r e s , a n t r i s t e b i d e n t a l
 M o u e r i s i n c e s t u s . c e r t e f u r i t , a c v e l u t v r s u s ,
 O b i e c t o s c a u c a v a l u i s s i f r a n g e r e c l a t h r o s ,
 I n d o c l u m , d o c l u m q u e f u g a t r e c i t a t o r a c e r b u s .
 Q u e m v e r d a r r i p u i t , t e n e t , o c c i d i t q u i , l e g o n d o , 475
 N o n m i s s u r a c u t e m , n i s i p l e n a c r u o r u b i r u d o .

C O M M E N T A T O R :

H u m a n o c u p i t i c e r u i c e m p i c t o r e q u i n a r i s . A c -
 g i t d e o p e r i s i n e q u a l i t a t e ; d a t q u e p r a c e p t a t r i c i -
 b e n d i p o e m a . P r i m u a u e m p r e c e p t u m e s t d e d i -
 p o s i t i o n e & c o n u e n i e n t i a c a r m i n i s . S r i b i t a d P i -
 s o n e s v i r o s n o b i l e i s d i s e r i o s q u e p a t r e m & f i l i o s ,
 v e l , v t a l i j v o l u n t , a d P i s o n e s f r a t r e s . P o e m a a u -
 t e m q u o d e s t s i n e v i l a c o n o m i a c o m p a r a t e i u s -
 m o d i p i c t u r a , q u a e c a p u t h a b e t h u m a n u m c u m
 c e r u i c e e q u i n a & d i u e r f o r u m a n i m a l i u m m e m -
 b r i s , q u a e p l u m i s e x o r n a t a d e s i n i t i n p i s c e m . i n -
 d u c e r o . p e n i c i l l o a d i u n g e r e p l u m a s v a r i i c o l o r i -
 b u s , q u a l i n a t u r a f l o r i d a s : v e l v a r i a s , i d e s t , d i u e r -
 f a r u m a u i v u m c o l o r e s . v n d i q u e c o l l a r i s e x d i u e r -
 f i s s c i l i e c t a n a m i l i b u s & m u l t i s , c o n i u n c t i s s u -
 p e r i o r i f o r m a e . r u n p i t e r . s c e d e . a t r u m . m a g n u m . i n -
 p i s c e m . b e l l u a m m a r i n a m , i d e s t , P i s t r i c e m . s u -
 p e r o n a . v t c a p i t e & f a c i e f o r m o l a m u l i r , i n f e r i u s
 m o n s t r o s e d e t u r p e r t u r . s p e c t a t u m . a d s p e c t a n d u m
 t a l e m o n s t r u u m p i c t u m . t e n e r a i s . o m a c i i P i s o n e s
 p o s s e t i s t e n e r e r i s u m ? t a b u l a . i m a g i n i p i c t a . p e r -
 s i m i t e m . o m n i n o s i m i l e m . c u i u s v e l u t e g r i . o r d o
 e s t , c u i u s i t a v a n e f i n g e n t u r s p e c i e s , v e l u t e g r i -
 f o n n i a . v t n e c p . s u p . i a . p e s . f i n i s . c a p u s . p r i n c i -
 p i u m . i i i . .

pium. id est, ut neque finis neq. principiu conueniat vni corpori. *pictoribus atque obiectio aqua*. aequalis. *scimus responso*. hanc veniam. hoc est, vt nos alii scribendi licentiam concedimus, ita nobis quoq. licere petimus; sed petimus quidem vt poëtae, damus autem vt critici. sed non. sup. ita. *ut placida*. hoc est, singedi potestas debet esse artificiosa, non etiam immoderata. *geminetur*. scientur, iungantur. Ea, inquit, quæ specie, natura, & qualitate differunt, non debent aut in pictura, aut poëmatæ coaptari in qua eademq. forma: sicut tigris & agnus, pisces & vrsus; sed tigris & leo coniungi possunt: quia eadem habent qualitatem, vixque enim ferus est. *incepit granibus*. aliud præceptu de seruando themate. Pessimam autem dicit eos habere consuetudinem, qui modum in describendo excedunt: scilicet, qui reliquæ themate quod inchoarunt, transiunt ad aliud, interponentes verba quidem comta, sed sensu non apta, orationesq; incongrua. *magna professio*. qui conantur aliquid magni scribere, & leuiter huiunt, reprehendendi sunt. respicit ad ingeniu quorundam poëtarum, qui grandia quidem, incipiunt, sed ridiculè exiunt in locos communis; quos notat per purpureum pannum: in magno namq. poëmate, excessus debemus aspergere ad aureis reficiendas, sed aptè & conuenienter. *splendeat*. placeat. ordo est, vnu & alter pannus purpureus, qui latè splendeat, assuitur per pannum purpureu intellige flores, & splendidam orationis particulâ, quam solent poëtae interserere suo carmino, vt sit splendidius: sed hoc reprehendit quando sit extra materiam quæ cepta est. *cum lucis* Ch. a. D. sup. quādō hoc sit: cum lucis &c. *ara Diana*. Zeugma ab inferiori, supp. describitur. *lucus*. Aricinum nemus. *ara Diana*. ara Diana fuit apud Scythopolitas in Taurica regione, vbi adueni immobatur; sed ea translata fuit Ariciam. *ambitus aquæ*. pro riu ponitur ambiente agros amoenos. *flumen Rhenum*. notandum flumen Rhenum neutro genere. Sallust. in historiis: noménq. Danubium habet. Est & masculini. Virg. Rheusq. bicornis. is autem Germaniam à Gallia diuidit. *pluuius*. pluialis qui pluuiam concitat. *his locis*. talibus panus congruens. docet non esse indulgendum eloquenias nisi opportunè, ne pro gloria quis incidat in opinionem inepi & incauti. *cupressum scissim*. iuris pictoris incepit, qui vix aliud nouerat quam depingere cupressum; à quo cùm naufragus quidā peteret, vt vultum suū & naufragium exprimeret, interrogauit, num ex cupresso vellet aliquid adpingi. hoc Græcis episodium dicitur. Naufragi enim ad misericordiam commouendam, casus suos in tabula depingi faciebant. Iunenal. Vix ro-

gat, & picta se tempestate tuerat. *simulare*. axitari, pingere. quid hoc si fr. Quid hoc ad naufragium pertinet, vt ad illud ostendendum pingatur cupreilius: quod non desiderat aliud, quām parte lacere nauis, & ipsum naufragum miserè iactari procellis marinis. *are dato*. data pecunia ab eo qui pingi cupit. *amphora coep. in res magna incepit formari & tractati. currere rotæ*. procedente carmine. træssatio à figulis, à quibus cum rota volvitur, vafa singuntur. *cur vrcus?* cur incipis magnificè, & turpiter ad vilia laberis, cur vile sit opus tuum? *vrcus exit*. Orcæ genus est yasis, à quo vrcus dicitur & vrculus. *anique sit*. hoc est, quācumque materiam vis, afflue; ita tamen vt continui carmen componas, nec intermisceas rediuerfas, sed simplex sit carmen; id est, ceptæ materia, & nondum finitæ non debes aliam iungere per compilationem, sed tenorem coeptum sine interruptione sequare. *maxima pars vas*. Quidam dicunt hoc aliud esse præceptum: alij de economia adhuc volunt eum: loqui, & est apostrophus ad Pisones. ordo est, ô pater & iuuenies patre digno, nos maxima pars vatum decipimus specie recti, id est, dum conamur seruare rectitudinem carminis, plerumque labimur in vitium, decepti specie, id est, imagine rectitudinis, quam putamus conuenire superiori materia. *breve effe labore*. supp. dum. *se autem ponit pro quo quis alio*. laus est breuiter aliiquid narrare, sed omnis breuiras obscuritati patet. *settantem lenis*. plana, aperta, splendida. vt. Pars leueis ocreas lento ducent argento. *verni*. robur. *depeius*. derelinquunt, deferunt. vt, noctis non. deficiū humor. *animig*. prudentia, vehementia; sepe eneruatos virtus scribit, qui dat operam vt scribat delicatos. *grandia*. inventiones sublimis. *-surget*. inflatur, excedit modum. *serpas*. repit, id est, qui nimis metuit aggredi celsa, fit plerumque vt nimis vilia sectetur. *tutus*. qui sibi vult esse tutum. *procela*. difficultas. *variae cupit*. qui vult opus varium scribere, sepe scribit inepia. *prodigiliter*. mirabiliter, monstruosè. *dolphinum*. pisces: quod est contra naturam. *culpe fuga*. qui vult fugere culpam, sepe cadit in vitium. vt alibi. Dux vitant stulti vitia, in contraria currunt. fuga autem est nominatiui casus. *Aemilium circat*. Aemilius ludus dicebatur locus non procul à circo, vbi Aemilius quidam gladiatores suos, habuit, circa quem erat statuarius, qui vngues & capillos bene expressit, cetera, imperfecta relinques, vnde multum derisus est. *faber*. statuarius. *casus*. imus autem dicitur est, id est, ultimus, quod in ima parte circi tabernam suam locasset. *ars in arte*. felix. indoctus. *summam*. perfectione. *potens*. singere. *casum*. opus: *integrum*.

integrā statuā: nesciat perfectē formare . hoc exemplū docet nihil oportet deesse poëtæ. *componere*. conscribere. significat etiam comparare. vt, sic patuis componere magna solebam. *non magis*. huic esse similis in scribendo poëmate , cui ad perfectionem aliquid decet : non magis opto, quām parte aliqua corporis me esse fœdissimum, & reliquis splendidum. *prauo*. torto. *spectandum*. cernendum, videndum. *sumite materiam*. iam incipit dare generalia præcepta, dicens, vnumquemque eam materiam scribendam debere eligere, quæ virtus ingenij non excedit. Cato. Metiri se quemque decet, propriisque iuuari laudibus, & iterum: Quod est, eo vti decet, & quod agas, age re pro viribus. *sumite materiam*. hoc est, antequam incipias scribere, vide, si materiam, quam aggredieris, possis implere. *humor*. translatio, pro ingenio: humeros supponimus ad ouera gestāda. *cui lecta*. delecta. *potenter*. pro sua potentia, quantum possit ferre. *res*. materia scribendi. *ne lucidus ordo*. dispositio, quia reuera ordo manifestat omne quod dicitur. *lucidus*. aprum epitheton, quia ordo facit orationem lucidam perpicuumque. *ordinis bac*. ostendit quo ordine componendus sit sensus, videlicet, vt ex iis quæ primò dicenda sunt, quædam dicat, quædam differat pro præsenti, vt ea postea per repetitionem commemoret. vt Virgilius primum describit qualiter Aeneas ad Didonem venit, & prætermituit suos easus, & excidium Trojæ: quod postea ramen satis declarat. *virtus*. ars, dispositio, perfectio. *Venus*. venustas, gratia. *aut ego fallor*. aut ego fallor, aut ista est ars dispositionis quam docturus sum. *iam nunc deb*, quæ debent dici, sine villa dilatatione dicantur, quædam dicenda pro tempore differat. vt Virgilius in novo libro, in Italia iam existente Aenea narrat quomodo fabricatæ sint naues, quibus ex Ilio nauigavit, cum in tertio non dicat. *hoc amet*. eligat. *spemnat*: supp. dicere: ve non omnia dicat simus quæ sibi in mentem veniunt. *promissi*. id est, magni. vt poëta, Ser gelstum Aeneas promisso munere donat. Alter: *promissi carminis*, id est, qui vult auctor fieri magni carminis: aut certè auctor, id est, optimus poëta. *in verbis*. supp. esto. *tenus*. subtilis. *caususq*. prudeas. *serendis*. propagandis, ordinandis, ponendis, inferendis: hoc est, si facienda sunt tibi noua verba, obserua vt ea dicas quæ placeant, & habeant auctoritatem: ne videlicet verborum geminario fastidium generet & carmen dehonester. *dixeris*. prodices. *egregi*. cum laude. *notum*. vulgare. *callida*. perita. *iunctura*. compositio, structura partium. Exponit de veteribus verbis & nouis, quomodo poëticalia licentia fiant: Nam aliquid est, vulgaria sunt, dicit ea per compositionem

peritam posse splendescere: hoc est, si non sint alpera in compositione, quæ eger artificio. *callida*. elegans & noua eloquio, vel cohærens sermo: optimum enim dicendi genus est, si noua verba opportunitè & propriè ponantur. *indicus*. id est, verbis: nam verba sunt signa rerum, vt philosophus ait, ἴλιγχος τὰ τρέχων ἀνατολής λόγος. Mirè dixit: indicia, nam oratio indicat animum. *abditarū*: nouas res. sic qui Aristotelis libros transtulit, cum laboraret in τελείᾳ, vertendo, fixo, sens, & laudem acquisiuit. *cinctus*. antiquè dixit, id est, militari bus viris, & ad militiam paratis: vnde per contrarium dixit poëta, discinctos Celtiber Afros, id est, imbelleis ad militiam. cinctuti autem dieti sunt propter strictas tunicas pectoribus suis aptatas si ne cingulis: qualeis adhuc Scotti gestant. *non exacta*: non autè auditæ & comperta, non cognita. *Cethegi*. antiqui. Cethegi Romanorum sunt antiquissimi. *continget*, hoc est, si necessitas tibi fuerit vti verbis recentibus, quæ non audierunt Cethegi antiqui, licet tibi vti quidem, sed moderatè; alias rideberis. *sumta excoxitata*. pudenter. verecundè, non sine causa. *fides*. grata erunt. *noua*. nuper facta verba probabuntur, si de Græcis verbis translata fuerint non absurdè: vt verbi gratia καλλικράτης dicitur Græci, nos calicem. *caudent*. orientur. parçè. moderatè. modestè. *deformata*. deriuata. *quid autem Cecilio*. Quare negarent Romani Virgilio Vatiisque quod concesserunt antiquis poëtis? scilicet, noua verbæ facere. *Cecilio Plautoq*. Comici fuerunt antiqui multo tempore ante Virgilium & Varium. *ademerum*. quod admir nobis poëtis, aut negat. *acquirere*. noua verba facere, & sermonem Latinum amplificare. *invideor*: prohibeo, vel inuidetur mihi: Mirè, dum de singulis verbis loquitur, Græco more loquitur, φῶναι, id est, inuidiæ patior: inuidetur enim non videtur latine dici posse. *Catoni & M. Porcius Cato*; qui & Censorius dictus est. *patrium*: Romanum, Latinū. *dileauerit*: docupletauerit, außerit nous verbis: ostendit Latinam linguam initio admodū fusisse angustam, & in eternis angustiis eam manere debuisse, nisi à Catone, Eanio, Andronicodilarata fusserit deriuatis verbis è Græco fonte. *signum*. demonstratum. *præsente nota*. præsentis temporis charactere. tracta metaphora est à numis, quis nummi in noua fusura iuuat inopia. *producere*. in noritiam hominū deducere. *vt filia foliis*. ne aspersetur noua verba cōparatione nouorū foliorum, docet ea posse placere. *pronos*. procliuos, citè labēteis, instabileis, volubileis. *prima*. *folia*. *vetus interit aras*. suprà dixit verba vetera. noui: & contrà: modò autem subdit, quod non tantum verba hominū intereant, sed & hominēs & omnes.

& omnia eorum facta. Quod tribus continuis approbat exemplis: Primum de portu Ostiens. nā apud Ostiā ciuitatem Augustus mare irrumpens interclusit, & aggere terræ & lapidibus obstruxit, portumque ibi fecit. Secundum de Pomtinis auditibus, quas Augustus exsiccavit, & habitabileis reddidit, inecto similiter aggere lapidū & terræ. Tertium de Tiberi fluui, quem Agrrippa de proprio deriuauit. alueo ad eum per quē modū fluit. Dicit ergo, sicut ista quæ naturalia fuerūt, potuerunt ab hominibus permutari, ita & illa quæ artificialiter ab hominibus sunt inuenta & facta, poterunt facile perire: Nam vt corpus mortale est, ita & omnia eius facta; siquidem etiam natura ipsa mutatur: & sicut anima hominis est immortalis, ita quoque animæ facta sunt perpetua. *inueniū. foliorum. debemur morti. & nos morimur & opera nostra. sine. pro veluti. terra. intra terram. Neptunum. mare,* quod intra terram recipitur quando portus componitur. significat portū Lucrinum & alios ab Augusto manu factos. *classeis Aquil. ar. hypallage, pro eo quod est, arcet Aquilones à clasibus, id est, defendit, tuerit, & prohibet tempestatem. regis opus. regiū opus. opera regia sunt quæ nemo nisi reges facere possunt. steriliq. sine satis. Diuus Augustus duas res diuinias fecit, vt Pomtinam paludem exsiccaret, & ad mare meatum habere cogeret, vt post & atri posset, deinde portū Lucrinum munivit. de quo Maro, Lucrinoque addita claustra, atque indignatum magnis stridoribus æquor, Iulia qua Ponto longè sonat vnda refuso. alit. pascit. *gravis sentit aras. aratur. seu. veluti. iniquum. non aptum. annis. Tiberim intelligit, hunc enim deriuauit Augustus quæ nunc fluit, antè enim per Velabrum fluebat, vnde Velabri dictum quod velis transiretur, cum enim doceretur per priorem alueum, frugibus agrorum nocebat & templo Vesta. doctis iter met. supp. tenere, ne scilicet noceat, Agrippa enim diuertit in alueum alium. mortalia facta. id est, mortalium opera, quanto magis verba, que citius pereunt. horos. pulchritudo. viuax. perpetua. hoc est, si hæc omnia quæ memorata sunt absque dubio mutantur & transeunt, verborum gratia perennis quomodo manere potest omnia vocabula rerum. in usum redibunt. quia iam sociid. ab vsu recesserunt & sublata sunt. in honore. in vsu & consuetudine: quæ vincunt rationem; vsus enim facit auctoritatem: & consuetudo vincit aliquando regulam: vt modiū, liberū, nummū, pro modiō, liberorum, nummorum, apud Cic. & alios. quem penes conuersio, id est, penes quem, apud quem. arbitrium. iudicium. ius. dominium, potestas: hoc est, in pot-**

estate vsus est & sermo & ius loquendi. *norma. statutus ordo. res gesta.* incipit nunc loqui de diuersis errorum generibus, corūmq. inuentoribus, ostendens Homerum esse auctorem Heroici, qui primum dicitur studuisse res gestas scribere metra. Elegiaco; sed dum cerneret tali metro detracato non conuenire fortia facta bellorum, reperit Hexametros, quos æqualiter coniunxit currenteis, & hoc metrum vocavit Heroicum; quod & Delphicum & Pythium dicitur, ab Apolline, cuius oracula hoc metro continentur: *vocatur quoque Theologicum, à Muso auctore Orpheo, qui scripterunt cecineruntque Theologica, id est, diuina carmina. Elegiaci autem dicit auctorem adhuc in dubio esse; & docet quo modo singulæ res quibus metris scribendæ sint. res gestæ. historiz. tristia bella. epitheton proprium. numero. metro, scilicet Heroico: vt, numeros memini, si verba tenerem. monstrans. docuit. versibus impor. metrum impar dicitur, dum secundus versus non est par primo, quale est elegiacum, in quo prior est hexameter versus, alter pentameter. querimonia. miseria & calamitas; itay. enim luctus est & lamentatio. inclusa est. comprehensa, composita: nam primum metro elegiaco res tristes & lugubres, post etiam læzæ & prosperæ cooperunt describi. exiguae. hoc dicit ad comparationem Hexametrii, quia Elegiacum metrum minus habet syllabarum quam Heroicum versus, nam constat ex pentemimere, id est, duobus dactylis & syllaba. certant. contendunt. sub iudice. neendum finita. *Archilochein proprium. a se reperto. rabies. furor, iracundia. armavit. instruxit. hoc enim metro a se inuento Archilochus primus vsus est in Lycamben socerum suum: & iambica scriptis plena maledictionis in eum & detractionis, quod ei Neobuleni filiam iam despontatam denegaret, adeo vt Lycambes quo iambos vitaret ad laqueum confugeret: & iac. 31. 69. Græc. est detrahere, conuiciis lacessere. hunc socii cepere ped. hoc est, hoc pede scribuntur etiam comedie & tragedie. socii. comedie. grandes. alusioni. cothurni. tragedi. Socus est calceamenti genus, quo vtebantur in comedii agendis conœdi, vt Terent. Plaut. Cothurnus. iam calceamentum est, sed utrique pedi aptum, quo propriè vtebantur tragedi. alernis ap. ser. hoc est, interrogationalibus & responsionalibus. Quod dicit propter diuersas personas, quæ introducuntur in tragediæ & comedii. strepitus. clamores populi, id est, clariss. resonantem in scena quam tumultus popularis resonet: taleis strepitus excitat iste p. s. natum. inuentum. rebus agendis. scribendis comedius**

comœdiis & tragediis. fidibus. Lyricis versibus deos laudare, & heroas & olympicos, & vt diuina diceremus. *puerisque.* pueros dixit filios deorum more Græco; vel pueros appellat heroas, qui etiam per dñibz dñj facti sunt. *pugilem vici.* dedit re-fere olympicos agones, ὅλων τετρακον. *victorem.* *vincentem.* Pindarum dicit & Amphionē. *equum cert. pri.* Pollicem qui ante omnem ad palmarum venit. *certamine curu. curus.* amores, quod cor vrāt. *libera vita.* conuicia diuorum. *libera:* qui vina liberi faciūt homines loqui, vnde Bacchus Liber dictus est; facit enim liberos & securos sibi videnti etiam seruos & pauperes per ebrietatem. hinc Iuuenal. Tunc pauper cornua sumit. *descriptas.* suscep-tas, distributas, diuisas, expositas. *vices.* varie-tates. *operumq. color.* *ex operis ordinem propositum meditationis & scriptio.* si *noqueo.* per na-turam. *ignorog.* perarem quam non didicisti id est, si non valeo & ignoro scribere poëma, cur salutor poëta, & libenter audio *zapis sonra?* vices autem versuum species sunt, quibus colores operum, id est, ea quæ prius in animo destinata sunt, describi debent, ita vt quot sint colores, tot sint varietates & species carminis; vt amatoria & ludica, deorum laudes, heroum & olympicorum, odis & lyre conueniant; heroicō metro, bella iambico, comœdia, tragedia. *our nescire pud.* ordo est, cur prauē pudens malo nescire, quād discernere *pudens prauē.* præpostorē verecundus & erubescens; Quare potius nolo discere quād turpiter ignorare? si nescis, non turpiter discis, si interrogas; sed turpiter nescis, si tacueris, nec interrogaueris: quare ille est pudens prauē, quietubescit discere, quod ei est vtile & honestum scire. *versibus exponi trag.* hic exequitur quod superius præscriptum, descriptas seruare vices, &c. Res, inquit, comœdia non est altisono sensu & sermone terribenda, neque tragica tenui & humili: sed contraria, Comœdia humili sermone scribi, & suppressa voce recitari; Tragedia stylotissimo scribi, & excellsa voce proferri debet, indignatur item. iterum, similiter, *prishas.* humilibus, comicis, communibus, iacentibus: quia priuata sunt iacentia verba & vulgaria, quibus familiariter vtimur. prop̄ focco. comicō stylo. *narrari.* exponi. *cena Thyetta.* tragedia de Thyeste scrip-ta. Nota autem est fabula Tantali, quomodo ap-suerit diis filium suum Pelopem epulandum; à quo dum omnes abstinuerint, sola Ceres eius humerum comedit, pro quo iam rediuitio restituit eēburneum: Tantalus autem ad inferos deie-ctus est, ibiq. religatus. At Pelops genuit Atreum & Thyesten, quorū Thyestes vxorem fratri violauit: Atreus autem filium fratis de eadem sua uxore natum interfecit, epulandum patriap-

posuit: propter quod scelus dicitur Sol abscondi-se radios suos apud Mycenæ Græcia civitatem. Quod idèo singitur, quia ibi fertur Thyles, re-priile rationem deliquii Solis, & quare eclipsis con-tingat: quo frater comperto inde recessit. Atreus autem genuit Agamemnonem patrem. Orestis, qui int̄fecta matre Clytemnestra furuit. Omnes autem de Tantali progenie fuere; quapropter de sceleribus eorum varie tragedie scriptæ sunt. *singulis.* comœdia & tragedia. locum, stylum, for-tita. ex natura electa quasi sorte. interdum tamen etiam si humili sermone scribatur. tollit. grandioribus verbis vtitur. vt Terent. ô cælum, ô terra, ô maria Neptuni! Item; prò summe Iuppiter! *Clorem.* persona est comœdia. sumido. digno tra-gœdia. delitigat. valde litigat. tragicus. scriptor tragediarum. doles. do'ores scribit & exponit. pedestrī humili, communi. *Telephus.* fabula Telephi. hic ab Achille & vulneratus & curatus est. *Peleus.* fabula de Peleo. hi ambo reges fuerunt, qui amissis regnis ad tantam inopiam deuenerunt, vt exules facti, mendicando sibi vnde cumq. victum conquerirent, omis̄is verbis grandibus & regiis; ideo dixit, & tragicus plerumque dolet sermone pedestri, id est, humili. *proicit ampullas.* id est, ira-ta verba, inflata, grandia omittit, & orationem tu-midam arrogatimque. Cū enim reges fuisse, & in nimia iam crumna versarentur, alē loqui nō poterant, nunc summis calamitatibus merit. *ampullas.* fastuosa, pompatica. metaph. ab ampullis, quæ vasa sunt ventricosa. vterque autem talia verba proicit & vtitur communibus vt exul. *si curat.* si curam habet. *spectans.* spectatoris. *retigisse.* pro-tangere, id est, mouere ad misericordiam & flectere; quod fit, quando idonea verba cum dolore pro-ferimus. non satis est pul. sunt quædā poëmata quæ habet oeconomicā & diserta probataq. verba, sed interdū carēt venustate & dulcedine, quib. etiā opus est ad mouendū spectatoris animū. *dulcia.* ethica. *suxto.* sūt. *agunt.* agent. *ad sunt* præsto sunt & ipsi flent: quia terū species sunt à natura in animis no-stri formæ: vnde Cic. Ardeat orator, si vult iudicē incē. Irc. *humani vultus.* in vultu præcipue ani-mi volitas cognoscitur, & ex affectu loquētis poëtz concipit auditor in animo, & format aut lætitia aut dolorem. *si vis me flecte.* hoc ex Demosthene sumtum est, à quo, cū pauper flagellatus causam suam defendi vellet, ei confidenter narranti crede-re noluit, donec flecteret ira permotus. *ledens.* tua calamitates, tui dolores, & fletus me flectent. *infor-tunia.* *anxymora.* mandata. non tua, sed quæ tibi dolor aut lætitia mandat, pro eius persona quam agis. *aut dormitabo.* alterutrum faciunt auditores, si sine affectu sit dictio. *tristia mestum vir.* hoc est,

k k

est, primū debet in animo cōcīpere poēta vel tristē vel lētam personā, deinde verbis idoneis vtī secūdum fortunę qualitatē; nam vnicuiq. personā debet seruari quod est eius propriū. *plena sup. verba. iasciūa. delicata. molia. amatoria. feria. honesta. matura. leuitate carētia. graua. necessaria. aspera.* sed & in familiarib. sunt feria. Virg. Posthabui tamen illorū mea serialudo. *prius. antequā proferamus. intus. in animo: nā affe. Cetus omnes habemus in animis nostris à natura, & sīgūlū mouentur, cū imagines suas viderint in aliis: quare poēta debet formarē intra se personam aptam suis verbis. habbitum. qualitatem. suas aut. natura lētamur, iascimur, delectamur, miseremur, modò dedit ad humanitatē, modò extollit ad iracūdium. deducit. valde affligit spectatōrē & humiliat. pōst effert. extollit. & est sensus, natura quā me deiecit rerū miseratione, extollit prosperitate. interpretē ling. quā interpretatur motū & affectū animi: verba enim sunt signa rerū in animo conceptarū. si dicentia er. hoc est, si rem tristē lēto blandoq. sermone dixeris, vel lētam tristibus verbis protuleris, subsannaberis ab omnibus: & si non conuenient verba loquentis fortunę, ridebūt Romani. *absona. discrepātia. equites. pedis. nobiles & plebej. tollent. eadh. effusē ridebūnt.* Cachinnus ex ὁμηριᾳ factū à sono. intererit mult. dat prēterea præcepta poēmatis, & docet bonum poētā debere seruare proprietatem & discretionem cuiusq. personā loquentis, sensis, iuuenis, pauperis, diuinitis: in sensibus enim est summā locutio: in iuuenibus turgida; sic & in reliquis proprietas est seruāda; & nō solū ad personarū dignitatē, sed etiā ad cōdicionēm etatēm q. apīada sunt verba. intererit. interesse debet, præceptum de formandis personis. *diuos ne loquat. an heros. heros qui per apotheosin inter diuos est trāslatus. matruſine senex. etatis plenus. fermidus. iuuenis. adolescens. sedula nut. officiosa. diligens in infantib. nutritiādīs. mercator ne vag. qui passim navigat. vt in epist. 1. Impiger extreemos curris mercator ad Iadōs. &c. virētū. fertilis. feracis. Colchus. leuus. In hospitalis inducendus est: hinc Medea Colchica meretrix, quā filios suos ex Iasone cū parte perdidit, vt est in tragedia. *an Assyrīus. astutus. callidus. diuinitis afflīdens. Thebis. querant imperisi & infelices. Argia.* Argui audaces, felices, victores. *aut famē seq. aliud præceptū de thomate, id est, aut notam historiā scribe, aut verisimilia finge. Hortatur bonū poētam, vt aut rei veritatem carmine cōpletatur & rem gestam narret, vt fecit Lucanus: aut si mentiri volet, aliquid cōuenienter singat vt non sit incredibile; sicut fecit Virg. Omnis ergo poēta aut certā historiā dicit, aut fingeit: si certam scribit, famam sequatur; si fingeit, habcat artēm figurantū***

& similitudinē veri. *honoratum. illustrem. honoris plenū. reponis. scribis. Iuuēn. Semper ego auditor tantum, nūquam ne reponam? aut reponis, id est, scriptis tuis quasi reducis ac reddis viuum: aut reponis ad imitationē Homeri describis: aut reponis, id est, in theatrū reducis. Apud Commentatorem inueni relatum: Cū primū scriptores concordiarū aut tragediarū in scēnam prodirent, fauorabiliter excipiebantur, etiam si male agerent & prætore cogente totā necesse erat peragi fabulā: Si verò postea iterum candē fabulā reponerent, id est, iterū, sed male agerent, tunc planē explodebātur. impiger. sup. sit, qualis ab Homero describitur. inexorabilis. durus. superbus. acer. fortis. dūcē. ira. neget. sit contemtor legum. nihil non. omnia. arroget arm. iactet. est enim arrogare se iactare, sibi adscribere, vindicare, cōtrā, derogare est visupera- re, negare, detrahere: sensus est, nihil sit, quod non speret, se per vim & arma perpetrare posse. Medea. sup. cū describitur. fœcox. peruitax. Medea fuit veneficarum maxima, vxor Iasonis, qua ducatam præbente, Colchis vellus aureum absfluit; quē veneficii mēteis hominū commutabat, arq. imicta manebat: venit autem ad tantū scelus, vt filios suos trucidaret, ad iniuriam sibi illatā ab Iasonē marito vlciscendam. inuicta. freta arte magica. Ino. Ino vxor Athamantis fuit, quē furorem mariti fugiēs, præcipitauit se in mare cum filio, & dicta est Leucothea, & filius eius Palemon, qui Melicertes antea dicebatur, qui etiam Inous à matre dictus est. Ixion. Moris erat apud antiquos, vt ante ductas uxores nuptialia munera vitro soceris daret generi: Ixion ergo cūm filiam Eponei accepisset uxore, & dōte daret inuitus, scrobem fecit in genere, sub ipso in roitu domus occultam, quā igne repleuit, ac summam leuiter cōtexit paleis. In hanc socerā quem simulans ad coenam inuitauerat, mersit, ac sic passus est illū viuum exurit: Quare perfidus dōcus est, quia per fidē pacē pecunia suum socerū necauit. Alius fuit Ixion gigas, qui cum Iunone voluit concubēre, eīq. nubes in specie Iunonis op̄posita est, de qua nātidicuntur Centauri. Io vag. quā cestro exagitata & in vaccam mutata peruenit in Aegyptū, factōq. est Isis dea Aegypti. *irrisio. Orefes.* quia matrem demens interfecit si quid inex. aliud præceptū. *inexpert.* nouum, hoc est, li nouum poēma scribis, & fingis nouā personam, vide vt sit constans vsq. ad extromū, ita vt, quam personā vel fabulam ceperis, nō mutes antequam illam finias. scēna cōm. tradis vt in scēna recitetur. *formare.* in-stituere nouam. fabulam. adīnum. vīq. ad finem. sibi const. vndiq. cousonet, candē rationē seruer. cōmuniā dicer. materiam ab aliis descrip̄ta ita pro-pterē expūcare tāquam tua sit. *cōmuniā.* L. intacta ab aliis:*

aliis: nam quod ab aliquo prius dictū est; hoc fit ei propriū. Item cōmūnia, id est, nō antē dicta à quo- quam, quae patet omnibus: quemadmodū domus aut ager sine domino, cōmūnis est; occupatus vero iam proprius fit, ita & res à nullo dicta cōmūnis. proprie. recte. deducis in aliquid ab Horner. scriptū deducis in actus sūp. tuos, hoc est, melius ex vītatis quām ignotis & à nemine tactis scribis fabulā aut tragediā. attus. pro fabula. ab agēdo. ignota indit. materiā nō auditā, non dictā ab aliis. publica mas. docet quomodo aggrediatur aliquis carmē ab alio scriptum & iam publicatū. sensus est: Materia iam vulgata & edita, ve bellum Troianū, erit quasi in- cognita & grata, & habebitur tua, & quasi à te in- uēta. si non circa v. hoc est, si eam fueris artificiosè imitari, nec singula cōmūnūs fide securus, ita vt fe- rē & verbis & eisdē sentētis vtaris, quib. ea ab aliis scripta est, ne magis interpres quā nouus scriptor videaris, si nō totū poēma alterius, quod tibi patet ab initio ad finē, nihil addēdo, nihil demēdo tuum facere velis. orbē. κύκλος dicūt Græci. hinc κύκλος, id est, in orbē duco, circūeo. nec verbū v. id est, non verba, nō sensus eo dē debes seruare, nihil præter- mittēs. nec dissilīes. id est, nō ita fideliter debes imi- tari, nec in eas angustias descendere obseuritatis difficultatisq. vnde te explicare nō possis, sine pu- dore reprehēsioneq. aut etiā vltierius progredi; nā pudor vetat nos inchoate doferere, & lex operis iu- bet aut penitus nō incipere, aut incepta perficere. nec sic incipies. aliud præceptum. noli. anquit, nimis elatis verbis incipere, nam poēma debet paullatim crescere. cyclicē. poēta qui carmina sua circumfert quasi circuforaneus. aut nomen est datu Antimacho, qui bellū Troianū scripturus sic incepit: For- tunā Priami. Cyclici poēta etiā dicūtur qui circū- eunt ciuitates recitatēs sua scripta. Et artes quædā Cyclīcē dicūtur, quæ nimia profunditate obseuri- tareq. quodāmodo in gyrum vertūtū, propter ni- mias verborū ambages. fortunā. infelicitāē. Per- sonā ignati poēta hic lumen promittentis magna, sed nihil perficiēs, simul eos ex oblique reprehē- dir, qui in præfationibus sē plus æquo effundunt, & in proceſſu minus docti deficiūt. hiatu. dignū rāto proceſſio, tanto ore, tāto cothurno, parturiet mōr. quia grāditer incipit, & postea vileſcit; & est Græ- cā prouerbiū, ἔδρες ὄποι, οὐσία ἀνέτρεψε, eis obij- ciendū, qui maxima queq. inobſulte promittut, ne minima quidē opere cōplexur. est autē Apologus Aesopicus: Montem quendā sonitus horribicos & rugitus quasi tonitrua emisiſſe; atēdē vt & homi- nes & animalia fugerent: tandem autē propius acce- dētes, vt mōris fragores audiret & videret, eis autē aspicientibus, è pede mōris egressus est mus, vnde prouerbiū natūrālē. quanto reū. sup. egit, cōcepit, hic.

Homerus. molitur. aggreditur, conatur scribere inepit. virū. Vlyſsem. vidit. inspexit, cognovit. vr- bēs. mores & fortunas vrbium. fumū. lensum ob- scurū. fulgore. fulgorē & lucem, narrationē splen- didā. Dicit ergo bonū poētāres difficiēt & obſcu- ras aperire suo carmine, nō etiam apertā materiā obſcurare circūlocutionē ſuperflua; quod cōrā fa- ciūt ignari poēta. vt ſpeciſa deb. vt in proceſſu mi- radicas & auditu delectabilia. Antiphaten. notat Læſtrygones ad quos delatus fuit Vlyſses, qui hu- mana carne vſeſebantur, ex quibus fuit Antiphates Lamī filius, qui Formianū oppidum condidit. Scyllamq. mōlītrum marīaū. Cyclope. Polyphemō. Charybād. voragiōne marīna. Meleagri. Meleager & Tydeus fratres fuere. Ex obliquō autē taxatur Antimachus Cyclīcē, qui rediū Diomedis pria- cipis Græcorū à Troia in Græcīā narrans, cum in- cepit ab interitu Meleagri patrii; quod proceſſiū nimis ē longinquo petītū reprehēdit: quod vitiū declināt Maro. ait, vix ecō ſpectu Siculē telluris in altū vela dabant latī, &c. nec genīno bellū qui bellū Troianū narrat, vitiosē ex eo tempore incipit, quo Iuppiter ſub ſpecie cygni cū Leda matre Helenē concubuit: cūm potius à raptu Helenē ſit ordi- dum. Geminō ouo, dicit relpicioes ad cygnū: duo enim oua peperisse dicitur Leda, alterum ex Ioue ſub ſpecie cygni, ex quo nati ſunt Pollux & Hele- na: alterū ex Tyndaro, ex quo Castor & Clytēm- neſtra. ordiſtū. inchoat, incipit, ſemper. ſupp. ſed ad euentū. ad finem rei, ad exitū, ad id vnde ordiſdū est, quod Græcidicunt. εἰς τὸ οὐρανόν. & odit longa proceſſio. festīnas. properat bonus poēta; & ita aperte principia dicit, vt ex his facilē media no- ſcantur. non ſecus. nō aliter. ac. quām. nota. planas & apertas. audiōrem rap. bonus poēta ita media narrat, quæ principia corū nota ſint. ſic Ilias Ho- meri à precibus Chryſē ſacerdotis. & Odyſſ. à deo- rum cōſilio. trac̄tata. deſcripta, dicta. nō ſc̄tēre. cla- reſcere. relinquere. hoc est, obſcuratē fugit, & præ- terit ea quæ traftacta, aut non placere poſſunt, aut ſunt obſcuriora, quām valeant intelligi ab auditō- ribus. atq. ita mentitūt. docet quomodo falſa con- ſingas. ſic veris falſ. vromnia cogrua videantur. re- miscer. pro cōmiscer. mutatione præpositionis. vt, vteroq. recuſo, pro concuſſo. & apud Poētā, ſi non veris falſa remiſces. audi. o poēta qui ſcribis ali- quid. plauſorū. ſautoris, laudis, ſi viſ laudari. aulea ma. i. expectatis donec tollātur aulea, quæ dimi- tutur premūtūq. poētis in ſcena recitatib. ſua ſcri- pta: eſi viſ detinere populuſ vſq. ad finē fabule tuę, donec dicat actor, vos valete & plaudite, mores in personis cuiusq. eratis ſerua. ſeffari. quietētis. can- tor. recitator, actor, mīm'. mobilib'q. docet eaque cuiq. erati ſunt appria. mob. curritib. Omnis natura k k 2 ſem-

semper est in motu; nam omne viuens corpus semper aut crescita ut decrescit aut mutatur: anni quoque semper labuntur. *decor*, sua proprietas, & *naturae*. aliud enim puerum decet, aliud adolescentem, aliud matrum senem. *anxie*, *extati*, *reddere*, *respondere* & *fari* potest. vt Maro: aut veras audire & reddere voces. *pede certo*, recte incedit. *signat*, firmat incedendo gressum, non titubat. *gestis par coll*, gaudent sociis aequalibus. *colligunt*, *snam*, irascitur. *ponit temere*, definit irasci: *temere*. *stulte*, leuiter, inordinate, *imberbis*, imberbus & imberbis, sicut inermus & inermis. *custode remoto*. *pædagogo*, post annos i. f. *gaudet equis*. sic Terent. aut equos ales, aut canes ad venandum. *aprici*, *amici*, *paenitius* & *Sole calidi*, vbi equos exerceat. *creatus*, molvis, vt cera: nam sicut cera dum calida est, pollice fictionis facile vertitur in varias figuræ; ita citò flechi potest ad escens in vitia: nam facilimè, quemlibet vel ad bonum vel ad malum hæc ætas imitatur. *monitoribus asper*, odit monitores, teniens, contemtor pædagogorum. *utilem tard*, tardè vider utilia, quæ sibi prodeſte possunt. *prodigus*, profusus, sumtuosus. *sublimis*, superbus, erectus. *cupidusq*, ardens ad omnia. *pernix*, velox ad fastidienda quæ cupuerat; leuis, inconstans, citò quæ antea amauerat, contemnit. *conuersis stud*, mutatis in contrarium, iam vir factus, non est æris prodigus, sed reponendi cupidus. *honori suo*, ambitiosus efficitur, dat operam vt honorem accipiat. *commisso car*, cauet poenitenda facere, id est, ea quæ postea laborabit mutare. *multa sen*, incommoda senectutis sunt querere multa & quæsita non tangere. *circumueniunt*, decipiunt, opprimunt. *querit*, habere plura. *inuentis*, iam acquisitis. *vti*, frui, vnum pendet ex alio. Ideo enim timer, quia frigidus, & quia gelidus, ideo timet; nam senes phlegmatici sunt & natura frigidæ. *timidæ*, pigre, eneruatae: quia omnes conatus senum imbecilliores sunt; ideoque parata non tangunt, *gelidæ*, pigre, segniter. *ministras*, agit, gubernat. *dilator*, procrastinator. *spel longus*, cum proximus sit morti; ea tamen sperat, quæ sunt longè posita: nam timor mortis desiderium est vita. *iners*, piger. *avidus*, cupidus, futuri. vt messis, vindemiae. *difficilis*, intractabilis, durus ad præstandum promissa. *querulus*, iracundus. *laudator e. att*, laudat pristina tempora, præsentiaque vituperat. *se puer*, cum esset puer. *caſtigator*, increpat, obiurgator. *censorq*, corrector. *ferunt*, adferunt: aliquando ferre est auferre. Maro: omnia fert ætas; animum quoque. *venientes*, in iuuenibus enim plurimum memoria, prudentia, & robur feruent, quæ sicut seorsim crescunt usque ad iuuentam plenam, ita seorsim deficiunt iuuentute recedente. Anni autem.

venire dicuntur ad quadragesimum sextum usque annum; inde abire iam accidente senecture, deficienteq. paullatim & corpore & animo. *recedentes*, post mediā æatem. *ne forte senil*, subau. hæc ideo dico & exprimo decorum omnium ætatum, ne forte turbeur ordo, ita vt quod vni proprium est, a' teri tribuantur. *mactentur*, committantur. *in adiunctionis*, partibus conuenientibus ætati. & ordo est, semper in adiunctis & captis æuo morabitur, ita vt puero adiuncta sit levitas, adolescenti feruor, seni maturitas. *aut agitur res*, vt in Ahdria de pueris: aut in Eunocho de Thaide. Dorias irascitur in scena ante populum: Medea ingressa occidit filios suos; quod postea referrunt ad populum: non potest enim parricidium præsens exhiberi propter atrocitatem. *sequiis irrit*, provocant, excitant, delestant tardius difficultius: sed citius intelliguntur ea quæ gestu corporis exprimi videntur, quam quæ verbis solummodo referuntur: nam ex solo gestu corporis rem ipsam aliquando animaduertere possunt: Iccirco poëta aliquando cum recitarent in scena, mimos adhibebant, qui gesticulatione corporis exprimebant ea quæ ipsi referebant. *felibus*, quia visus raro fallit, sed celerior est certiorq. quam auditus. *sibi tradit*, sup. visu, quia ego ipse mihi tradoo quæ video; sed alter mihi tradit quæ narrat. *promes in scenam*, in obtutum populi. *multaque toller*, sp. statuum, scilicet, quæ aut turpia aut crudelia sunt; sicut in cena Thyestæ, Atreus quidem. *mihi eius epulandum apposuit*; non deo tamen poterit tale quid in scena exhiberi. *narret illico*, narrare poterit. *præsens*, aperta ipsius actoris seu recitatoris. *ne pueros*, filios suos, more Græco, quorum nomina sunt hæc, Medus & Mermessus. *bumannus*, sui filij. *in aum*, hirundinem. *Cat. mus in a.* Cathmus maritus Hermionæ filia Marus & Veneris, dicitur in anguum conuersus propter occisionem draconem qui erat Marti consecutus; *ex cuius dentibus* seminatis dicitur acies armatorum surrexisse. Alter Fenix & Cathmus fratres fuerunt. Cathmus vero Mercurio fuit infestus, quare Mercurius eum suo caduceo tactum vertit in serpem. Talia quidem legi tantum possunt in scena, non etiam ostendi, quoniam sunt enormia. *quodcumque*, quod est inhumanum. *sic*, palam, ante conspicuum meum. *incredulus*, non credens sic debere aut posse fieri. *nœv minor*, nunc agit de aetibus in comediosis & tragediis. Fabula, inquit, quæ vult posci à populo, & reponi. Spectanda in scenis, non plureis debet habere personas agentes, id est, à quibus fabula agitur, nec pauciores quam quinque; loquentes vero palam non plureis quam treis: licet alter reperiatur in comediosis & tragediis, *neu sit quinto p. ac. quinta parte*, quæ posci à populo.

populo, ut iterum agatur; quæ vult placere. *sperata*. probata. reponit. denuo recitari, & in auctoritatem venire. nec deus interfit. fabula: hoc est, nō debes deum inducere in scenam, nisi causa subuenti vel puniendo; seu cum digna res interuenient eius ex primitur: ut cum filius patrem, aut pater filium occidit: item tum præfentia numinis debet interseri, quotiens adeò difficultis res est, ut non nisi interuenient eius explicari possit: ut habemus apud poëtam ingressum fuisse Turnum casta Troiana, illiq̄ue multas cædes impunè fecisse: incredibile autem est cum solum hæc omnia facere potuisse: vidit hoc pœtra nimis arduum; quare subiungit, huic Iuno viris animumque ministrat. Item non debet deus in vocati, nisi fortassis incurrit quæstiones difficiles, in quibus explicandis opus est decorū adiutorio. *vindice*, explanatore, qui rem difficultem sibi vindicat explicandam. *nec quarta l.* loquentes vero, id est, qui ipsam fabulam narrant, non plures sunt quam tres: dicit ergo, nec quarta lo. per: labo. scilicet, quod sit aptior actio: sed quarta persona canit inducitur, debet aut omnino non loqui, vel admodum paucā: inducitur enim aut ut annuntias, aut ut aliquid ei imperetur. *actoris pax*, recitatoris, eis qui agit fabulam. Quando vir agit, virorum chorus debeit induci: Chorus, inquit, non multarū personarum parteis suscipit; quia in choro multi sunt; sed virilem partē tueatur & agat, id est, vniuersi viri, est autem ordo, chorus defendat parteis actoris & officium virile: & licet mulierum chorus sit, eodem viri nomine appellatur: nec interest, aliquid, mulierum chorus sit an virorum *defendat*. fungatur partibus actoris. *intercinas*. interueniat: id est, conueniat ea quæ dicuntur à choro dictis actoris; & ne quid chorus discrepet ab argumento, aut absurdè canat. *proposito*, *inceps* rei. *conducas*. *proficit*, *beneat* apt. aptum sit. ille. chorus. *confilietur*, cib. filium det. amicè, benigne. regat, compelcat, mitiget sua modestia. *timenteris*. iustos & innocentis, docet vtiliter & breuiter officiū chorii. *mense brevis*. frugalis, epulas moderatas. *salubrem iustitiam*. quia ibi semper incolumis salus est, vbi iustitia locum habet. *otia*: pacem: quia in pace portæ patent: ut, panduntur portæ: & contraria, bello clauduntur. ut, qua mœnia clausis ferrum acuunt portis. *tegat*, celer, id est, non faciat palam credita consilia, vel suavet aliorum. *redat*. fortuna bona & prospera. *tibiae*, mons ut nunc transit ad aliud, & dicit, Quando Romana res pauper esset olim, non erant tam ingentes tibiae sicut nunc, nec ita ornatae, nec tam multis foraminibus; nunc tubarum æmulæ in ornatu & foraminibus. Ostendit autem luxuriam recentem & ambitiosam natam esse cum dilatata dignitate reipublicæ maiestateque antiquitatem autem se-

ueram esse: nam prius tibia non erat ambitiosa. ut Varro in tertio disciplinarū ad Marcellum de lingua Latina, quatuor toramini fuisse tibias apud antiquos ait: & seipsum in Marisiæ templo eas vidisse refert. *orichalco*, ὄρες. Græce, mons est Latinus: χάλκος, τέσσαρας, δικτυον, & montanum, quod in montibus colligitur: vel aurichalcum, quasi æs auri. *vincita*, ligata vel iuncta. *amula*, imitatrix, *tenuis*, subtilis, *simplex*, non ambitiosa, non vincita orichalco. *aspirare*, conuenire. *choris*, publicis conuentibus; quia ad sonitum tibiarum conueniebat populus. *utiles*, idonea. *spissa*, densa. *sedilia*, populi, qui paucus erat, quo ad quæ sedilia, pectacula, theatrum, ad sonitum tibiarum scilicet, numerabilis. exiguis, pauci. *parvus*, imminutus, frugi, parcus. *castus*, religiosus. *verus*, undus, q̄. modestus. *cobras*, conueniebat, extendebat, limites dilatare. *victor*, populus. *vinoq̄*, diurno. quod coenis magis conuenit, per vinum diurnum intellige conuicia; & epulas intempestivas. *placari genitus*, voluntas propria. *impunè*, siue metu alicuius, & reverentia. hoc est, postquam cooperunt homines ita epulari velut in festis diebus, & impunè uti conuivialis, quasi sacris coenis, crevit luxuria. *numeris*, metris. *modis*, i. musicis, id est, docti & indocti carminibus vacabant & modulationibus. *inductus*, rerum imperitus populus & dei, diosus. *confusus*, immititus post operam finitam, causam ponit per quam crevit licentia, scilicet, propter imperitiam: & quia nulla erat differētia inter bonos & malos, sic, quia indoctus erat populus. *motus*, gestum corporis saltando. *luxuriam*, superfluitatem foraminum & ornatum. *vagus*, propter gestum: quia non uno loco, neque iam uno modo tibicen, sed varie, hoc atque illuc se circumfert. *per pulpitam*, per tabuas scene: erant autem gradus per quos ascendebat: ut in scenam. dicit itaque quod cum antea tibicines brevibus vestibus contenti essent, lascivitæ causa cooperant prolixiores inducere, ita vrascentes in scenam pallij cauda pulpita verrent. *tabibus*, antea lyra treis chordas habuit, postea inuenta est cithara monochordos. *voces*, soni insolentiores. *seruis*, probatis, ad sacra necessariis; nam quæ sacræ adhibebantur, non erant fluxo & molli, ut nunc sunt, sono, sed austero atque simplici. *talit*, utilit, vel protulit. *insolitum*, nouam eloquentiam inflatam & improppriam. *præcepit*, velox ad inuentione. *sagax*, prouida, perficax, inuentrix, *diuina futuri*, prudentiam dicit siue philosophiam enituuisse studiū, quæ ita futura præuidet sicut diuinatio, *sortilegiis*, sorteis dantibus, per quas futura noscuntur, sorte enim oracula captabant antiqui. *non discrepuit*, non discordauit. *sensimia*, eloquètia quoque, quæ antea moderata erat & vtilis ad fututorum

prouisionem, cœpit furibundæ ac delphicæ similiſ eſſe. *Delphicis*. Apollineis, Delphicis. *carmis qui tragicō*. doceſt quomodo communata eſt disciplina poētarum; nam primus Thespis tragœdiam ſcripſit. *hircum*. hircus ſuit p̄mūm̄ tragōdo, vnde diſta eſt tragœdia *tragi*. enim Græcē, hircus Latinē dicitur. *agrestes*, graueis, asperos. *nudauit*, reuelauit, inuenit. Oltendit Satyram ex tragediis naram eſſe. Nudauit autem dicit, quod liberius in ea pleraq. & dicantur & ſiant. *asper*, mōrdax. *incolumi grāsi*. hoc eſt, ita aduaſciunt iocum tragediæ, vt ſeuerritatem honestatēm̄ ſeruaret integrum & intactam. *iocum*. maiorem. *eo quōd*. ideo tragedie admilicuit Satyros, ut illiceret ſpectatorem: antea namque nō voluntatis cauſa ludi ſunt inueniti, ſed religionis: & poſt sacrificia ſpectator nūc pransus, nunc potus erat, in officio grata nouitate tenendus, & riſu & ioco, *grata*. admiranda. *functusq. fa*. poſt ſacra & epulas. *porus*. cebrius. *exlex*. ſecurus, ſi ne lege omnia negligēter faciens, feriuntur. *verum ita r. reuerſitatem ad p̄cepta poēmatis. riſores*. hoc eſt, ita debet admiſſeri Satyra tragediæ, vt perſo- piſ ſuum decus ſeruetur. riſores Satyri, qui a mo- uendo riſum, res humanaſ rident & vitia. *com- mendare*, deſcribere, ioinuare, inducere. *dices*. libe- ros in dicend. *vertere* adiungere, immiscere. *ſeria*. tragediorum res viles & honestas, res tristeis & tragicas. *ludo*. rebus ludicris & satyricis, id eſt, ita tragedie immiscere Satyram. *adhibebitur*. in tragedia introductur. *rogali conf.* in habitu tragico, qualis decet regem, id eſt, qui prius tragicè locutus eſt. *migret in ob.* ne vile cat. humiliſ lo- quando: qualis sermo eſt tabernarius & plebeius: *hæc autem dicit* ut consonantia ſit in tragedia & Satyra. *tabernas*. taberna eſt officina Mercuriaſ is, in qua res ſunt veniales: hic autem pro casa ponitur & humili cubili. *vitas humum*. dum facis he- roem vitare humiliatem, ne facias eum inter nu- beis & cælum versari, id eſt, caprare magna ſu- pra virēs, ne euaneſcat ſicut nubes. Debet ergo Satyricus in quodam quāl meditullio mediocri- tatis ſe continere, ita vt neque nimis humiliſ vileſcar, neque nimis alta petat. *effutire leueis*. tragœ- dia non debet habere leueis verſus ſicut Satyra, quia plena debet eſſe doloris & gravitatis; vnde & Ori dicuntur carmina in tragediis, ab aliquidine ſoni. *effutire*. futile erat genus vasis ſacrifici aptum p̄cipue Cereris, in quibus cūm nibil poſt ſacra ſuperelleſſe liceret, ab eius ſacerdotib. tale vas inueni- tum dicitur, quod cūm ad terram poneretur, mox labebatur cum hiſ quā continebat propter infer- nam acutiem & oriſ amplitudinem: hinc fuſio & effutio, id eſt, inaniter effundo & emitto; & hinc effutio eſt incep̄e loqui. Itaque tragedia non de-

bet eſſe futilis nec leuis, ſed temperatē debet Sa- tyrorum procacitati ſatisfacere, vt matrona festis diebus ſaltare iuſſa cum quadam verecunda fe- mouere iubetur. ordo eſt, tragedia indigna effu- tire leueis verſus, paullum pudibunda intererit Satyris proteruis, vt matrona iuſſa moueri festis diebus *leueis*. vilcis. vt *festis*. ſunt enim quādam ſacra in quibus ſaltant matronæ, ſicut in ſacrifi- ciis matriſ deūm. Aliter: vt matronis eſt ingressus in ſacriſ ſine motu, ita expedir Satyram matronam eſſe in tragediis. *matrona*. ornata & composita. moueri. ſaltare. intererit. intereſſe dobet. pudibunda. tragedia, propter petulantium Satyrorum. proteruis. inuecundis, à pudore. alieſis. *non ego cum*. id eſt, non tantummodo rusticæ & propria verba quoṭ in Satyris, ſed etiam decus perſonarum. ordo eſt, Ego Horatius Satyrorum ſcriptor non amabo ſolum inornata & dominan- tia nomina. *inornata*. abſoluta & simplicia, rusticæ, incondita, vſurpata, auctoritate: quæ & do- minantia ſunt, nempe propria ſine circuitione, aut figura rem aliquam exprimentia, vt baſare, meſtuſa, cunnus, &c. paullo ſordidiora, & ipbiſ Satyris congrua; quæ dominantia dicuntur, quia no- uitate elationis aſſumta ſua auctoritate nituntur. *neſ ſic enit.* conabor diſerte & diſtare à tragica qualitate & ſtylo, vt in morib. nulla ſit diſtentia, ſed vt in tragedia obſeruat perſonarum decus, ita & in Satyra fieri neceſſe eſt. *Danus*. perſona ſerua apud Teront. *audax*. temeraria. *Pylbias*. perſona comica in Comœdia Lucilij: quæ inducitur per aſtaſtias accipere argentiū à Simone domino luſo in dotem ſuæ filia. *emundo*. de cepto, delu- ſo; vt, emunxi ſenes argento. *an tuſtas*. ſupplo- quatur. *famulusq. minister. dei alumni*. Liberti, quioniam ipſe cum nutriuit. *ex noto*. ex nota ma- teria. *ſitum carm*. Satyricum ſequar. ſcriptor Sa- tyrographus. ſequar. deſcribam. *ſperet. idem*. ſe fa- Etūrum vt me imitetur, fruſtrāq. lab. ſi ceperit idē facere & inchoatus fuerit, nam virtutis eſt ita ſcribere, vt in imitatione facile videatur & diſſi- cle in executione. *tantum ſeries*. lucidius ordo re- rum, diuifio operis, ordo verborum, ſeconomia, compositio verborum: id eſt, tantum valent ordo & diſpoſitio, vt diſſicile ſit imitari. *de medio*. id eſt, de publica & vulgata materia, & rebus quæ ſunt apta Satyris. *Fauni. dei ſiluarum, Satyri. ne velut innati*. aliud preceptum, id eſt, Satyri non debent iocari in poēmati, vt nati videantur aut in triuīi aut in foro, id eſt, iocus eorum non ſit urbanus & delicatus, ſed habeat rusticitatem. *innati triuīi*. paſſim ſeu vulgo nati. *forenses*. populares homi- nes. *tenoris*. leuiibus. *inuentur*. luxurientur, ne proterui ſint & laſciui, *immunda*. propria, ignomi- *nia*.

nioſa, id est, infamia crepent, id est, resonent, lo-
quatur obſcena, turpia & nimis apta magis quam
Sayris. quibus & eq. i. equites. & pater. lenatores,
qui patres dicebantur. & res. diuites & potentes:
ſenſus eſt, Rōmani nobiles, qui ſunt equites &
patres Senatores & diuites, ſi aliquid turpe vel in-
honeſum coram eis fuerit prolatum. Nec aequaliter
accipiant aut laudāt populus & nobiles quod
audiunt, quia plebs laudat quod audīt & intelligit,
quantum uis in honeſte fuerit prolatum: Nobiles
autem & vires graues ſtudiosē diſcernunt ea quae
audiunt, nec ſine cauſa aliquem remunerant. nec ſi
quid. hoc eſt, ſi non offenduntur populares & in-
dotti, offenduntur nobiles & ſapientes, nec id pro-
bant ſtatiuſ quod vulgo laudatur. fricti. nouelli;
frictum enim vel frixum cicer dicitur recens. equis
acc. a. probant. donātrve co. remunerant. syllaba
longa aliud præceptum de pedibus metrorum. bre-
ui ſub. breuem syllabam uulſequeſns. iambus: Iam-
bus pes eſt, inquit, quando syllaba longa ſequitur
breuem: dictus δῶν τοῦ ιαυίσις, id eſt, à detra-
bendo ſeu maledicendo: vel ab Iambē filia regis
Gelei, que Cereri apud patrem hoſpitanti huius
pedis carmine mouit gratiſſimū rīum. pes citus.
velox, utpote à breui incipiens, præ cuius nimia
velocitate duæ mensuræ computantur pro vna, ut
iambicus trimeter, nō hexameter vocetur; licet ſex
iambis conſet: non enim à numero pedum, ſed
mensuratum nomen habet. trimetris. id eſt, ex ſex
iambistreſ diiambi facili ſunt. ſenſus eſt: Iambus
citus voluit verſum ſex pedibus trimetrum voca-
ri, non enim vius pes iambus metrum facit, ut alij
pedes, ſed duo propter uobilitatē. Iambis. iam-
bicis. iſtus. id eſt, cum haberet ſex pedes. primus.
pes. ad extrellum. pedem. ordine. primus ſimiſis ſibi
ad extrellum. id eſt, ſextum. non ita priudem. id eſt,
nunc. ſenſus eſt, iambicus trimeter nullum pedem
olim admisit alium præter iambum, ſed non ita
priudem, id eſt, non diu eſt, quod notos pedes, ut ſpon-
deum & alios receperit, ſed iis legibus, ut ſecundū,
quartū & ſextū locos ſibi proprios ſeruarot, pri-
mum, tertium & quintum locum concedens aliiſ.
ſponſabileſ. tardos. in iura pater. in proprium ius
& ſuum metrum. Metaph. commodus. bonus. beni-
gnus. patiens. ad recipieendum, nō renitens aliiſ pe-
dibus. ſede. ſecundo loco. cederet. recederet iambus.
auſ. quarta. quarto loco. ſocialiter. pariter. concor-
diter. hic & in aſt. hic iambus. nobilibus trime. opti-
mis poēmatiſ. ironicoſ. magno cum pond. faſtu &
poimpa verborum. auſ. opera niſ. ſtudij nimis cele-
ritatis. cura. diligētia. premis. obſcurat, arguit, re-
prehēdit iudex populus. Dicit duas ob cauſas poē-
tas imperitos facere verſus; ſcilicet, aut quia nimis
accelerent illos, nec linea reformat exanimatio-

nis & retractant, aut quia artem ignorant in inter-
mifcendiſ pedibus, ita ut iambi plures, verſus fa-
bulæ celeriores, vel ſpondei multi, tardiores effi-
cient. non quiuſ. non quiuſ facilē potest reprehē-
dere poēma, & ideo data eſt quodāmodo poētiſ li-
centia ſcribendi quecumq. velint, dum non eſt qui
eorū ſcripta peritē examinet. videt. diſcernat. im-
modulat a. nō bene modulata. venia indig. que quē-
uis facit pronū ad ſcribendū peccandumq. vaget.
per illicitā non ſeruata lege carminis. licenter. non
elimiato carmine, ſine ordine. peccata. vitia mei
carminis id eſt, an cuim putauero omneſ viſuoro
mea vita, ero tutus & ſecurus data venia? cauſus.
hoc eſt, nāquid ideo audacter ſcribam quia certus
sum quod mihi indulgebitur ſi errem, ſicut aliis?
nō utique; quia licet mihi nō impunetur culpa, ta-
men laudari non mereor: pro minimo ducit, ſi nō
impunetur ſibi culpa quam meretur; pro maximo
verò ſi laudatur. ſpem venia. hoc eſt, quod mihi nō
impunabitur licet culpā mercar, quod ſpērē mihi
quodā ignoturos. non laudēm. quia nō ſatis recte
ſcripsi. vos o. ad Pifones: Graci optimè & caute-
ſcriperūt, eos legite, & ipſos ſequimini; nā Latini
ſunt immodulati. nocturna ma. ſtudioſe. at veftri
proau. veftri maiores. eſt anthypophora, qua ab
antiquis ait Plaut. uuſtra probatū, cui ſales & me-
tri ſciētia defuit. numeros. metra. ſales. iocos & ve-
nuſtatem. paſtienter. nimis negligentier. utrumque.
numeros & ſales. ſaltē. temere. ſcimus. nouimus
quid ſit inurbanē dictum, quid lepidē, quid doctē,
quid indoctē ſeponere. ſeparate. digitus call. & aur-
duob. modis metruſ alſequimur, digitis & aure; di-
gitis autē pro arte rhythmicā & numeris. vt. Lesbiū
ſeruatoſ pedē, mei quoq. carminis iſtū. Aure ſand,
quia ex ſtrepiuſ polliciſ ſonos metri percipimus:
vnde & dactyli pedes quidā dicti ſunt; & ipſimē
pedes appellati; tum quod iis mensuramus verſus,
tum quod ſonū metrorum puſu pedis noſtri adiu-
uamus. ignorū tra. hic agit de inuētione tragediæ.
Thespis fuit Athenieſis, qui primus tragedias in-
uenit, ad quas recitādas circa viros plauitro quoq.
vehebat ante inuentiō ſcenaz. que canerent. ad
chorū refert. agerant. ad actores. perundū fec. deli-
bitur. nōdum enim vius perfonarum inuētus erat,
ſed actores fecerūt ſini faciem perungebāt, vasis ſece
tenus eportatis: vnde tragedia quaſi trygcedia; &
tragedi quaſi trygcedi dicti ſunt: τρῆξ enim Gra-
cē, ſex dicitur Latinē. poſt hunc. Thelpin. perſona.
larua. pallag. vefſis tragedorū, quæ & ſyrma nun-
cupatur; vnde ſyrmati pro tragediis plerumq. po-
nuntur. Larua edim capitū imponebāt, & indu-
bant actores ſyrmati, id eſt; vefſimenta prolixaz;
vnde & longaria ſcriptura ſyrma dicitur ab iſiſ ſi-
vestis prolixitate; εὐγέ δῶν τοῦ ῥύμω, id eſt; traho,
ſedda.

πάλαις δέντε τῆς κάλας, id est, salio, moueo, &c. honesta. decorz, pulchræ. Aeschylus. poëta Græcus iuuenit habitum tragœdorum. pulpita. pulpita erant gradus scenae quæ ex tignulis tenebant. hic ponuuntur pro scenis, quæ initio non erant grandes, sed ex pauculis tignis. magnumq. lo. magna verba sonare, tragicè loqui. nitig. incedere. cothurno. calciameneto tragœdorum. successit vet. ἀρχαῖα, quæ antiquis in vnu fuit. his. (sicilicet Satyræ & tragediæ, vel Thespiæ & Aeschyllo. laude. applausu, propter modestiam. sed in vnitum. οὐτοισμάζεται οὐληγόμενον, id est, nominata est electa, seu noua: vetus enim laudabilis fuit, quia vita carperet; sed cum inciperent nominatis lacerare, virtusque in scenis publicè recitare nemini parcendo, cœpit vilesceire, non leniter id ferentibus nobilibus, eamque perulantiam execrantiis: quare lex lata est, vt nemo nominatim alterius vitium publicè notaret. & ita chorus comedorum statim obtieuit. in vnitum. vituperationis. libertas. carpendi. excidit. erupit, lapſa est. & vim. insolentiam, maledicentiam. lege regi. refractari lege & edicto publico. accepta. à comedis. chorugia. grex actorum & comedorum Liberti partis. surpiter. quia prohibitus est lege. iure noꝝ. potestate aliqui de rogandi, lacerandi, quia libelata est actoribus libertas loquendi. nil intentatum. omnia tenet. securi sunt: id est, Latini quoque istiusmodi comedias scripserunt maledicas. nec minimum maximum. vestigia. Gra. cùm recederent à Græcis exemplaribus, & domestica facta, id est, Romana tractarent; inuenisti que Græcorum add-rent. prætextas. prætextas Prætextata tragœdia fuit à prætexta veste, qua vtebantur nobiles pueri sub disciplina ad annum usque decimum quintum: Togata vero comedœdia fuit à toga veste Romana, qua omnis sexus omnisque condicio vtebatur apud Romanos; vnde est dicta gens togata. Togata autem comedœdia differt à palliata, quod palliata dicta sit à pallio Græco-indumento. Prætextatas & Togatas scripserunt Elius Lamia, Antonius Rufus, Cn. Melisius, Afranius, Africanus, Pomponius. Fabularum autem Romanarum genera quinque; Stataria, Motoria, Prætextata, Tabernaria, Togata. nec virtus hoc ad ingenium pertinet. potentius armis. ad viris spectat. id est, non minorem fuissent Latini consecuti gloriam ex eloquentia, quam ex armis, si in corrigendis carminibus labore vellent & ea studiosè elimate. linea expeditionis & emendationis. linea enim antidiu facit & planius quod erat scabrum: hic autem metaph. pro correctione ponitur. labor. studium in poliendo carmine. Pompeius sang. id est, Pisones: ab ipso enim Numa Pompeilio originem trahebant: Calpur enim filius Nu-

mx, à quo Calpurnij Pisones. multa licura. frequens emendatio, climatio. coercuit. probauit. perfectum. finitum. decies. sapius. castigauit. clamauit. versauit. ad ung. hoc est, tractum à marmoriis, qui ex qualevis lapidum iuncturas vngue politiis probant. alibi, ad vnguem factus homo. ingenium. naturale. misera. quæ non nisi multis miseriis acquisita, vix tandem alit artificem. fortunatus. multò melius secundum Democritum, qui dicit non fieri arte, sed natura nasci poëtam. Misera itaque est ars, si quidem non meretur nomen poëta accipere; qui habet artem, nisi habuerit ingenium. excludit. supp. suo iudicio, repellit à poetarum numero. id est, negat esse poëtas qui non insaniunt. famos. fanos appellat poëtas artem eductos. Democritus. Democritus philosophus Epicureus fuit dictus sophista, derisor poetarum. bona magna. pars. poetarum. ponere. deponere, demere. balnea. nil corpori indulget. ordo est: bona pars poetarum non curat deponere vngueis, nec barbam, petit secreta loca, balnea vitat: & hoc propterea quod Democritus excludat suo iudicio sanos poëtas ab Heliocene monte Mafarum, id est, à numero poetarum; & credit fortunatus esse ingenium naturale quam artem studio acquisitam: affirmat eos veriores esse poëtas qui insanunt: que insanía in hoc quoque accipitur, quod à conuersatione & vsu hominum se subtrahunt, singularem ducentes vitam. Notat autem hoc imperitos, qui putant poëtas eos esse qui sunt demissio capillo & barba prolixa. nanciscetur. adipiscetur, obtinebit. pretium. dignitatem. tribus Anticyris. tribus purgationibus. id est, tunc vocabitur poëta si insano similis fuerit. Anticyra est insula, in qua multum nascitur ellebori: cuius duo sunt genera, album & nigrum, quod etiam vocatur ab aliquibus cicuta; & curationi capitis est aptius quam album, quod magis est nocuum. Anticyra itaque accipitur pro elleboro. tribus Anticyris, id est, multo elleboro, quod purgat melancholicum humorum, qui abundans insanios reddit. insanabile. hoc est, qui ita insanit, vt etiam multo elleboro accepto curari minimè possit. Liciano. nomen tonsoris famati, qui postea dicitur factus senator à Cæsare, quod odieret Pompeium, de quo hoc scriptum est epitaphium: Marmoreo tumulo Licius iacet, ac Cato nullo, Pompeius parvo; quis putet esse deos? commiserit. sup. tondendum. ponitur autem Licius pro quo quis tonsor. ò ego lauus. stultus, dignus culpa, indignus nomine poëta, sinister, qui non facio ea que censet Democritus. qui purgor bilis, id est, qui curem ut mihi bilis purgetur, ut caput redatur, ut barba radatur, qui accipiam ad bilem purgandam, qui curio sanus esle cum

Éum sciam à Democrito eos veros poëtas iudicari qui sunt insani. *bili.* *bilis* propriè est feliis virus: hic autem pro cholera & melancholia ponitur quæ est in ventriculo. *vernī temporis* *b.* paulò ante tempus vernum: solent enim omnes verno tempore purgationes sumere, quod tempus illud purgationi est aptum propter humorum incrementum. *meliora poëmata.* *sip.* quā ego si insanirem: nemo poëta magis esset in opinione, si esset demissus capillo. *nihil tanti est.* supp. apud me. id est, nihil tanti est apud me momenti, ut sim demissus capillo, & salute corporis neglecta, non purgem corpus meum tempore veris. Dicitur enim Horatius fuisse melancholicus. *vix corū.* comparat se corū, extenuans scientiam suam: nam sicut os excutit ferrum, quo omnia secantur, ipsa tamen nihil secat; ita ipse dabit precepta componendorum carminū, etiam si nō scribat. *exors ipsa.* aliena, à natura non habens formam, id est, munus secandi. vt, exortem ducere honores. *munus.* poëtarum. *opus.* materiae ad carmina scribenda acquireti poëte possunt. *alat.* amplier. *formetq.* instruit. *quid deceat.* sit decorum scribere & utile. Diuus Augustinus in libro De doctrina Christiana dicit hic in primis legendum esse hunc poëtam. *virtus.* ars; affectate dicit virtus pro arte, quæ *opus* dicitur. *eror.* *viciū,* artis ignoratio. *fāpere est.* scire quid scribas, contra eos qui dicunt poëtam insanire debere. at itaque, ut possis recte scribere, primum opus est sapere. *rem.* sapientiam, precepta, materiam. doceat autem poëtam non debere esse expertem philosophiae. *charta.* libri philosophorum, in quibus multa reperties de quibus scribere poteris, & ne confide ingenio, ut Democritus censuit. *verbāq.* poëma constat ex re & oratione, res ex philosophia originē trahit & precepta continet: verba autem & oratio subsequuntur non difficulter inuentum. *non insita.* hoc est, tunc verba non desunt, cum habueris quod dicas, & Pollio idem dixit: Malè hercle eueniat verbis, nisi rem sequantur. *sequentur.* scilicet post rem inuentam & sapienter p̄e cogitatum. Menander cum fabulam dispositisset, etiam si nondum versibus adornasset, dicebat tamen se iam complesse. *patria.* scilicet defensionem, laudem & honorem ei debere impendi. lege libros veterum philosophorum *supi.* *9. dñor.* id est, de officiis. *quid amicis.* fidem. *conscripti.* senatoris. Senatores conscripti dicebantur curiæ judices, qui in foro lитеis dirimebant. Alter: Cōscripti vocabantur centum & virginis seniores, quod nomina eorum in tabulis æreis conscripta erant, qui quotidie in curiam veniebant de statu reipublice tractaturi. *iudicis.* illius iudicis qui in foro litium causas diu licabat. *parcias.* officia. *refrigore exempl.* bonus, inquit, poëta de-

bet imitari mores & vitam hominum cuiusq. ætatis. *exemplar.* exemplar *arrōto.* exemplum *exemplar.* Consuetudinem vite iubet eum aspicere, quā vulbaliquem recte imitari: ut cùm inducit adolescentem loquentem, debet scire vitam & rationem viuendi adolescentum. Quid enim est commedia aliud quām imago vite humana? *subeo.* docebo. *doctum imitatorem.* id est, eum qui vult bonus esse poëta comicus; quia commedia est imago vite. *vitas.* veras, validas. *hinc.* à vita familiari, à moribus communibus. *speciosa locis.* sensus est, si opportunæ fuerint. inductæ personæ, & argumentis locisque communibus non absurdè muniræ, cum consideratione consuetudinis & expressione morum, quamvis sit sine arte, sine venustate & eloquentia, plus placet, quām versus quidā bene sonantes, sed obliteratione morum caret: quia res sine ornatu, quā ornata ve, ba sine rebus, magis delectare possunt. *morataq.* recte. bene in-stituta. Morata autem fabula dicitur, in qua mores singularum personarum optimè exprimuntur. Aliud est morosum, aliud morosum; morosus est, qui diffici. ibus & malis moribus est prædictus; moratus est modestus & bonis moribus ornatus, moderatus. *nullius Veneris.* nullius venustatis, nullius ornatus, sine lepore, sine verborum pulchritudine, sine pondore. eloquentia, gratia, sine gravitate verborum. *validius.* pro validius, ut alibi, nouit me validius ipso. *mul.* *moratur.* fortius retinet auditorem. *inopes.* *sip.* *lepus.* inutiles, inane: in quibus nulla res, nulla sententia, qui sola arte boni sunt. *nugaz.* *cax.* verba sonantia sine sententia, nullius momenti. *ingenium.* naturale. *rotundo.* turgido, tumido, ornato, polito, eruditio, perfectio. *nullius.* supp. rei, id est, folius laudis cupidis: qui ideo scribebant ut gloriam, non ut pecuniam acquirerent. *pueri.* pueros vocat propter inertiam & cupiditatē. Pueri Romani à prima ætate calculum discibant, id est, computationibus operam dabant, immoderate avaritie deservientes. *longi ratiōnē.* longo circuitu, multis modis, longa computatione. *affem.* totum patrimonium: as, vel assis id est, libra, quæ dividitur in duodecim uncias, cuius partes sunt hæc, deuox, dodranc, labus seu dextans, bissæ seu bessis, septunx, semis, quincunx, triens, quadrans, biens, uncia. Ponitur etiam assis prævno, ut virginis & as. *centum.* multas. *diducere.* dividere, partiri. *filius Albini.* nomen sex. eratoris cuiusdam avari. *quincunx.* quinque uncias. *superas* superest, remanet. *poteras.* quia doctus es hanoc: em *au.* recte, bene, pro euge. hoc dixit is qui rogatus fuerat. *redit uncias.* *sip.* ad quincuncem, id est, quincuncia additur uncia: ad alias quinque additur una uncia. *semis.* dimidia pars librae. *animos.* puerorum. *eruga.*

xerugo propriè est vitium metallorum , quod æs demolitur: ponitur hic pro avaritia, quæ in animis puerorum est macula perniciosa. fensus est, Cùm avaritia occupauerit à prima infanthia animos Romanorum , sperandum ne est eos posse scribere carmina recipienda in auctoritate? **cura peculi**. cupiditas pecunia, **imburis**. initiauerit. **fingi** ab eis. **cedro**. resina cedri. Cedrus est arboris species, cuius resina nigri coloris est, qua quicquid fuerit oblitum, nūquam putrebit: vnde nobilium poëtarum chartæ hac oblinebantur, ne corrupti erentur à tineis: hac etiam vidimus particulas sanctæ crucis oblitas, quarum color velut Indicus apparebat. cupressus autem est cedri species, vnde confici solent capulæ in quibus reponebatur scripta poëtarum contra tineas. **lexi** plano. **cupresso**. armario bene composito in tabulis ligneis. Linenda autem cedro & conseruanda leui cupresso dixit: vt hæc carmina in perpetuum maneat vñctis in circuitu chartis resina cedri ; vtrumque enim odore suo summoet tineas. **aut prodeesse** vi. debent velle prodeesse . prolunt Georgica. **delectare**. delectant fabulæ. **idonea**. vtilia. **quicquid prec**. ait ad preceptum de breuitate in d.cendo. **teneatque**. vt feruent quod intelligunt, nec effluat quod audiunt. **omne super**. supp. quia. **pleno**. fastidente. **manat**. effluit. **scita**, d est, ea quæ finxeris delectationis cauſa, ita finge vt non multum recedant a similitudine veri. **ne quodcumq**. hoc est, non est cogendus auditor, vt cuncta credat quæ fabula recitant. ordo est, ne fabula credi sibi potest: quodcumque volet. **neu pranxe**. saturata. Lamia monstrum est superius habens pectiem mulieris, inferne vero definit in pedes alinos: hoc est, caro ne dicas quod. Lamia deuorauerit filium, qui de vero eius postea viuus extractus est. **extrahat**. ipsa fabula extrahat, id est, eximat. **centuria senior**. lenatores, conuentus seniorum. **agitant**. respuit, oderunt. **expertia frug**. aliena ab utilitate, inutilia, maturitate carentia. id est, senes non probant poëmata quæ sunt levia, sed gravitate carminis & distinctionis pondere delectantur. Centuriæ autem duerant, maior & minor; minor habuit centenarios decem & centum decanos: maior vero, centum centenarios & mille decanos: deinde singulæ tribus habebant suas centuriæ seniorum & iuniorum. **celſi**. superbi, elati. **praterente**: spernunt, audire nolunt. **austeria**. alpera. **gravia** Rhamnes. Romanii nobiles. Rhamnes autem fuit quidam nobilis ex sociis Turni quem Euryalus interfecit, à quo familia Rhamnetū. Virg. Nec minor in castris luctus Rhamnete reperio ex angui. hoc autem loco est centuriæ iuniorum nomen. Tres autem fuere Romanæ tribus, vel, vt verius dicā, Equites Rhâ-

nes, Luceres, Tatienses. Sed si senes non ament poëmata levia, & iuniores non delectentur grauibus; quid faciendum poëta? **omne tulit punctum**. id est, debet poëma temperare ita vt & voluptati seruat iuniorum, & seueritati satis faciat seniorum. **omne tulit punctum**. omnium suffragia & iudicia meritis est, qui & dulcis est in poëmate & utilis. Puncta sunt populi suffragia. Vsus est etiam hoc nomine Cic. in Finianiana. Hoc ergo dicit, omne tulit punctum. &c. id est, omnium meruit fauoris, iuxta legem tabellariam, quæ cauerat non voce, sed punto debere ferri suffragia. **delectando dulci poëmate**. **monendo**. gravitate & vtilitate. **hic**. talis liber qui continet dulce & vtile. **liber** pro poëmate. **meret**. acquirit, dignus est emi. Itiusmodi libri. Sosij facile vendituri sunt, qui a recipieunt in auctoritatē. **moret**. merco, es, mercedem accipio & milito. **Sosij**. Sosij duo fratres fuere librarij, & bibliopola nobilissimi. **mare tr**. defertur ad longinas regiones. & **longum au**. eternam memoriam. **noto scrip**. nobili poëtæ. **sunt delicta e**. sup. in metro. **senus** est, si poëta multa rectè scribat, & in paucis deliquerat, indulgedum est ei; quia non semper idem impetus agitat poëtas, ita ut semper occurran quæcumque scribere veiant. Ponit autem duas comparationes, vnam citharecidi, & alteram sagittarij, inquiens, Sicut chorda cithare non semper reddii eum solum quem manus tangētis desiderat, & sicut sagitta non semper ferit ad quod intenditur, ita & poëta non semper occurrit dicēdi facultas fingendiique quidlibet. **velutus ign**. praignoscere volumus. **nam neg**. si citharecidi errat, multò magis via danda est poëtis, si in aliquibus errauerint. **manus**. tangentis chordam. **poemati**. c. tharœdo. **remittit**. reddit acutum tonum. **minabitur**. desinabit, volet. **arcus**. sagittarius. **niten**. puicra sunt. **ego**. pro qualibet critico. **maculu**. vitiis, culpi, delictis. **incuria**. negligenter. nam duobus modis sit, vt aliqua virtus sint in poëmate, aut negligenter, quod emendare neglexit: aut natura; quia hominum natura fragilis est, ita ut non raro decipiatur. **fudis**. effudit parum causis. minus prospexit aut intellexit. **natura**. ingenium. **quid ergo est**. sup. quod moneo. **scriptor**. librarius, bibliopola, vt veteres dicebant, quod & Tranquillus affirmat. **si peccas idem**. idem in neutro genere propriè dixit, quasi dicat, in eodem errat. **vñq**. multum vel tempus. **quamvis est**. pro quamvis sit, propter cæciphaton. vt Maro, quamvis sit rustica musa. **semper oberrat**. tanq̄do semper vnam caudemque choradum. **qui malum**. malus poëta multum cessat, qui multa male scribit, pauca bene; vt Chœrillus, qui gesta Alexandri describens. septem tantum verius laudabileis fecit, **Chœrillus illo**. Chœrillus fuit poëta inepitus,

Inceptus, qui **Alexandrum magnum secutus**, eius bela de scriptis: cui Alexander fertur dixisse, malle se Theritten Homeri esse, quām huius Achilem. Alexander autem pactus cum eo, vt si bonum faceret verbum, aureo numismate, id est, nummo Byzantino donaretur; si malum, colapho feriretur: qui sēpius male scribendo, colaphis necatus est. *veram operi longo*. hoc est, excusationem potest habere Homerus, si in tam lōgo opere aliquid offendit; quia qui tam multa scribit, nō potest fieri. vt non obrepat eius scriptis aliquando somnus, id est, negligētia latenter subintret, erret, in peccatum incidat. *ut pictura poē*. comparat picturā à longe distanti, sonoros verius, & verborum elegantiacomtos, sed sensu materiæ & grauitate carentis: & ideo obiter legendos: picturā vero de prop̄e delectant, bonos verius pondus materiæ perfectæ habentis: & ideo claramē diligenterque legendos: eō namque amplius delectant, quō plus fuerint examinati. *poēsis erit*. erit pro est, ponitur. *Si proprius stes.* è proprio quo inspicias. *capiat*. delectet. *longius abstes.* si in longinquō contempleris: & ea mala est, quia fuso magis & coloribus placet quām arte. *hac*. pictura. *amat obscurum*. amat celari. *videti exhiberi*. argutum. subtile & velox. *acumen*. ingenium, examinacionem. *hac*. obscura. *deies repetita*. finitum pro infinito. *ò maior*. Pīlo. maiorem fratrum Piōnem alloquitur. *fingeris*. formaris, eruditis. *rectum*. bonum poēma. *solle*. audi sententiam meam, & eius esto memor. *certis*. artibus & scientiis. *medium*. mediocritatem, quasi dicere, in aliisque rebus & disciplinis tolerabilis est mediocritas: vt si iurisperitus nō fuerit aliquis tam disertus quām Messallā aut Casellius, tamen fertur si fuerit mediocris, & non est vituperandus. *abest*. distat diserti. eloquentis. *nescit*. sup. tantum. *Casellius Aulus*. sup. scivit. Messallā orator: Casellius iurisperitus fuit, & sapiens, vt Agellius testatur, qui libros noctium Atticarum scripsit: non est autem aliquis æqualis Messallā aut Aulo Casellio: non est tamen vituperandus, sicut poēta mediocris. *sed*. supp. tamen. *in pretio est*. in honore. Plaut. in Asinaria, tu primus fensis, nos tamen *in pretio sumus*. *columna*. *τετράδικας*. nec laxa concedūt aliquid poētis de mediocritate. Columnas autem dicit, vbi poētæ ponebant *τετράδια*, indicantes quo die recitaturi essent. *ut gratiae inter mens*. vultur tribus apertissimis cōparationibus: sicut symphonia discors portius displiceret quām recreat conuiuantēs; nam melius est tacere quām impetrare tanere. rursus sicut vnguentum malum plus offendit quemlibet, quām delectat, licet enim sine vnguento lauri: postremō, vt mel cum papauere mixtum in placenta *lēpē* offendit conuiuans: ita

natū & inuentū poēma ad delectandos animos, si à perfectione decesserit, pro nihilo habebitur. *symphonia*. dicitur consonantia; sicut contrā. *diaphonia*, dissontantia. *crafsum*. malo odoris: nam vt lenē dicimus quod suave est, a leni: endo; ita crafsum ingratum nominamus. *Sardo amaro*. Sardinia regio est, vbi mel amarissimum apes conficiunt, propter taxum ibi abundantem. *duci*. agitari, protrahi. *sine isti*. sine discordi sym; honia, crafso vnguento, papauere. *inuandus*. delectandis. *paullum summo*. si modicum à perfectione recessit. *vergit ad imum*. perit, ridetur. *ludere qui nescit*. qui needum exercuit se ludis in campo ad palum, non est idoneus præcōnis in campo Martio tractandis. *pila*. agitandæ. *discine*. discum iacere, similiter genus est ludi. *trochīa*. trochus dicitur turbin qui flagello percūtit, & in vertiginem rotatur, vnde à volubilitate nomen habet: aut est rota, quam currēdo pueri virga regunt, & τέχνη. Græcē dicitur, qui est vel *τετράρχης*, id est, quaternarius, id est, constans quaternis radis, vel *τετράρχης*, vel *τετράρχης*: turbo autem turbinis, est impetus vēti; Turbo, onis, proprium militi. *quiescit*. cessat. sensus autem est, quilibet imperitus magis verēndus est quām poēta, qui etiam audet scribere licet sit inodorus. *ne spissa risum*. ne rideat cœtus spectantium, quo in tumilitudinem coronæ circūdatur. *impunè*. merito, sine prohibitione. *quid nescit sing*. ad quid aliud quām vt derideatur. *quid nō?* *άριστοφέλης*, cum stomacho pronuncianda. *census equestre*. *s. num. ἀπογεγραφός*. Lege Roscia certa summa patrimonij equitibus Romanis fuerat a: tributa, scilicet quadringēta sextertia: non enim licebat antē equitem Romanum fieri, nisi haberet eam summam. *vitoj remotus*. ab omni culpa, non infamis. *tu*. ò Pīlo, nihil conaberis compoere, nisi studium & ingenij sollicitia vireis tibi subministraverint. *inuita Minor*. ingenio repugnante: quod summa est stultitia. Minerva dea inter ceteras arteis etiam poēsi præfēt. *id*. tale. *indictum*. vt nihil inconsulto incipias. *ea mens*. mens pro consilio ponitur. vt alibi. Vt tamen id fieri possit, nostram accipe mentem. *olim*. aliquādo; scripsit enim Pīlo tragœdias. *Meti*. pro Metiij. Spurius Metius Tarpa iis rēporibus criticus summus fuit, doctus & leucus auditor carminū estimatorque. dicit ergo carmina in publicum profērenda, prius iudicio criticorum debere examinari, longaque lima politi, metabranis in secreto cubiculi feruatis, vt delectetur quod delēdum est; quoniam postquam semel diuulgatum fuerit, & damnatum, numquam postea laudabile habebitur. *prematur*. abscondatur, coēreceatur, emendetur, poliatur; vt Cinnā suam Smyrnā apud Catul-

Ium, quam nouem annos suppressit. *intus.* in se-
creto. *licet.* sup. pertantū spatiū. *edideris.* eu-
gaueris. aliud est edere, aliud componere: nam
componere est rem primò describere; edere au-
tem est, aut vulgare, aut corriger. hinc Servius
dicit Virgi iūm libros Aeneid ineditos, id est,
incorrectos reliquias atque incendi iussisse. *nescit*
vox. sicalibi. Et semel emissum velar irreuocabile
verbū. *siluetreis homines.* quo liberties maior
Pisonum versū scribat, dicit ad quam dignitatem
poëta perueniant. *siluetreis.* ferino more vīen-
teis in siluis. *sacer.* Theologus, diuinorum carni-
num scriptor, sacerdos. vt poëta. Nec non Threici-
us longa cum veste sacerdos. *cedibus.* à mutuis
rīxis, ne se mutuo trucidaret. *fædo vieti.* instar
ferarum. *deterrit.* prohibet. *dictus ob hoc.* allego-
ricōs exponit fabulam Orphei, quare dicatur ta-
ctu cithare dulcissimo prouocasse silvas ut seque-
rentur: leones quoq. & tigres conuertisse in man-
suetudinem: quia videlicet sapientissimus fuit, &
sua prudentia filuestreis hominum mores, vitam
serinam, turpemque eorum victimam conuerxit ad
ciuilem conuersationem, & victimū ex frugibus
compositum, vbi prius humanis carnibus velicerē-
tur. *dictus.* sup. est. *tigres.* alperos. *Amphion Theb.*
Cadmus condidit Thebas, quas Amphion muro-
cioxit. Amphion & Zethus duo fratres fuere, sed
Zethus rusticus quidem, Amphion autem sapien-
tissimus fuit, qui dictus est cantu lyrae faxa mouisse,
& duxisse quō velle: quia rusticos & feros ho-
mines recte viueredocuit. *faxa mouere.* rigidas ho-
minum meteis. *præcē blanda.* oratione & alloquio
suavi, id est, blando carmine. *fuit hæc sapient.* id est,
aliquam fuit hæc sapientia, hoc olim fuit sapere:
& philosophi statuerunt hanc vice rationem, vt
publica essent à priuatis separata, vt priuati qui-
dem viuerent, sed rerum publicarum curam habe-
rent, &c. *priuatis.* propriis. *vago.* meretricio, adul-
terino. *iura mariti.* præcepta; vt retinerent fec-
sus coniugij. *moliri.* extremitate. *leges incidere ligno.*
ante vsū pergameni, ea quæ scrunda erant, li-
gno incidebantur, quia æneæ tabulæ nondum erat
in vsu. *sib' hanos.* propter præcepta, propter sapien-
tiam, cum hæc monerent poëtae. *diuini vatibus.*
sacerdotibus adæquauit poëtas. sic etiam Ma-
ro, Quique sacerdotes casti dum vita manebat,
quiique pīj vates & Phœbo digna locuti. post hos.
Orpheum & Amphionem. *mores.* forteis, virili-
tēs. *Tiræus q. mar.* Homerus & Tiræus carmini-
bus suis virileis animos ad prolixa excutere: Ho-
merus videlicet nobile bellum Græcorū & Troia-
norum narrando: Tiræus verò tam carmina com-
ponendo quām consilium dando. nam cùm La-
cedæmones ab Eſcenis impugnarentur, & du-

cem non haberent, petierunt ab Atheniensibus
ſibi dari, qui semper eis inuidentes, ad contame-
liam ipsorum dederant eis Tiræum poëtam lu-
scam & claudam, sapientem tamen: illi sequan-
tis inter eum ſufcipientes, perrexerunt contra Eſ-
cenios, ducatum præbente Tiræo, qui, vī tubarum
reperio, fecit vt in ipso congregatu Lacedæmones
tubis coacrepant, quarum ſonitu inaudito per-
territi Eſcenij, omnes infagam versu vox. Altera-
Lacedæmonis diu aduocata Eſcenios certantibus,
oracula responderunt, non aliter eos victoriam
adepturos, niſi Atheniensem ducem haberent.
Milli legati qui hoc ab Atheniensibus postula-
rent, Athenienses in contumeliam ipſis Tiræum
miserunt claudum & deformem, diocetes iuxta
ignauiam ipsorum hunc ducem eis posse ſanctificare;
fed oracula que promiferant, eos non ſuarifra-
stra: nam Tiræus licet corpore eſſet debiliſ,
ſcripſit tamen Héroicum carmen, quo accensi
Lacedæmonij in aciem proceſſerunt & victoriam
consecuti ſunt. *dicta per car.* aliae commoditates
carminum; nam Apollo carmine reſponsa dedit.
vita monſtrativa. correcțio morum. id est, etiam
philosophia ſcripta eſt verſibus. *vía ratio.* *Gratia*
regum. quām poëta ſunt adepti. *Pieriū ten. mo-*
versibus. *ludusq. rep.* ſupp. carminibus. *longo-*
rūm oper. f. *ratā tā vīta.* ludus & ſinis longorum
operum: nam ad laborem ſolandum, & iucundè
ad finem perducendum, lyra & carminibus vten-
dum eſt. *operum.* laborum. *longorum.* moleſto-
rum. *ne foris.* hoc eſt, idco hæc omnia enumera-
ui, ne erubescas referti in numerum poëtarum,
ne tibi & Piso poëma ſordidum videatur, ne tibi
ſit verecundia ſcribere carmina *lyra ſollers.* peri-
ta, ingeniosa, efficax. Sollers autem proprie di-
citur qui habet peritiam rerum iaueniarum.
cantor Apollo. inuentor citharae, qui cùm nouem
Musis præfisi, ipſe decimus cithara cum decachor-
do pingitur. *natura fier.* diu quæſitum eſt, vtrum
nascatur poëta, an fieret? ego nec ſtud. ego vtrumq.
dico debere habere poëtam, artem & ingenium;
nec ſtudium ſine arte, nec ars ſine ſtudio prædeſt.
ſtudium. peritiam, *dēſitū vena.* naturali ingenio.
ruds. non exercitatum per ſtudium, & imperi-
tum. *alterius ſic.* ita Salust. alterum alterius au-
xilio egit. *coniurat.* conuenit, consentie, con-
gruit. *amicū.* amicabiliter, ſupp. vt ſimil ſint in-
genium cum ſtudio, & ſtudium cum ingenio. *Quis*
ſtudior opt. proponit exemplum poëtis, vt ſi velint
aptum carmen ſcribere, debent exemplo athle-
tarum à puero exerceri in ſcholiis. *qui ſtudet opt.*
ayu. dīm. metam. gloriām acquiretere. *multa tra-*
lit. pertulit, paſſus eſt, abſtentia, exercitio. *ſu-*
danis. aſtum tulit. *alſit.* fixit gymni ci more. *Ver-*
nati-

nere & vi libidine & luxuria. Athletæ qui ad curule certamen instruebantur, non edebant carnes elixas, sed ~~allas~~ ignitantum. Ante Pythagoram ficas vrebantur athletæ, sed ille panes ~~ægypcius~~ & ~~allas~~ carnes eos comedere docuit, quæ ~~ægypcius~~ vocabantur. Abstinebant à Venere; & ne forte per somnium noctu ludificarentur, laminationes plumbeas renibus appendebant. Itaque sensus est: qui studet ad gloriam peruenire, multa perferrere debet & facere, sudare, algere, vigilare, vino & turpi libidine luxuriaque abstinere, &c. Optaram ergo metam dixit gloriam, quia finis istiusmodi vita parit gloriam sempiteram. *Pythia cantat.* carmina in laudem Apollinis. Python autem serpens fuit ab Apolline interfectus, unde dictus est Apollo Pythius. *tibicen.* cithareodus. *dilectus.* artem. *extimatus.* q. discendo. *satis est dixisse.* satis est nostris poëtis ut dicant. *ego mira poë p. verba in docti poëta:* pango. compono, facio. pango, gis, pegi facit præteritum. *occupet extre. sca:* me extreum poëtam esse mihi turpe est. est autem imprecatio tracta à ludo puerili. qui enim præstet currentibus ad metam paeris, dicere solet, qui primus ad metam venerit, is vicerit eumque in vlnas meas accipiam: qui vero erit ultimus, occupet eum scabies, cum respuum et sebastionum. *mibi turpe rel.* loquitur ex persona mali poëtae, qui cum non didicerit artem, vult in numero poëtarum ponii, atque ei turpe est dicere quod ignorat id quod non dedit. *ut prece qui cog. quemadmodum præco congregat* sua voce populum ad emendas mercis & res proscriptas; ita & poëta diues hortatur donis multis sibi assentati. *assen-tator.* supp. sic. Assentatores sautores sunt blandi & falsi auditores. *ad lucrum.* ad dona, in favore, in lucro. Fcenus autem aucta pecunia. si vero est: supp. aliquis qui bene pascat & cenam lautam præbeat, &c. numquam poterit is amicum fatum à vero dignoscere. vñctum autem, id est, lau-coniuium & tersum; ut alibi: accedes sicut ad vñctum. Pers. calidum seis ponere sumen. Vncti quoque dicebantur antiquitus crapulosi & luxuriosi. *spondere.* sponsonem facere, interuenire, fidem dare, vadem fieri. *lxi.* vili. promittere pecuniam se daturum quam debet vilis pauper & humilis. *oripere.* suis dñtatis aut potentia. *atri.* noxiis, tristibus, severis, malis. sic & apud Gracos, τὸ μέλαν, pro malo, quod propriè est nigrum; *livibus.* forensibus causis. *implicatum.* irretrahim. *internoscere.* diuidicare: timetis. *beatus.* diues ipse. *tu.* & Pto. si quid donasti alioi, aut donaturus es. Mortatur Pisonem, vt quando catmina facit, ne deferat ea ad adulatores, sed potius ad eos qui ea excedent si quid reprehensionis inuenierint: quia

melius est ut à seculo & bono poëta reprehendaris, quam ab adulatore laudari & decipiari. *ad versus tibi f.* id est, ad carmina à te facta. *plena-m lexitie.* scilicet accepto dono, gaudenter donis tuis, id est, hominem fauorem & adulatorem, ne tuo munere latus fictas tibi laudes persoluat. *pallidus fuit cum admiratione.* super his præterea. *stillabit rorem.* lacrymabit, lacrymas fundet. *amici-ces.* assentatoribus, amicabilibus. *salier:* prædicto gaudio. *ut qui conducti.* ḡnōdī: ḡnōi eam di-cuntur lamentationes, ḡnōdī, qui ḡnōs, id est, lamentationes mortuorum conducti celebrant: Ponit itaque exemplum hoc modo: Sicut qui con-ducentur pretio, ut in exequis aliquius ploraret, plus ex oculis lacrymarum plerumque effundent; quam qui reuerat dolent, ita & falsi adulatores plus laudant carmina ibi ostensa, quam veri veritatis assertores. Quid & apud antiquos erant mulieres, quæ dicebantur præfata, quæ mortuos quoq. pre-tio conducta piorabat. moneta: rad laudem, id est, plus laudat. *reges dicuntur.* ali exemplo regum do-cket multa cura & multo studio exploratio animos hominum priusquam in amicitia recipiat. Regum autem conuentueto est, ut quecumque ut lumen intimum amicitiam adsumere, prius probet, utram non alicuius si creti proditor sit: & qui vbi ebitas regnat, ibi nullus est secretus, inebritantes illi ut, re-quirant ab eo secreta conscientia: nūx: & si non de-prehenderint sui esse proditore, dignū purant regia gratia: ita poëta debet eū experiri, cui tua carmina credat. *virgers.* molestare. *cubillus.* calicibus, poulis. Cululli erant vaseula vinaria, proprie sacrificiis apea. *ut alibi,* aureis mercator exsiccat vina culu-lis. *torquere.* examinare, exploare, per spissificare, diligenter cognoscere. *amicitia.* tua condes: cōpones. ut, leu cōdis amabile carmine, sub volpe, sub dolosa fraudē, sub astutia, imposturis, & dolis adulantū. volpes enim est dolosum animal: vide ergo ne te fallat animi astuti, vafri & subdoli, innocentē vultū preferentes, ut vulpes in Aesopij fabula ostendebat se coruus simplicem. *Quintilio si q.* hic erat Quintilius Varus, poëta Cremonensis, patronus & amicus Virg. Et hoc sup. si negares: te posse scribere iubebas. *Quintil. male tornatos.* male factos, incendi reddere. hoc à fabris ferrariis tractū est, qui ad incidē reuocat ferramenta male formata seu cusa. *vertere.* corriger, mutare. *ultra verbū.* faciet ut, di-cepbat. *operā sam: in studiū monēdi,* quo nihil pro-scriberet. *rinali.* sine riualia matur carmina, quādo ab eo solo amatur qui ea fecit. Rivalē pro temulo po-suit; tractū ab antiquis, quib. tiuas dicebātur, qui in agris iusti cōmunem habebant. *inertia:* sine arte & grāuitate factos. *duros.* male sonanteis. *incomitū.* inornatis. *allines atrum.* virgulam nigrā per mediū: *verium.*

versum ducet. *transuersa*. calamo iā transuersum ducto. *ambitio* / a. luperfluos & elatos ornatus amputabit. *parum claris*. obscuris claritatem dare. *arguet ambig.* vituperabit amphiboliis. *notabit*. sigo calami. *fiet Aristarchus*. similis Aristarcho grammatico critico, qui in Homero notauit eos versus quos eius non eile iudicauit. *non dicit*. supp. tibi, sicut adulatores. *in nugis*, iā carmine, iuge letui & nugatoria. *in seria mala*. in publicam & a- pertam reprehensionem & maguam, si non fuerit emendatus. *derisum*. dixi scilicet laudatorum vitorum, etiam in aliis maioribus eum errare facit. *sinistre*. peruersè, irrisoriè, male laudatum. *mala scabies*. lepra incurabilis. *morbus regius*. quem aij arqua- tum, alij *lentegi*, alij auruginaem à felli suffusione nominant, quibus oculi virides sunt. *vrget*. vexat, opprimit. *fanaticus error*. amentia. *hyc est*, sicut lunaticum aut morbosum, ita insanum poëtam fugiunt sapientes. Fanatici dicuntur qui lymphatico spiritu agitantur, & phrenes in patiuntur, dementes, quibus dij irati eam amentiam immiserunt, quod sanum suum violauerint: qui & *Dæmoniaci* vocantur. *iracunda Diana*. ita, offendit, quæ suos ministros plerūmque in dementiam verberat. *vesanum*. nolentem emendare sui carmina, retigisse. pro tangere. *siment*. sup. ita. *agitant pueri*, perlequuntur, deluditur à pueris prætereuntibus, *incautus*. indocti. hic. malus poëta. *sublimus*. superbus. *ructatur*. pro ructat. vt Cic. eructauit fer, monibus cædem. *merulia*. quiculis. comparatio; sicut, inquit, auceps intentus auiculis capendi sussum aspicit, & soueam sibi proximam non attendens, incidit in eam; ita malus poëta dum suo perbit & nimis laudari appetit, incidit in soueam reprehensionis publicaz. *longum*. diu, vaude. *io ci- ues*. vox est in clamantium. *si curer*. velit. licet, inquit, vellet aliquis eum eripere è souea, tamen quia neciet, an volens mori eò se deiecerit, omittet eum liberare. *dimittere fun*. vt eum è souea extrahat. id est, si quis vellet eius versus emendare. *qui scis an*. quasi alias hunc versum dicat, qui poëta prohibeat subueniri. *prudens*. sciens. *huc*. in soueam, id est, in errorem versuum. *foruari nolit*. extrahi, hoc est, à suo errore liberari. *Siciliq; poëta*. ad eo cœrendam superbiam stultorum poëtarum; de Empedocle Siciliensi poëta dat exemplum, qui carmine conscriptis physica; & credens se immortalem fore dignitate carminis, volensque suam immortalitatem probare, deiecit se in flammam Actæ montis ardenti; sed ejus crepidæ quas flamma eructauit, erant enim ærez, prodiderunt eum. Erat autem Empedocles Agrigentinus, Pythagoricus, qui dicebat tarda ingenia frigido cir-

ca præcordia sanguine impediri. *frigidus* stultus, *ligeatq;* poëtū inflatis, qui se nolunt corrigi. *inuitumq;* loquitur allegorico, dicens, si quis mortuum deliberauerit, & velit scipsum interficere, & alius eum retrahat à necesse, is qui morte illum subduxit perire volentem, non liberauit à morte, sed quasi occidit, & *Cicero*: *ab* sic cit: quia quod semel destinavit, statim perficit ubi poterit, & ideo semel mortuus est, dum occidere se volunt, & non licuit; & iterum moritur dum se iugulat: ergo qui tamē liberat à morte, homicidij reus est. Ad hunc igitur modum, qui vitiōs poëtas carmina corrige cupit, quasi semel cum perdet, nimirum ille non audiet cum, donec ad omnium notitiam perducatur, & sic publicè derisus, cum opere suo iterum perficit. *idem facit occi*. simile, in eodem est delicto cum homicida, similis est homicida. *nec semel*. non semel voluit perfire. *retractus erit*. de puto, id est, ab errore suo. *fiet homo*. non poterit esse sapiens, desinet velle gloriose mori. *versus*. malos. Nefcio, inquit, quare malus poëta tanto amore agatur ad ictibendacamina, an quia seclusus a iquoque perpetraverit propter quod puniri debeat, & ideo insanias scribendo? *minxerit in pat*. ac per hoc amens factus est. sensus est, an violauerit sepulchrum patris? Erat enim antiquitus intolerabile nefas, si quis aliquid in honestatis in sepulchra patrum peregrisset. *biden- sal*. bidental est locus fulminis, qui propter lapsum fulmen constituitur, à bidentibus dictus: nam reliquias fulminis pontifices cum sacrificio sepeliebant: quod triste dicitur, quia tristes homines faciat. *mouerit*. concitauerit contra se. *incestus*. pollutus, quod flagium commiserit, aut in foro rem, aut sacerdotem, aut affinem. *clatibros*. clathri sunt robusti postes & rotundi, repagula, quibus obfirmatur caeca. Sicut vrlsus, inquit, commotus ab aliquo, si valeat è caeca egredi, nec cognitum nec incognitum obseruat, sed æqualiter in omnis seexit, & quæ inuenierit eum arripit; ita facit quoque malus poëta. *acrbus*. odiosus, malus. *arripuit*. natus est, tenet. ad audiendum. *occiditq;* cruciat, enecat, non missura cutem quando comprehendit corpus, id est, sic inhæret, vt hirudo. *hirudo*. languifuga. Interarundinem, hirundinem & hirudinem multum interest: arundo est canna; hirundo, auicula; hirudo est languifuga. Per hirudinem malus intellegit, id est poëta: sicut enim languifuga, cui apollita non ante illam dimicetur, quam ubi languore, plena deciderit; ita & malus poëta, si quem artipex ad audienda carmina sua, difficile eum dimittit, nec prius quam multo radio fastidioque eum afficerit.

I A C O B V S C R V Q V I V S

Cornelio Cruquio filio

et p̄fātley.

PUTAVI nihil hic opus esse vel argumento vel eephrasi: quando iam olim Terentius Scáðo teste apud Charisium hæc epigraphe sit huic epistolæ attributa, nimirum; Libellus de arte poëtica. Quæ cùm sit ipfissimum libelli argumētum, non fuit necesse id dilatando doctis ingenii fastidium patere. Deinde, quando tam multi nec de peiora nota viri docti, in hac arte tam à maculis vindicanda, quām clariū elucidanda non segniter elaborarint, itarui apud me, ne actum, quod dicitur, agerent, in primis notare variam lectionem scriptorum codicium: tum adicere Commentariis antiquis quædam scholia velut appendicem meorum laborum; iis inquam, quæ ex scriptis præcipue Blandiniis collegiatque coadunauit. quæ profectò me sic exercuerunt suis barbariei telis occultis, & num quām non ex alto puluere; quasi in nebulam iam condensato, hostiliter emicantibus, ve non raro reictis armis desperarim de victoria. atque adeò ad id pugnæ genus certum erat amplius non regredi, nisi impulseret nos operis incepti summa, quæ manu' nimis erubuit apparete lectoribus. Quod ne fieret, ab initio operum Horatianorum, qui quid in antiquis scriptis & Blandiniis & aliis offendimus lectu scite quæ vtcumq. dignum, ad finem usque descripsimus. qua in re nobis nihil ad cib. mus præter immenses, diurnos nocturno' que labores, & integrum fidem. Verum deierare non dubitem, si eu' cemodi scripta veruista nactus fuisset plagiarius aliquis, quin iam pridē m̄: ita esſent euulgata eius nomine. Quod genus hominū quāto mihi sit odio, nō semel testatus sum, nec iniuria, vel omnium bonorum iudicio: Nam si furati aliena, si rapere quod est momentaneum, sit impunē nemini, labores alienos, & ex iis immortale nomen sibi vendicare, fuerit ne impunē aliquid? Sed ad te redeo m̄: fili, ne dum foras plus æquo per equor, quod hoc tempore laudi, nedum virtutio datur, mihi malum quæram; quando eius farinæ hominibus non pauci ve- lint esse patrocinio quod dici solet, nihil iam dici posse quod non sit dictum prius. Tu vero Cruqui boni consulto quicquid à nobis in vñsum meliorū littetarum desudatum legeris, & quemadmodum gna iitter operam pari dedisti in describendis his Comment. tam antiquis quām nostri; ita patris quoque nomen & tue adeò tuum, quātum potes, ab iniuria defendito!

HYMANO capiti veruicem pictor equinam. Appositissima pictoris hæc est & cyprionis inter se commissio; utriq. enim ex æquo conuenit in id in- tumbere ut hi operis sui perfectione decorum debitumque commensem eruent, hic quidem in rerum sive poëeos sententiarumque & verborum idonea consecutione, ille vero in imaginis depictæ numero, quantitate & collocazione partium inter se; & earundem ad vniuersal figuræ speciem. hinc illud est Simonidis, Poëticen esse picturam loquentem; & contraria, picturam tacentem poëticam. teneatis. tenere positus, modi potentialis. *egri*. se- brientis *egri* *izoxix*. unus cod. B. and. habet et. ris. sed arbitror s litteram ei adrepisse à *mf* somnia proxime sequenti; non enim videtur ei aptanda. reliqui lib. scripsi & equuntur lectionem vulgaritatem. *lucus*. *λύκος*. Plutarchio in Romulo, dicit, sarcum nemus, nempē Arietinum: hinc nemorensis Diana, quæ & Arī'na, & rex nemorensis eius sa- cerdos. vide rō Manius apud Festum & castigatio- nes Scaligeri, & adnotata in Saty. 5. lib. 1. Virg. lu- cos q. sub alta cōsulit Albunea. Interpres Homeri, *τάρατος*, inquit, *ερίδησρ* *ἄλσος* *καλέσαι* *ιδωρ* *ἴχνος* *ερίσημος*, dicit. omnis locus cōlitus a borib; s, aquam habens, diisq. facer, alios vocatur, id est, lucos, ut vul' Plutarchus; qualis hic ab Horatio denotatur. *θάρα Diana*. *ἀρτιώτας*, *εριδηματης* *τόπος* *παρεγώδεις*, id est, templum vel sta- tuta Diana eius quæ ex Taurica aduecta fuit Ari- etiam. hoc autem templum seu statuam silua circumdat, cui lacus instar pelagi fluctuans adiacet, circum circa montanum imminent supercilium cō- tinenter, vnumque præaltum: caua inde regio templum aquamque excipit: fontes spectare li- cet è quibus lacu' expletus, &c. hæc Strabo lib. 5. in voce Arī'cia, quem legitu. *properantis ag. per am. ambitus*, alludit ad scaturientes fontium hinc inde decurrentium per agros ex quibus lacus ex- pletur. Notat aliquem nimis his in locis delinien- dis curiosum. *aut flumen Rhenum*. fortasse notat C. Gallum in descriptione Rheni, cuius memini- mus Saty. 10. lib. 1. *cupressum scis simulare*. est quidem cupressus arbor luctuo'a, sed feralis, nec nisi funeribus affigi ad cœuliq. solita, ut quæ Diri- patri laera, defunctos diis manibus commendare credatur. est quoque naufragium triste & omni miseracione dignum. sed quid naufragio ex vndis seruato viuo que rei est cum cupresso, quæ non vi- uo, sed funerato conuenit? Non videtur itaque simulare cupressum; hic esse episodion, ut quod sit aptum luctui; veram quod naufragio adhuc sit in viuis, qui semet ære dato depingi curat. arguit pictorem, sicut peritisimum, aberrare iudicio, qui non videt cuius luctui quævis luctuosa cōgruere.

Præterea

Præterea non videtur hoc habere adagionis specie, tametsi ex Acrone vulgato sumtu retulerit Erasmus interadagia: non enim cupressus à naufragio lugubris sic est aliena, ut pictorem daret omniæmodæ stupiditatis qui id peccauit: tantum quod naufragii non aduerit & adhuc superesse, & se sihi dare. *cur virceum exit*, hos versus inuerit D. Hieronymus ad Monicā. Pænè delapsus sum, inquit, ad aliam materiam, & currente rota dum virceum instituo, amphotam manus format. *decipimur species*, sic Virgilius quoq. Quo sèpè solemus pastores ouium teneros depellere tenuissime est in eiusmodi verbo suis sublîstendi siue vocâdi Solcerismus; etiâ si hoc opinetur Apollonius & cum eo Priscianus. *nerui def. animis*. hoc est, nerui animosi, valentes & vividi, & *de quondam turges*. Pers. Satyr. 2. hoc & spumo sum est dicendi genus, & pingui cortice. *prodigaliter*. hic synchylis est; nam & prodigialiter devetur posteriori sensu, apponendum, non appingit, ut ordo sit: qui vult variare rem unam, is prodigialiter appingit delphinum siluis, &c. *potestor. d' uatas; r' d' uata*, provirili. *ordinis hac u. artificialis*, putâ; et enim aliis naturalis, que rem narrat ut gesta est. *s' callida*. v. r. callida iunctura, id est, artificiosa. alludit enim ad *r' r' x'm*, quod & artem & astutiam notat; quo modo quoq. cautus hic accipiendum est. *rerum* &. sic habent omnes scripticod. *cinctutis*. opinor antiquo more r' tu, per epenthesin esse interiectu, ut induperator; endo procinctu, pro in procinctu, apud Festu. nimis r' ad urbis ferè primam originem designandâ; quando Cethagi milites distincto ab aliis amictu, exertoque brachio incedebat. *& noua si tñq. super*. per epexegesin; eadem enim sunt noua & ficta, quæ Ciceroni in Oratore ad Brutum facta dicuntur *πανηρίδες*. quem legito ibidem de ornatu verboru. *Graco fonte cadent*. si desinent & exhibunt in casum seu finem Latinum, si casus. Grucus sicut Latinus, ut *χαρακτήρις*, *χαρακτήρ*, characteris, &c. Omnes Bland. cum Busl. & Sil. habent, cadens, sed Ton. & Mart. cadunt. Diu. cadant. *parc' derorta*. paululum flexa & mutata. *Cacilio Plautoq.* vide lib. 2. epist. 1. ad Augustum. *dabit*. sic omnes lib. scripti. sed Bland. habent dabit, pro dedit, adnotatum, *invideor*. sic Plin. nōne si inuidet, maior es eo qui inuidet, producere. sic est in omnibus script. non etiam procedere, ut aliqui se inuenisse aiunt. *propos mutant*. in ann. perpetuum epitheton; cælum enim semper in motu voluitur. sic Virgil. In se sua per vestigia voluitur annus. *nedum serm*. nedū hic pro non ponitur: nam ubi, r' nedum, non refertur ad verbum præcedens, ei deest negativa partcula, & *'iūm q. h'abet verbum*, & semper in potentiā modo. vt, nedum sicut bonos, id est, & non

stet. vide Linacrum De emendata structura, lib. 6. *rena centur*. metaph. reviuisecent, redibunt in pristinum statum & honorem. *v'fus. v'sus*, consuetudo optima est loquendi magistra; statim enim ubratiōne, sed auctoritate. *G'ius*, sic omnes scrip. lib. non autem vis, ut vulgati aliqui. *impariter*. in hac dictione Sosipater Caris. lib. 2. Inst. Gramm. Ferentius, inquit, Scaurus in Comment. in art. poët. lib. 1. o. aduerbiū Horatius figuravit. *Archilochum prop*. ex hoc carmine & illo Ouidij, Vtq. reperto nocuit pugnacis iambi, sic sit in exiliū lingua protterua tuum, &c. nonnulli opinantur Archilochum esse carminis iambici inuentorem, sed falluntur, si Aristoteles & Attilio fides sic habenda; nam & Homerum multò ante eo carmine v'lum scribunt in Margite. *fortis a decenter*. Bland. antiquis. cum alio habet decentem, *proicit ampullas*. ampullæ metaphoricôs, magnifica sunt & turgida verba seu grādiloqua. Graci non dissimili ratione dicunt *φύσης φύση*, pro inani hominū utiliū garrulitate: nā φύση propriæ: follis dicitur, hinc accipitur pro flatu, vnde φύση επιφένεια. apud Alexad. A phrod. lib. 1. pro eo quod est flarum ventris emittere, pedere. hinc φύση μελαγχολία, arrogantia: Ciceroni verborum inanitas. *seq' quipedalia verba*. φλυκριστικὲ ἐνόμενα. grandia verba Iuuenali. Synesius in epist. ēduayērmoi τῇ φλυκριστικῇ ἀναρτεῖ, οὐ μὴ τὸ μηχάλα τῷ φλυκριστικῷ συνεργεῖσθαι. *διηγόμεναι*. id est, opus enim mihi est etiam magnificis inflatisq. verbis; not tam magna mala minus quam decet, euarrem. *spectantis*. *conclavis* partis, pro spectatores dulcia sunt. grata, accommodaque ad affectus mouendos. talis est in thetoricis apud Aristot. ἀρχές λέγοται, id est, moderata morataque oratio: & apud eundem in poëtica, ἀρχές πίνκτος, τὸ δηλῶν τὸν τετράποδον. *& quocumq. volent*. est enim mouendum spectatoribus. τὸ δῆλος, id est, affectus mirior in actionibus, præsentim Comicis, & τὸ πάθος, id est, motus animi perturbator; qualis est actio tragica. *animum aud. agunto*. quā sit hoc difficile, per pulchrè docet Horatius epist. L. lib. 2. ad August. ille, inquiens, per extument funem mihi posse videtur: re poëta meum qui pectus invaniter angit, irritat, mulcet, falsis terroribus implet ut magus, & modò me Thebis, modò ponit Athenis. *animū agunq.* animum agere, dixit Cicero voluntates hominum impellere quod velis, vnde autem velis abducere. *tristia meatum*. opus est enim *tristesq. ἀθλέγοντες* esse *οὐρανοὺς equites pedesq.* vniuersus populus. Nobilitas enim Romana in equo, plebs pedibus stipendia faciebat. *diuōsne loquax*, *anheros*. hic verbi culus variè legitur, ut videtur est apud Glareanum, & Lambinū, & alios: nahi certè probantur codices Bland. ex quibus duo habeant, *diuōsne*

-diuōsne (o pro u, ut s̄eptius in scriptis antiquis) loquatur an heros; tertius, diuōsne loquatur an heros. Sed non celabo lectorum, me ante annos non paucos, in bibliotheca Tōlana offendisse codicem scriptum, cui titulus erat Alphabetarū ex scriptis Horati, Catoni & Theodoli, præter alias nugas; qui scitis videlicet antiquus, ubi legi hunc de quo agimus versum sic scriptum aperte: Intererit multum Dauōsne loquatur an heres. Dispiciat lector, heres ne pro herili filio positus credi possit, cui seruus erat Dauus. *virentis agelli.* unus Bland. habet vigentis, aut famam sequere. hoc est, si ex aliis scriptoribus quid sūnteris describendum, eos sequete: corum scripta sint tibi pro fama, à quibus vel latum vngiem ne discedito. *inexorabilis.* Ode 6. lib. 1. Pelide stomachum cedere necijs. *sibi confite.* sibi constare est consentanea dicere: constare mēte est animo esse præsenti. *in actus.* actus hic propriè tragedia dici potest: quoniam Ilias Homeri se tē nihil quam graueis personas cōtiner. Actus autem in fabulis, pars est pleno sensu perfettaque, qua finita proscep̄tum vacuum relinquitur, modique interponuntur. Actus aliquando pro ipsa actione ponitur. Acta in historiis quidem res gestæ dicuntur: in iure autem ciuii monimenta rerum publicarum. *publica materies.* hoc est, argumentum tractatum ab aliis, tibi mancipabitur, & quasi priuatum fieri vsu: tuumq. putabitur, si argumen: i tantum speciem refexis, non etiam singula minutatim prosequaris: hoc enim esset poëtam ipsum reddere, & interpretarem agere, non autem imitatorēm; qui de suo quoq. aliquid addere, nec omnia ab alio sumere debet, nisi vilescente velit & in orbe patulo semper oberrare, id est, longè lateq. patēte: quale est poëma *κυλλής*, quem vilem orbem hic nominat: vt si quis ab ouo gemino Troasnum bellum ordiatur: vt is qui bellum Argonauticum est exorsus ab abiegnā trabe Pelij nemoris. *κύλλης* itaque hic orbem vertit. *nec verbum verbo.* hic versiculos multos in errorem & quandam *καρνατάκης* induxit: perinde ac si licet interpretari impunē vagari. Non enim hic docet Horatius interpretarem, sed poëtam format, quem non interpretari esse in imitatione decet, sed egregium poetam. Quare hic versus sic accipi debet: quod qui publicam materiam studet suam facere, non debeat is verbū verbo reddere, quasi fidus interpres, sed verborum vim appendere, nec à sententia longius abire, & interpretis fidem, non etiam religio nem præstare: hec enim trii fidi sunt interpretis, religio, quæ est, vt verbo verbum, quod fieri potest, reddatur: fides, vt sententia / ententia respondet: indoles quæ in maiestate est, coloribus, nitorebus, affectibus, &c. Religioni diligentia conuen-

nit, fidei sapientia; ad indolem spectat eloquentia, *scriptor cyclicus.* vilis, plebeius, triuialis, oratus dictus luuenali & Mariali, quod in conuentuiciis in orbem coactis auditores suis versus obtundant. hunc autem alij Antimachū, alij Callima, hūc dicūt, hinc fortasse dictum Cyclicum scriptorem, quod dithyrambis scribendis antea maiorem dediſſerūt operā: Chori namq. Litteri patri. Cyclici erāt: hinc κυκλισθιδωνελθο, δωνελθοντος poëta dictus est. *non fumum ex ful.* fumus fulgorē iubsequi prouerbialiter dici potest, quādo ex magnificis promissis abiecta prodeunt: lux autem sequitur fumum, quando ex humilibus & abiectis præclarā procedunt. *semper ad euentum festinat.* τὸ πός τὸ προέρχεται, ad propōitū scopum. *desperat tract.* nis. hoc enim est Deo & nature repugnare, tractare ea velle quæ effici nequeunt. *sta mentis sur.* prouerbio fertur, mendacem memorem esse oportere: facilli nē namq. excidūt ea quæ singimus. *si planoforis.* Bland. vetust. habet ploforis. *reddere qui voces.* pueri voces reddere dicuntur cum planē & articulatē singula eloquuntur: antea nihil quam mammant, tanta, pappā, *paribus collud.* Cic. pareis nominat æqualeis, quo interpretamur eiusdem ferē etatis homines, quibus cum vna viximus, *iram coligit.* pueri pro leuibus noxis iras gerunt: quapropter quia eos qui gubernat animus infirmum gerunt; Terent. in Hecyra. *imberbus iuuenies.* sic habet cod. Bland. antiqu. quem secutus sum ex auctoritate Sosipat. Carisij lib. 1. insit. Gramm. Imberbi autem dicuntur, inquit, non iamberbes, sicut enim & Varro De actionibus scenicis 5. Imberbi iuuenies, sic & Cicerio imberbum protulit, non imberbem. Ex Kalendis Ianuariis de lege agraria, imberba iuuentute. Titus historiarum 18. imberbes vulgariter. hæc Catis, *tandem cust.* hoc ad animos puerileis referendum est, qui tametsi maturè liberentur à suis preceptoribus, seculum tamen sub illis fuisse sibi videntur. *apricitampi.* licet hoc de capo Martio intelligere, vbi palæstra, lucta, cursus & narratu adolescentes exercebātur. sic Ode 1. lib. 1. cur apricum oderit campum patiens pulueris arq. foliis, *amat a relinguere.* non enim minoria a constanza parta contemnit deseriuque, quam temere appetuerit. *cupidusq. i. præcipitis affectus.* hoc enim veteribus in malā terē partē semper accipitur. unde Cato in re rustica, ne cupidē emat, *inseruit honori.* aptissimum verbum, ad cognoscendum abiectos animos & planē seruireis eorum qui tam multa inepta faciunt patientiūq. in ambiendis honorib. circumveniunt. premūt, gravant *incommoda more* Stoico pro malis aduenticiis gelidēq. ministr. animos enim cum corporibus, ait L. Furius (apud Titum Liu, in oratione qua Camillum apud exeritum

accusat) *vigere & deforescere*. *spel longus*. nō facilē desperat propter varias rerum vices. *castigatorū minor*. exēplo est Menedemus in principio Heautontim. Terent. *parteis*. perelegans dictio pro officio. *morabimur*. morari in re aliqua est eam tenere, in ea harrere mentemq. defigere. *facundia præsens*. scribit Horatius quomodo vitis audita ferè paria faciamus; nimirū, si eloquentiae genere efficacissimo vtamur per *versatoris*, *caecos*, eiusque modi schemata, quæ rem quasi præsentē referunt. sic Virgil. 2. Aenid. in euersione Troiz. *præsens*: *præsens* facūdia est oratio diserta & dilucida: *præsens* animus promptus & paratus ad dimicandum: *præsens* venētū exitiale: *præsens* mors, ante oculos posita. *nec deus interficit*. nimis enim vile est, ne turpe dicam, Deo negotium dare, neque naturæ eius conuenit, vt gubernare celestia, ita in uscæ captare. vide Adagium. Deus ex improviso apparet. *nisi dignus vindice nod*. exemplum est in Philocteta Sophoclis: Nam Herculi adhuc aumine opus erat, quo moueretur Philoctetis animus. Apud Homerū in contentione Agamemnonis & Achil·lis. *nodus*. in plantis arboribusq. nodus durum callosumq. tuber est, vernacula ēcū warre. His autem metaphoricis est resardua, implícitumq. negotiū. Iuuenal. veniet de plebe cogata qui iuri nodos & legum ænigmata soluat. *nec quarta loqui*. hoc autē est in diuerbio, in quo tres tantum personæ versantur; si contingat autem adesse quartam, ea aut secū loquitur, aut tacet: hinc sumtum est adagiū *xviii* *apo* *zperator*. id est, muta persona. Mart. Comœdi tres sunt, sed amat tua Paulla Luperce quatuor, & *zeta* *q*. Paulla *zperator* amat. *actoris parteis chorus*. hoc est, chorus ex quocumq. sexu aut virorum aut mulierum cōsistet, cuiuscumq. etiam zetas, senum, iuuenum, anuum, virginum, agat, parteis viri, suadendo, dissuadendo, regendo, corrigo, laudando, vituperando, deos fausta omnia precando, &c. Nec temerē hoc dicit, chorus, putā, debere subire parteis actoris, seu, quod cum hoc conuenit, officiū virile: ne, si ex mulieribus chorus constans suadere velit, &c. quis eum putet præter decorum facere: suadere namque & dissuadere, mouere, &c. vt mulierem nō decet, ita poëta hoc vitio veri possit, quasi in scribenda fabula eius rei ignaro, quod ita non est. Ceterū, in primis hoc, inquit, poëta curet, Quicquid chorus inter medios actus, aut canit, aut loquitur, hoc accommodet actioni proximè pectatæ, pendeatq. totus ex diuerbiorum personis: ne dicat quid alienum ab argumento; idque fore semper de virtute & eius partibus. Omnes quos vidi codices scriptos, habent, actoris parteis: à quibus nō discessi, certò persuasus de lectionis veritate. Laetius enim scribat prisca temporibus to-

tam fabulam egisse choru[m], donec Thespis histriōnem vnum adderet in chori subleuamen: cui Aeschylus adhibuit alterum, vt postea scribit Horatius; qui & ab Aristotele dictus est *zcomyans*. Sophocles autem adinuenit tertium, vnde eius tragedia à quibusdam vocitata est *zcomyans*: *confilietur apicid*. sic legitur per litteram in omnibus scriptis, que securus sum. *peccare timore*. codex Būst habet, pacare. que genuina mihi videtur lectio, vt ei respondeat, & regat iratos, pro eo quod est, studiat dolenteis perurbatōq. placare, solari. *apertis otia portis*. perbrevis nec minus elegans significatio securitatiter tranquillitatēq. hominum & urbium tempore pacis. *segas commissas*. omnes hic commissa exponunt secreta. quod vt nolim vituperare, ita malum commissa signare sceleris & flagitia principum vitiorum, que regi vult à choro, id est, non prodi, ne auctori suo sine exitio, vel alius malo exemplo: atq. ideò tubiicit, *deosq. precetus* *Gores*. ne scilicet ea principum delicta & impiorates sint exitio reipublice miseroq. populo. *superbia*. superbis malis omnis est initium. *vincta*. variat hic cod. scripti: duo Bland. habent cum Dru. & Tōns. iuncta. Bland. antiqu. cum aliis omnibus, legūt, vincta, quibus assentior. sic & Plutarch. in de ira cohiben. *os ē dāmavēs p̄yryus. xp̄oē d̄b̄ x̄eḡs*. hoc est, vt Thamyris rumpens auro vinctum cornu. Thophrast. lib. 4. de histor. stirp. c. 12. *zportas* *zph̄* *z̄t̄lā* *z̄t̄s* *z̄t̄lā* *z̄t̄w*. id est, simplici musica utrebatur: deinde *z̄t̄lā* *z̄t̄s* *z̄t̄v* *z̄t̄lā* *z̄t̄w*. id est, postquam varietas accedit, interprete Plin. lib. 16. c. 36. & cantus quoque luxuria, non simplex, vt antea, sed orichalco vincta tibia in honore esse cepit, internodiorumq. facta sunt coniugia. Legito Plin. lib. 16. cap. 17. De tibia. *pascō*. Blandin. duo habent partu. *zspirare* & *zadesse*. spirando seu canendo iuuare chorus. *agros extendere*. imperiū propagare; terminos promouere & imperij limites, amplificare potentiam. *impunē*. erat enim censorum viæ turpitudinem, luxum, molliitatemq. notare, vt testatur leges sumptuarie. *numerū*. numerus auctem qui p̄d̄nos Græce dicetur, est sonorum mensura. *modi*. modi sunt *zrāu*, que productiones sunt & extensiones sonorum legitimæ in musica. vide Martianum Capellam in 2. sub finem. Nihil certè tam mover animos hominum, quam oratio modulara, quare Plato scribit referre plurimum qualis musica sit in ciuitate; nam mutatocantu, mores quoq. ciuiū mutari solere. *ruficu* *urbano conf.* ad quingentesimum annum. Liuio teste, promiscuè ludos populus Rom. spectabat: postea plebs à senatu & equitibus subselliis discreta fuit. P. autem Cornelius Africanus secundum consul, post secundum bellum Punicum anno septimo, eius auctor fuit;

non

Non sine ingēti inuidia. *sic.* vnuſ cod. Bland. in hoc & ſequenti verſu, pro ſic, haber, hīc. *motumq.* gestū corporis & ſaltationem. *veſtem.* videtur attudere ad ornatum Peficum de ſyrmate & luxuria veſtiū quæ vtebantur Scenici, quæ tandem vel regibus erat intolerabilis, auctore Liui. *ſic eiā ſdib.* poſt quam populus luxuriari cecepit, non tibicen modō ſed & fidicen citharœdusq. ceperunt veteres ſimplicissimū modos etiam neḡigere, ſonosq. & chordas multiplicare. *& tuſis eloquiuſ.* eloquētia quoq. ſimplex & moderate facta eit inſana phanaticisq. & oraculis Delphicis non multū abſimilis, ita ut non amplius *coꝝpys,* vt antea, ſed frequētibus parabolis & amphiboliis tota eſſet *ainy, μεραρχίας, carmine qui tragicō.* Eusebius in Chronicis, quadrageſima ſecunda, inquit, Olympiade in agone certantium *πρέμιον* datus eſt, unde Tragedi innumerati: at poſt paulo ab inuenatore Thelpi, poſtē dicit *δέ τὸς τρεψίδων* id eſt, ſece venire tragediam, quod actores haberent ora peruncta fece, vt vel ſixum mouerent ſpectatoribus, vel ne agnoſceretur. Athenaeus autem lib. 1. *τὸν εὐζηνοῦ* muſtum interpretatur: ait enim ille poſt ebratatem homines ex cogitaffe comēdias & tragedias, eoque muſto plenos, muſti fece habuiffi ſed tam faciem. Cujuſmodi actiones plurimum exhibebantur protinus peracta vindemia, quæ Græcē *σεύτρος* nomi- natuſ. Præterea qui ab hircō tragediā defleunt, non hircum animal, ſed vtreſ hirci muſto refertū præmium fuſſe coateſtū: eoq. alluſiſſe Vargiliū. Mollibus in pratis vñctos ſaliere per vareſ; nimirū exhaustos vino vtreſ poſtea inſtaſſe, per eos ſaltitaffe Athenis in festis Bacchi quæ *άκρωλια* di- cebantur; hinc *άκρωλιάς.* id eſt, per vtreſ altero pede falto. Iſiacius autem *τρεψίδαι* dictam vult quāli *πτεργυρόδαι,* quod *πτεργυρός,* vt idem ait, conſtituta eſt: vel, eodem auctore, *τρεψίδαι* nomi- nata eſt, quod *τρεψίδαι* id eſt, asperos habeat cantus. Ea autem definitur à Theophrasto *ἰπεινός τύχης θεῖσισ.* id eſt, Heroiſt fortunæ calamitas ſeu afflītio: cui proprium eſt lugere, hinc noluit Euripides Archelao-regi petenti tragediam ſcribere, quod ei melius ominaretur, quām vt miser & infortunatus fieret. *illoſcobi.* & *grata noui.* religio primū adegit homines ad ſacras aras hostiasq. diis mactandas: deinde ad comiſſiones ab omnibus itum eſt & pocula: inter quæ ne Lapiſharum more potuſe perderent, à viris cordatioribus, pri- muſ apud Græcos, poſt, apud Latinos inuenientur ſunt fabula & actiones ludicas, ad continentos omnes in officio, quāntū fieri poſſet, humano, ne ſine lege tamquam feræ agerentur in queuis vitia. hinc itaque ſatīs eſt dilucidum, non voluptatis, ſed religionis ergo ludos à maioriſbus fuſſe inſtitutos.

quod ex Liui, Valerio & D. Auguſtino non vnd in loco in cōfesso eſt. *graca nouitatis.* proprium epitheton: Natura namq. hominum eſt nouitatis au- da, reſte Plinio. *moranthus.* in attentione beneuolē- tiaq. retinendus intererit. intereſſe hic non eſt diſ- ferre, vt volunt aliqui, ſed veritati. Hic locus ſatis indicat molliusculam ſaltationem apud Romanos probro & infamia dari ſolitam, quando pudicæ ſeminae non niſi coaſtē festis diebus modicē ſal- rent: vnde Sallust. de Fulvia, cantare & ſaltare magis quām neceſſe eſt probe. Sed & matronas ſpe- cietate pudicitia in ludi Megalēſibus pſallere, me- morie prodiū eſt. *Dauus ne loquat.* & *audax Py-* ſic legitur in cod. Bland. antiq. & altero, vbi mani- feſtē ſtō & etatū eſt ſuprāq. poſitum, an. *emuncto.* lepida: metaph. à quidrupedib. quibus lac ſubtra- cturn eſt. *talentum.* talentum per ſe ferè à ſcripto- ribus ponitur pro talēto Attico minore, quod eſt 60. minarum. id eſt, 175. lib. grossor. *ex noto f.* notū eſt aut fama celebratū, quale eſt tragicum, aut ſen- ſui obiectū, vt potare, obſonari, amare, qualia ſunt: comica. ſi uis *deducti.* hic neceſſe eſt cognoscere tria ſuſile ſcenarū genera: vnu Tragicum, colum- nis ſuſſulum, ſaltigis ſignisq. & regalibus rebus ornatu. vt habeat Vitruvius. Alterum: Comicum, quod formam habebat ædificiorum priuatorum mecenianorumq. proſpectusq. fenestris diſpoſitioſ. Terrium autē Satyricum, diſtinctum ornatumq. arboribus, ſpeluncis, montibus, reliquisq. ſilueſtri- bus in topiarij modum exſtructum. vnde ſatis ma- nifeſtū eſt, cur dicat histriones Satyros eſt ſiluis de- ductos; oſproſcio ſciliſt nemoroſo ſilueſtrij. in ſcenam ciuilem, ne ita ſuas parteis agant, quaſi eſ- fecerit in vrbe triuilijsq. nati, ſed contra ſe habeant tā- quā in ſiluis natos educatosque. Ad eundē quoq. modum ſuperiū dixit, migret in obſcuras humili ſermone tabernas. *Fauni.* Latinis Fauni ſunt quo- rum princeps eſt Pan, qui Græcis Satyri dicuntur, *Δάιος οὐρα.* id eſt, ridendo labia diduco, nareiſque inſtar canum cōtahos *innati triuia.* hysteroſlogia, pro nati in triuia: ſic Tyriam qui aduenierit vrbe. id eſt, ad Tyriam vrbeam. *iuuencenſur vef.* iuuencari proprie olim erat iuuenum more inſoleſcere, *πανίζει.* Hic autem eſt vigore, vefibusq. nimis poli- tis exculpiſq. laſciuire, vt ſolent urbani iuuenes; à quibus vult abhortere Satyros, ſed ſapere ſimpli- tatem rusticam, urbanis deliciis miſſis, ne indouli ſuſe non repondeant. vide adagium, Iuuenari. *trepate.* id eſt, cum quadam ostentatione ſemper in ore habeant. *ignominiosaq.* d. quæ nomen ledat & existimationem alicui ius, ſicut iniuriola, quæ fortunam & res noſtras, & contumeliosa, quæ di- gnitatē turbat. vult autem Satyros coram patri- bus agere, nec urbanus, nec rusticus, obſcenisq. ſcindere

fricti ciceris. sic in omnibus scriptis, non autem fratri, ut habent vulgata. vide adagium, Ciceris emitor. *tardior ut p. vox incitata curius quidem ferit aures,* sed minus afficit: at tardior ad mouendos animos aptior est sua mora, tametsi percipiatur sequitur. *opere nimium cel.* huic concinuit quod dici solet, Canis festinans canos edit canulos. *indigna. avnus. ignea.* indignè, absurdè, secus ac postulat verius dignitas, *avnus:* vel est hypallage pro indignis venia. *sutus & intra spem venia cautus.* miror Labinum contra omnium scriptorum atq. adeò vulgarorum codicum consensum legere, extra spem veniae: cum nihil velit Horatius aliud quam non iara scripturam insipienter, ut erroris veniam poscat, sed turius scribat, artifici. precepta seruet diligenti studio: nam intra spem veniae esse, est ad spem veniae non peruenire, nec quicquam velle scribere venia dignum: quod faciunt indocti stultiq. poëte, qui ponunt quam non scribant, venia dignos se haberi malunt. hoc autem est quod notat Horatius, artis quidem peritiam hoc præstare solùm posse, ut venia non sit opus, sed eam per se non mereri laudem, quam natura maior, mentisque diuinior quidam instinctus patet perficiebat, teste Platone. De hoc autem loquendis genere, intra spem veniae cautus, lege Agellium lib. 1. cap. 13. *witau deniq. laudem.* Plautus in Trinum. non videor meruisse laudem, culpa caruisse arbitror. *at vestri proaus.* sic habent scripta que legi omnia, non etiam nostri, ut est in vulgatis olim. *Plautinos & numeros.* non damnat Horatius proaus Pisonum, id est, Romanos veteres stultiae in legendis Plauto, eoq. laudando: sed egredit eos saleis eius & numeroso stupore admiratos, in quibus Siculissare Festus eum scribit, ut epist. 1. lib. 2. ad Augustum notatum est. Tria autem in Plauto sub reprehensionem caderet Donato videntur, nimirum, sales nimis aliquando frigidi, scurrilesq. & minimè salvi; numeri difficiles, propter peregrinos pedesq. Siculos. Et populitas, qua se se ostendit ab histrione parum differre. Verba certè Plautina obsoleta nonnulla vetustaque. non ei, sed barbaro, quo scriptis, seculo virtio dari debent. *inurbanum. inciuile. scurrile. seponere.* non est hic recondere & coaceruare, sed postponere, posthabere. *digitis callemus.* digitis quidem digerendo versus in pedes, aut vero, audiēdo an sit versus *δρυθμος*, an *αριθμος*. Legito copiolam super hac re nec minus fedulam disputationem in Lexico Roberti Constantini in dictione *ρυθμος*, vbi huius quoq. loci meminit. *genus inservisse.* initia tragediarum nota esse scribit Aristot. non comediar. *fecibus era.* vini fecibus, vel amurca. Alex. Alexand. lib. 6. cap. 4. Lacedæmonij Scythites & Milichium vocarunt Racchum, inquit, cuius faciem musto in-

tingere & focis ornare vetus mos erat. *honefta.* quod ad imos visque pedes esset demissa, quæ Latina dicebatur. vide Ouid. lib. 15. Metamorph. Alia erat palla Gallica breuior, cuius Marialis meminit. *pulpita.* scenæ stabilem in editiore loco: *λόγιστος.* Pollici & Vitruvio. *in vitium excidit:* vide adagium. De plaustro loqui. *chorusq. turp. obt.* à noua differebat vetus comoedia, tēpore, argumento, apparetu, & metro. vetus fuit belli Peloponnesiaci tempore: noua exorta est extincta populi libertate, cum iam Philippus & post eum Alexander rerum potirentur. In veteri, magistratus, duces, philosophi, atq. adeò dij ipsi proscindebantur; vi videtur est in Aristoph. In noua nihil inuenies præter parentum suspiciones, amores adolescentium, seruorum callicitates, impuritates lenonum, &c. Vetus assurgit ad tragicum stylum heroicumque: noua popularis est. In veteri omnia propè sunt metrorum genera: in noua semper iambicū genus obuim est, admixtis paucis alijs. in veteri mirus erat apparatus & chorū luxuries: in noua nulla est. In veteri personæ effingebantur ad viuum, adeò vt ex corū inspecto cognosceretur de quo ageretur in comedie: noua nihil habuit tale. *turpiter obicitur.* Hysterologia. sic enim ordinari debet, chorus obicitur sublati iure turpiter nocendi. *prætexta vel docuere tog.* docuere, more Græco, *διδάξει τὸν κακοδίων τρόπον διατίνει, οὐ δῆκει, id est, comediam & tragœdiā agere, seu διεπαρτένει, id est, curare agendam.* Fabula autem fuit, aut togata & palliata, ab habitu hic Græco, illic Latino: aut tabernaria & prætextata, ab argumenti genere: aut motoria & stataria, à turba & actionis quiete. Tabernaria Latinæ respondet comedie noua Græcorum. Prætextata cum tragedia Græca consentit: in hoc tamē ab ea differt, quod illuc Romani duces, in tragedia heroës introducantur: veteri comedie nihil apud Romanos respondet, præter Satyram in mordacitate. Satyra Græca fuit Attellana Latina. Planipes autē Latina respōdet Græco mimo. Afranius & Titinnius togatarum scriptores fuere. Ennius, Pacuvius, & Actius prætextatas docuerunt. Toga autē populi est: hinc togata argumentū populare tractauit. Prætextata magistratum fuit & principiū virorū, quibus cothurno non etiam socco fuit opus; hinc prætextata nomē habet: à qua distinguuntur h. etogata, accepta speciatim pro tabernaria: aliquando namq. generaliter cōplicetur omneis Latinas fabulas, tantum à Palliata distincta: cuius rei causa, lata est dictiōnis toga significatio, quæ primū sciungit Romanos à Græco pallio, deinde à feminā virum, postremō plebejū à patricio. *præfectum.* sic legunt duo cod. Bland. vnuſ cum antiquo. *barbam ponere.* philosophis olim ad grauitatē licebat aere barbam,

barbam, sed in aliis erat insanæ species *purgor bili.*
hanc lectionem reposui ex tribus Commentariis
scriptis Bland. in quibus exp̄s̄ legitur, purgor
bilem: aliter, purgo bilibus, rō bilibus vertendo,
bili. *sub uerbi tempore h.* hoc est, in vere, vt rō sub,
proin, capiatur quale est illud Virg. Namque sub
ingenti lustratum singula templo: & illud. Et si-
mul iera modis pallentia mitis viā sub obscurum
noctis, id est, per, vel in obscura nocte. sic, sub no-
ctem cura recurſat. vide Carisium. Horæ autem
propriè sunt quatuor anni partes, & ver potissimum
propter amoenitatem *fūngar vice cotis.* hoc autem
in bonam partem hic accipitur: aliquando vero in
malam; vt cū dicitinus, Scιunt Athenienses quæ
recta sunt, sed facere nolūt. quo ferat error. artis &
virtutis ignoratio. *verbāq; prouisam rem.* rerū enim
copia, verborum copiam gignit. Cir. de orat. 3. *vi-
nas hinc ducere.* desumere orationē. vias legitur
in omnibus scriptis, non veras: quæ securus sum.
speciosa locis. sic 4. Bland. sed Buslid. speciosa iocis
memorataque reclī. reliqui, speciosa iocis. *nugasq;*
canora. quas Horatius nugas canoras nominat,
Perf. Satyr. s. bullatas appellat, id est, inanem per-
strepentum vocum congeriem, in quibus nō plus
est lētentia solidioris, quā a qua in bulla, quæ
vt repente appetit, ita repente quoque euaneat.
langū rationibus. addendo, diuidendo, deminuēd̄,
componendo, subtrahendo, quæ partes sunt arith-
metice. Iuuenal. quoque: hoc diligunt, inquit, om-
nes ante Alpha & Beta puellæ neglectis meliori-
bus. Magnum certè diuitiarum studium facile vir-
tutem bonosq; mores ducit in cōtemptum: quo no-
mine Græcos Romanis preponit, qui vnius glorię
tenebantur amore. *eu.* sic Busl. & Bland. 4. nō hem-
vel heus. *an hac erugo.* sic Blād. veruſt. cum duobus
aliis, in quib. n littera eraſa, & t posita. *aut prodeſſe
volunt, aut.* delectant Elegiographi, Epigrammati-
rii: docent Didascalici, Empedocles, Theognis,
Manilius: docent & delectant Hesiodus, Homer-
ius, Virg. Eratosthenes omneis poëtas nō tam do-
cendi quām delectandi causa dixit omnia conie-
ctare, fabulariique. At Strabo contrā, magno antiquorum
cōſensu docet primam illam poëticā ra-
tionem, non paruam esse philosophicā partem, que
nos quasi infantis ad vitam introducat, morē q.
& vita actiones doceat, magna cum voluptate &
affectionibus moderetur: nam si Pythagorici &
ipse Aristoxenes velint musicos esse humanæ vite
correctores, moderatores & magistros, quid aliud
fecisse olim dixerit aliquis ipſos poëtas Musi-
cos, qui dicendo canēdo. homines. à filiis tri vita
& planè ferina reduxerint ad humanam? Quare
non immerito ab Homero Sophonistę nominan-
tur & Musici. & Poëtae. percipliant animi dociles.

Bland. vnus habet, percipiāt animo dociles. *fīta
volupta.* apud Macrobius Virg. cauillis obnoxius
est, quod naueis in deas mutauerit: Homerus autē
quod Achillis equo sermonem tribuit. In Orpheo
reprehēdit quod nauem disertam finxerit & lo-
quacem *pranā Lamia.* de Lamia Diodor. Siculus
lib. 20. histor. Suidas ex Doridis libris. Vult autem
Horatius mendacia carere improbitate: in primis
enim docere esse Lamias nō parui negotiū est, ma-
ioris autē eas vorare infanteis, maximi vero pue-
ros alio viuos eximi. *liber Sofis.* sic 4. Blād. per syn-
copen pro Sofis *sunt delicta.* quia nihil est ab omni
parte beatum perfectumque: nec est tam naturale
quicquam quām errare hominem; sed eum nō
recipiscere, pecunium est. *persape remutit acutum.*
sic scriptum est in vno Bland. Tont. Siluioq; co-
dīcibus, quam ut genuinam dictiōnē reposui, pro
eo quod Græcē dicitur *έντερης.* pipire, voce à
pullis facta, stridere. *quodcumque mirab.* Ton. lib.
habet quocumque *quid ergo est.* sic est in omnibus
scriptis; iccirco rō est, omittere nolui. *miror.* mira-
mur propriè quæ cum virtute coniuncta sunt lau-
deque digna: hic autem cum risu est. *verūm operi
longo.* sic scripta omnia. non damnotamen vulgare
lectionem. *ut pictura poēsī.* in picturis certè maximum
semper momentum lucis habet & umbrarū
ratio, quæ visu facilius à peritis percipi, quām ser-
mone potest explicari. De inuestigatione picturæ, in-
cremento & dignitate, lege Plinium. *te capias.* sic
Blād. codices. *argutum.* limatum & politum. Alias
est canorum. *decies repet.* vide adagium, bis ac ter,
quod pulchrum est. *per te sapias.* cūm hoc facit quod
dicitur, natare sine cortice. *nec scit.* sic Bland. antiquum
alio, sed reliqui cum duobus aliis Bland. ha-
bent, nescit. deligit lector. *medioribus esse poētis.*
datius, accusatiū loco: vt docti facile vidēt. *craſ-
sum vng.* craſsum vnguentum: quale est, non defe-
catum, vulnerarium: contrā, liquidos odores pro-
vnguento odorato ponit Horatius in ode 5. lib. 1.
summo deceſſit. sic Bland. decadere à summo & ad
imum vergere, est vix vlo esse numero. *trochīve.*
indoctus trochi, ἀπό τοῦ τροχοῦ. quid nisi τοῦ γαρ εἰ;
quasi dicat, maximē. sed τοῦ γαρ εἰ; postulat nega-
tionem. *dices faciēſve.* sic scripta omnia: non etiam
faciesque, vt vulgata quadam. *liber ēinge.* allusit
Horatius ad libertatis vim, quæ iuuſe consultiſ est
naturalis potestas eius quod cuiq; facere lubet, nisi
quod vi aut intre prohibetur. Lege titulum quartū
& quintū De ingenuis & libertinis lib. 1. Inst. iuris
civil. *Minerua.* vide adag. iniuita Minerua. *nonūq;*
prem. monerit ipsum maturi in scribendo iudicij; ne
quid precipiter aliorum more poëtarum: nam fe-
rē fit vt celeriter nata, celeriter intercāt: iccirco nō
vult ipsum ἀνθράξιδης. *rabidosq;* *leon.* sic habent
m m 3. omnes.

omnes lib. scripti, non rapidos, ut vulgati. conditor
urbis, sicut habent omnia scripta, à quibus dissentire
volui, tametsi non improbem lectione vulgatam.
at ipsæ Thebæ miserabiliter conqueruntur se per
tibiam dirutas ab Alexandro propter defectionem,
qua ab Amphione prius ædificare per citharam in
flore & gloria steterant, in hoc Honesli Corinthij
epigram. ἐπιστολὴ Φίδια, τετραφθυὴ δὲ τὸν ἀνὴρ
θάνατον, φτιώ μάνεις εμπαλιός ερμοῖς. καὶ φὰ δὲ μοὶ κατέταιο
λυσηθῆναι λειψανά πύργου πέτρας μετοδόμης τοῦ
χρυσοῦ ἀνθεῖλοις, σὺν χερός Αμφίωνος χάρη. in lā-
tenuitροπά πάτερνη, πλανήτης πάτερνης καὶ θάνατον, quod
sic Latinè reddidi: Erectam citharam Theben nūc
zibia fregit, quam male Musarum cōcinit harmonia.
Mēcenā lūda iacēt lyra qua mulcere solebat;
Musāq, quam exēxit transfigū, petra silet.. Septi ò
Amphion perii tua gloria portis Thebes, quam
struxit septifidiscithara. leges incidere ligno. ius na-
turæ fuit & vireis suas habuit auroe seculo, quan-
do tabulis non erat opus. At vbi gentes inciperent
se suaque inuadere deprātorique, natum est ius
gentium, ut sua cuiq. maneret, effetque tranquilla
possessio; quod sub se coniinebat omnis contrac-
ctus, obligationes, actiones, &c. Id autem in ligno
incidi cōceptum est sub argenteo seculo. hinc sunt
Atheniensium axones, qua erant tabulæ quadra-
tæ publicæ; in quibus & leges & variz describe-
bantur delinquentium multæ, teste Xenodoro. &
Cyrbes, tabulæ trilateræ, vt 8. ὁρμεσ testatur Pol-
lux, qua erant priuatorum. habet enim Suidas ex
Plutarchi Solone, ἔνθεις αἰσθατῶν, θεοὶ εἰρήνης τεχ-
να. hinc quoque tabulæ ligneæ apud Romanos,
qua æremuniebantur, certe non sine prefigio pe-
rioris seculi; nam postea Senatusconsultum (quod
legis habebat vigorem) decreuit, ut leges in æs in-
ciderentur. Tyrtaeus. Tyrtaei versus plurimi suat
apud Stobæum De bello & audacia. ego nec studium.
xale est Simyliapud Stobæum. ἐπιφύσης ικανή γίνε-
ται τίχης ἄπει, πρὸς ὃ διὸ ιπτειδόμην παρέσταο ὃ δε-
ι, ὅπειται τίχην μη φύσιν κινεπρόπ. τέτταν οὐραίος τοῦ
δυοῖς ουραγοῖς οὐ διετός, ἐπι δὲ αγελαῖον χρη-
γίαν ἔρπει, μελάτων, καρπὸν οὐφοῦ, χρέον, καρπόν, τὸ
ἔρπει διωμένον ουραράσαι, &c. id est, neque natu-
ra sine arte fatis est cuiquam omnino quocumque

in studio, nec ars per se sine præsidio naturæ. Quod
si ista duo similiter conueiantur, adhuc deside-
rantur sumptus, amor, exercitum, opportunitas,
tempus, iudicium, quod dicta statim attripiat &
intelligat, &c. didicit prius, notat. οὐκετέλησι,
quam prius fieri necesse est, quam in certaminibus
Pythicis ars ipsa iactetur: olim namque Py-
thici luditanum habebant certamina ciuilibus
citharorum. Satie est dixisse, reprehendit Horatius, quod
prematre nimis & temere certatim ab omnibus
iretur ad poëticam rem planè diuinâ. affsentatores.
quam turpe sit applausu caprare munieribus; que d
Laertius quidam primus inuenisse dicitur, notat
Pers. Sat. 1. Mart. ad Pôpon. & Plin. secundus epist.
lib. 2. redēqui. sic cod. Busl. voles cui. Bland. antiq.
habet quo, antiquo more, super his. ix. r. 16. hæc
perlegræ est. Algorūmens allentorū. syllabis ambi-
cius. fletus periphrasis. vide adag. Crocodili lac: y-
miz. saliet. hinc est, exilite gaudio. tundit pede. pte
admiratione simulata. aliquando quoque significati
indignationem, prope plura. quia necesse est ad
persuasionem omne mēdiacum esse artificiosum;
sed contraria, veritas per se simplex est & aperta. tor-
quere vero. sic alibi, & vino tortus & ira. incidi red-
dere. reformare, atq. in alium mutare habitum. sive
riuali. vide adag. sive riuali diligere. transuerso cal.
fig. vide adag. notari vngui. aut fanaticus error.
morbus fanatici. Fanatici quoque πάνιζοι dicuntur;
quod præter oris spumam, & caput & cer-
vicem iactarent. Plutarch. hos μετεντομοῦ nominat.
vide Vlp. lib. 1. §. apud Viulanum De zidilit. dicit.
Fanatici autem dicti sunt, quod in fanis versaren-
tur ad stipem corradēdam, multa suo malo adfin-
gentes mendacia, ut superflitos turbæ impone-
rent. tales erant Galli sacerdotes magnæ matris sta-
lis & illa yates apud Virgil. 6. Aen. Luca lib. 1. cri-
nemq. rotantes sauginei populi cecinerū tristia
Galli, et iracunda Diana. hic morbus, qui à Luna, qua
& Diana, σπλανκτας. i. lunaticus dicitur & sonticus,
caducusq. & sacer morbus; non multū dissimilis à
fanatico. hic dum sublimis. sic legitur in scriptis no-
stris omnibus, nō autem sublimis, ut in vulgatis.
idem facit occid. ad phrasin: Græcam mors cœsina.
non missura cur. vide adag. hirudo nisi plena.

F I N I S.

APPENDIX.

Commentarium doctum, & prælo dignum esse, censui,
ad diem xix. Nouembr. 1577.

Joh. Melampus, censor.

A D L E C T O R E M

B E N E V O L V M .

VEST hominis ingenui, candide Lector, de omnibus benemeris: ita quoq. virum bonum decet ab aliis acceptum beneficium libenter agnoscere, nec non apud alios id facere maximi; & eo amplius id fieri conuenit quo inter est plurium, priuata quidem non parua ingratitudinis nota taceri, sed pu blica non nisi maximo communitatis malo vel iniuidè suppressi vel peruersò alienari possunt. qualia sunt in primis virorum doctorum inuenta, dicta, scripta, lucubrations, conatus litterarij posteris traditi. Quia in re quam turpiter peccatum sit à plerisque vanis hominibus, argumento nobis ea sunt que annis iam retro non paucis illis nabis animo malo vel iniuidere, vel non intellecta corrumpere, vel impudenter nouo quodam com mento in se transfulere homines quibusvis facis nocentiores, qui preclaros quidem labores a liorum depast, non otiosam modo vitam degere, sed ne auctoribus quidem ipsis parcere contenti, funditus omnia subuerterunt, ut ipsi soli quasi acorum duces lusciosis homuncionibus appar ent bene oculati omnia peruidere & nosse, qui tamen sunt vel ipsa cecitate cæciores, vt qui vix que ante pedes sunt intruentes, nulla posteritatis cura misere despiant. Quod sane mutu quodam diuino fieri necesse est. Nam si natura latissimæ legibus id decreatum est, in alios non esse statuendum quod tibi fieri nolis, merito suo tales à posteris vapulant vulgoq. fabula fiant, quando plagiatio sensu detecto nudi, & ad Æsopica cornicula modum planèridiculi apparent. Quod hercule scelus impium furis omnibus iure vindicandum; ut in antiquis in Horatium Commentariis magnopere semper detestor, noloq. omnino id esse meum quod est alterius, ita ab aliis depravata corrigo, interpolata resarcio, lacunas expleo, quantum id fieri potest, non enim paucis in lamiis sic limosa sunt omnia, ut opera nulla possint exsiccati. Qualis ea est in Horatij vita in Bladiniis manuscriptis ad ea verba, mansuraq. perpetuò, primum querite regnum Dei, & hac omnia adiicientur vobis, ad marginem pagella scripta, que certò significat reiectos Grecos characteres. O ignorantia religiosa tñs æratus yrriteq! O plagiarij digni plagiis be ne sanguinolentis, qui preclarissimos Grammaticos Servirem, Donatum, Porphyry, Acronem, &c. aut indoctiis corruptiis, aut vanius frustalatim tam violenter discerpistiis, quam nullis umquam spes rilla possit esse eorum frusta recte colligendi, nedum restituendi laceros: ea tam in re a tineis & blattis vindicanda, decussoq. puluere vicumque elucidanda post annos aliquot quam coepi dare operam, si non asequar quod velim, dabit lector benevolius nostris veniam conatibus; in studiosorum namque gratiam sudatur a nobis. Ceterum Horatij vitam non uno modo descriptam hic ex codicibus Bladiniis apposuimus vñ cum modis Odarum di uersis & numeris Horatianis, qui crediti sunt adhuc ab Aldo & Perotto dissiposi; quos in Bladiniis iam ante annos septingentes aut circiter scriptis, Romaq. Gandaum perlatis, inneni, cum fabula Pasiphæs à doctissimo quodam ad numeros Horatianos numerosè conscri pta. his quoque subdidit Grecos illos Odarum titulos, seu manus epitheta, & nescio an Eclogae non iuxta nominaueris, quibus quasi notis singularibus in suas veluti classis ode disponi vi dentur, sed voces ipsas Grecas ad originem suam renovare sunt ipso labore laboriosius: ita scri pro, characteribus & interpretationibus turbata offendit omnia, vt ne nunc quidem per omnia mibi sana sint & integra. Verum ut pressius aliquanto de Eclogis agamus, de quibus nunc non ostendim.

omnino sic, ut olim, sensi in enarratione Satyra 1. lib. 1. ubi ex antiquis scriptis non Satyra singulis poematis, sed Ecloga nomen inscribendum indicaui, à qua etiamnum sententia video non abhorre Fulium Vrsinum virum in primis doctum in Virgilio suo illustrato. At qui quando viros doctissimos id nominis non minus odis quam Satyris donare noui, de sententia mea parum securius animi ad scripta redeo quae adhuc penes me sunt, & singula solito diligenter per scrutatus offendit (ut conjectura est) qua causa Satyris rō Ecloga sit in scriptis praeferum, nimirū, ut sit quadam quasi notatio poētiorum inter se: in qua denotatione Virgilio quoque in Bucolicis sunt Tityrus, Alexis, Pollio, Silenus, &c. ex Theocrito. ad eum certè modum repperi in scriptis Tantalus, Cupiennius, Tigellius, &c. & hac in plerisque non per se, sed cum interpretatione, Tantalus, id est, habendi cupidus. Tigellius, id est, fibi placens. Cupiennius, id est, adulter. Item lib. 2. Hortus, id est, quies agrestis. Ulysses, id est, hereditatis caprator. Danus, id est, libertas seruilis, &c. In Epistolis autem nihil tale deprehendi, ea fortasse de causa quod Epistola quidem singulares, Satyrarum verò communis sit omnibus argumentum. At non inferior ramen in Horati vita lib. 2. epistolam 1. nuncupari Eclogam, sed hoc demus errori alicuius sciolii. Ob hanc certè causam mihi persuadeo viros doctos enarratores Horati sermonibus Eclogas potius adscriptisse quam Odas. At si tamen cum Ausonio, Sidonio Apollinari & antiquis Commentariis Odas quoque Eclogas esse concedamus, non ineptimus, opinor: nam in vetustissimo Blandinio ad Oden primam lib. 1. hac adscripta legi, Ecloga hic non est ut apud Virgilium; nam Virgilij Ecloga Bucolicorum est: verum non hoc aucti meo periculo cuiquam esse persuasum sine eiusmodi nota, Pragmaticice, allegorice, enetice, &c. nam cum non pance sint Odas eiusdem argumenti, fortassis has voces excogitarunt Grammatici ad Odas digerendas, inuentionis varie discernenda gratia. Sed quid si (quod adhuc controversum est, ideo et p̄d̄s, quas non inuenio sub his vocibus comprehensas) dictas credamus, ut quemadmodum librorum quatuor Ode alia pragmatica, alia allegorica, &c. ita ha inscribantur ode epodice 1. 2. 3. &c. ut aliubi à me significatum est. Hoc autem si cui non probabitur, quasi nouum commentum, ei per me fuerit integrum de his vocibus aliter sentire, & rō Ecloga Odas aliter atq. Satyris applicare. Postremo Henric. Steph. vir eruditissimus non fert in Odis ullam strophen; cui ut suffrager Tragicam hic esse nullam ex descriptione veterum quibus in ἑποὴ ἐσὶ τῶν κωλὸν οὐσία, tamen eas dictiones, Distrophon, tristrophenon, tetrastrophenon, in antiquissimis scriptis inuentas omittere volui, quod existimem ἀνελογικός hoc à veteribus esse factum, ad versuum in Odis distinctionem; vt taceam apud Diomedem non infima nota Grammaticum lib. 3. me legisse hac verba. Item diuersis versibus & metris à tertio versu vel quarto Strophen reuocat, vt cum Alcaica metra vel Asclepiadeum & Glyconicum & Pherecratium coniuncta videmus. Hac te monitum volui, Lector candide. Vale & nostris laboribus benignè & liberaliter fruere.

Q. HO-

Q. HORATII FLACCI

VITA E' VETVSTO CODICE

BLAND. DESCRIPTA.



VINTVS Horatius Flaccus
Venusinus patre, vt ipse quidem tradit, libertino & exactiōnum coactore, vt verò creditum est, saltamentario, cū illi quidam exprobriasset in altercatione, Quoties ego vidi patrem tuum brachio se emungentem? Bello Philippensi excusus à M. Bruto imperatore, tribunis militum meruit, vicitisque partibus venia impetrata, scriptum Quæstorium comparauit, ac primo Mæcenati, mox Augusto in gratiam insinuat, non mediocrem in amborum amicitia locum tenuit. Mæcenas quasdam opere eum dilexerit, satis demonstratur illo epigrammate,

Ni te viderim mei Horati
Plus iam diligo, in tuum sedalem
Hinc me videas fr̄gōsiorem.

Sed multò magis extremis Esquiliis tali ad Augustum elogio,

Horati Flacci, ut mei, esto memor.

Augustus epistolarum quoque ei officium obtulit, vt hoc ad Mæcenatem scripto significat. Ante ipse sufficibam scribendis epistolis amicorum, nunc occupatissimus & infirmus Horatium nostrum recipio adducere. veniet igitur ab ista paralitica mensa ad hanc regiam, & nos in epistolis scribendis adiuuabit. Ac ne recusanti quidem aut succensuit quicquam, aut amicitiam suam suggerere desit. Extant epistola ē quibus argumenti gratia, pauca subiecti. Sume tibi aliquid iuriis apud me, tamquam si conuictor mihi fueris, recte enim & non temere feceris, quoniam id vobis mihi tecum esse volui, si per valetudinem tuam fieri possit. Et rursus: Tui qualiter habeo memoriam, poteris ex Septimio quoque nostro audire, nam incidit vt illo coram hetero à me tui mentio, neq; enim si tu superbus amicitiam nostram preuixisti, adeo nos quoq; ad vos ipsos, &c. Præterea s̄pē eum inter alios iocos putissimum penem, & homuncione lepidissimum appellat, vnaq; & altera liberalitate locupletauit. Scripta quidem eius usque ad eo probavit, mansurāque perpetuo vt non modo seculare carmen componendum inuenirerit, sed & Vindelicam vietorianam Tiberij Drusique priuignitorum suorum, cumque coegerit propter hoc tribus carminum libris ex longo intervallo quartum addere. Post sermones verò dictos quosdam nullam sui mentionem habitam atq; sit questus: Irasci me tibi scito, quod nō in ple-

rīsque eiusmodi scriptis mecum potissimum loquaris: An veteris ne apud posteros infame tibi sit, quod videaris familiaris nobis esse? Expressitq; Eclogam cuius initium est;

Cum tot susineas & tanta negotia solis,
Res Italias annis tu eris, moribus omnes,
